

Jacobi F. Stapulensis in quatuor libros de celo & mundo
Aristotelis paraphrasis: adiecto ad literam Ludouici Cl
toui Neoportuensis commentario declarata.

Primi capituli primi de celo & mundo nota.
Circuli & circuli corpus naturalibus corporibus supereminens. Mundus est naturalium corporum & eorum (que his su
pereminens) omnium uniuersum. Vniuersitas/collectio/aggregatio. Mundus/uniuersum. Omniaque/undique/omni
faria/secunda longu/latu/et profundu. Tria quibus Pythagorici (vt nonnulli uolunt) deo sacrificabant: ignis/Trinus/O ratio



Iber de celo & mundo quatuor continet libros partiales. Primus continet duos
decem capita. Primum tres conclusiones, quatuor definitiones post primam, &
tres rationes ad secundam. Prima conclusio. Scientia de natura circa corpora/
magnitudines/horum passiones/motus/ & principia maxime versatur. Nam
scientia de natura eorum est que secundum naturam dicuntur: & que a natura
constant. Que autem a natura constant: hec sunt, corpora & magnitudines / eo
rum passiones & motus/hec uero corpora & magnitudines habentia: & quibus
corpora & magnitudines insunt/& hec postremo que quibus corpora & magni
tudines insunt) principia sunt. Non ab re igitur scientia de natura circa corpora/magnitudines/horu
passiones/motus & principia maxime versabitur: Sunt enim ferme hec (que a natura constant) omnia.

Quatuor definitiones. Prima. Continuum est quod diuisibile est in semper diuisibilia. Secunda.
Linea est que secundum unum solum/ut longitudinem diuisibilis est. Tertia. Superficies est que secun
dum duo/longitudinem & latitudinem. Quarta. Corpus est quod omniaque diuisibile est. Est enim
diuisibile secundum tria/longitudinem/latitudinem/& profundum. Et preter hec tria: nulla relinquitur
magnitudo / & magnitudinem secandi interuallum. Fit itaque reate, ut quia corpus secundum tria
diuisibile sit: dictum sit corpus secundum omnia & omniaque esse diuisibile. Secunda conclusio.
Corpus magnitudinum perfecta existit. Primo quidem, quia Pythagorici omne/totum/remque perfec
tam omnem rebus determinatam: principio / medio / & fine esse uolebant. Et que sic determinata
est: eam in rebus / trinitatemque omnibus in rebus a natura esse conspectam. Hinc quoque
fieri: ut tanquam naturam sequentes & legem ab ea edocti: deo sacrificando/ eo numero atque ternario utamur.
Et hinc ite fieri: ut naturam insequi uolentes, in rerum appellationibus duo appellemus ambo: de
tribus autem primis in istis amamus omne. At corpus / magnitudo tribus determinata hunc in modum
esse uidetur: erit igitur perfecta. Secundo. Totum et perfectum idem sunt / neque speciei discrimen pati
untur: id rationis/modi que licendi. At corpus / tota est magnitudo & omnis. Est enim solum corpus
magnitudo tribus determinata: que omnes sunt / & omniaque / omnifariamque (ut dictum est) partibile.
Planum uero solum de tribus determinatur: & linea uno, neque omniaque sectionem recipiunt / & sunt
continua: sed ut numerum magnitudinum interuallorum fortuantur. Est igitur corpus/magnitudi
num perfecta. Tertia. Hec magnitudo perfecta est: cui nihil deficit / & que in aliam nullam transit.
Sola autem magnitudinum corpus est huiusmodi, nam tres dimensiones habet: dimensiones autem
plures tribus in corpore, altera relinquitur vlla: in quam transeat. Linea autem transit in superfi
ciem / & superficies in corpus, transitus autem ob defectum est. igitur corpus magnitudinum perfecta
est. Et non modo id: in quo uero magnitudinum preter ipsum perfecta est nulla. Nam quod perfectum
est: ut deficiat impossibile est: sed omnino / omnifariamque est. Tertia. Vniuersum perfectum esse ne
cesse est. Nam unumquodque particularium corporum perfectum est: omnes enim dimensiones habet,
que tactu unumquodque ad proximum: uniuersum constituunt unum/cuius ea ipsa sunt partes. Est igitur
uniuersum perfectum: ut pote quod omnium aliorum complectatur perfectiones: dictum non ab
re uniuersum / quod omnia in ipso versentur. quod quidem an finitum sit an infinitum: postea futura est
discussio.

Notarum primi capituli primi de celo declaratio.
Caelum hic collectiue sumitur pro congerie corporum celestium / naturalibus corporibus supereminente. Mundus autem
pro mundi corporibus sumitur pro regione elementarem concavo lune contentam/atque regionem celestem dicitur. Quare in
corporea ut deus et intellectus anime in mundo esse dicuntur: neque censentur eius partes. Corpus dicitur omniaque atque
omnifariam diuisibile: quia secundam omnem dimensionem scilicet/longum/latum/et profundum diuiditur. In prima con
clusionem corpora non pro substantiis corporis, sed pro magnitudine corporea sumuntur: longitudinem/latitudinem atque profundu
tatem habente. Magnitudo autem quiddam corpore communius est: nam etiam lineam atque superficiem complectitur. Magnitu
dinum autem passiones sunt: diuersitas/diuisio/occupatio/figurata / et cetera id genus. Magnitudinum autem motus sunt: au
gmentatio / diminutio / rarefactio / et condensatio: que circa magnitudinem uersentur. Principia uero magnitudinum sunt potentie
ipsarum susceptiue, ut subiecta sunt accidentium. Potentiam uoco partem substantialem/actui substantialem et accidentibus totius
compositi subiectam. Quia si rerum est naturalium: proprio nomine materia dicitur. Si uero corporum celestium (nam ad illarum
potentiam etiam hic natura proprie extenditur) commune nomen retinet et potentia / siue potentia celestis aut materia celi di
citur. Ex quo constat caelum quidem materiam habere: sed a rerum naturalium materia specie diuersam.

Iacobi F. Stapulensis in quatuor libros de celo & mundo
Aristotelis paraphrasis: adiecto ad literam Ludouici Clu-
chtouei Neoportuensis commentario declarata.

Primi capituli primi de celo & mundo nota.

Caelum/circulare corpus naturalibus corporibus supereminens. Mundus est naturalium corporum & eorum (quae his su-
pereminent) omnium uniuersitas. Uniuersitas/collectio/aggregatio. Mundus/uniuersum. Omniaque/undique/omni-
faria/secunda longu/latu/et profundu. Tria quibus Pythagorici (ut nonnulli uolunt) deo sacrificabant: Ignis/Trinus/O ratio.



Iber de celo & mundo quatuor continet libros partiales. Primus continet duos
decim capita. Primum tres conclusiones, quatuor definitiones post primam, &
tres rationes ad secundam. Prima conclusio. Scientia de natura circa corpora/
magnitudines/horum passiones/motus/ & principia maxime versatur. Nam
scientia de natura eorum est quae secundum naturam dicuntur: & quae a natura
constant. Quae autem a natura constant: haec sunt, corpora & magnitudines / eo-
rum passiones & motus/haec uero corpora & magnitudines habentia: & quibus
corpora & magnitudines insunt/ & haec postremo quae quibus corpora & magni-
tudines insunt) principia sunt. Non ab re igitur scientia de natura circa corpora/magnitudines/horū
passiones/motus & principia maxime versabitur. Sunt enim ferme haec (quae a natura constant) omnia.
Quatuor definitiones. Prima. Continuum est quod diuisibile est in semper diuisibilia. Secunda.
Linea est quae secundum unum solum/ut longitudinem diuisibilis est. Tertia. Superficies est quae secun-
dum duo/longitudinem & latitudinem. Quarta. Corpus est quod omniaque diuisibile est. Est enim
diuisibile secundum tria: longitudinem/latitudinem/ & profundum. Et praeter haec tria: nulla relinquitur
magnitudo / & magnitudinem secandi interuallum. Fit itaque recte, ut quia corpus secundum tria
diuisibile sit: dictum sit corpus secundum omnia & omniaque esse diuisibile. Secunda conclusio.
Corpus magnitudinum perfecta existit. Primo quidem, quia Pythagorici omne/totū/remque perfe-
ctam omnem tribus determinatam: principio / medio / & fine esse uolebant. Et quae sic determinata
est: eandem esse & perfectam/trinitatemque omnibus in rebus a natura esse conspectam. Hinc quoque
fieri: ut tanquam naturam sequentes & legem ab ea edocti: deo sacrificando/ eo numero atque ternario utamur.
Et hinc ite fieri: ut naturam insequi uolentes, in rerum appellationibus duo appellemus ambo: de
tribus autem primum afferamus omnem. At corpus / magnitudo tribus determinata hunc in modum
esse uidetur: erit igitur perfecta. Secundo. Totum et perfectum idem sunt / neque speciei discrimen parti-
untur: sed rationis/modique dicendi. At corpus / tota est magnitudo & omnis. Est enim solum corpus
magnitudo tribus determinata: quae omnes sunt/ & omniaque / omnifariamque (ut dictū est) partibile.
Planum uero solum duobus determinatur: & linea uno, neque omniaque sectionem recipiunt/ & sunt
continuae: sed ut numerum magnitudinum interuallorum fortuantur. Est igitur corpus/magnitudi-
num perfecta. Tercio. Haec magnitudo perfecta est: cui nihil deficit / & quae in aliam nullam transit.
Sola autem magnitudinum corpus est huiusmodi, nam tres dimensiones habet: dimensiones autem
plures tribus non sunt. Neque altera relinquitur uia: in quam transeat. Linea autem transit in superfi-
ciem/ & superficies in corpus, transitus autem ob defectum est. igitur corpus magnitudinum perfecta
est. Et non modo id: imo uero magnitudinum praeter ipsum perfecta est nulla. Nam quod perfectum
est: ut deficiat impossibile est: sed omnino / omnifariamque est. Tertia. Uniuersum perfectum esse ne-
cesse est. Nam unumquodque particularium corporum perfectum est: omnes enim dimensiones habet,
quae tactu unumquodque ad proximum: uniuersum constituunt unum/ cuius ea ipsa sunt partes. Est igitur
uniuersum perfectum: ut pote quod omnium aliorum complectatur perfectiones: dictum non ab
re uniuersum / quae omnia in ipso uersentur. quod quidem an finitum sit an infinitum: postea futura est
discussio.

Notarum primi capituli primi de celo declaratio.

Caelum hic collectivè sumitur pro congerie corporum caelestium / naturalibus corporibus supereminente. Mundus autem
pro mundo corporeo sumitur: et in regionem elementarem concavo lunae contentam/ atque regionem caelestem dicitur. Quare in
corporea, ut deus et intelligentiae, minime in mundo esse dicuntur: neque censentur eius partes. Corpus dicitur omniaque atque
omnifariam diuisibile: quia secundum omnem dimensionem scilicet/longum/latum/ & profundum diuiditur. In prima con-
clusionem corpora non pro substantiis corporis, sed pro magnitudine corporea sumuntur: longitudinem/latitudinem atque profundi-
tatem habente. Magnitudo autem quiddam corpore communius est: nam etiam lineam atque superficiem complectitur. Magnitu-
dinum autem passiones sunt: continuitas/diuisio/occupatio/figuratio/ et cetera id genus. Magnitudinum autem motus sunt: au-
gmentatio/diminutio/rarefactio/et condensatio: quae circa magnitudinem uersentur. Principia uero magnitudinum sunt potentiae
ipsarum susceptivae, ut subiecta suorum accidentium. Potentiam uoco partem substantialem/ actui substantiali et accidentibus totius
compositi subiectam. Quae si rerum est naturalium: proprio nomine materia dicitur. Si uero corporum caelestium (nam ad illarum
potentiam etiam hic naturae nomen extenditur) commune nomen retinet et potentia / siue potentia caelestis aut materia caeli di-
citur. Ex quo constat caelum quidem materiam habere, sed a rerum naturalium materia specie diuersam.

spacium sed diversa scilicet partim rectum & partim obliquum: quare neq; simplex est, neq; unus & continuus. Supponimus ite
 de q; motus rectus est qui est a medio aut ad medium: Et motus rectus sursum est motus rectus qui est a medio. Motus autem
 rectus deorsum est motus rectus qui est a medio. Motus vero circularis est motus qui est circa medium, ut celorum comple
 ta revolutio: terram in medio sitam ambientium. **¶ Tertia suppositio.** Omnis motus simplex aut est rectus sursum, aut rectus
 deorsum, aut circularis circa medium. Sicut enim magnitudo corpora tribus determinata est: ita quoq; motus simplices tribus
 determinati/perfecti sunt. **¶ Quarta.** Corporum simplicium ut elementorum/simplicium sunt motus. Compositorum vero &
 mixtorum motus sunt mixti: quibus accidat & mixta secundum virtutem elementi predominantis moveri. Vt ignea & in quibus
 dominatur elementum ignis/ secundum naturam ignis: & circa secundum virtutem aeris: & ita in ceteris. Et huiusmodi motus
 corporum mixtorum secundum temperamentum predominantis facti reducuntur ad motus simplices: non tamē usq; ad sim
 plices sunt sicut corporum simplicium motus. Enimvero corpora simplicia sunt que solum unum habent secundum locum natu
 ra movendi principium. Aut accidentale: ut in elementis in quibus forma substantialis & eius instrumentum reputantur pro uno
 principio movendi secundum locum. Vt ignis: maximam habet levitatem / aer: minorem levitatem / aqua: minorem gravitatem /
 terra: maximam gravitatem. Aut substantialis: ut in celo quod solum formam substantialem habet sui motus effectivam / & nō
 qualitates instrumentales. Composita autem sive mixta corpora sunt quorum sunt plura movendi secundum locum principia / ac
 cidentaria quidem & instrumentalia: ut lignum habet levitatem igneam / & aerem / habet etiam gravitatem aqueam & ter
 ream. **¶ Conclusio.** Præter quatuor elementa que a recto motu natura moventur: est aliud corpus simplex ut pote celū quod su
 pte natura circulariter movetur. **¶ Primo.** Quia omnis motus simplex simpliciter debetur corpori per quartam suppositionem. At
 motus circularis est motus simplex per tertiam suppositionem: igitur motus circularis debet corpori simpliciter. Sed nō debet natura alicui qua
 tuor elementorum: quia quodlibet eorum natura secundū rectū movetur: igitur nullū eorum natura circulariter movetur. Corpora enī simplicia
 solū unū habent secundū locū natura movendi principium per eorū diffinitionem: igitur et unū dumtaxat habent motū simplicem. Si enim
 diversos haberent motus simplices natura / & diversa movendi principia iidem ipsa habere oporteret: quod ipsorum diffinitioni
 repugnat. Igitur motus circularis debetur alteri corpori ab elementis, quare præter quatuor corpora simplicia recto motu agita
 ta: aliud est corpus simplex circulariter natum moveri. **¶ Secundo.** Supponimus primum q; cuiuslibet corporis simplici unus est
 secundum naturam motus. Deinde q; unius corporis simplici tantum unus est secundum naturam motus: ut ignis solum motus
 sursum natura / & terra motus deorsum. Tertio: motus violentus & præter naturam contrarius est motui naturali: ut motus
 ignis deorsum ipsi violentus / contrarius est motui sursum eiusdem naturali. Quarto: tantum unus motus simplex uni motui
 contrarietur. Vt solum ignis motus sursum contrariatur eius motui deorsum. Postremo supponimus motum circularem esse.
 Tunc sic necitur argumentum. Aliquis motus est circularis: per quintam modo positam suppositionem: & idem est simplex / per
 tertiam suppositionem in principio positam: igitur ipse est alicuius corporis simplici. Motus enim simplex simpliciter debetur corpo
 ri: per quartam suppositionem prius positam. At motus circularis non est alicuius quatuor elementorum. Quia sic conveniret: aut
 hoc esset natura aut præter naturam. Non natura quia quodlibet eorum habet natura motum simplicem rectum: ut ignis & aer
 motum sursum / terra autem & aqua motum deorsum: igitur nullum eorum habet natura motum circularem. Unus enim cor
 poris simplici tantum unus est secundum naturam motus / per secundam suppositionem modo datam. Neq; motus circularis con
 venit elementis præter naturam. Quia si sic tunc motus circularis esset contrarius ei motui qui elementis secundum naturam con
 venit. Nam per tertiam nunc positam suppositionem / motus præter naturam contrarius est motui qui est secundum naturam. Id
 autem esse non potest. Nam cuiuslibet elementorum motui recto secundum naturam / contrariatur motus rectus præter naturam:
 qui est alius & specie diversus a circulari. Vt motui recto ignis & aeris sursum secundum naturam / contrarius est eorundē mo
 tus rectus deorsum præter naturam. Et motui recto terra & aqua deorsum secundum naturam / contrarius est motus rectus
 sursum præter naturam: igitur elementorum motui recto secundum naturam / non contrariatur motus circularis. Nam tantum
 unus motus uni positus est contrarius / per quartam modo positam suppositionem. Conveniet igitur motus circularis alteri corpo
 ri a quatuor elementis. Et non conveniet ei præter naturam. Nam si sic: contrarius esset motui qui eidem corpori secundum naturam
 conveniret / per tertiam huius secundæ rationis suppositionem. At ille motus secundum naturam conveniens / non nisi circularis esse
 posset. Nam (ut postea ostendetur) motui recto motus circularis minime est contrarius. Quare tandem ad motum circularem
 devenietur: qui corpori alteri a quatuor elementis secundum naturam conveniet: quod est propositum. **¶ Tertio.** Motus natura
 prior & perfectior debetur corpori natura priori. Perfectiores enim operationes natura perfectioribus accommodavit. At motus
 circularis natura prior & perfectior est recto: cum fiat secundum prius & perfectius spacium. Fit enim motus circularis secun
 dum circum: & motus rectus secundum lineam rectam. Circulus autem linea recta perfectior est. Nam circulus ubiq; unus
 est & continuus: cui neq; addi queq; potest neq; subtrahit manente ratione circuli. Recta autem linea non ubiq; una est & continua:
 cum extremitates habeat non adinvicem continuas. Et ei potest addi queq; aut subtrahi manente eadem lineæ ratione: igitur mo
 tus circularis debetur corpori natura priori q; sint ea corpora quibus natura convenit motus rectus. Id autem corpus / aliud esse
 debet a quatuor elementis: que secundum rectum natura moventur. Neq; motus circularis erit corporum mixtorum: quia prius
 dictum est corpora mixta moveri secundum naturam elementi predominantis. Igitur ponendum est præter elementa aliud cor
 pus simplex quod circulariter movetur. Quare & que adam est corporea substantia scilicet celestis: perfectior elementis & corpo
 ribus naturalibus ex eis compositis. **¶ Quarto.** Omnis motus simplex aut est secundum naturam / aut præter naturam. Et motus
 qui uni mobili violente convenit: alteri secundum naturam convenire natu est. Vt motus deorsum igni præter naturam conve
 niens: terra secundum naturam convenit. Motus enim præter naturam posterior est / & motus secundum naturam prior atq; per
 fectior. Et sicut posterior convenit: ut alteri prius conveniat oportet. Non tamen id convertitur: ut motus circularis celo natu
 ra tantum conveniens ostendit. Motus autem circularis nulli elementorum natura convenit. Si quo igitur pacto eis conveniret: id
 esset præter naturam, quare per suppositionem prædictam motus circularis alteri corpori simpliciter secundum naturam convenit

Quid motus
 rectus.
 Quid circu
 laris.

Quid corpo
 ra simplicia.

Quid corpo
 ra composita.

Quinq; sup
 positiones.

Quare circu
 lus est perfe
 ctior q; linea
 recta.

re natus est. igitur præter quatuor elementa ponendum est corpus simplex quod natura circulariter agatur. **¶ Quinto.** Motus
 circularis est unus / continuus / & perpetuus: ut in octavo libro physicorum ostensum est: igitur ipse convenit alicui corpori natu
 ra. Si quidem absurdum est motum perpetuum & sempiternum esse præter naturam, cum ea que violenta sunt cito corrumpantur / &
 nullum violentum perpetuo duret. Corpus autem circulariter motum: ignis esse non potest / quia id plurimum aserve
 rint. Nam igni motus rectus sursum natura convenit: ergo circularis motus ei præter naturam conveniret: quandoquidem
 unius corporis simplici tantum unus est natura motus, non igitur posset motus circularis, in igne esse perpetuus. Nullum
 enim violentum: perpetuum. Quare præter quatuor elementa ponendum est aliud corpus simplex circulariter agitari natum: tan
 to quidem inferioribus corporibus nobilius / quanto illis supereminens / sublimiusq; conspicitur.

¶ Tertij cap. nota.

¶ Corpus simplex quod circumferitur / celum.

10
 11
 12
 13
 14



Tertium cap. continet duas conclusiones, vnum correlarium ad primam, & qua
 tuor rationes ad secundam. **¶ Prima conclusio.** Corpus simplex quod circum
 agit / circumq; ferri dictum est: neq; grave neq; leve est. **¶ Nam** id grave dicitur:
 quod ad medium ferri natum est. **¶ Id** leve: quod natum est ferri a medio. **¶ Gra
 vissimum:** quod omnibus substat deorsum latis. **¶ Leuissimum** vero: quod om
 nibus superferitur sursum latis. Et si quid sursum aut deorsum fertur, vt levitatem
 vt gravitatem aut vtramq; habeat necesse est. Tunc ita necimus argumentum.
 Omne grave aut leve fertur ad medium aut a medio. At corpus quod circumagit
 tur & circumferitur, neq; fertur ad mediū neq; a medio. Nam aut id secundum naturam esset aut præter
 naturam. Non secundum naturam, nam ei secundum naturam circumferri convenit, & unius corporis
 simplici tantum vnus est secundum naturam motus. Neq; id quidem præter naturam, quia si deorsum
 præter naturam ferretur / cum motus præter naturam motui secundum naturam contrarietur, &
 motui deorsum contrariū sit motus qui euolat i sublimē, ei conveniret secundū naturā i sublimē ferri, quod mō
 monstratū est esse nō posse. Et ita si sursum præter naturā ferret, ei conveniret secundū naturā deorsū ferri, non
 est igitur tale corpus aut grave aut leve. **¶ Correlariū.** Vnde fit vt ne vna quidem eius partium gravis
 sit aut levis. **¶ Nam** corpus simplicium idem est motus totius & partis, vt totius terra & glebulæ
 terra. Eadem enim in toto & partibus ratio est. At totum ipsum non grave est aut leve vt dictum est,
 igitur neq; eius partium vlla, & si qua partium detracta esset (si id possibile concesso) neq; sursum
 neq; deorsum ferretur. nam (vt de toto dictum est) neq; natura neq; præter naturam id fieri posset.
 16 **¶ Secunda.** Itidem rationi consentaneum videtur: ipsum ingentium atq; incorruptibile esse. non au
 gmentum / non detrimentum sustinens: neq; alterationem vt sensibilia ipsa sustinent. **¶ Primo.** Quia
 generatio & corruptio inter contraria existunt. Et quicquid fit: fit ex contrario. Et quicquid corrumpi
 tur: in contrarium corrumpitur. Atqui illi circumactio corpori nihil est contrarium. Circulationi
 enim nullus (vt postea per palam euasurum est) contrarius est motus. Est igitur ingentium & incorru
 ptibile, idq; recte factum esse videtur: ipsum a contrariis secretum semotumq; esse / vt futurum sit per
 pes / ingentium & incorruptibile. Sed q; neq; augmentabile neq; diminubile fit: hoc ideo est, quia au
 gmentatio fit aliquo adueniente intrinseco / ipsi materię aliquo resolutio, Et diminutio: aliquo intrin
 seco recedente. At tale corpus neq; materiam habet talem ex qua fiat: neq; ab eo fit resolutio vlla, fit
 enim per contrarium. igitur neq; augmentabile neq; diminubile est: quod si neq; generabile / neq; cor
 ruptibile / augmentabile aut diminubile est: neq; (vt sensibilia / elementa / animalia / plantę & similia)
 alterabile est. Nam alterationes in illos motus ordinantur: vt in ipsis sensibilibus promptum est in
 tueri. Est igitur id circumlatū corpus ingentium / incorruptibile / inaugmentabile / indiminubile / pa
 riter inalterabile & impassibile: vt corpus sempiternum & omnium primum. **¶ Secundo.** Quia om
 nes homines & greci & barbari & quicumq; de deo extimationem habuerunt aliquam: ipsi sedem &
 locum attribuerunt celum: quod probauimus circumagere & circumferri. Signum est igitur ipsū esse
 perenne / ingentium / & incorruptibile: vt immortalis & incorruptibilis / immortalis & incorruptibile
 esset aptatum. **¶ Tertio.** Quia ex iis que ex præterito tempore successione quadam posteris memo
 ria prodita sunt: nihil difsonum / nihil mutatum de ipso comperimus: neq; secundum eius partem vll
 lam. hoc iterum signum est & fidem facit: ipsum ingentium & incorruptibile esse. **¶ Quarto.** Antiqui
 ipsum: æthera vt sempiterno tempore currens & summa loca occupans / nuncupauerunt: quem ad mo
 dum & aliorum complures hoc nostro quo pontimus. neq; enim semel neq; bis putare oportet sed
 infinites: ad nos easdem aduenisse opiniones. Anaxagoras autem hoc nomine male vsus æthera pro
 igne ponebat.

¶ Notarum tertij capitis declaratio.

¶ Ether geminam habet interpretationem. Primo dicitur quasi semper currens. Et secundum hanc / celum uocamus æthera q. Duplex est: quædam
 perpetuo moueatur. Vt apud Ouidiū. Atq; sub æthere fixis incurfant stellis. Secundo dicitur quasi ardens succurrens. Secundū
 quam poetæ ignem uocant æthera. ut Ouidius. Quiaq; erat & tellus illi & pontus & æther. Et paulo post. Hæc super imo
 posuit liquidum & granitate carentem æthera: nec quicq; terrene fecis habentem.

Handwritten marginal notes in a cursive script, including phrases like 'et sup' and 'non p'.

Tertij capitis prima conclusio. **C**ælum (quod simplex esse corpus & circulariter moteri probatum est) neq; graue neq; leue est. **N**am graue est corpus naturale quod natum est ferri ad medium. ut aqua & terra. **L**eue autem est corpus naturale quod natum est ferri a medio. ut aer & ignis. **G**rauiissimum est graue quod omnibus corporibus substat deorsum latius: ut terra. **L**euissimum uero est leue quod omnibus corporibus sursum latius superferri natum est: ut ignis. **S**upponimus præterea quicquid sursum aut deorsum fertur: aut leuitatem aut grauitatem aut utrumq; habet: ut ignis/terra/mixtum. **T**unc sic formatur ratio. **O**mne graue aut leue fertur ad mediũ aut a medio/per duas primas dispositiones. **A**t cælum neq; natum est ferri ad medium neq; a medio. **Q**uia si sic aut ferretur motu recto natura aut præter naturam/per diuisionem motus. **N**on natura: quia cælum natura circulariter mouetur, ut ostensum est: igitur natura non mouetur secundum rectum. **V**nus enim corporis simplicis tantum unus est secundum naturam motus. **N**eq; cælum mouetur motu recto præter naturam. **Q**uia motus præter naturam contrarius est motui secundum naturam/per tertiam suppositionem prius positam: & motus sursum contrariatur motui deorsum/ & euerſo. **S**i igitur præter naturam cælo conueniret motus deorsum: secundum naturam eidem conueniret motus sursum. **S**i enim motuum contrariorum unus alicui præter naturam conuenit: alter eidem secundum naturam conueniet. **E**t si præter naturam cælo conueniret motus sursum: eidem secundum naturam conueniret motus deorsum. **I**d autem modo ostensum est esse nõ posse: cum cælo natura conueniat motus circularis. **E**t unius corporis simplicis tantum unus sit secundum naturam motus. igitur cælum neq; graue est neq; leue. **C**orrelarium. **Q**uare neq; aliqua cæli pars integralis grauis est aut leuis. **N**am corporum simplicium idem est specie & consimilis motus totius & partis. **V**t sicut tota terrarita & gleba terra nata est deorsum ferri. **I**dem enim de toto simplici corpore & partibus eius est iudicium. **A**t totum cælum neq; graue neq; leue esse probatum est. igitur neq; ulla cæli pars aut grauis aut leuis est. **A**liquin aliud esset motus partium cæli & totius cæli: quod est contra principũ modo adductum. **E**t si una cæli pars separata/divulsaq; esset a toto (quis id natura fieri non possit: cum cælum ab omni scõtionis iniuria sit alienum) ea neq; sursum neq; deorsum ferretur: cum id neq; natura neq; præter naturam fieri possit / quemadmodum de toto cælo probatum est. **S**ecunda conclusio. **C**ælum neq; generabile/neq; corruptibile/neq; augmentabile/neq; diminubile est/neq; alterabile: quemadmodum res naturales alterantur. **P**rimo. **Q**uia generatio & corruptio sunt inter terminos contrarios: scilicet formam quæ acquiritur & alteram quæ deperditur. **E**t quicquid generatur: ex contrario generatur. **E**t quicquid corrumpitur: in suum corrumpitur contrarium / ut in primo Physicorum dictum est. **C**ælum autem nihil est contrarium. **N**am contrariarũ substantiarum contrarie sunt operationes & motus: ut aquæ & ignis. **M**otus autem circulari ipsius cæli nullus est motus contrarius: ut sequens caput ostendet: igitur neq; cælo aliquid est contrarium: quare neq; ipsum generabile est / neq; corruptibile transmutatione Physica. **E**t recte cælum contrarietatis immune est & expers: ut perpetuum sit. **S**i enim contrarium haberet: cum ab eo corrumpi natum esset: non perpetuo constaret. **Q**uod autem cælum non sit augmentabile/neq; diminubile patet: quia augmentatio sit aliqua substantia corporea & similiter non a mole ipsi quod augetur adueniente: cum ab eo aliquid substantiæ resolutum est. **D**iminutio uero sit aliqua substantia cum quantitate ab eo quod diminuitur recedente. **C**ælum autem talem scilicet fluidam non habet materiam ex qua componatur neq; a cælo sit ulla partium resolutio atq; deperditio. **C**um huiusmodi resolutio fiat per contrarium: cælo autem nihil sit contrarium. **E**t cum cælum ostensum sit non esse generabile/neq; corruptibile / neq; augmentabile / neq; diminubile: consequens est ipsum non esse alterabile / quemadmodum corpora sensibilia atq; naturalia alterationem suscipiunt. **N**am alterationes in generationem/corruptionem/ augmentationem / & diminutionem ordinantur ut media in suos fines: quemadmodum in rebus naturalibus liquido constat. **M**odo si finis alicui conuenire natus non est: neq; medium in finem ordinatum eidem conueniet. **Q**uare nullo primorum quinque generum motus / cælum moueri natum est. **S**ecundo. **Q**uia omnes homines cuiuslibet nationis & religionis deo sedem & locum assignauerunt cælum: ut ipsius uniuersi nobilissimum/dignissimumq; locum: igitur illud iudicium est ipsum esse perpetuum. **S**i quidem rationale est immortalis atq; perpetuo locum aptari immortalis & perpetuum: ut dignitati rei dignitas loci respondeat. **T**ertio. **Q**uia ex his quæ præterito tempore facta / posteris tradita sunt: nihil ipsius cæli neq; ullius partis eius mutatum / ut adicælum aut deperditum comperimus: quemadmodum in terra & corporibus naturalibus crebras mutationes factas legimus. **I**d ergo signum est cælum esse in generabile & incorruptibile. **Q**uarto. **A**ntiqui cælum ipsum uocabant æthera: quia sempiterno tempore currat & supremum locum tenet: quod & hac tempore a compluribus ponitur. **N**on enim semel tantum aut bis sed infinities eadem ad nos redeunt opiniones / consimilesq; sententiæ. **A**naxagoras autem ætheris nomine perperam pro igne usus est: quæ crediderit cælum esse ignem & hinc idem utriq; nomen accommodauit.


Cæli nõ habere materiã
eiusdem spẽ
cælum ma
teriam ma
teriam ma
teriam ma

Quarti cap. note.


Circulus / cælum **a** oriens. **b** occident. **c** meridies. **d** primum mobile. **e** firmamentum. **f** saturni. **g** iouis. **h** martis. **i** solis. **k** ueneris. **l** mercurij. **m** lune. **n** hemisphæria. **o** septentrio. **H**emisphæria / dimidiæ sphære.




Vartum cap. continet sex conclusiones. **P**rima. **M**otui circulari motus rectus minime abest contrarius. **N**am motui recto ut motui sursum contrarius est alius motus rectus: & eorum loca aduicem sunt contraria. **S**unt enim sursum & deorsum: motuum differentie & contrarietates. igitur motus circularis motui recto minime est contrarius. **P**ositus est enim tantum unus motus unũ motui abire contrarius.



Eadem cum superiori ratione: nam hi infiniti esse possunt. **N**eq; idem subit iudicium cum motu recto qui est de a in b: motui recto de b in a contrario. **N**am hi recti: determinati / finitiq; sunt. **C**irculares autem (ut dictum est) in determinati / infinitiq; esse possunt.



Edem parte in idem sumuntur semicirculi: ut motus a c b / & motus alter a c b: aduicem contrarii. **Q**uinta. **M**otus eiusdem circuli secundum eius diuersos semicirculos sumpti: contrarii non sunt.



Nam si sumantur hoc pacto motus ab a in b / qui est a c b: & motus qui est a b in a / qui est b in a: contrarii esse nequeunt. **V**nus enim & continuus esse possunt. **M**otus autem contrarii in contrarios abeunt terminos. **N**eq; contrarii erunt sumpti ab a in b a c b: & ab a in b a n b. **S**unt enim ab eodem in idem: & non secundum reſtitudinis distantiam sumpti. **M**otus autem contrarii ex contrariis terminis in terminos secundum reſtitudinis distantiam abeunt contrarios. **S**exta. **T**otius circuli motus: totius eiusdem aut alterius motui non euadit contrarius. **A**lterius quidem non erit, nam si in finiti essent: & infinitis eundem esse oporteret contrarium. **N**eq; eiusdem: ut motus a c b a / motui a c b a. **N**am sunt ab eodem in idem & consimiles. aut ut a c b a / motui a n b a: qui uidentur e diuerso facti, nam iterum sũt ab eodem in idem. **C**ontrarii autem motus ex contrariis terminis in terminos contrarios. **Q**uos si pertinenaciter defendis contrarios: aut simul erunt in circulo a c b. **H**oc autem non, nam contrarii simul stare non possunt. aut aduenient eque fortes: & tunc se impediunt / & neutro mouebitur mobile. **A**ut dominabitur / superabitq; alter eorum, & sic semper uno mouebitur mobile: & nunq; altero. **F**rustra igitur ponitur is quo nunq; mouebitur: esse huic (quo iugiter / sempiternoq; mouetur) contrarius. ut profecto frustra esset calceamentũ / cuius nõq; futura sit calceatio. **D**eus autem & natura nihil faciũt frustra. euaſit igitur (ut arbitror) pspicuum motui circulari nullũ motũ esse cõtrariũ. **N**otariũ quarti cap. declaratio.

Nomine circuli in toto hoc capite circularis corpus & cælum intelligitur. **L**itera a in figuracione cælorum hier & inserta significat punctum orientis / a quo primum mobile incipit reuolutionem diuinam. **B** punctum occidentis: est a diametraliter oppo

Secunda. **M**otus diuersorum semicircularum ab eisdem signis uersus eadem: ut ab a uersus b non sunt aduicem contrarii. **N**am hi infiniti esse possunt. **E**t qua ratione unum unũ contrarium posueris: & reliquorum quemlibet. **A**t tantum unum unũ ponitur contrarius. non igitur sunt cõtrarii. **T**ertia. **M**otus itidem diuersorum semicircularum opposito modo facti: ut de a in b / & de b in a: aduicem non sunt contrarii.

Eadem cum superiori ratione: nam hi infiniti esse possunt. **N**eq; idem subit iudicium cum motu recto qui est de a in b: motui recto de b in a contrario. **N**am hi recti: determinati / finitiq; sunt. **C**irculares autem (ut dictum est) in determinati / infinitiq; esse possunt.

Quarta. **M**otus eiusdem semicirculi e diuerso facti: ut unus ab a in b: alter uero ex b in a / aduicem non sunt contrarii. **N**am diffinita sunt secundum locum contraria: quæ secundum reſtitudinem plurimum distant, motus autem semicirculi a c b / & b c a: non plurimum secundum reſtitudinem distant: non sunt igitur contrarii. quare & minus erunt ii qui ex eadem parte in idem sumuntur semicirculi: ut motus a c b / & motus alter a c b: aduicem contrarii non sunt.

Nam si sumantur hoc pacto motus ab a in b / qui est a c b: & motus qui est a b in a / qui est b in a: contrarii esse nequeunt. **V**nus enim & continuus esse possunt. **M**otus autem contrarii in contrarios abeunt terminos. **N**eq; contrarii erunt sumpti ab a in b a c b: & ab a in b a n b. **S**unt enim ab eodem in idem: & non secundum reſtitudinis distantiam sumpti. **M**otus autem contrarii ex contrariis terminis in terminos secundum reſtitudinis distantiam abeunt contrarios. **S**exta. **T**otius circuli motus: totius eiusdem aut alterius motui non euadit contrarius. **A**lterius quidem non erit, nam si in finiti essent: & infinitis eundem esse oporteret contrarium. **N**eq; eiusdem: ut motus a c b a / motui a c b a. **N**am sunt ab eodem in idem & consimiles. aut ut a c b a / motui a n b a: qui uidentur e diuerso facti, nam iterum sũt ab eodem in idem. **C**ontrarii autem motus ex contrariis terminis in terminos contrarios. **Q**uos si pertinenaciter defendis contrarios: aut simul erunt in circulo a c b. **H**oc autem non, nam contrarii simul stare non possunt. aut aduenient eque fortes: & tunc se impediunt / & neutro mouebitur mobile. **A**ut dominabitur / superabitq; alter eorum, & sic semper uno mouebitur mobile: & nunq; altero. **F**rustra igitur ponitur is quo nunq; mouebitur: esse huic (quo iugiter / sempiternoq; mouetur) contrarius. ut profecto frustra esset calceamentũ / cuius nõq; futura sit calceatio. **D**eus autem & natura nihil faciũt frustra. euaſit igitur (ut arbitror) pspicuum motui circulari nullũ motũ esse cõtrariũ. **N**otariũ quarti cap. declaratio.

*Nota hoc in figura
redundans a pto hanc
not.*

Figuram hanc sicut punctum meridiei ipsa & b equidistant per quod caelum ab oriente in occidentem agitatum transit. N punctus septentrionis sive medietatis puncto e diametraliter oppositum. Circulus d: primum mobile significat. E firmamentum primo mobili proximum. F saturni hemisphaerium / g iouis & ita descendendo.






Quinti capitis prima conclusio. Motus circulari rectus motus secundum locum non est contrarius. Nam motus rectus motui recto contrariatur ut recto motui sursum rectus motus deorsum & e converso. Sunt enim hi motus a terminis contrariis in terminos contrarios: cum locus sursum & deorsum sint termini adinvicem contrarij: igitur motus rectus motui circulari non est contrarius. Nam tantum unus motus simplex uni dicitur esse contrarius. Quare neq; motus circularis motui recto est contrarius. Secunda. Motus diversarum dimidiarum sphaerarum ab eisdem punctis ad eadem puncta non sunt adinvicem contrarij. Ut primi mobilis motus semidiurnus ab oriente per meridiem in occidentem & motus firmamenti ab eodem puncto in idem. Nam huiusmodi motus in finiti & numero indeterminati esse possunt. Cuiuslibet enim sphaerarum talis est motus: quarum certus nec dum constat numerus. Etiam qua ratione tali motui primi mobilis esset oppositus huiusmodi motus firmamenti: eadem ratione motus cuiuslibet sphaerarum inferiorum a signo orientis in signum occidentis ut saturni/iouis/martis: eidem motui primi mobilis esset oppositus. Id autem est inconueniens: cum tantum unus motus uni sit oppositus. Tertia conclusio. Motus diversarum hemisphaeriorum a diversis signis in signa opposita: ut motus primi mobilis ab oriente in occidentem & motus proprius firmamenti ab occidente in orientem non sunt adinvicem oppositi. Nam huiusmodi motus numero indeterminati sunt: & unus pluribus esset contrarius: ut prius. Neq; idem est iudicium de motu recto qui sit ab a in b & altero qui sit ab ipso b in a. Nam hi adinvicem contrarij sunt: & numero determinati: atq; secundum rectum spacium sumuntur. Circulares autem numero sunt indeterminati: & minime secundum recta sumuntur spacii. Quarta. Motus eiusdem hemisphaerij & diversus factus motus semidiurnus firmamenti ab oriente per meridiem in occidentem raptu primi mobilis: & eiusdem motus proprius ab occidente per meridiem in orientem non sunt contrarij. Nam distincti sunt motus secundum locum contrarij: qui secundum spacii rectitudinem plurimum distant. Duo autem motus eiusdem semicirculi & diversus facti non plurimum secundum rectitudinem distant: sicut secundum circuli: igitur non sunt adinvicem contrarij. Quare a maiori nec motus eiusdem hemisphaerij ab eisdem signis ad eadem signa ut motus firmamenti ab oriente per meridiem in occidentem & alter eiusdem motus ab eodem signo per idem in idem sunt adinvicem contrarij. Potior enim illic q; hic videtur contrarietatis ratio. Quinta conclusio. Motus eiusdem circuli secundum diversa eius hemisphaeria sicut secundum hemisphaerij superius & inferius non sunt adinvicem contrarij. Nam si sumatur duo motus primi mobilis: unus ab oriente per meridiem in occidentem: alter vero ab occidente per septentrionem in orientem: non sunt contrarij. Nam sine intermedia quiete unum consistit in totum motum: & adinvicem continui sunt. Motus autem contrarij neq; adinvicem continuari neq; idem consistere possunt. Si vero sumatur motus semidiurnus firmamenti ab oriente per meridiem ad occidentem: & motus eiusdem proprius ab oriente per septentrionem in occidentem: neq; illi adinvicem contrarij sunt. Nam ambo sunt ab eodem in idem: ut pote ab oriente in occidentem: & non secundum recta sumuntur spacii interstitia: quod ad motus contrarietatis requiritur. Sexta. Totius sphaerae motus non est contrarius motui totius eiusdem sphaerae neq; totius alterius. Ut completa primi mobilis revolutio hodierna non contraria est completa eiusdem revolutio hodierna: sicut neq; secundum lapidis casus deorsum primo eiusdem casus est contrarij. Neq; completa primi mobilis revolutio contraria est completa revolutio alicuius aliarum sphaerarum. Quod totius sphaerae motus non sit contrarij motui totius alterius patet: quia eadem ratio: quotiesq; a signatur sphaerae celestis/totidem motibus illi eundem oportet esse contrarij: quod manifestum est inconueniens. Quod vero totius sphaerae motus totius eiusdem motui non sit contrarij patet: quia si capiat unum totius sphaerae motus ab oriente per meridiem in occidentem: & rursus per septentrionem in orientem: & alter eiusdem motus eodem modo factus non sit contrarij. Nam sit ab eodem termino in eundem terminum: & similis speciei atq; continui. Similiter si capiat unus motus ab oriente per meridiem in occidentem: & rursus per septentrionem in orientem: & alter eiusdem sphaerae (ut firmamenti) motus ab oriente per septentrionem in occidentem: & rursus per meridiem in orientem: non sunt inter se contrarij: quis sint contrario modo facti. Quia ambo eadem sunt ab eodem signo in idem signum. Contrarij autem motus sunt ex terminis contrariis in terminos contrarios. Quod si quis dixerit duos huiusmodi totos motus esse contrarios: aut illi simul crunt eodemq; tpe in eadem pte sphaerae: ut in hemisphaerio a c b. hoc autem non est contrarij motus simul eadem subiecto adesse non possunt. Aut adueniet illi duo motus aequae fortes in eadem sphaera sed diversis hemisphaerij: tunc semutuo impediet & ad neutra parte movebitur mobile. Aut alter eorum ut qui est ab oriente per meridiem in occidentem est ualidior: & uehemetior: alter uero qui est ab oriente per septentrionem in occidentem debilior atq; imbecillior: tunc primo motu movebitur semper mobile: & nunquam secundo. Quare secundus quo nunquam caelum moueri natum est frustra ponitur contrarius primo quo semper mouet, ut frustra esset calcis cuius nunquam futura esset calcatio. Deus autem & natura nihil frustra & sine usu faciunt. Manifestum est igitur motui circulari multum motum esse contrarium: & contrarietatem cum uolentia minime in caelo inueniri: sed dumtaxat in corporibus naturalibus.

Quinti capitis nota. In finitum secundo. Angulus est a duarum linearum contactu intercepta extensio. Cedit linea supra lineam perpendiculariter quando anguli ex utraq; parte contactus sumpti adinvicem sunt aequales.


Vintum cap. continet tres conclusiones, tres rationes ad primam, & sex ad tertiam. Prima conclusio. Conueniens est differere an corpus infinitum sit aliquod (quodammodo q; plurimis visum est) An id quod impossibile sit. Primo. Quia aliquod corpus infinitum statueret aut non statueret, multum a contemplatione veritatis distorquet: & non parum, imo in toto sic esse aut non esse: ad veritatem percipiendam videt differre. Expedi igitur an sit an non sit corp; infinitum: & differendi pene oibus & omnium qui de vniuersa determinauerunt natura: & adhuc erit: nisi pto/perfectum. Conueniens est differere an corpus infinitum sit aliquod (quodammodo q; plurimis visum est) An id quod impossibile sit. Primo. Quia aliquod corpus infinitum statueret aut non statueret, multum a contemplatione veritatis distorquet: & non parum, imo in toto sic esse aut non esse: ad veritatem percipiendam videt differre. Expedi igitur an sit an non sit corp; infinitum: & differendi pene oibus & omnium qui de vniuersa determinauerunt natura: & adhuc erit: nisi pto/perfectum. Conueniens est differere an corpus infinitum sit aliquod (quodammodo q; plurimis visum est) An id quod impossibile sit. Primo. Quia aliquod corpus infinitum statueret aut non statueret, multum a contemplatione veritatis distorquet: & non parum, imo in toto sic esse aut non esse: ad veritatem percipiendam videt differre. Expedi igitur an sit an non sit corp; infinitum: & differendi pene oibus & omnium qui de vniuersa determinauerunt natura: & adhuc erit: nisi pto/perfectum.

Handwritten marginal notes in the left margin, including phrases like 'conueniens est differere' and 'an corpus infinitum sit aliquod'.






caru cōteplationū aufert partē. Et quod in principio est modicum: in fine euadit vel q; maximū. At vero id an sit infinitū/an nō sit/in discōssū: multos in Philosophia relinquit errores. Habet enī infinitum principij rationē. Conueniens est itaq; discutere: an corpus infinitū sit aliquod (vt dixerūt) an hoc quidē impossibile sit. Secūda. Nullū corpus neq; simplex neq; cōpositū/ statuedū est infinitū. Cōpositū quidē, quia quod magnitudine & multitudine finitis cōstat cōpositū: finitū est. Tātū enim est: ex quantis & ipsū est cōpositū. At cōpositū oē: ex magnitudine & multitudine finitis euadit cōpositū/ vt paulo latius ostendemus. Est igitur cōpositū oē: finitū. Q; vero nō sit scibile simplex infinitū: ex quo cōpositū cōstitui possit/ paulo post fiet manifestū: prius id de corpore primo/ circulo agitato esse non posse ostēdetes. Tertia. Nullū corp; circulariter motū: infinitū esse pot. Primo. Quia infinitū erūt lineae a centro egredietes: & in centro angulū cōstituetes: & earū infinita distātia. Finitarū enī semp distātia finita est: infinitarū vero infinita. Dico infinita: quia nulla vnquā intercipi magnitudo possit: semp quantitate capiendo/ quae lineas assequatur et tangat. q; si distātia earū adinvicē est infinita: ipsū corpus circulariter moueri: idq; de celo sensu exploratum habemus. Non est igitur quod circulariter corpus infinitū. Et certe quādamodū numerū dicere: infinitū: q; quocūq; accepto maior super sit accipendus, vt non sit maximus: ita & illa intercapedo & duarū linearū distātia/ q; semp inter eas (quacūq; accepta) super sit magnitudo maior accipienda: vt nō sit maxima/ recte posita est infinita. Secūdo. Si a tpe finito tps auferas finitū: reliquū finitū est. Et si tps mot; habet principij: & motus/ & quae fertur magnitudo. Consimiliter enim hōc vt finita aut infinita sint sese habere: ostēdū est. At qui omne tps quo circulo voluit corpus (quod & celū dicimus) finitū est: igitur & motus, & quae fertur magnitudo vt finita sint/ necesse est: & tps quo fertur/ & motus/ & magnitudo pariter habeant principij. Sed vt manifestius huiusce rei percipiamus in cōmodū: sit c b d corpus circulo (quādamodū celū videm) agitatum/ infinitum: si possibile est, a cuius centro a: egrediatur linea: c versus infinita. sitq; extra centrum/ e b d fequidistans/ quiescens & pariter infinita, quia corpus c b d circulo agitatum/ suum perficit motum: abscondit lineā e b d falquo tempore motus. At quia totum tempus quo complet motū: finitū est/ vt sensu vel q; cognitissimū est: tempus quo abscondet/ pertransibitq; lineā e b d finitū/ a tpe finito abscondit: finitū est. abitur igitur infinitū tpe finito: quod est impossibile. Si igitur ipm infinitū esset/ & mundus infinitus: nullo pacto circūferri/ circūq; volui possit: cuius oppositū p se cognitū est. Tercio. Si magnitudo iuxta magnitudinē lata fuerit: hōc eodem tpe se absoluūt. quae si in contrarij late fuerint, velocius. altera vero quiescente: & altera equali velocitate vt cum contrantant/ tardius. Si igitur corpus circulo actum/ esset infinitū: tpe finito abiret finitum circulum circa centrū descriptū, quia toto tpe motus abiret. absolueret igitur ab eodem in eodem tpe: infinitū scilicet a finito & tpe finito: quod in physicis impossibile esse demonstratū est. Et nihil refert an infinitū moueri & finitū quiescere intelligas: aut finitū moueri/ infinitū vt quiescens aut cōtralati. Quarto. Linea cuius est finis & terminus: infinita esse impossibile est. & superficie/ & corpus. At omne figuratū vt sphaera/ circulus/ tetragonus: finē habet & terminū. quod enī determinat nisi tps: neq; sphaera/ circulus/ tetragonus aut aliquid talis (vt neq; pedale: infinitū) esse pot. Q; si nō pot circulus vllus esse infinitus: neq; quod circulariter agitatur. Nam circularis motus is est: qui secundū circulū (vt dicitur est) sumit. Corpus igitur circulo agitatum: infinitū esse nō pot. Quinto. A centro circuli c intelligatur ex vtraq; pte infinita linea a b quiescens. intelligaturq; itide altera quiescens supra a b infinita/ & supra centrū c vt in signo g cadēs: q; sit d e. intelligat rurs; tertia linea c ffurū erecta/ secās cōtinue de ad circularis corporis motū: e vers; mota. Tūc sic. Corpus circularē suū motū absolueret & cōplere nequit: nisi linea c falso & alio lineā rectā d e secādo: vt prius in h/ de in i/ hinc in signo k/ totā rectā absoluat. At hoc impossibile est tpe finito. Nō igit corpus circulariter motū: suū cōplet motū tpe finito: quod falsū est. Aut spacii secundū rectū infinitū abibitur: quod iterū impossibile est. Nō igitur corpus circulariter motū/ infinitū esse potest. Sexto. Tempus quo (quod circulariter fertur) circūuoluitur: finitū est: igitur & magnitudo pertransita. Sunt enim equalia: ita vt medietati temporis medietas respondeat transitū/ et totum totū. quod igitur circūferretur infinitū esse nō posse: ex his q; manifestissimū euasit. Notarum quinti capitis declaratio. De angulo exemplum: ut superficies intercepta inter duas lineas a b/ & a c/ contingentes se in puncto a. De linea perpendiculari exemplum: ut linea c d cadit perpendiculariter super lineam a b: quia ex utraq; parte contactus facit angulos aequales: primum/ a d c/ secundum/ b d c/ quorum uterq; est rectus.



Quinti capitis prima conclusio. Conueniens est discutere an aliquod sit corpus actu infinitum nec ne. Primo. Quia asserere aliquod esse corpus infinitum/ aut nō esse/ multū a veritatis perceptioe distorbat & impedit: neq; parū est momenti/ sed in tota Philosophia multū interesse videt an ponatur tale corpus nec ne: igitur conuenit illud inquirere. Secundo. Quia fere oēs qui de rebus naturalibus determinauerūt: de hac questione inter se disceptationē habuerūt/ atq; cōtrouersia eodēq; ad huc pblemate detinēbunt: nisi aperta fuerit & explorata huiusce rei veritas. Cōducit igitur illud inuestigare. Tercio. Id in naturali Philosophia determinandum est: quod indeterminatum multos in ea efficeret errores. Nam qui parum a veritate deuius aberrat: tandem in errorem longius progrediens maxime a veritate senovebit. Perinde atq; a recto deficiēs tramite quo loq; euagat: eo magis exorbitat. Vt qui minima potētia/ et qua dari nō posset minor/ diceret esse magnitudinē: principia geometriae/ & eius ex principio co-



gnita pene oia destrueret. Supponit eni geometria magnitudinē sine statu p̄ diuisione dīminui posse. Et modica di gressio a ueritas
 te in principio in sine sit q̄ maxima. Et qui an sit infinitū secūdo necne / m̄d̄i cūssū multos in Philoſophia naturali relinqueret erro
 res. Nā infinitū apud ponētes ipm esse / habet principij rationē: dicit enim ipm esse oim principij / ut tertio Physicorū ostēdit: igit
 cōiue. nēs est dīscutere an sit infinitū necne. ¶ Secūda cōclusio. Nullū corp⁹ simplex / infinitū aēu esse pōt: itidē neq; cōpositū. ¶ De
 cōposito patet: quia corp⁹ ex magnitudine & multitudine finitis cōpositū: finitū est. Si eni finitis finita addant: tota esse finita necesse
 se est. Et tantū est unū quodq; corp⁹: ex quātis ipm est cōpositū. Vt si ex decē pedalib⁹: decupdale / si ex quāt; / quim pedale. At oē cor
 pus cōpositū: ex magnitudie et multitudine finitis corporib⁹ simplicib⁹ cōstat / ut sequētia ostēdet: igit oē corp⁹ cōpositū est finitū.
 De simplici aut corpore q; nō possit esse infinitū iā futura dīcussio est: et i primis de celo (quod primū corp⁹ dicit: quēadmodū ¶
 ei⁹ mot⁹ est prim⁹) id ostēdēdū est. ¶ Tercia cōclusio. Nullū corp⁹ circulari motu circū aēu / infinitū esse pōt. ¶ Primo. Quia fa
 cta hypothesi q; tale corp⁹ infinitū: cētū haberet (simpliciter eni nō esset in eo assignādū cētū neq; circumferētia: alioquin esset fi
 nitū) infinitū secūdū magnitudinē erūt lineæ exētes a cētō posito: et i eo angulū cōstitūtes. Vt a cētō c corporis infiniti / educle
 lineæ c a c b esset secūdū lōgitudinē infinitū: cōstituerētq; in cētō c angulū a c b / c s̄t q; earū dīstātia in circūferētia corporis in
 finiti / infinita. Sicut eni finitarū linearū dīstātia / atq; interceptū iter utraq; spaciū / finitū est: ita infinitarū est infinitū. Porro i finita
 dicere ē huiusmodi linearū dīstātia: quia quātūcūq; magnitudinē interceptā accipiedo / et cā quoties lubet repēdo / nūq; ab
 unū extremitate ad alterū extremitate puenire possim⁹ / neq; totā itericēlā magnitudinē absolūere. Cū itaq; illarū linearū dīstātia
 esset infinita: eā corp⁹ circulariter motū p̄ trāsire deberet si cōpletā faceret reuolutionē: nā earū utraq; ita circūferētia corporis apli
 tū cōtineret. At infinitā dīstātia p̄ trāsire ipossibile est: ergo illud corp⁹ circūferri nō pōt. Sed pri⁹ ostēsi est aliquid corp⁹ circulari
 ter moueri: quod etiā de celo sc̄i p̄ p̄tēlū est: igit nō est corp⁹ circulariter motū infinitū. Et sane quēadmodū numer⁹ diceret infis
 nit⁹ aēu: quia quocūq; accepto referret maior aēu numer⁹ accipied⁹. ut nō possit dari maxim⁹ aēu / ita et lineis infinitis intercepta
 superficies diceret infinita: quia quacūq; magnitudinē aēu accepta / maior aēu q̄ inter illas iaceret esset accipied⁹: ut nūq; ad maximā
 puenire cōtineret. ¶ Secūdo. Si a tpe finito / tps auferat finitū: residuū tps finitū est. Et si tps quo fit mot⁹ est finitū: et mot⁹ est finitū:
 et magnitudo q̄ ferēt. i. ipm mobile / est finitū. ¶ Quid ei hęc tria: tps mot⁹ et mobile cōsimiliter sese habeat ut finita sunt aut infinita: i sex
 to physicorū ostēsi est. Sed totū tps quo celū circularē cōplet reuolutionē finitū est / ut pote quatuor et uiginti horarū: igit ¶ ei⁹
 mot⁹ est finit⁹ / et mobile itidē finitū. Quod ut rōe dūctē ad ipossibile planū / cognoscat: sit c b d corp⁹ circulariter motū et infinitū:
 si possibile est. A cui⁹ cētō a / exeat lineā a c / uers⁹ p̄ c i finitū. intelligat p̄ terea lineā e b d / sexta cētū eiusdē corporis describit
 equidistās lineā a c quiescēs / et ex utraq; pte i finitū. Tūc sic. Corp⁹ c b d circulariter motū suū p̄cāt spaciū in toto tpe: igit huius
 modi corp⁹ p̄ trāsit / atq; absoluit lineā e b d / a aliquo tpe mot⁹. Est ei ea lineā ita sui spaciū metas cōtēta / atq; toto spacio minor: cū
 ipa sit minor diametro eiusdē corporis circularis: et diameter sit minor eiusdē corporis circūferētia / totū quod p̄cūrit spaciū suo
 ambitu cōcludēte. Sed totū tps quo corp⁹ c b d suū cōplet motū: finitū est. Nā idē esse pōt tps quo celū diurnā p̄ agit reuolutionē:
 quod est quatuor et uiginti horarū: igit tps quo corp⁹ c b d p̄ trāsit lineā e b d / a toto tpe mot⁹ finito subtrahēt: etiā est finitū /
 et totū tps p̄cāt igit spaciū finitū secūdū rectū / absoluit tpe finito: quod est ipossibile. Si igit ipm corp⁹ circulare esset infinitū / et
 mūd⁹ itidē finit⁹: nō possit huiusmodi corp⁹ circulariter circūferri: cui⁹ oppositū uel sc̄i cognitū est. ¶ Tertio. Si magnitudo
 una iuxta alterā sine etiā motū sine quiescētē mota fuerit: ill cōduē magnitudines eodē tpe se absolūit. Vt si magnitudo a b supponat
 magnitudini c d / et moueāt ambē / i oppositas tamē ptes scilicet una in dextrā et altera in sinistrā: aut una quiescētē altera moueāt:
 eodē tpe se p̄ trāsēt et simul utraq; ad alterū finē puenit. Cū ei supposita affecta fuerit finē magnitudinis supposita: etiā supposi
 ta habebit finē supposita. ¶ Quod si tales magnitudines i cōtrariā pte moueant: ut una i dextrā et altera i leuā: ueloci⁹ se absolūit.
 Si uero earū una quiescat et altera aequali uelocitate moueāt: sicut cū cōtrantebant: tard⁹ se absolūit q̄ cū mouebant cōtrantebāt /
 imo uero duplo tard⁹. Vt ponat magnitudo a b supposita et magnitudo c d supposita cōtrantebant: i dextrā / hęc uero in p̄cōppo
 sitā / et se absolūere i minuto: deide ponat magnitudo c d quiescere et a b moueri i dextrā: aequali uelocitate qua pri⁹ mouebat quādo
 c d ponebat simul moueri: magnitudo a b absoluet c d solū i duob⁹ minutis / duplo scilicet tpe ad tps quo ipsā absoluit cū abē cōtra
 nitebant. quare tard⁹ / altera q̄ utraq; mota / se absolūit. Quod et i corporib⁹ circulariter motis / locū habet / p̄mptiq; est ostēdere
 sicut i his q̄ recto motu ferunt. Si igit corp⁹ a circulariter motū esset infinitū: tpe finito absolueret b circūlū finitū circa cētū c / descri
 ptū: quia circūl⁹ minor toto tpe mot⁹ corporis a (quod quēdē tps hic finitū esse supponit) absolueret. Quare corp⁹ infinitū a / edūer
 so absolueret ab eodē circulo finito b i eodē tpe. Nepe si duarū magnitudinū una iuxta alterā lata fuerit: hęc eodē tpe se absolūit.
 quare eodē prors⁹ tpe primū absoluit a secūdo: quo primū absoluit secūdū. Et ita infinitū corp⁹ absolueret a finito et tpe finito: qd
 pri⁹ ostēsi est ipossibile. Et nullū est dīscrimē an infinitū circūlū moueri et finitū q̄scere itelligam⁹: aut finitū moueri et infinitū q̄scere:
 re: aut infinitū cōtrante finitū / sicut mot⁹ s̄p̄t: earū inferiorū cōtrante tū motui diurno primi mobilis. ¶ Quarto. Lineā cui⁹ est finis
 et termin⁹ infinita esse ipossibile est: et superficie terminis clausā: itē et corp⁹ terminis cōtēta: infinitū esse repugnat. At quicquid figurā
 habet (sicut et ois figura / ut s̄phera / circūl⁹ / quadrāgūl⁹) finē habet et terminū. Nā ex opposito qd infinitū est et nulla ex pte deter
 miatū: neq; s̄phera / neq; circūl⁹ / neq; quadrāgūl⁹ / aut quīs alia figura esse pōt: sicut neq; pedale pōt esse infinitū. Nō pōt igit circūl⁹
 ull⁹ esse infinit⁹: ex quo cōsequit⁹ corp⁹ qd circulariter mouet infinitū esse nō posse. Circulariter eni mot⁹ est q̄ secūdū circūlū ut suū spa
 ciū sit. Et si alicui⁹ mot⁹ spaciū finitū esset mobile finitū esse necesse est. ¶ Quinto. Sit datū corp⁹ circulariter motū infinitū si possi
 bile est: a cui⁹ cētō c exeat a sinistro i dextrā p̄cā lineā a b quiescēs et utraq; ex pte i finitū. Præterea itelligat alterā lineā quiescēs sur
 pra lineā a b finitā et supra cētū c etiā a sinistro i dextrā porrectā / cadēs i p̄cēlo g q̄ sit d e. Demū itelligat tertia lineā c f a cētō
 sur su creclā / diuidēs cōtinuē lineā d e ad motū corporis circularis et mota uer⁹ p̄cēlū e. Tūc sic formaē rō. Corp⁹ circulare suū
 motū p̄ficere neq; nisi lineā c f totā lineā d e absoluat / et p̄ trāsāt: pri⁹ eā diuidēdo i p̄cēlo h / deide i p̄cēlo i / postea i p̄cēlo k / et
 ita cōtinuē i alio et alio p̄cēlo. Nā lineā d e infinita nō exhibet circūferētia corporis circularis infiniti: imo minor diametro nō tān cō
 plecti spaciū quātū est corporis infiniti spaciū. Sed ipossibile est q; lineā c f absoluat lineā d e finitā tpe finito. Alioquin spaciū finitū
 secūdū rectū p̄ trāsiret tpe finito: quod in physicis ostēsi est ipossibile: igit corp⁹ circulariter motū nō pōt esse infinitum.



¶ Sexto. Tempus quo celum completa reuolutione agitatur finitum est: ut uiginti quatuor horarum mora determinatum. igit
 ur & spaciū per quod huiusmodi corpus mouetur: est finitum. Tempus enim & spaciū in motu regulari similem habent
 respondētiam: ut totum toti respondeat & medietas medietati. Non est igitur corpus quod circulariter mouetur / infinitum:
 cum mobile infinitum non possit moueri in spacio finito. ¶ Sexti cap. note.



Extum cap. continet duas conclusiones, & duas rationes ad primam. ¶ Prima con
 clusio. Nullum corpus sensibile simplex: infinitum est. ¶ Hoc nuper demonstra
 dum relictum erat: quod ostendimus. ¶ Primo. Quia nullum corpus aut a medio
 aut ad medium latum: infinitum est. Omne autem sensibile simplex: aut a medio
 aut ad medium latum est. nullum tale igitur infinitum. Quod uero nullum cor
 pus a medio aut ad medium latum infinitum sit: hinc liquet, quia lationes a me
 dio & ad medium aduicem contrarię sunt: contrarię uero in contraria abeunt
 loca. Et si contrariorum vnum determinatum est: determinatum erit & reliquum. At contrarior
 rum vnum ut medium determinatum est: quo vnumquodq; grauium feratur. Non enim contingit
 medio longius pertransire. Igitur & reliquum determinatum est. Nullum igitur tale / infinitum. deter
 minatis enim extremis: quicq; infinitū esse ipossibile est. Quod si extrema finitū determinata: media
 determinata esse necesse est. Alioquin determinatis extremis interclusum / interceptumq; esset infini
 tum: & infinitus in medio motus contingeret: quod ipossibile est. ¶ Secundo. Quia cum omne sen
 sibile simplex / leue sit aut graue: si aliquid tale infinitum ponas: infinitam aut leuitatem aut grauitas
 tem habere concedas oportet. Quod sic ostendo. Sit graue aliquid corpus simplex infinitum / si
 possibile est: b graue finitum. Ex a capio grauitatem finitam quamlibet ut secundum magnitudinem
 a: quę quia sit finita / & grauitas b finita: totiens poterit sumi / ut totam grauitatem corporis b finiti
 mensuret. Vt exempli causa / sit b decupla, sumo decem partes infiniti a, parti a e quales, quę equam
 cum b retinebunt grauitatem, & cum semper sumendo partes tantas non contingat deficere: a infini
 tam continebit grauitatem: quod erat ostendendum. Neq; refert illas grauitates commensuratas esse
 aut incommensuratas: itidem accidet quod volumus. Quod si iterum posueris grauitatis finitę: alia
 subibis incommoda: finiti & infiniti equam esse grauitatem / imo & finiti maiorem. Nam videmus
 in finitis in maiori magnitudine maiore geri grauitatem. ut in dupla duplam / & ita deinceps. si itaq;
 sit finita: sit dupla magnitudinis b. sumo b & c duplam / finitam: equam seruantem grauitatem. q; si
 sumis b d corpus finitum: maiorem corpore infinito retinebit grauitatem. esset igitur infinita graui
 tas. Et cōsimiliter in infinito leui infinita leuitas. At uero infinitam aut leuitatem aut grauitatem
 esse ipossibile est: quia cum grauitas aliquanto tempore & aliquanto mouet spacio: dupla idem
 eodem spacio mouet in tempore subduplo / & ita semper ut quemadmodum grauitas crescat: decre
 scat tempus & minus fiat. Et cum omni proportionē grauitas infinita finitę grauitatis vim superet
 motricem: oporteatq; mobile / mouentium virtutum excellentias & proportionē sequi: profecto in
 non tempore aut minimo (nullum autem minimum) mouebit: ut quę omnem mouendi proportio
 nem excedens: nulla proportionē moueat: quod ipossibile est. Nulla siquidem infiniti ad finitum
 proportio est. Quod si contendas in tempore moueri: accidet grauitatem finitam & infinitam aequali
 tempore mouere / quod est ipossibile. Esto enim grauitas infinita a: b finita. quia utraq; in tempo
 re mouet: aduicem in mouendi proportionem habent. ut sit a dupla (quamcumq; aliam dederis / idem
 valeat) sumo b & c dupla grauitatis ad b: quę duplam mouendū ad b feruat proportionem. equali
 ter igitur cum a mouebit. quęcumq; enim ad idem eandem seruant proportionem: illa ut aequalem
 inter se habeant / necesse est. & non modo hoc: uerum si b d finitam grauitatem sumeres: b d finita
 mouendi uirtus: infinitam a mouendi uirtutem excederet, & in minori tempore moueret / quę si im
 possibilis sunt: manifestum est infinitum sensibile corpus esse non posse. Sed id mentem in dubi
 um trahere possit: an plures sint mundi / an mundus vnus infinitus. Nam ipsum aut finitum esse aut
 infinitum necesse est. ¶ Secunda conclusio. Mundus non est infinitus. ¶ Iuxta ea quę prius allata
 sunt: prompta est huius rei demonstratio. ¶ Nam aut esset simularium partium / aut dissimilium.
 Non simularium. Nam omne tale simplex est: cui debetur vnus motus / aut circularis aut rectus.
 Modo uero ostensum est: nullum neq; circulo neq; recto actum / esse posse infinitum. non est igitur
 simularium partium. Neq; quidem dissimilium. Nam aut esset ex specie infinitis / aut finitis. non in
 finitis. Nam simplices motus specie finiti sunt. igitur & simplicia corpora specie dīscrimen habent
 tia / finita sunt. Cuiuslibet enim corporis simplicis vnus est motus simplex. Neq; ex finitis erit. nam
 aut eorum omnia: aut eorum vnum / infinitum esse oporteret: ut ignem / aerem / aquam / aut ter
 ram. hoc autem esse non potest. ¶ Primo. Quia aut leuitas aut grauitas daretur infinita: quę
 infinita dari non posse monstratum est. ¶ Secundo. Quia loca oporteret esse infinita. ¶ Tertio. Quia mo
 tus essent infiniti: & neq; ferrentur sursum neq; deorsum. Quod enim factū esse non cōtingit: ipos
 sibile est fieri, & in qualib; & in quāto / & vbi. Vt quod factū esse nō pōt albi: ut albefiat ipossibile est.

a
b
c
d
e
f
g
h
i
k
l
m
n
o

a. equales
b. inaequales


Et quod cubitale factum esse non contingit: impossibile est cubitale fieri: & quod impossibile est peruenire in Egyptum: proficisci in Egyptum haud quaquam valebit vnquam. Itaque quod sursum aut deorsum esse non potest: sursum aut deorsum feretur nunquam. Quarto. Quia aut tale infinitum moueretur secundum naturam aut praeter naturam. Si praeter naturam: ergo alius esset locus: in quem secundum naturam ferretur. Hoc autem impossibile. mundus igitur infinitus esse non potest.

¶ De gravitate comensurata exemplum. ut sit corpus a/e/diuisum in quatuor quartas: a/b/c/d id est e/quarum quilibet habeat gravitatem ut quatuor. ea est comensurata: nam equalium magnitudinum est aequa gravitas. ¶ De comensurata exemplum: ut corpus f/x/ diuidatur in quatuor quartas: quarum prima f/g/ sit grauis ut quatuor/ secunda g/h/ ut quinque/ tertia ut sex/ quarta ut septem. ea est incomensurata: nam non qualis proportio magnitudinis ad magnitudinem: ea est gravitatis unius ad gravitatem alterius. Consimiliter diffinitur leuitas comensurata & incomensurata.


¶ Ex hoc prima conclusio. ¶ Nullum corpus naturale simplex est infinitum actu. ¶ Primo quia nullum corpus a medio aut ad medium recte motum est infinitum. Omne autem corpus naturale simplex aut recte mouetur a medio aut ad medium. Nam si leue: mouetur a medio: si graue: ad medium: igitur nullum corpus naturale simplex est infinitum. Primo autem loco assumpta propositio patet: quia lationes a medio & ad medium sunt contrariae: nam secundum rectitudinem plurimum distat. lationes autem contrariae sunt in loca contraria: quandoquidem motus contrarij sunt in terminos adiuuicē contrarios. Quod si contrarij unum determinatum est: et reliquum determinatum erit. At contrarij unum determinatum est scilicet sursum simpliciter. Quod si extrema sit determinata: media illis intercepta determinata esse necesse est. Alioquin determinatis extremis media intercepta esset infinita: et infiniti inter terminos constitutos motus fieret: quod impossibile est. ¶ Secundo. Omne corpus naturale simplex aut leue est aut graue: si ergo ponatur corpus naturale simplex infinitum actu: ipsum infinitum haberet leuitatem aut gravitatem. Quod sic offenditur. Sit a/corpus naturale simplex infinitum atque graue: & b/corpus graue finitum. Sumaturque corporis a gravitas aliqua finita scilicet magnitudinis a e. Quae quia finita: aliquam habet proportionem ad gravitatem b finitā. totiensque sumi poterit gravitas a: ut tota gravitate finitā b finiti mensuret & absoluat. Exempli gratia: sit gravitas a e subdecupla ad gravitatem b. Sumo ipsius a corporis infiniti decem magnitudinis partes aequales parti a: e quarum quilibet aequa est a e seruet gravitatem sicut & magnitudinem: sitque a o compositum ex illis decem partibus. Itaque sic. gravitas a o est decupla gravitati a e: & gravitas b in idē decupla gravitati a: ergo gravitas totius a o ex decem illis partibus conluta est aequa gravitati b. At sumendo partes magnitudinis aequales ipsi a e: non potest absumi corpus a infinitum: cum infinitum per finitae partis ablationem nunquam consumatur: igitur neque tota eius gravitate unquam sumi possibile erit: cum unaquaeque partium infiniti sua habeat gravitatem: alioquin corpus simplex non esset: quod hypothesei aduersatur positae. In simplicibus enim corporibus totius & partium eadem ratio est. Et nihil interese (inquit philosophus) si huiusmodi gravitates corporis infiniti ponatur esse comensuratae & uniformes: uel incomensuratae & diffformes. Nam semper idē sequetur propositum: scilicet corporis infiniti gravitatem esse infinitam. Quod si quis dixerit huiusmodi corpus simplex infinitum habere gravitatem finitam: cogetur concedere grauita incomensuratae scilicet q/corporis finiti & infiniti sit e qua gravitas: imo uero q/corporis finiti sit maior gravitas q/ infiniti: quod duo sunt impossibilia: cum in corporibus naturalibus simplicibus in maiori magnitudine sit maior gravitas: ut in dupla magnitudine dupla gravitas: & tripla mole tripla gravitas: & ita deinceps. Si itaque gravitas corporis infiniti sit finita: ponatur esse dupla gravitati corporis b finiti: quandoquidem finiti ad finiti sit proportio. Capiō corpus b & e duplū secundum molem ad b/ & e/ cuius etiam gravitas est dupla ad gravitatem b. Nam magnitudinis ad magnitudinem & gravitatis ad gravitatem eadem supponitur esse proportio. Cum gravitas b c sit dupla ad gravitatem b/ & gravitas corporis infiniti a e sit dupla ad gravitatem b: gravitas b c corporis finiti aequatur gravitati a corporis infiniti. Quaequeque enim ad idē eandē seruat proportionem inter se sunt equalia: igitur corporis finiti & infiniti est aequa gravitas: quod est primum inconueniens. Capiō deinde b d corpus triplū ad b secundum molem: cuius itidem gravitas erit tripla ad gravitatem b/ & maior gravitate b c: quare etiam erit maior gravitate a e equali gravitati b c. Corporis igitur finiti est maior gravitas q/corporis infiniti: quod est secundum inconueniens. Quomodo circa necesse est corpus infinitum (quod admodum prius assumptum erat) si graue fuerit/ habere infinitam gravitatem: & si leue/ habere infinitam leuitatem. Infinita autem gravitate aut leuitate esse impossibile est. quia si gravitas finita aliquando tunc & aliquando mouet spacio aliquod mobile: dupla gravitas idē mobile eodē spacio mouet in tunc subduplo/ seruatoque semper eodē mobili quantū crescit uis motiua: ita tunc decreuit tunc/ ut in physicis ostensum est. Et mobile sequitur excellētias & proportiones uirtutum mouētium/ ut quāto uirtus motus sit maior/ ita tunc mobile moueat uelocius: ut in septimo Physicorum ostensum est. Gravitas autem infinita supra omnem proportionem superat uim motiua gravitatis finitae: igitur gravitas infinita mouet in nō tunc sive in nunc impartibili: quod nullā ad sps itidē habet proportionem/ aut ipsa mouet in minimo tunc potest. Nulla autem est tunc minimum simpliciter/ ut neque minima linea. Et in nō tunc atque instanti nō potest fieri motus physicus: igitur nō potest esse quoquo pacto infinita gravitas: neque ea potest quicquam mouere. ¶ Quod si quis dixerit gravitatem infinitam in tunc mouere: sequetur gravitatem finitam & infinitam equali tunc mouere/ quod est inconueniens. Sit enim gravitas infinita a/b finita. Cui utraque moueat in tunc: habet adiuuicē aliquam mouēdi proportionem/ quod admodum tunc motus unius ad tunc alterius est proportio. Ut sit uirtus mouēdi a/ dupla ad uirtutē mouēdi b. Sumo itaque b & c duplā gravitate ad b/ & duplā itidē habet mouēdi uirtutē ad b. Et posita est gravitas a e ita duplā habere mouēdi proportionem ad b/ igitur gravitas a e gravitas b c eadē habet mouēdi uim atque proportionem. Quaequeque enim ad idē eandē seruāt proportionem/ inter se sunt equalia: igitur gravitas finita & infinita equali tunc mouet/ quod est adductū inconueniens. Et nō solum illud sequitur inconueniens: sed si sumatur b d tripla gravitas ad b/ & sesquialtera ad b c illa maiorē habet mouēdi uirtutē q/ b c/ ut notū est: ergo etiam habet maiorē q/ gravitas a cuius uirtus probata est aequari uirtuti b c: igitur uirtus finita mouēdi b d excedit finitam uirtutē mouēdi a/ & in minori tunc mouet b d q/a. Hoc autem manifestū est inconueniens: igitur nō potest esse aliquod corpus naturale simplex infinitum. ¶ Sed dubitare quispiam possit an plures sint mundi: uel unum mundum infinitum: cui ipsi mundus aut finitum aut infinitum esse necesse sit: quod nunc disceptandum est. ¶ Secundum conclusio. Mundus non est infinitus secundum magnitudinem. ¶ Nam aut mundus esset ex partibus eiusdem inter se speciei et denotatiōis aut diuersarum specierum. Nō ex partibus eiusdem speciei: quia huiusmodi

di corpus ex comensurabilibus specie partibus compositum simplex esse debet. Cuiuslibet autem corpori simplici debet unum motum simplex aut circularis, aut rectus. Nunc autem ostensum est nullum corpus simplex aut recto aut circulari motu agitur, esse posse infinitum. igitur mundus non est infinitus et ex comensurabilibus naturae partibus compositus. Neque mundus infinitus esse potest ex dissimilibus partibus compositus. Nam aut esset ex infinitis secundum multitudinem specie distinctis: aut ex finitis. Nō ex finitis. Nam simplices motus specie finiti sunt determinati: quia prius positi sunt esse tres: igitur et simplicia corpora specie differētia finita sunt. Cuiuslibet enim corporis simplicis unum est motus simplex. Neque mundus est ex finitis secundum multitudinem specie distinctis. Nam aut omnia corpora simplicia ex quibus componeretur oporteret esse infinita secundum molem: aut saltem unum eorum. Si enim omnia essent secundum magnitudinem finita: & totus mundus (ut qui ex finitis constitueretur) esset finitus. Nullum autem eorum quae mundum componunt: potest esse secundum molem infinitum. ¶ Primo. Quia in eo aut grauitas aut leuitas daretur infinita. Prius autem ostensum est nō posse esse grauitatem aut leuitatem infinitam. ¶ Secundo. Quia tunc oporteret esse loca infinita: cum infinitum loco finito contineri nō possit. ¶ Tertio. Quia tunc motus esse deberet infinitus: sicut & spacia infinita. Neque tale corpus sursum aut deorsum moueri cōtingeret. Quod enim factum esse nō potest: impossibile est fieri: siue id in qualitate fuerit, siue quātitate, siue latitōe. Vi impossibile est esse hominem qui uertice caeli tāgatur: igitur impossibile est tāgari fieri hominem. Et impossibile est re naturale motū esse ultra caelum: igitur impossibile est re naturale moueri ultra caelum. Ita quod sursum aut deorsum motū esse nō potest: impossibile est sursum aut deorsum ferri. Atqui infinitum corpus: sursum aut deorsum motū esse nō potest: nō oporteret ipsum pertransire spaciū infinitum: igitur impossibile est ipsum moueri sursum aut deorsum. ¶ Quarto. Quia tale corpus aut moueretur secundum naturam, aut praeter naturam. Si moueretur praeter naturam: ergo ei assignandus esset alius locus in quem ferretur secundum naturam. Nam si alicui conuenit motus praeter naturam qui est posterior: eidem conuenit alius motus secundum naturam qui est prior. At impossibile est aliquid esse locū in quem secundum naturam feratur: quia tunc oporteret esse duo loca infinita: uidelicet unum in quem praeter naturam alterum in quem secundum naturam moueretur: quod est inconueniens. Nam ratio loci infinito repugnat. Et eadem ratio conuincit tale corpus nō posse natura moueri: quia scilicet locū in quem natura feratur habere non possit. Nempe cum nullus ei locus assignari queat: neque ullus sane locus naturalis eidem poterit deputari: igitur impossibile est tale corpus moueri. ¶ Septimi cap. nota.


¶ Eptimum cap. continet quatuor conclusiones, & unum correlatiū post quartam. ¶ Prima conclusio. Infinitum a finito patitur impossibile est. ¶ Sit a mobile infinitum: quod patitur (si fieri potest) & moueatur a mouente finito/ b in tunc/ c. Sitque d/ pars uirtutis mouentis/ b. Quae (quia minor est q/ b) mouebit mobile minus q/ a/ in tunc/ c. Sit illud/ e: capio partē finitā infiniti/ a/ equalē/ e/ quae sit/ a/ f. quia igitur potest/ d/ finitē ad/ b/ potētia finitā est proportio: b/ finita potētia maior mouebit/ a/ f/ equalē/ e/ in minori tunc q/ c. mouet enim equalē/ idē e eodē tunc, et maior: idē i minori, et minor: i maior rursus si duplū i duplo: et ita secundum analogiam. Quicquid igitur/ b/ i tunc/ c/ mouebit: proportione ad partē finitā a/ f/ et mobile equalē/ e/ feruabit. Infinitum autem ad finitum nulla cadit proportio. Mouebit igitur solum finitum in tunc/ c. Si enim/ d/ sit ad/ b/ in aliqua proportione ut subtriplo: intelligo/ h/ potētia duplā ad/ d/ q/ mouebit mobile duplex ad/ e. & similiter/ a/ f/ ut/ a/ g/ i tunc/ c. Intelligo deinde triplā/ q/ sit/ i/ q/ quia triplā ad/ d/ mouebit mobile triplū/ e. & similiter partē finitae/ a/ f/ ut/ a/ h/ in tunc/ c. Manifestū est enim triplū/ finitū esse: alioquin infiniti ad finitū proportione dabis: & infinitum finiti triplū/ facies: quod impossibile est. At cum i tripla sit ad d: & similiter b prima uirtus ad d tripla: b uirtus equalis est potētia i: quare in eodē tunc mouebit a h. Quod si mouet a in finitum in tunc/ c: in eodē tunc mouet finitum & infinitum: quod est impossibile. ¶ Secunda. Neque finitum patitur ab infinito tunc finito. ¶ Hec est conuersa praecedētis. Sit a finita uirtus: q/ moueat b finitū mobile in finito tunc/ c si fieri potest. Capiō quācūque partē finitā libuerit finitae uirtutis a: ut a f: q/ moueat min⁹ quodcūque q/ b in tunc/ c. manifestū est oportere eā minus mouere ut e. Et cum uirtus sit finitū: habet e ad b aliquā proportionem: ut exempli causa sit b triplū. Capiō uirtutis finitae partē finitā a g duplā partē a f: q/ quia dupla/ mouebit duplū mobile: ut h in eodē tunc. Et pars triplā uirtutis a h: mobile triplū ut i in eodē tunc: et ita semper secundum analogiam et proportionem: quare et a h mouebit b equalē mobili i i eodē tunc/ c. Et cum tota uirtus a ad a h nullā habeat proportionem: nō mouebit b in tunc/ c/ imo neque in tunc/ c: quod est positum oppositum: aut infinita uirtus et uirtus finita idē mobile & eodē tunc mouebit: quod est impossibile. ¶ Tertia. Infinitum ab infinito aliquo tunc nō patitur. ¶ Sit a unum infinitum & b alterum: quod patitur ab a in tunc/ c. Patiturque b pars quācūque ab a ut b d in minori tunc ut e. Suppositum enim idē in minori tunc mouere min⁹: quia temporis e finiti ad totū tunc est proportio: a mouebit mai⁹ b d ut b f i tunc/ c maiore: & iterum mouebit mai⁹ in maiore: quare tādē deueniet: ut partē aliquā acceptā finitā i tunc/ c moueat: i quo mouet et b: et finitū et infinitum i eodē tunc ab eodē parte: quod est impossibile. ¶ Quarta. Infinitum aliquo tunc nō mouebit infinitum. ¶ Nō finitum. Nam infinitum patere ab infinito tunc finitum: quod esse nō potest. Neque tunc infinito: quia infinitum tunc finem nō habet: et in tunc finitum rursus aliquid moueret. quod si dixeris esse finitum: oppositum est secundum: si uero infinitum: oppositum tertiū. Si nihil mouere aliquo uillo tunc finitum dixeris: et tunc infinito cōtinuē qesceat. ¶ Correlatiū. Ex his iterum manifestū est nullū sensibile corpus esse infinitum. ¶ Primo. Quia omne corpus sensibile uirtute habet actiua et passiuā. Neque quidē extra caelum est infinitum: tunc nominat enim intra et extra locū. Extra caelum autem nō est locus neque tunc. Neque corpus circulariter motū. Nam mouet circa mediū. Infinitum autem nō est mediū: neque secundum rectū motū: quia locū ad quem ferretur infinitum esse oporteret. Quod si ferretur praeter naturam: esset ei assignandus locus infinitus sui motus secundum naturam, et uirtutē eius motiua oporteret esse infinita. Infinitum enim uis (ut finita finiti) infinita est. Et id a quo praeter naturam moueretur: esse oporteret infinitum: & plura esse infinita/ aut infinitum pati a finito: quae impossibilia




esse per manifesta sunt. Quod si dixeris ipsū a seipso moueri (ne plura esse infinita concedas) erit igitur in finitū animal. Est enim id animalibus propriū. Sed quomodo erit infinitū animal? Neque Democriti et Leucippi determinatio approbata est: infinitas similes atomos positione & situ determinatas: inter sita vacuo infinitū consistere. Primo. Quia eas atomos dicunt esse eiusdem nature, ut si aurū in frustula dirimatur: auri quilibet pars diuisa cuiuslibet alteri eadē esse: quare oēs illę ad totius locū ferrentur, ut quod fertur ignis: & ignis scintilla: & quo terra: & terrę glebula. Hoc autē impossibile. Secundo. Quia si una atomorū fuerit leuis: & unaquęq; reliquarū, quare nihil erit graue simpliciter. Ponit enim ex illis atomis oia consistere: & originē ducere, hoc autē falsū. Tertio. Quia omnia ferrentur sursum aut omnia deorsum, quod si sursum: moueretur a medio, si deorsum: ad mediū. Infinitū autē nō est mediū, quia ubi mediū fuerit: & extremū cōperiri necesse est. Quarto. Quia nullus erit locus quo moueatur. Nā aut moueretur natura aut pter naturā: quibus motibus determinata sūt loca, esset igitur in oib; inductio cōpertū est. Quod si ita fuerit: omnia leuia dicere nō poteris: neq; omnia graua. Neq; illud infinitū ex similitudinibus/eiusdem nature atomis esse cōflatū. Sed quod nullū sit corpus infinitū: satis arbitror ostensum.




Septimi capitis prima conclusio. Infinitū a finito moueri impossibile est. Infinitū uero: quod infinita habet mouendi aut resistenti uirtutem. Finitū uero: quod finita. Sit a/mobile infinitū: quod moueat a mouētē finito/b/in tēpore/c. Capio d/partē uirtutis mouētis/b. Quia quia minor est q̄/b/suū totū: in tēpore/c mouebit mobile minus q̄/a/per quartā regulā septimi physicoꝝ. Sit itaq; illud mobile minus/e. Capio infinitū a/partē finitā equalē ipsi/e quę sit a/si quā etiā mouebit uirtus d/in tēpore c/ipsi equalē. Tūc sic. Potētia d/finita et minoris ad/b/potētiā finitā et maiorē est proportio. Sēper enim finitū ad finitū proportio est. Sed uirtus d/mouet a/sin tēpore/c ut probatū est: igitur b/uirius maior mouet idē mobile a/si equalē ipsi/e in minori tēpore q̄/c. Equale enim mouēt/e equalis potētiā mouet idē atq; eiusdē resistentiā mobile in eodē tēpore. Maius autē mouēt atq; maioris uirtutis: mouet idē mobile in minori tēpore. Minus uero mouēt idē mobile in maiori tēpore mouet: ut si duplo minus: in duplo maiori tēpore mouet et ita de ceteris. Sit itaq; illud minus tēpore/l. Tūc sic. Tēporis/c ad tēpore/l est aliqua proportio: igitur et mobilis quod mouet/b/in tēpore/c ad a/si mobile quod uirtus b/mouet in tēpore/l aliqua est proportio. Quę enim tēporis ad tēpore: talis est mobilis ad mobile proportio/seruata eadē uirtute mouētē. Quare quicquid b/in tēpore/c mouebit: finitū est. In finitū siquidē ad finitū nulla est proportio. Nō igitur b/uirius finita mouebit a mobile infinitū in/c quod est hypothesis oppositū.



Quod si quis pertinaciter cōtendat a/mobile infinitū moueri ab ipso/b/finito in tēpore/c in multa incidet in cōmoda. Cū enim d/partē sit ad/b/suū totū in aliqua proportio: gratia disciplinę: sit illa subtripla. Capio b/potētiā duplā ad/d/quę quia dupla/mouebit mobile duplū ad/e/et similiter ad a/si in tēpore/c quod sit a/g/per quartā regulā septimi physicoꝝ. Capio deinde uirtutē mouētē triplā ad/d/quę sit i/quę cū sit tripla: in tēpore/c mouebit mobile triplū ad a/si/mobile ipsius/d/quod sit a/lx. Manifestū quidem est: i/cum sit per hypothesis triplū ipsū d/esse finitū: alioqui infinitū ad finitū esset proportio / et infinitum finito daretur triplū: quod est impossibile. Cum itaq; uirtus i/sit tripla ad/d/similiter et b/primā uirtus mouens sit tripla ad/d/per hypothesis: uirtus mouens i/et b/inter se equantur. Nam quę uirtutes mouentes ad idem eandem seruant proportionem: illę inter se sunt equales. At uirtus mouens i/mouet a/k/in tēpore/c ut probatū est: igitur et b/uirius equalis i/mouet idē mobile finitū a/k/in tēpore/c. Et eadē uirtus b/mouet a/mobile infinitū in tēpore/c per hypothesis. Eadē igitur uirtus eodē tēpore mouet mobile finitū & infinitū: quod est impossibile. Secunda conclusio. Neq; finitū mouet ab infinito tēpore finito.




Sit a/uirius infinita quę moueat b/mobile finitū si fieri potest in tēpore/c. Capio uirtutis infinitę partē quālibet finitā u/a/si quę quia suo toto minor est: in eodē tēpore mouet mobile minus q̄/b/p quartā regulā septimi physicoꝝ. Sit itaq; illud mobile e. Et quia utrūq; mobile salicet b/et e/est finitū: habet b/ad/e/ aliquā proportionē: ut exēpli gratia sit b/triplū ad/e. Capio uirtutis a/infinitę partē finitā a/g/duplā partē a/si quę quia dupla/mouebit duplū mobile ad/e/quod sit b/p quartā regulā septimi physicoꝝ. Capio deinde uirtutis infinitę a/partē finitā a/k/triplā partē a/si quę eodē tēpore/c mouebit mobile triplū ad/e/quod sit i. Cū autē b/mobile per hypothesis sit triplū ad/e/et mobile i/etiā sit triplū ad/e/mobile b/et i/inter se equantur. Nam quę ad idē seruāt eandē proportionē: inter se sūt equalia/quare uirtus a/k/mouēt mobile i/in tēpore/c (ut modo ostensum est) etiā mouet mobile b/ equalē i/in eodē tēpore. At qui tota uirtus a/quę posita est infinita: ad a/k/ uirtutē finitā nullā habet proportionē: igitur uirtus a/nō mouebit b/mobile in tēpore/c immo neq; in aliquo tēpore: quod est hypothesis oppositū, aut infinita uirtus a/et uirtus finita a/k/mouebit idē mobile b/in eodē tēpore/c quod est impossibile. Tertia conclusio. Infinitū ab infinito tēpore finito moueri nō potest. Sit a/uirius mouēs infinita et b/mobile infinitū quod moueat ab/a (si fieri potest) in tēpore finito. c. Capio mobilis b/in finitū partē quālibet finitā ut b/d/quę a uirtute infinita a/mouebit in minori tēpore q̄/c. Suppositū enim est prius sicut idē mouet equalē in eodē tēpore: ita idē mouere minus in minori tēpore: ex secūda regula septimi physicoꝝ. Sit itaq; illud tēpore e. Cū tēpore c/ finitū sit et etiā e/habet e/ad/c/ aliqua proportio: ut exēpli gratia subtripla. Capio mobilis b/in finitū partē finitā b/s/duplā partē b/d/quę ob id mouet ab/a/ uirtute infinita in tēpore duplo ad/e/quod sit b/p quartā regulā septimi physicoꝝ. Capio deinde mobilis b/in finitū partē finitā b/g/triplā partē b/d/quę mouet ab/a/in tēpore triplo ad/e/quod sit i. Et cū tēpore c/etiā posita sit triplū ad i/tēpore c/et i/ad idē tēpore e/ eandē seruatiā proportionē/inter se equantur. At a/uirius infinita mouet mobile b/g/in tēpore i/er go etiā mouet idē mobile in tēpore c/ equali tēpore i. Et posita est eadē uirtus mouere totū mobile infinitū b/in tēpore c/ igitur eadē uirtus eodē tēpore mouet mobile finitū et infinitū, quod est impossibile. Quarta conclusio. Infinitū neq; finito tēpore neq; infinito natū est mouere infinitū. Nō quidē finitū: quia tūc infinitū mouerēt ab infinito tēpore finito: quod p pcedētē cōclusionē ostēsū est fieri nō posse. Neq; etiā tēpore infinito: quia omnis motus finē habet & terminum. Tempus autem infinitum finem non habet: igitur tēpore infinito non est natū fieri motus. Pręterea si infinitum moueretur ab infinito tēpore infinito: tēpore finito illius infiniti temporis parte/aliquid mobilis infiniti moueretur. Quod quidem mobile partiale si finitum fuerit: finitum



mouebitur ab infinito tēpore finito: quod est oppositū secundę conclusionis. Si uero id mobile partiale dixeris esse infinitum: ergo infinitum mouebitur ab infinito tēpore finito: quod est oppositū tercię conclusionis. Quod si quis dixerit nihil moueri ullo tēpore finito: illius infiniti parte/ergo et toto tēpore infinito nihil mouebitur. Quod enim in nulla temporis parte mouetur: neq; toto tēpore mouebitur, quare illud infinitum mobile/toto tēpore infinito quo natum est moueri continue quiescet: quod est oppositum hypothesis. Corollarium. Quocirca ex modo demonstratis constat nullum sensibile corpus esse infinitum. Patet. Quia omne corpus sensibile uirtutem habet actiuam & passiuam. Tale autem infinitum neq; uirtutem haberet actiuam neq; passiuam. Nam cum illa deberet esse infinita: ut de grauitate paulo ante ostensum est: aut infinita uirtus moueret/aut mobile infinitum moueretur: quod est p pcedentium conclusionum oppositum. Neq; extra cælum est corpus infinitum. Nam intra & extra ratione loci dicuntur & locum denotant. Extra autem cælum non est locus: igitur extra cælum non est corpus infinitum. Neq; corpus circulariter motum est infinitum. Nam corpus circularē est quod mouetur circa medium. Ipsi autem infiniti non est medium: cum ipsum extremis careat. Medium autem est quod ab extremis æquidistat: igitur nullum corpus circulariter motum est infinitum. Neq; corpus secundum rectum motum est infinitum. Quia tunc locum ad quem moueretur oporteret esse infinitū: cum impossibile sit corpus infinitum loco finito contineri. Locum autem infinitum esse impossibile est: cum locus sit terminus & extremum. Quod si tale corpus infinitum ferretur pter naturam: esset ei assignandus locus infinitus in quem moueretur secundum naturam. Nam cuiuscumq; conuenit motus pter naturam eidem conuenit & motus secundum naturam. Insuper uirtutem motiuam illius corporis infiniti oporteret esse infinitam. Sicut enim finiti corporis uirtus finita est: ita & infiniti uirtus infinita. Infinitam autem esse uirtutem motiuam ut grauitatem aut leuitatem impossibile est demonstratum est. Pręterea si tale corpus pter naturam moueretur: eum id ab altero esset oporteret illud a quo uolente moueretur etiam esse infinitum: & sic oporteret plura esse infinita/aut infinitum moueri a finito: quorum utrumq; est impossibile. Quod si quis dixerit ipsum corpus infinitū sponte sua posse inchoare motum & eundem cum liberet intermittere: ne concedat oportere esse plura infinita: igitur tale corpus erit infinitū animal: cū a seipso moueri solis animalibus conueniat in octauo physicoꝝ dictū est. At qui nō potest esse infinitum animal: cū tūc propria animalis officia exercere nō possit. Neq; sentidū est cū Democriti et Leucippi: q; infinita corpora secula a to malia positione et situ distincta intercepto uacuo infinitū consistunt. Primo. Quia Democritus & Leucippus tales atomos ponit esse eiusdē ratiōis & nature. Ut si aurū in minutissimas partes cōminuatur: quilibet pars auri cuiuslibet alteri est eadē. Quod si scintilla ferri nata est: Et quo terra eodē et terrę particula. Illas autē atomos loco moueri impossibile est: cū quicquid mouetur: ipse esse necesse est. Secundo. Quia cū oēs atomi essēt eiusdē ratiōis et nature: si una earū est leuis/et quilibet reliquarū leuis erit: quare totū cōpositū est leue: igitur nullū corpus est graue simpliciter. Ponit enim ex huiusmodi atomis oia cōponi. Et ita si una earū est grauis: oia graua esse debent/et nulla esse leuia cōcludit. Tertio. Quia si oia essent leuia, oia mouerētur sursum: quare a medio, et si oia essēt graua/oia mouerētur deorsum: quare ad mediū. Infinitū autē nō est mediū: cū eius nō sit extremū, igitur neq; motus sursum neq; deorsum esse posset. Quarto. Quia nullus erit locus ad quē tale infinitū moueatur: cū infinitū loca claudere nō possit. Aut enim moueretur natura aut pter naturā. Neutrū autē uidetur possibile. Nā his quę natura aut pter naturā mouetur/determinata sūt loca ad quę mouetur. Infinito autē nō est determinatus natura locus ad quē moueatur: igitur infinitū neq; natura neq; pter naturā mouetur: quare est immobile. Quod si quis dicat infinitū pter naturā moueri: erit alterū mobile cui is motus natura conuenit. Si enim motus alicui pter naturā conuenit ut motus deorsum igni: idē alteri mobili ut terrę secūdū naturā conuenire natū est. Quod si motus infinito pter naturā conuenit: alteri mobili: secūdū naturā conueniret: nō igitur omnia essēt leuia aut graua: quod oportere prius ostēsū est. Nā si infinitū pter naturā deorsum ferretur: ipsū esset leue. Et id cui is motus natura conueniret esset graue: nō igitur omnia essēt leuia aut graua. Et si infinitū sursum pter naturā ferretur: ipsū esset graue. Et id quod natura taliter ferretur esset leue: non igitur omnia essent leuia aut graua. Quare neq; infinitum ex infinitis eiusdem nature atomis cōpositum intercepto uacuo ponendum est.

Equiuocis diuersarum naturarum entia. Concentricorum mundorum figura. a/terra/b/aqua/c/aer/d/ignis/e/nouem celestium orbium circulus/f/a secundi mundi terra/g/b/aqua/b/c/aer/i/d/ignis/k/e/eius nouem celestium orbium circulus. Octauum caput continet tres suppositiones, tres conclusiones, duas rationes ad primam, tres ad secundam, et trium casuillorū remotiones. Tres suppositiones. Prima. Omnia physica corpora moueri & quiescere secundum naturam: uolente & pter naturam. Secunda. In quo loco natura quiescit: in illum locum naturaliter ferri, & in quo uio lente quiescant: in illum uolente ferri. Tertia. Si alicui latio aliqua uolenta est: quę secundum naturam eidem conuenit: uolentę lationi contraria est: ut lationi terrę sursum uolentę: contraria est latio deorsum terrę: ipsū secundum naturam conueniens.



Non esse corpus infinitū extra cælum.

Democritus, Leucippus.

Prima conclusio. Si plures sint mundi: eos ex consimilis naturę corporibus existere/ & ea eandem vim mouendi obseruare necesse est: vt ignis/ & ignis/terra & terra/et intermedia. **Primo.** Quia si ex equiuocis & natura diuersis constarent: mundus de illis non nisi equiuoce diceretur. Constarent igitur ex cõsimilis naturę corporibus. Quod si ita esset: & illa corpora nata essent moueri: hæc a medio / hæc ad medium / hæc vero circa medium : quod est mouendi vim/naturamq; eandem feruare. **Secundo.** Quia motus determinati & finiti sunt. nam aut secundum rectum / aut circulum sumptos/aut mixtos esse oportere: prius dictum est, & vnus corporis simplicis vnum simplicem motum esse. Quare si quidem illic elementa essent eadem: & motus iidem. **Secunda conclusio.** Non sunt plures mudi. **Primo.** Quia terra vnus mundi nata esset moueri ad terram alterius mundi: & ignis ad ignem. Ad quem cunq; enim locum / simplicium aliquod natum est moueri / & quodlibet alterum conuenit / consimilq; naturę ad eundem moueri natum esse necesse est. At terram vnus ad alterius terram / & ignem ad ignem moueri natum esse: impossibile est. Nam terra sursum ferretur in proprium mudo / & ignis deorsum: & terra a medio lata: ad alteram terram natura moueretur. In quo enim loco natura quiesceret: et in eundem natura ferretur. Itidem & ignis per medium ad alterius mundi ignem euolaret: quod statim impossibile cognoscitur. Non igitur sunt plures mundi. **Secundo.** Vnus est primus motus sempiternus/ & æternus: igitur & vnus primus celi/ & vnus mundus. Si vero plures mundos dederis: in vno quoq; primus esse oporteret: quod esse nequit. **Tertio.** Tria sunt loca trium sensibilium elementorum. Primus est sublimis & infimus: secundus summus & extremus: tertius horum medius, quod superferretur omnibus: vt ignis/est in summo. quod ceteris subidet / est in imo. quod vero medio modo fertur/vt aqua/vt aer/medium obtinet locum. Et præter hæc loca non est sensibilium locus. nam neq; secundum naturam: neq; præter naturam illuc ferrentur. Est igitur tantum vnus mundus. **Tres cauilliorum remotiones.** Si dixeris primo illa simplicia corpora propter nimiam distantiam diuersam participare naturam: hoc irrationabile est. nam distantia non facit naturę diuersitatē. **Secundo.** Omnes motus vi quadam motis conuenire: quare non erit terra vnus nata ad alterius terram ferri. Hoc impossibile est / quia motus vi quadam & præter naturam factus: obnoxius & contrarius est motui non vi sed secundum naturam facto. **Tertio.** Terram vnus & terram alterius numero differre: ideo non oportere eas natas esse ad eundem locum numero ferri. Esto numero differant: speciei tamen in differentiam habent: nec ideo qd diuersę numero sint: hoc impedit easdem ad eundem numero locum ferri natas esse. Quod si ita est: statim rationi cõsentaneum apparet tantum vnā terram esse: quia finita transmutatio terminis vnde motus & ad quem proficiscitur, specie habet diuersos. vt quod augmentatur: terminum vnde motus, paruitatem. quo vero proficiscitur, amplitudinē. quod minuitur: e contra. quod alteratur: contraria. Vt sanatio terminum vnde venit / çgritudinem: quo tendit / sanitatem. quare & quod fertur vt terra: ex terra ad terram non feratur, & ignis ex igne ad ignem. Et si instas ex celi transmutatione quæ est ex eodē in idem. Hæc transmutationem quodammodo diximus infinitam, & quodammodo esse ex oppositis & ad opposita: cum consideras eam accipi secundum diametros: cum vero secundum totum accipias: non ita fit. **Tertia conclusio.** Rerum sensibilium loca finita & determinata esse necesse est. **Nam** quanto terra medio propinquior fuerit: tanto velociore motu eam ruere videmus, & ignem velociore motu ferri: quanto loco qui sursum est vicinior efficitur. Si igitur sine termino cõcitaretur, ferreturq; motus infinita succresceret velocitas. quare intelligenda tandem esset infinita & leuitas & grauitas: quod est impossibile. Alioquin in infinitum crescere haud quaquā intelligi posset. Sunt igitur sensibilium loca & finita & determinata.

Notarum octauis capitis declaratio.

Quid mundi concentrici. Plures mundi intelliguntur concentrici: quando supra orbis celestes vnus, essent elementa & orbis celestes alterius: idem cum primi mundi corporibus habentes centrum. vt /a/ in figuracione posita in littera est centrum mundi inferiori constituti ex elementis /a/b/c/d/ & corporibus celestibus /e/. Idem punctum /a/ est centrum superioris mundi constituti ex elementis /f/a/g/b/h/c/i/d/ & corporibus celestibus /k/e/. **Quid mundi eccentrici.** Eccentrici vero mundi intelliguntur: quando diuersa ipsorum essent centra. Vt si supra vnum mundum locaretur alius: cuius supremum celum: tangeret huius supremi celi conuexum / sicut duo globi quorum vnus alteri superponitur. Sed de his non loquitur philosophus.

Octauis capitis prima suppositio. Omnia corpora naturalia secundum naturam moueri nata sunt et quiescere: omnia itidem interdum uiolente mouentur & quiescunt. **Secunda.** In quo loco res naturales quiescunt: ad eundem natura feruntur, ut terra natura deorsum quiescit: & illuc natura fertur. Et in quo loco res naturales uiolente quiescunt: ad eundem uiolente feruntur, ut terra uiolente quiescit sursum: & uiolente idem sursum mouetur. **Tertia.** Si alicui re naturali motus aliquis secundum locum uiolentus est: motus localis qui eidem natura conuenit / illi uiolento motui contrarius est. Vt motus sursum uiolentus est terra: quare motus deorsum eidem naturalis / eius motui sursum contrarius est. **Prima conclusio.** Si plures sint mundi: eos ex eiusdem speciei corporibus constitui / & illa corpora eandem mouendi vim habere necesse esset. Verum cõparari debent corpora vnus ad corpora consimilia et eiusdem denominationis alterius: ut terra vnus ad terram alterius / et ignis ad ignem. **Primo.** Quia si plures mundi constarent ex corporibus diuersarum rationum & specierum: mundus de eis vno tantum nominet diuersis rationibus diceretur: quare equiuoce. Et sic non esset dicendi plures mundi: sicut neq; homo vnus & pius dicitur plures homines. Ex opposito igitur si plures essent mundi: constarent ex eiusdem naturę corporibus. Quod si plurium mundorum corpora

corpora essent eadem: & ipsorum motus essent iidem & consimiles. Vt aliqua essent nata moueri a medio / alia ad medium / alia uero circa medium in vno mundo sicut in altero. Eorundem enim corporum iidem sunt motus. **Secundo.** Quia motus secundum locum natura determinati / & specie finiti sunt. Aut enim recti sunt / aut circulares / aut mixti: ut prius ostensum est. Et vnus corporis simplicis tantum vnus est natura motus simplex. Quare elementa in diuersis mundis essent eadem speciet motus etiam iidem specie. **Secunda conclusio.** Non sunt plures mundi. Quod quidem de mundis corporeis dumtaxat intelligendum est: cum de solis illis hic fiat sermo / et non de intelligentibus. **Primo.** Quia ad quemcunq; locum aliquod corpus simplex mouetur: & quodlibet alterum consimilis naturę ad eundem locum moueri natum est. Sed terra a est nata ferri ad concauum aquæ b in proprio mundo. Et terra a / a / est eiusdem speciei cum terra a / ut ostendit præcedens conclusio. Ergo terra a / a / esset nata moueri ad concauum aquæ b / siue ad terram a / & ignis i d / esset natus moueri ad ignem d / eadem ratione. At terram vnus mundi ferri ad terram alterius est impossibile. Nam terra a / sursum ferretur in proprio mundo: cum moueretur per aquam / aerem & ignem sui mundi: ut perueniret ad terram a / & ignis i d / in proprio mundo ferretur deorsum: cum moueretur per aerem / aquam / et terram sui mundi: ut perueniret ad ignem d. Etiam terra a / lata a medio: ad alteram terram a / natura moueretur: cū in hoc loco terra a / natura quiesceret. In quo enim loco quicq; natura quiescit: in eundem natura fertur / per secundam suppositionem. Sic & ignis d / per superioris mundi medium ad ignem i d / moueretur: cum in eius loco natura quiesceret. Hæc autem manifesta sunt impossibilia. **Secundo.** Vnus est primus motus perpetuus & æternus: ut octauis physicorum ostendit: igitur & vnus dumtaxat est primum celum: & tantum vnus mundus. Ex opposito enim si plures sint mundi corporei & consimiles: in uno quoq; oporteret esse vnum motum primum / & perpetuum: quod esse non potest. **Tertio.** Elementorum sensibilium / ignis / aeris / aquæ / et terra tria sunt loca natura determinata. Vnus infimus: scilicet concauum aquæ. Secundus supremus: scilicet concauum celi lune. Tertius autem est horum extremorum medius, ut concauum aeris & ignis. Elementum autem quod ceteris omnibus superferretur / ut ignis: est in supremo loco. Id uero quod ceteris corporibus subest / ut terra: est in imo loco. Elementum uero quod medio modo fertur / scilicet sursum secundum quid & deorsum secundum quid (quale est aer et aqua) medium sortitur locum. Neq; præter ista est aliquis corporum naturalium locus. Nam ad alium locum corpora neq; natura neq; præter naturam mouerentur: igitur neq; sunt plures mundi. **Tres cauilli atq; obiectiones.** **Primo.** Quispiam obiecere posset terram vnus mundi & alterius multum a seimicem distare: et ergo eas diuersę inter se esse naturę / neq; vnā natam esse ferri ad alteram. **Responso.** Esto qd terra vnus ab alterius terra multum distet: & ignis ab igne / non tamen idcirco id oportet quod concluditur: quia distantia non arguit inter corpora speciei discrimen: sicut neq; propinquitas arguit ea esse eadem specie. **Secunda obiectio.** Omnis motus uiolente & præter naturam conuenit ipsis mobilibus: igitur terra vnus non erit nata ferri ad terram alterius. **Solutio.** Negandum est quod assumitur. Nam motus præter naturam contrariatur non motui uiolento sed naturali: per tertiam suppositionem. Est igitur natus esse motus secundum naturam. Si enim posterius est: & prius esse necesse est. **Tertia obiectio.** Terra vnus mundi & alterius / numero abimicem differunt: igitur non est vna nata ad alteram ferri. **Responso.** Admittendum est quod assumitur / negandum tamen quod concluditur. Quia licet illæ duæ terra numero differant: tamen sunt eadem specie: quod sufficit ad hoc ut ad eundem locum moueantur. Ex quo rursum altera sumitur ratio conuincens tantum vnā esse terram: & per consequens vnū tantummodo mundum. Quia omnis finita transmutatio / terminum a quo & ad quem specie diuersos habet & contrarios. Vt augmentatio / terminum a quo habet paruitatem: & terminum ad quem / amplam molem. Diminutio uero ediuerso. Alteratio autem terminos habet contrarias qualitates. Ut sanatio / terminum a quo sanitatem: & terminum ad quem çgritudinem. At terra vnus mundi & alterius non sunt specie diuersi termini & contrarij: ut probauit prima conclusio: igitur non esset terra vnus nata moueri ad terram alterius: neq; ignis ad ignem. quare tantum vna est terra & vnus ignis. **Quod** si quis inisset de motu circulari celi qui est ex eodem termino in eundem terminum, scilicet ab oriente in orientem: & non inter terminos contrarios. **Responso** philosophus prius dictum esse celi mutationem esse quodammodo infinitam / propter continuam & inquietam reuolutionem: quæ tota temporis serie trahitur. Dicitur est etiam illam quodammodo esse ex terminis oppositis & ad terminos oppositos / cum illa intelligatur accipi secundum diametrum: hoc est secundum terminos qui sunt extremitates diametri spheræ. ut ab oriente in occidentem: aut ab occidente in orientem. Cum uero ipsa sumitur secundum totum spacium circulare: tunc non ita sumitur secundum opposita: sed secundum idem. Prius autem sumptum principium de contrarietate terminorum motus intelligendum est de motibus rerum naturalium & non celi. **Tertia conclusio.** Rerum naturalium loca finita & determinata sunt. **Nam** quanto terra loco deorsum est vicinior: tanto uelocius decedit. Et quanto ignis celo propinquior est: tanto uelocius emicat. Siquidem motus naturales in principio tardiores sunt: & in fine uelociores. Si itaq; mobile sine termino continue moueretur: eius infinita esset uelocitas. Quod si sic / eiusdem mobilis intelligenda esset infinita grauitas aut leuitas: alioquin non posset esse infinita uelocitas. At infinita esse grauitatem aut leuitatem impossibile est / ut præcedentia ostendunt: igitur rerum naturalium loca determinata sunt / et finito interiecto spacio distantia.

Noni capitis note.

Forma / species. Forma in materia / species in singularibus. **Materia / sensibile / singulare.** **Finientes / diffinientes.** **Sensibilia / sensui perua.** **Simus / nasus canus.**



Onum caput continet tres conclusiones, vnā instantiam: eius solutionem: & tres modos celi post primam, & duo correlaria post tertiam. **Prima conclusio.** Non modo non sunt plures mundi: sed & plures fieri impossibile est. **Nam** vnus mundus est ingenitus / & æternus. Est enim vnus primus motus sempiternus / & æternus. non igitur fieri possunt plures mundi. **Instantia.** Omnium natura et arte constantium alia est forma secundum se / & forma materię mixta. vt alia spheræ & spheræ aureæ / alius circulus & circulus ligneus. Finientes enim spheram aut circulum: aureum aut ligneum sumimus nunq;. vt quæ ad eus substantiam non pertineant: tamen si idem sit spheræ / & spheræ aureæ. Neq; intelligere / neq; sumere quicq; aliud præter singula

Trium obiectionū solutio.

Cauillationis solutio.

iare possumus. Nihilominus circulus & hic circulus: ratione duo sunt. Circulus ut species: hic circulus species in materia & singulari. Tunc ita ducunt argumentum. Cælum est sensibile, est igitur aliud: cælum & hoc cælum. & cælum species & forma est: & hoc cælum forma in materia. At quorumcunq; sensibilem species est aut forma aliqua: plura sunt aut facta esse contingunt singularia. siue species/ideas quaedam (vt posuerunt aliqui) posueris seu iunctas atq; separatas: siue re ipsa a singularibus nõ ablueris: sed esse & ratione sic esse oportet. Sic enim in omnibus quorum forma in materia est: promptum est videri plurima & pene infinita eiusdem speciei entia. Sunt igitur plures cæli/aut esse possunt: & plures mundi aut esse possunt. Quod si simul non sint & esse possunt: fieri possunt. **¶** Responsio. Id verum sit cælum esse sensibile / & alterum esse cælum & hoc cælum: vt species & species in materia. non tamen ex hoc plures mundos esse aut esse posse conficiunt. Nam falso assumunt: quorumcunq; sensibilem species sit aut forma: plura esse aut facta esse contingere. Hoc enim non oportet vbi sensibile ex tota materia est ex qua natum est esse posse. vt si intelligis vnum incorruptibilem simum: cuius materia esset caro: & ex omni carne esset ex qua simus esse posset: simus/sensibile quoddam esset: & alterum/simus & hic carneus simus/vt species & forma: & forma in materia. & tamen non essent neq; esse posset plures simi. Itidem si esset vnus homo immortalis: ex omni carne/offibus & neruis ex quibus posset esse homo. Hec siquidem in dissolubilia essent. homo sensibile est: & homo & hic homo differunt/vt forma & forma in materia: & tamen neq; essent plures homines/neq; esse contingeret. Consimile de mundo intellige. nam mundus & cælum/sensibile: & cælum & hoc cælum ratione diuersa: & hoc cælum perpetuum & immortale/ex tota materia (ex qua esse potest cælum) constans. idcirco vt de simo & homine: neq; sunt plures: neq; plures esse oportet. **¶** Tres modi cæli. Cælum primo: vltima sphaera est/supremusq; circulus: ceteros ambiens omnes/divinitate plenus. Secundo: corporea moles/inferiori lunæ extremo & supremo primæ sphaeræ termino cõtenta. Tertio: cælum id totum est quod ab vltimæ sphaeræ/supremiq; circuli circumferentia contentum conspicimus. Et hoc totum/omne/vniuersum: cælum dicere cõsueuimus. **¶** Secunda conclusio. Cælum vt id ipsum est/ab vltimæ sphaeræ/supremiq; circuli circumferentia contentum: ex omni naturali & sensibili corpore/suaq; tota materia constat. **¶** Nam nullum extra se corpus neq; naturale neq; sensibile relinquit: sed & omnia intra suum continet ambitum. Quod extra se nullum corpus relinquat/hoc ideo est: quia corpus illud/physicum esse non posset. Nam aut esset simplex aut compositum. Non simplex: quia omne tale / mobile est a medio vel ad medium. Et cum corpora illa quæ circumferuntur/loca sua egredi & mutare nequeant: non hoc pacto aut a medio aut ad medium moueri contingeret. & illic esse non posset natura aut præter naturam. Natura quidem: quia habet simplicita corpora physica/alta (in quibus natura stent) a natura deputata loca. Neq; præter naturam. Nam & illic aliqua esse secundum naturam nata essent. Locus enim qui aliquid simplicium præter naturam conuenit: alterius simplicis secundum naturam existit. q; si illic natum non est esse corpus simplex physicum: neq; ex simplicibus compositum vllum. Neq; aliquid sensibilem non physicorum. Nam ea sunt sphaeræ/circumlatiq; circuli: quorum nullum extra supremi circumferentiam claudiri manifestum est. Constat igitur cælum hoc pacto sumptum: ex omni corpore & naturali & sensibili/suaq; tota materia. Quod cum ipsum incorruptibile sit: & semper (vt adhuc ostendemus) perseverans: vnum solum esse recte affirmatum est. neq; plures fuerunt cæli/neq; plures futuri sunt: sed vnum solum & perfectum. **¶** Tertia conclusio. Non contingit extra cælum/corpus vllum factum esse. **¶** Nam neq; simplex / neq; compositum: neq; natura/neq; præter naturam. **¶** Primum correlarium. Vnde fit vt extra cælum neq; locus/neq; vacuum/neq; tempus sit. **¶** Locus quidem: quia illic nullum est/neq; esse natum est corpus. Vacuum: quia id dicunt locum sine corpore/natum corpore repleti: & in quo corpus natum est fieri. Neq; tempus: cum illic nullum possit esse sensibile corpus/neq; motus: quare neq; tempus. Est enim tempus/numerus motus. At extra cælum sine sensibili corpore non erit motus. **¶** Secundum correlarium. Vnde fit etiam: vt quæ illic nata sunt esse entia: sint optimam habentia vitam/ & per se quidem sufficientissimam: quam toto complement æterni: non senescencia in tempore/in loco non transmutabilia/inalterabilia/impassibilia/ab omni motu mutationeque aliena, vt circa diuina plerunq; rationibus declaratum est: omne primum/divinum/intransmutabile/necessarium/summum/ & quo nihil aliud melius/nihil diuinius/nihil prauum habens/nullorum bonorum indigum / incessabili motu rationabiliter mouens/ rerum omnium finis/vniuersusq; vitæ tempus/tempus omne & infinitatem vt summa perfectio continens/æternum/semper ens/immortale/a quo ceteris communicatum est esse & viuere/his clarius/illis vero obscurius. **¶** Notarum nom capitis declaratio. **¶** Forma siue species hoc in loco dicitur res que notione communi expressa est & intellecta. ut homo/circulus. **¶** Forma vero in materia siue species in singularibus: dicitur res ratione singulari designata & expressa. ut hic homo/hic circulus. **¶** Materia hoc in loco dicitur sensibile singulare aliquid & ratione singulari explicatum/sensu perceptibile/ut hic ignis/hæc aqua. **¶** Sensibilia autem hic sunt, quæ sensu percipi nata sunt. Et his uocabulis utitur Aristoteles, sicut philosophiæ naturali minus accommodis: quia antiquorum contra quos agit erant uocabula: quæ ut illos proprijs armis impugnet in tacta atq; impermutata accipere satius fuit. **¶** Cum dicitur litera: finientes enim sphaeram aut circulum. finientes idem designat quod diffinientes: quemadmodum Quintilianus finitionem uocauit diffinitionem, cum inquit. Finis est breuibus uerbis & succinctis quicq; explicans oratio. **¶** Aristoteles

in probatioe primæ conclusionis ex sempiterno motu tanq; ex effectu arguit mundum esse sempiternum/ & utrumq; supponit recte ostensum ex octauo Physicorum. Verum non ei habenda est fides in hac parte/ sed potius prophetis diuiniore lumine afflatis: qui in principio deum/cælum & terram creass. & in initio dominum terram fundasse/ & opera manuum suarum esse cælos: diuino id reuelante spiritu attestati sūt. Quod sane eorum testimonium ut sumæ ueritati conforme recipiendum est / & ingenue sentendum Aristotelem (ut humani ingenij in becillitas) hac in re a ueritate lapsum esse. Quibus autē persuasiõibus ad id ponendum inductus fuerit: ex octauo Physicorum planum est. Id eã ob causã admonuimus: ut si quando locus de primi motus aut mundi perpetuitate in litera aut cõmentario literæ adiecto occurrerit: nõ esse assentiendum illi/ neq; tale dictum probandum esse cognoscat lector: tamen si non quouis loco id admoneatur. Nam semel illud pro toto opere admonuisse sat est. **¶** **N**oni capitis prima conclusio. **¶** Non solum sunt plures mundi, ut in precedenti capite probatum est: sed & plures naturæ fieri impossibile est. **¶** Nam vnus tantum est mundus/ingentus/ & æternus. Est enim vnus tantum primus motus/ingentus/ & perpetuus: ut octauus physicorum ostendit: igitur non possunt naturæ esse plures mundi. **¶** Instantia. **¶** Omnium siue naturæ siue arte constanti alia saltē ratioe est res uniuersali ratione designata/ & ratioe particulari. ut alia ratione est sphaera & sphaera aurea/ & ratioe alius est circulus & circulus ligneus. Diffinientes enim sphaeram aut circulum: non ponunt in eius diffinitione aureum aut ligneum/ aliudue nomen materiam importans. Nam hæc materiæ nomina: ad circuli/sphaeræq; substantialem / propriamq; rationem non pertinent: cum Mathematicus cogitatione & intellectu a materia abstrahat. Quamuis enim re ipsa idem sit sphaera & sphaera aurea: neq; aliud quicq; a parte rei intelligere aut sumere quispiam possit q; singulare secundum rem: tamen circulus & hic circulus rationis discrimen habent. Circulus enim ratione cõmuni designatur/ hic circulus uero ratione singulari. Itaq; prædicta propositio ut maiore proposita: ita deinde minorem subsumunt. Cælum (inquunt) est sensibile: cum sit sensu nostro perceptibile. Est igitur saltem ratione aliud cælum & hoc cælum: cælum quidem ut ratione generali expressum. hoc cælum uero ut ratione indiuidua atq; singulari intellectū. Deinde ita procedunt. Quæcunq; sensibilia/ sensuq; perceptibilia notione cõmuni designantur: plura sub ipsis continentur/ sumiq; possunt singularia. Siue quis species dixerit ideas quasdam re ipsa a singularibus separatas: ut posuit Plato & Platoniceorum schola. Siue eas posuerit re ipsa a singularibus non differre: sed ratione sola/ ut recte ponunt Peripatetici. Id enim in omnibus singularibus comperitur est: plurima scilicet & ferme infinita esse eiusdem speciei/ & rationis entia: ut plures homines/ & plures equos. Sub cælo igitur plura etiam sumi poterunt singularia: quare plures cæli atq; mundi natura esse possunt: quod est conclusionis modo datæ oppositum. **¶** Responsio. Concedendum est cælum esse sensibile: & alterum ratione esse cælum & hoc cælum: ut prius declaratum est. Ex hoc tamen non recte colligitur neq; infertur plures mundos aut cælos esse posse. Nam falsum est quæcunq; notione cõmuni exprimuntur: eorum plura esse debere singularia & indiuidua. Quamuis enim illud in pleriq; ueritatem habeat: cum scilicet sensibile singulare non constat ex tota materia ex qua natura potest constitui: non tamen id oportet in omnibus ita se habere: & præsertim ubi sensibile singulare ex tota constat materia ex qua constitui natum est. Quare ipsorum argumentum bifariam a philosopho resellitur. Primo. Si intelligatur simus/ id est nasus curuus / incorruptibilis/ ex carne ut materia compositus: essetq; ex omni carne ex qua simus natura constitui potest: quis id impossibile sit. Tunc simus/ sensibile quoddam esset atq; sensu perceptibile. Et alterum ratione esset simus: & hic carneus simus. Nam simus ratione uniuersali/ hic simus uero ratione singulari explicatur: & tamen neq; essent neq; natura esse possent plures simi. Secundo. Si esset vnus hõ immortalis (quis id natura impossibile sit) & compositus ex omni carne/offibus & neruis: ex quibus posset homo natura constitui: hæc partes hominis essent in dissolubiles/ quia positus est homo immortalis. Tunc homo sensibile est/ sensuq; perceptibile: & homo & hic homo ratione differunt: ut species & singulare speciei: & tamen neq; essent neq; esse possent plures homines. Ita de mundo & cælo dicendum est: nã cælum sensibile est: & aliud ratione est cælum & hoc cælum/ sicut species & eius singulare. Et hoc cælum perpetuum est: ex tota materia ex qua cõponi natum est/constans. Idcirco ut de simo & homine immortalis per analogiã dictum est: neq; sūt plures mundi neq; esse possunt. **¶** Tres modi significatiõesq; cæli. Cælum primo est suprema cælestis sphaera: ceteros orbis cælestes suo ambitu conplectens. Et hæc diuinitate plena dicitur: q; sicut suprema/ ita sphaerarum cælestium perfectissima est: et diuinas proprietates expressus habet atq; imitatur. hinc si qua deo sedes in rebus corporeis assignanda foret: in hac assignaretur. Sicut ignis elementorū supremū/ perfectissimū est. Secūdo est cælestiū corporū cõgeries: cõuexo supremi cæli/ & cæli lunæ cõcauo contentorū. Tertio est corporū et elementarū & cælestiū supremi cæli cõuexo cõtentorū aggregatū. Et hoc modo cælum/ mundus/ & uniuersū idē sunt. **¶** Secunda cõclusio. Cælum in tertia significatiõē ex omni corpore naturali/ & sensibili: & tota sua materia constituit: ut paulo ante dictū est. **¶** Nã si se mundus nullū corpus naturale/ neq; sensu percipi natū (quod amplius est) extra se relinquit: sed omnia corpora & naturalia & sensibilia suo sinu complectitur. Corpus enim illud quod extra mundū dicitur ab aduersario esse relictum: non posset esse physicum & naturale: quia uel ipsum esset simplex uel compositum. Non posset esse corpus simplex: quia omne corpus naturale simplex est mobile a medio aut ad medium. h. t. huiusmodi corpus extra cælum existens/ neq; moueretur a medio neq; ad medium: cum corpora cælestia quæ circulariter mouentur/ loca sua egredi non possunt: aut in suis locis manentia diuidi atq; diuelli. quod tamen oporteret: si tale corpus aut a medio aut ad medium ferretur. Præterea tale corpus simplex / neq; natura neq; præter naturam extra cælum esse posset. Non natura: quia corpora naturalia simplicita habent a natura determinata loca intra cælum in quibus quiescant: non igitur extra cælum locis eis designandus est. Neq; præter naturam. Nam si sic/ tunc aliqua essent nata esse illic secundum naturam. locus enim qui alieni corpori simplici præter naturam conuenit: alteri secundum naturam conuenire natum est: cum non inueniatur posterior sine priori/ nec uiolentum sine naturali. Atqui nulla corpora simplicita sunt illic nata esse secundum naturam ut ostensum est: igitur neq; præter naturam. Et cum extra cælum non est natum esse corpus naturale simplex/ ut ostensum est: neq; ullum ex simplicibus compositum corpus illic esse natum est: quare ibidem nullum natum esse esse corpus naturale. Neq; etiam illic natum esse esse aliquid corporum sensibilem non physicorum sed cælestium. Nam corpora sensibilia non physica sunt sphaeræ/ orbisq; cælestes: qui omnes intra supremi cæli circumferentiam clauduntur. Constat igitur cælum in tertia acceptioe ex omni naturali & sensibili corpore/suaq; tota materia: quod est propositum. Et quia cælum incorruptibile est

De mudi perpetuitate non esse sentendum cõ Aristotele.

O biclio

Solutio.

Cur supremū cælū dicitur diuinitate plenum.

Quomodo mundus est vnus

Et semper perseverans. (Non enim propter alternas rerum naturalium generationes & corruptiones mundum uariari credendum est aut interire: cum rerum corruptibilium pars ad reliquas totius mundi partes sese habeat / sicut granum milij ad hominem gigante statum. Rerum enim species ex quarum numeris mundus consistit / eadem in ueni: quare & mundus semper idem / ipsium unum esse recte dictum est: unum inquam unitate contiguitatis quae est proxima continuitati: & non unum continuitate nec unum unitate quod quid est / id est unitate actus & potentiae. Non enim habet mundus simplicem formam neque simplicem materiam: sed est omniformis. Omnis enim forma decor est mundi. Neque est inconueniens contraria esse in mundo tanquam in aggregato. Imo reuera mundus iste inferior ex contrarijs coalescit: sed adeo certo a diuina dispositione foedere compaetis: quod contrarietas eorum a summo rerum auctore collocata uidetur in concordia discordia. **¶ Tertia conclusio.** Non est natura possibile extra caelum aliquid corpus factum esse. **¶ Nam** neque illud simplex / neque compositum esse posset / neque circulari. Idem neque illud natura neque praeter naturam ibidem consideretur / ut superior ratio ostendit. **¶ Primum correlarium.** Quare extra caelum neque locus esse potest neque uacuum neque tempus. **¶ Non** quidem locus: quia ibi nullum natum esse corpus quo loco contineatur: ergo neque ibi natus esse locus. Non enim locus sine loco esse potest. Neque uacuum: quia uacuum diffinitur esse locus corpore priuatus / natus corpore repleti: & in quo natum esse corpus. At qui extra caelum non est natus esse corpus neque locus: igitur illic non est natus esse uacuum. Neque etiam illic natus esse tempus: quia ibi non est natus esse corpus sensibile ut ostensum est: ergo neque motus. Non enim motus sine mobili & corpore sensibili esse potest. Et cum non sit ibidem natus esse motus: igitur neque illic natus esse tempus. Est enim tempus numerus motus secundum prius & posterius: ut in physicis ostensum est. **¶ Secundum correlarium.** Unde etiam manifestum est / ut quae extra caelum nata sunt esse entia: optimam agant uitam & per se sufficientissimam: quam tota aeternitatis duratione perficiunt: quae neque temporis fluxu consensum: neque loco transmutantur: nam deciduum temporis moram longe excedunt magnitudinisque sunt expertia: hic neque alterationem sustinent neque passionem quampiam: sed ab omni motu & mutatione profus sunt alienati: in Metaphysica rationibus aliquando demonstratum est. Vbi omnium entium primum dictum est omne: id est totum / atque perfectum: summa sit rerum perfectio / diuinum / intransmutabile / necessarium: simpliciter non possit non esse / summum: quo nihil sublimius / quo nihil melius: nam est summa bonitas atque exuberantissima: quo etiam nihil est aliud diuinius: nam est ipsa summa diuinitas / nihil prauum habens: nam est summa bonum / nullorum bonorum indignum: nam est per se sufficientissimum / incessabili motu regulariter mouens: quia semper se declarat & explicat uitam suam per motum suum. Ipsi in super primus ens dictus est: rerum omnium finis: sit optimus ad quod natura recurrant omnia / dicitur & uniuersusque uita tempus: id est mensura atque duratio: summa sit aeternitas / tempus omne & durationis infinitate ut summa perfectio continens. Demum ipsi dicitur aeternus / semper ens / & immortalis: a quo quidem primo ente ceteris communicatum est esse & uiuere: aliquibus quidem claris ut intelligentijs: alijs uero obscuris / ut sensibilibus.

Diuina nomina eorumque rationes.

Decimi capitis nota.

Suppetiae auxilium.

Consistentia materia.



Decimum caput continet quatuor conclusiones, tres rationes: & tres antiquorum opiniones post primam, & duas rationes ad secundam. **¶ Prima conclusio.** Par est disquirere: an mundus genitus / ingenitus / corruptibilis / incorruptibilis habeatur: antiquorum de hac re adducere opiniones. **¶ Primo.** Quia contrariorum dubitationes: causae sunt ut sint contrariorum manifestationes. Si itaque eas non adduceremus in medium: uideri posset in dubitationibus suis oppositum eorum (quae ostendere volumus) esse ostensum. **¶ Secundo.** Quia eorum positionibus / assertionibusque monstratis inualidis: credibilia relinquuntur circa id (quod quartus mus) dicenda. **¶ Tertio.** Quia nos ita facientes: minus eos gratis condemnare uidebimur. Oportet enim ueritatis disquisitores non esse inimicos: qui iudicare uelint sufficienter. **¶ Tres** de hac antiquorum opiniones. **¶ Prima** est dicentium mundum genitum esse: sed incorruptibilem / immortalem / semperque mansurum. & haec Platonis existit. **¶ Secunda** est dicentium mundum factum / interiturumque semel: sed ulterius nunquam reduci / repararique posse ad ortum. & haec est Democriti. **¶ Tertia** est Empedoclis & Agrigentini & Heracliti Ephesii, dicentium mundum alternatis vicibus frequenter genitum / & frequenter corruptum. Et has ortuum / obituumque uices: semper obseruaturum. **¶ Secunda conclusio.** Irrationabilis est assertio dicentium mundum genitum esse: sempiternum tamen manere / nunquam casurum. **¶ Primo.** Quia sola ea rationabiliter dici posse uidentur: quae in omnibus aut pluribus ita esse conspicimus. huius autem assertionis oppositum etenit. Afferit enim & genitum & incorruptibile. Et liquido conspicimus quae generatur omnia: orta cadere. non est igitur assertio haec rationabilis. **¶ Secundo.** Quia si illa quae ipsum constituunt non potuerunt aliter se habere: intransmutabilia sunt. Si potuerunt aliquando: & non semper consimiliter se habuerunt: poterunt adhuc iterumque esse soluta. nulla illic quae hic ualentior ratio. igitur si genitus esset: non modo incorruptibilis non esset / sed posset infinitis euntibus seculis infinitis corrumpi. Neque prodest quae haec assertionibus suppetias ferre uolunt aliqui: dicentes mundum esse incorruptibilem / et neque uerum esse ipsum esse genitum. sed huius positionis assertores id ipsum doctinae causa (quo magis doceant) dicere: ut Mathematici descriptiones / lineamentaque faciunt: quae & si non sint ut ponunt: suis tamen demonstrationibus apta ueniunt. Non sic est de hac assertionem & Mathematicis descriptionibus. nam in illis idem est, neque refert. hic autem non idem / atque plurimum refert: & priora dicta posterioribus sunt pugnantia. Nam ex inordinatis ordinatum faciunt: quod non nisi generatione & tempore dirimente facere possunt: aut sumum est ordinatum & inordinatum: quae sunt impossibilia. **¶ Tertia conclusio.** Irrationabile est iterum mundum esse genitum dicere / interitui obnoxium: sed postea nunquam reparari posse. **¶ Nam** consistentes ipsum esse genitum: uiam semper ante

admittunt fuisse consistentiam ex qua fieret: quo non existente / eadem semper manebit consistentia: quae mutationis principium est. quae non existente: aliquid transmutari impossibile est. & quae quidem existente: contingit. Si igitur genitus esset & aliquando casurus: itidem & orto altero reparari contingeret. **¶ Quarta.** Neque sentendum est cum Agrigentino Empedocle mundum alternatis vicibus nunc amicitia disgregante gigni: nunc uero lite congregante solui. **¶ Nam** id astruere, nihil aliud est quam mundum substantia facere perpetuum: sed secundum formam / qualitatemque transmutari. ut si quis ex puero sepius fiat uir / & ex uiro sepius recidat in puerum / alternatis ac interpollatis vicibus: & ob id credat ipsum sepius gigni & sepius corrumpi. Sic enim ponuntur eadem elementa manere: non autem ordine & qualitates. Et sunt qui & qualitates manere ponunt congesto / congregatoque mundo: & contraria contrariis pugnare. Non igitur mundum (ut qui semper substantia sit idem) generari & corrumpi debent affirmare: sed mundi dispositiones. Non est igitur (sicut scribitur in Timaeo) mundum factum: & de cetero sempiterno tempore mansurum / neque sempiterno iterum casurum / neque uicissitudinibus crebro gigni / crebroque dissolui: naturaliter est discussum.

Notarum decimi capitis declaratio.

Suppetiae plurali tantum numero dicitur, & prima inflexione: auxilium significat / & cum uerbo sero fers in accusatio apte collocatur. **¶ Ephesus** / uerbs est Achaiae: ab Amazonibus (ut ferunt) extructa. Unde Heraclitus / Ephesus est dictus. **¶ Agrigentum** / uerbs est Siciliae: unde Empedocles / Agrigentinus dictus est. **¶ Consistentia** est idem quod materia rerum / et primum transmutationis subiectum.

Decimi capitis prima conclusio. **¶ Rationi** consentaneum est inquirendo an mundus sit genitus / ingenitus: corruptibilis / incorruptibilis: antiquorum super hac materia opiniones in medium asserere. **¶ Primo.** Quia contrariae dubitantium opiniones, causae sunt ut sint contrariorum dictorum manifestationes: & tandem ueritatis inuestigatio. Si itaque antiquorum non adducerentur in hoc loco neque reselleretur opiniones: in suis positionibus oppositum eorum quae philosophus ostensurus est uideretur esse probatum. **¶ Secundo.** Quia cum eorum positiones atque rationes inualide esse monstratae fuerint: determinatio philosophi credibilior, & ueritati conformior esse uidebitur. **¶ Tertio.** Quia eorum opiniones adducendo & resellendo / non uidebitur philosophus eos sponte sua & praeter rationem improbare atque confutare. Oportet enim ueritatis inquisitores, neque odio, neque emulatione, alio

rum dicta carere: si rectum de re proposita iudicium ferre uelint. **¶ Tres** antiquorum de mundi origine opiniones. **¶ Prima** est dicentium mundum quidem esse genitum: sed postea incorruptibilem futurum. Et haec est Platonis in Timaeo. **¶ Secunda** est dicentium mundum factum & tandem interiturum / sed postea nunquam reparandum. **¶ Tertia** est Empedoclis dicentium mundum alternatis vicibus ad ortum duci & corrumpi: & has generationis & corruptionis alternationes semper futuras esse.

¶ Secunda conclusio. Non recte dicunt primae opinionis assertores mundum esse genitum sed incorruptibilem. **¶ Primo.** Quia ea solum cum ratione dici posse uidentur, praesertim in physicis: quae in omnibus aut pluribus ita sese habere cognoscuntur. Nam ipsius naturae proprium est in omnibus aut pluribus consimiliter operari: nisi intercedat impedimentum. huius autem opinionis assertores non caecidit quae in omnibus aut pluribus ita esse dinoscuntur: sed eorum oppositum. Nam dicunt mundum quidem genitum esse: sed incorruptibilem futurum. Et manifeste constat quae eorum generatione oriuntur: corruptione quoque interire: ut animalia & vegetabilia. Non igitur eorum assertio est rationi consentanea. **¶ Secundo.** Quia uel partes mundum constituentes non potuerunt aliter se habere: uel potuerunt aliquando aliter se habere. Si primum: igitur partes ipse sunt intransmutabiles: quare nec mundus ipse genitus est: cum quaeque generantur / possunt aliter se habere. Si uero secundum: ergo in futurum poterunt eadem partes etiam aliter se habere. Nulla enim maior est ratio quare in praeterito potuerint aliter se habere potius quam in futuro: cum ipse partes semper sint eadem. Quod si in futurum poterunt partes aliter se habere: igitur ipse mundus est corruptibilis: imo in tota temporis serie infinitis potentia / corruptibilis. **¶ Neque** ualet solutio quam aliqui assignant dicentes huius positionis assertores ponere mundum esse incorruptibilem: & etiam ingenitum. Quod autem ipsum dixerint genitum: non id dixerunt quia uerum sit aut uerum esse crediderint / sed ut magis doceant. Sicut Mathematici lineamenta & figuras constituunt: quae quis tales non sunt quales eas esse supponunt: nihilominus suis demonstrationibus aeque conducunt. Vt lineam supponunt esse rectam quae tamen non est recta: & circulum infinitum qui tamen infinitus non est. **¶ Respondeo** philosophus non esse simile de mathematicis descriptionibus & hac assertionem. Nam nihil refert an lineae mathematicae descriptae / tales sint quales esse supponuntur: nec nec: quia non fit demonstratio de sensibilibus lineis sed de illis quae per sensibiles intelliguntur. In hac autem assertionem multum refert an dicant mundum genitum an ingenitum: nam posterius eorum dictum priori repugnat. Et ipsi ex partibus mundi inordinatis mundum ordinatum faciunt. Ponunt enim prius inanem fuisse materiam: quae deinde mundi formam animamque suscepit: quod non nisi per generationem & temporis successionem fieri potest. Si enim sine generatione / temporisque fluore id fieri ponat: si esset ordinatum ipsius mundi & inordinatum: quod est impossibile. **¶ Tertia conclusio.** Non recte dicunt secundae opinionis auctores mundum esse genitum et corruptibilem / sed nunquam postea reproducendum. **¶ Nam** si mundus sit genitus: ante ipsum fuit materia ex qua fuerit genitus. Necessesse est enim in omni generatione materiam praeesistere: quae omnis transmutationis principium est: quae quidem non existente / impossibile est aliquam fieri mutationem. Non enim potest esse motus sine mobili. Materia autem existit aliquid transmutari contingit / ut generari: cum scilicet forma in materia acquiritur: contingit etiam materia existente aliquid non transmutari: ut cum forma complete acquisita est. Cum itaque mundus corruptus fuerit: eadem manebit materia. Impossibile est enim aliquid in nihilum corrumpi. Et ex illa materia poterit iterum fieri mundus quemadmodum prius factus est: non enim ualentior est ratio cur prius fieri posset: quam cur posterius: quae re postquam semel corruptus fuerit: rursum poterit ad ortum reduci: quod est assertionis eorum oppositum. **¶ Quarta conclusio.** Non recte dicunt Empedocles & Heraclitus mundum alternatis vicibus lite disgregante generari: & amicitia congregante solui. **¶ Nam** illud astruere nihil aliud esse uidetur, quam dicere mundum secundum substantiam esse perpetuum & aeternum: sed se

Canillatio nis solatio.

mundum accidentia & qualitates permutari. Cum enim lis disgreget non potest nisi ea que prius coniuncta sunt disgregare: quare prius erant rerum substantia. Et cum amicitia eas congreget non potest nisi congregatione facta maneat eas congregare. Alioquin non esset congregatio. Manent igitur eadem rerum substantia sed qualitates variantur: ut nunc ignis calidus est: alias frigidus: nunc sursum: alias deorsum. Et propter ista qualitatum transmutationem putauerunt mundum sepius gigni & sepius corrumpi. Sicut si quis ex puero fiat uir: & ex uiro iterum fiat puer: rursum ex puero uir: & ita alternatis motibus demutetur. Et ob hoc credat quispiam ipsum sepius generari & corrumpi: cum substantia eadem maneat. Demutatio autem secundum qualitates non est a qua mundus debet dici generari aut corrumpi: sed solum alterari. Alij uero ponunt non solum substantias in commixta rerum confusione manere: uerum etiam accidentia: & calida frigidis pugnare (ut cecinit Ouidius) & humentia siccis. Non igitur tertia opinio rationalis est. Naturalibus itaq; rationibus probatum est mundum non esse genitum sed incorruptibilem futurum: ut dicitur prima opinio: neq; mundum absq; reparatione interituum: ut dicitur secunda opinio: neq; uicissim mundum sepius gigni & corrumpi: ut dicitur tertia opinio.

¶ Vndecimi capitis nota. **¶** Talentum octoginta librarum & quatuor unciarum pondus. **¶** Libra 45/pondo. **¶** Stadium/miliarij pars octaua/125 passus continens. **¶** Quanta sit potentia: magna/parua/maior/minor.

Vndecimum caput continet duas conclusiones, ingeniti/geniti/incorruptibilis/corruptibilis/singulorum tres modos post primam: & unam instantiam post secundam. **¶** Prima conclusio. Proposito nostro congruit modus geniti/ingeniti/corruptibilis & incorruptibilis cognoscere. **¶** Na hęc multipliciter dicuntur: de quibus quidem nunc intendimus determinationem. Multipliciter autem dicitur (& si ad rationem nihil referret: quin semper eandem ueritatem/falsitatem obseruaret) intellectus in ceptus & confusus relinquatur: ipso multiplici indistincto. Expedi igitur proposito: talium uidere modos. **¶** Ingeniti/geniti/incorruptibilis/corruptibilis/singulorum tres modi. **¶** Ingenitum primo, quod cum prius non existeret: nunc existit: sed sine transmutatione. ut est attatus & momentu. Secundo, quod non est: sed esse cotingit. Tertio, quod omnino impossibile est fieri: ita ut aliquando sit/aliquando uero non sit. **¶** Impossibile enim bifariam dicitur. Primo, simpliciter/quod neq; est neq; fieri potest. Secundo: non facile/non cito/non bene factibile. **¶** Genitum primo est: quod transmutatione existit. Secundo, quod est/non esse autem cotingit. Tertio, quod aliquo modo esse/aut fieri cotingit: siue id facile siue difficile sit. **¶** Incorruptibile primo: quod cum sit ens/ipsu aliquo non esse sine transmutatione cotingit. Secundo, quod nunc est & quod aliquo non esse futurum: impossibile est. Tertio, quod simpliciter non esse non possit: aut quod difficulter non esse possit. **¶** Corruptibile primo, quod transmutatione desinere cotingit. Secundo, quod cum sit/cotingit aliquo non esse futurum. Tertio, quod non esse aliquo pacto: aut facile aut difficulter cotingit. Et horu omnium modi cotinui pene modo adiuuic sumuntur. Dicuntur tamen proprie ingenitum & incorruptibile: ingenitum quidem/quod simpliciter fieri non potest: ut aliquando sit & aliquando non sit. Et incorruptibile: quod omnino non esse non potest. **¶** Secunda conclusio. Potentia: quanta ipsa sit/per maximum determinanda est. Na per minus non determinat: quia quicquid potest in maius/potest & in minus. Ut potes cetu ferre talia: potest & duo. & potes cetu ambulare stadia: potest ambulare & duo. Determinat igitur per maximum & excellentiam. ut uirtus q talia centu sustollit / & q illa talioru summa non superat/ut unum & centu sustollere non possit: illa excellentia denominatione summet/dicet q cetu talioru & non pluriu potentia. Et uirtu q non pot in excellens: neq; eade in plura excellente ualebit. ut si que uirtus in centu talenta aut stadia non possit: hec eade in unu & centu aut talia aut stadia minime ualebit. est igitur ipa sit potentia: per maximum determinanda. **¶** Et si instas, potest quis uidere stadium non uidentis qualibet parte minorē stadii/ & quis percipere magnitudinē & non punctu: & potest quispiā maiorem sonum audire: non potens audire minorem, non igitur id recte assertum: ut que potentia potest in maius: eadem possit & in minus. **¶** Id certe ad id quod intendimus nihil affert difficultatis. Nam hęc instantia de excellentia & decremento rei que secundum molem attendantur: insectatur. Nos autem non de ea excellentia & decremento agimus: sed de iis que secundum uirtutem sunt sumpta. Visus enim vis/aut auditus/ad minora debilitor: ad maiuscula uero ualentior.

¶ Notarum undecimi capitis declaratio. **¶** As est quodlibet integrum: duodecim partes continens. Et idem significat libra & pondus. **¶** Vncia est duodecima pars assis. **¶** Passus continet quinq; pedes. Stadium autem continet 125 passus. **¶** Militarium uero continet octo stadia: quare stadium/miliarij pars octaua dicitur. **¶** Cum secunda conclusio dicitur: Quanta sit potentia: id ita intelligitur / an uirtus mouens sit magna non secundum molem sed agendi vim/an parua exiguat/an maior: altera data/an minor. **¶** Et cum philosophus dicit q quanta sit potentia per maximum determinanda est: per maximum intelligitur mobile/quod potest huiusmodi potentia mouens moueri: quo nullu maius eiusde denotatio is/ate/determinat. ac designat. quanta sit mouere possit. ut si q decē libras subleuare possit: tamen libra adiecta amplius ut undecim sustollere nequeat: illa subleuandi uis per maximum puta decem libras determinatur: & uocatur uis subleuatiua decem librarum. Neq; intelligitur de partibus proportionalibus/alteriusq; denominationis. nam secundum illas semper aliquod priori mobili addi potest & mobile ipsum ab eadem uirtute moueri. Na si aliqua uirtus mouet aliquid quod mobile aliquanto tempore & spacio: eadem uirtus potest & maius mobile mouere. quod sic ostendo. Sit a/e/ uirtus mouens que moueat b/g/mobile in tempore c. Dico q a e potest mouere maius mobile q b g. Patet. Quia cum a e moueat b g uirtus a e est maior q b g/cum quicquid alterum moueat: aliqua uis per ante moueat. diuido igitur a e in excessu/ & equalent excessu scilicet a/d/



Et id quo sit excessus scilicet d e ipsa pars d e non est indiuisibilis: alioquin addita ipsi a d non redderet totum a e maius q b g. Na indiuisibile diuisibili additu non attollit maius: est igitur pars d e diuisibilis. diuido itaq; ea p mediū in p d c o f. Cū uirtu mouens a sit maior uirtute a d eius pte: & uirtu a d sit equalis mobili b g. uirtu a f est maior mobili b g. qd cū est maius uno equo: quilibet uirtus mouens aliquid moueat mobile: e uirtus mouens/quantulumcūq; mobile ut g h mouebit. Tunc sic. Virtus a f mouet mobile b g ut ostensum est: & uirtus f e mobile g h. ergo per septimam regulam comparationum uirtutis mouentis ad mobile: uirtus a e collocta ex illis uirtutibus mouebit b h mobile collectum ex illis mobilibus. Et eadem uirtus a e posita est mouere b g minus mobile q b h: igitur si aliqua uirtus mouet aliquid mobile: eadem uirtus & maius mobile mouebit quod est propositum.

¶ Vndecimi capitis prima conclusio. **¶** Conueniens est modus ingeniti/geniti/incorruptibilis/corruptibilis cognoscere. **¶** Na determinatio de ipsis secundum pollicitationem nostram futura est: que quidem equiuoca sunt & multiplicia. Cum autem in oratione dictiones sunt equiuocę quarum multiplicitas per distinctionem non aperitur: quis in omni sensu oratio uera sit aut falsa / tamen intellectus relinquatur ambiguus & dubius: nesciens in quo potissimum significato oratio sit accipienda. ut si illa cuiq; proponatur, cam uirtutem tenet: licet in omni sensu sit uera/ tamen si indiuisibile fuerit, ingeret difficultatem & incertitudinem animo pro quo trium significatorum potissimum capiatur: igitur conueniens est predictorum nominum acceptiones/significationesq; cognoscere. Tres modi ingeniti. **¶** Ingenitum primo, est quod cum prius non esset/nunc est: sine tamen successiua transmutatione. ut punctus in linea/momentum in motu: que momentanea acquisitione dicuntur ad ortum. **¶** Secundo, quod nondum est sed esse potest. ut rosa anno proximo futuro producenda. **¶** Tertio, quod sue durationis caret principio: & quod fieri impossibile est cum semper fuerit. ut mundus. Impossibile enim interdum simpliciter negat: & significat quod non est possibile. Nonnunq; difficultatem denotat: & est quod fieri quidem potest sed difficulter. **¶** Tres modi geniti. **¶** Primo, est quod temporaria transmutatione existit. ut res naturalis perfecte genita. **¶** Secundo, quod est & potest non esse. ut res naturalis nunc existens & corruptibilis. **¶** Tertio, quod aliquo modo siue facile siue difficulter fieri potest/sue durationis habet principium. ut ignis ex stupa/aurum. **¶** Tres modi incorruptibilis. **¶** Incorruptibile primo, quod est & sine transmutatione potest non esse. ut punctus & impartibilia/que momentanea deperditione abolentur. **¶** Secundo, quod nunc est & semper erit: sic q impossibile sit ipsum non fore. ut immortalia & perpetua/intelligentia: & anima rationalis. **¶** Tertio, quod sine sue durationis caret, & simpliciter non potest non esse: ut mundus/aut quod potest non esse sed difficulter: ut scopuli & saxa que longo indigent tempore ut corrumpantur. **¶** Tres modi corruptibilis. **¶** Corruptibile primo est, quod per transmutationem temporalem desinere potest. ut res naturalis omnis. **¶** Secundo, quod nunc est & potest non esse in futuro tempore: ut equus/leo actu existens. **¶** Tertio, quod aliquo modo potest non esse/siue difficulter ut ferrum/siue faciliter: ut res naturalis que cito corrumpitur. Et huius tertij modi primus ad primum tertij incorruptibilis, & secundus ad secundum opponitur/consimilesq; ingeniti & geniti modi, & incorruptibilis primo modo tertij: quo pacto mundus dicitur ingenitus & incorruptibilis. **¶** Secunda conclusio. Quanta sit uirtus motiua / per maximum mobile in quod potest determinanda est. ut quanta sit rei quantitas per maximam eius extensionem/ & quanta sit rei etas per totam eius durationem determinamus. **¶** Patet. nam uirtus mouens per minus mobile non determinatur: neq; tota eius uirtus per hoc q minus moueat cognoscitur. sicut neq; rei decupedalis quantitas per minorem ut bipedalem quantitatem innotescit / neq; hominis quinquaginta annos nati etas per minorem etatem ut decem annorum apte exprimitur. cum quacūq; uis mouens potest in maius mobile & magis resistens/potest etiam in imbecillius & minus resistens. nam quicquid est maius maiore: maius est & minore. ut qui potest decem ferre talenta: potest & quinq; igitur determinatur per maximum mobile quod potest mouere/ & ab illo tanta uirtus denominatur. ut si quis centum talenta subleuare potest sed non plura: ut uno addito talento scilicet centum & unum sustollere non possit: a maximo mobili quod sustollere potest nomen sumit determinatum: & centum talentorum uirtus subleuatiua dicitur. Ex opposito autem quicūq; uirtu non pot in mobile excellens: neq; eade in maius excellente ualebit. cū quod sit minus minore: minus sit & maiore. Ut uirtu potes decē ferre talia et non plura/ non pot in quodē talioru potes: neq; igitur poterit i maius scilicet potes uiginti talioru. **¶** Instantia. Pot aliq; uidere magnitudinē aut spaciū ut stadiū/ qui non uidebit mille simā partē spaciū: & aliquis audire sonum maiorem & tamen non audiet minorem: igitur non quicquid potest in maius: etiam potest in minus. **¶** Responsio. Concesso antecedente negatur id quod inferitur. quia predictum principiu intelligitur de maiore uirtute resistendi & minore resistentia: & non de maiori aut minori secundum molem aut intensiōem. Obiectio autem procedit de maiore & minore mole & intensiōe: & non de maiore resistentia aut minore. Maior enim moles minus resistit uisui & facilius conspicitur: minor uero magis resistit & minus conspicua est. Sic maior sonus facilius ad auditum perueniet: minor difficiliter et tardius. quare ex obiectio: in scauillatione nihil aliud conficitur nisi non quicquid mouet mobile minus resistens: mouere magis resistens: uel non quicquid potest in minus/potest in maius eiusdem & determinate denominationis: quod uel sine argumentatione conceditur.

¶ Duodecimi capitis nota. **¶** Se mutuo consequi/adiuicem conueriti. **¶** Duodecimu caput continet decem conclusiones, unum correlariū ad secundā, duas rationes ad quintam, quatuor ad nonam, & quatuor ad decimam. **¶** Prima conclusio. Si quid possibile est esse & idem possibile est non esse: ut eius tempus ad esse & non esse determinatum sit/ necesse est. **¶** Hoc enim secundū oē pdicamentū: ut si quid potest esse homo/ & non homo/ bicubitu/ equalē/ album/ & non esse/ & ita in ceteris: utriq; tempus determinatū. Na si dederis neutru determinatū esset: habebit potentia ut sit tpe infinito/ & ut non sit alio tpe infinito. hoc autē impossibile. **¶** Secunda. Impossibile & falsū/ possibile & uerum/ non omnino idē signat.




canis e substantia

Obiectio nis zemonis solutio


Nam non omne falsum est impossibile. de citharizante enim si dicatur q non citharizat / & de cantate q non cantat: falsum dicitur. non autem impossibile. Neq; omne possibile / verum est. coincidunt tamen hæc aliquando. vt diametrum commensurari costet falsum est: & idem impossibile. non commensurari vero: & possibile & verum. Et nos de impossibili / falso / possibili & vero simpliciter / intelligim; & non facta suppositione. Vnde si triangulus esset circulus: non haberet tres duobus rectis quales. & suppositione facta lineam esse ex punctis: diameter costet commensurabilis est. **C**orrelarium. Vnde fit vt non sit idem supponere falsum & impossibile: idem possibile & verum. **N**am supposito impossibili, bene accidit impossibile: falso autem non impossibili / nunq;. Et supposito possibili: falsum sequi accidit: ex vero autem nunq;. **T**ertia. Idem simul ad opposita habet potentiam: non autem vt illa simul habeat. **N**am cum quis sedet: potentiam habet vt sedeat / & potentiam vt stet: non tamen vt simul sedeat & stet, sed alio & alio tempore. **Q**uarta. Omne semper ens / incorruptibile esse necesse est. **S**it a semper ens. quia a sit semper ens: sepe existit, & si posueris corruptibile: aliquando non erit. At impossibile est quod semper est: aliquando non esse. igitur falsum esse corruptibile. & non modo falsum: sed & impossibile. Eadem ratione omne semper ens ingenitum est. Nam dicitur / semper ens semper existit: genitum vero aliquando existit & aliquando non. Fieri enim nequit / vt quod potest omni tempore esse: aliquando possit non esse. Alioquin simul potentiam retinet ad simul esse & non esse: quod est impossibile. est igitur omne semper ens / ingenitum. **Q**uinta. Nullum semper ens / corruptibile est aut genitum. **P**rimo. Quia omne corruptibile & omne genitum potentiam habet ad non esse: nullum autem semper ens potentiam habet ad non esse. Nam aut id esset tempore finito: hoc autem non. quia omni tempore est. quare potentiam habet vt tempore sit & illo. Neq; quidem infinito. nam plura tempora infinita esse nequeunt. Neq; idem potentiam habere pot vt sit vno tempore infinito / & non sit altero infinito. Nullum igitur semper ens: corruptibile est aut genitum. **S**ecundo. Quia semper ens & semper non ens / se habent vt contraria. semper ens / non semper ens / semper non ens / non semper non ens / vt contradictoria. Non semper ens / non semper non ens / vt subcontraria. Sit itaq; a semper ens / b semper non ens / c non semper ens / d non semper non ens. De genito & corruptibili verificatur c & d: quia quadoq; est ens / & quandoq; non ens. De genito igitur & corruptibili negatur a & b semper ens & semper non ens. Aut simul de eodem erunt & affirmatio & negatio: quod est impossibile. **S**exta. Omne ingenitum pariter & incorruptibile / semper est ens & imortale. **N**am dico ingenitum quod est ens: & nunq; non fuit ante. Incorruptibile vero: quod est ens & nunq; erit verum ipsum non esse. Quæ autem talia sunt: semper existunt. Est igitur ingenitum omne similiter & incorruptibile: semper ens / sempiternum / & imortale. **S**eptima. Ingenitum & incorruptibile se mutuo consequuntur. **N**am ingenitum & incorruptibile semper ens consequuntur: consequuntur igitur se inter se. **O**ctava. Omne genitum est corruptibile. **N**am si aliquod sit genitum quod non sit corruptibile: ipsum est incorruptibile. Dicitur enim corruptibile aut incorruptibile: vt non semper ens aut semper ens: de omni quod est / & de nullo eodẽ simul. Et si ipsum est incorruptibile: ipsum est ingenitum. cõsequuntur enim se ingenitum: et incorruptibile: et si ingenitum est semper ens. quare idẽ genitum est / & ingenitum / & semper ens: qd est impossibile. Et eodẽ modo corruptibile: genitum esse ostendas. **N**ona. Genitum & corruptibile se inuicẽ cõsequuntur. **P**rimo. Quia si se nõ cõsequerentur: aliquid esset genitum quod nõ esset corruptibile: aut aliquid corruptibile quod nõ esset genitum: qd nõ falsum esse monstrat est. **S**ecundo. Quia genitum & corruptibile cõsequuntur idẽ / vt quadoq; ens & quadoq; non ens / cõsequuntur igitur se inuicẽ. **T**ertio. Sit a semper ens / b semper non ens / c genitum / d corruptibile. tunc sic format ratio. c genitum nõ est a: est igitur nõ semper ens. & c genitum nõ est b: est igitur & nõ sepe nõ ens. Similiter d corruptibile nõ est a: neq; b: quare est nõ semper ens & nõ semper non ens. Et retro agatur / omne id quod quid nõ est sepe ens & nõ sepe nõ ens: esse genitum & corruptibile. & tunc manifestum erit c d genitum & corruptibile: consequi idem. quare & se inuicem cõsimiliter sequentur. **Q**uarto. Sit ingenitum a / incorruptibile b / genitum c / corruptibile d. disiunctum a c ex oppositis constat: quod dicitur de omni quod est vt genitum & nõ genitum. Oẽ enim nõ genitum est ingenitum / & eodẽ. Et disiunctum b d ex cõsimilibus constat oppositis: vt corruptibile & nõ corruptibile. & a b ingenitum & incorruptibile se inuicem (vt ostensum est) cõsequuntur. Igitur & c d secundum & quartum: se se cõsequuntur. **D**ecima. Inconueniens est estimare aliquod genitum esse incorruptibile / & aliquod corruptibile esse ingenitum. **P**rimo. Quia quæ genita sunt omnia: quanto quodam determinato tempore possunt aut facere / aut pati / aut esse / aut non esse. Infinitum autem non est determinatum. non igitur quod genitum est: incorruptibile erit: aut quod corruptibile est: ingenitum. **S**ecundo. Quia ens tempore infinito: factum esset: & aliquo tempore nõ ens: semper esset. hoc autem impossibile. **T**ertio. Omne genitum aliquando generatur: & omne incorruptibile est ingenitum: & ingenitum nunq; generabitur. igitur si aliquod genitum est incorruptibile: aliquando generabitur / & nunq; generabitur. Itẽ oẽ corruptibile aliquando corruptetur: & oẽ ingenitum est incorruptibile: & nullum incorruptibile vnq; corruptetur. Igitur si quid corruptibile ingenitum: aliquando corruptetur & nunq; corruptetur. Et idem simul erit factum & non factum / corruptum & incorruptum / quod est impossibile. Si enim dixeris genitum nõ aliquando generari / & corruptibile nõ aliquando corrupti: aut hoc erit casu / aut fortuna / aut natura. Nõ casu aut fortuna: quia nõ est

nam omnia semper




eorum quæ semper sunt. Neq; natura: quia ea quandoq; sunt & quandoq; non sunt. vt quæ eandem materiam potentiam contradictionis habeant: & quæ causa est non esse. Et si item dixeris corruptibile habere potentiam ad non esse: sed non in futuro: sed præterito tempore / vt anno priore aut quocunq; altero, & ita de genito. Hoc nihil est, quia neq; vna quidem præteriti potentia & virtus est: sed presentis & futuri. **Q**uarto. Omne genitum & omne corruptibile contrariis alterantur: igitur neq; genitum / incorruptibile: neq; corruptibile / ingenitum est. **N**otandum duodecimi capitis declaratio. **C**um hoc loco dicit Aristoteles omne incorruptibile esse ingenitum / & omne genitum esse corruptibile / & cetera quæ in hoc capite asserit, intelligenda sunt de genitis / ingenitis / corruptibilibus / incorruptibilibus per transmutationem naturalem secundum materiam subiectam. Quocirca intelligentia non dicuntur hic genite quis inceperint esse: quia nõ habuerunt exordium per transmutationem naturalem, sed modo supernaturali per creationem. **T**ermini dicuntur se mutuo consequi: quando ad inuicem conuertuntur: & inuicem saltem de se inuicem verificantur. ut homo est risibile / equus & hinnibile. **V**odecimi capitis prima conclusio. **S**i quid possibile est esse & non esse (quemadmodum res naturales / earum motus & accidentia) habet tempus determinatum ad esse & ad non esse. Vt canis potest aliquo tempore esse & altero non esse: & eius tempus ad esse scilicet totum tempus quo uicturus est canis determinatum est / eius etiam tempus ad non esse: quod scilicet esse generationem præcedit & corruptionem sequitur determinatum est. Plus tamẽ temporis habet res naturales determinatum ad non esse q ad esse: quia multum habet potentiam esse parũ actus. Sic si quid potest esse bicubitum per augmentationem / nõ bicubitum alio tempore: ipsius quo sit bicubitum natura constituta est / & quo etiã nõ sit bicubitum. Sic si quid potest esse calidum & nõ calidum: vt aqua / utrumq; tempus natura ordinatum est. Et si quid potest moueri secundum locum / nõ moueri determinatum est tempus quo moueat & quo nõ moueat. **P**atet. si enim neutrum tempus est determinatum: er go toto tpe infinito ipsum habebit potentiam vt sit / & eodẽ tpe infinito / aut vt sit vno tempore infinito / nõ sit altero tempore infinito: quare plura erunt tempora infinita: quod est impossibile. **C**onclusio. Impossibile est falsum nõ omnino idẽ sit / neq; possibile est verum. **P**atet. Quia licet omne impossibile sit falsum. Omnis etiã ppo falsa q nõ pot esse vera / est falsa: tamẽ nõ omne falsum est impossibile. Aliquod etiã possibile (vt ppo contingens falsa Ioannes nõ abulatus) est falsum nullum tamẽ possibile est impossibile. Sic licet omne verum est possibile: ois enim ppo vera est ppo q pot esse vera / tamẽ nõ oẽ possibile est verum. Aliquod etiã falsum est possibile / & tamẽ nullũ falsum est verum. quare secundum primo cõmunis est / & tertium quarto. Aliquado tamẽ impossibile est falsum eidẽ cõueniunt / similiter possibile est verum. ut ppo / diameter est commensurabilis / & falsa est / & impossibile. Propositio uero / diameter nõ commensuratur coste: est vera & possibilis. Et sit hic sermo de impossibili / falso / possibili & uero simpliciter & ex natura rei: & nõ ex suppositione uel præsupposita cõditione. siue hypothesis q p cõiunctio nõ si pposita exprimitur. Nã aliquid est uerum ex suppositione: quod tamẽ est falsum & impossibile simpliciter: vt supposito q triangulus esset circulus: uerum esset ex suppositione q unica linea cõtineat triangulus: quod tamẽ simpliciter falsum est & impossibile. Similiter falsum esset ex suppositione q tres haberet angulos: quod tamẽ simpliciter nullaq; suppositione facta / uerum est & necessarium. Et supposito q linea sit ex punctis: uerum est q diameter est commensurabilis coste: nõ punctus / utriusq; linea esset cõmunis mensura / sicut uniuersumlibet numeri. quare in quadratis numerorum diameter nõ nõ coste commensurabilis est: uerum etiã equalis. ut in descripto nouenario ternarius est latus & etiã diameter. Secus autẽ est de quadratis magnitudinum. **C**orrelarium. Vnde manifestum est, q non est ois idẽ supponere falsum et supponere impossibile. Et nõ idẽ est supponere possibile et supponere uerum. **N**ã quod sequitur ad unũ eorũ q sit eadẽ sequitur ad alterũ. At nõ quod sequitur ad supponere impossibile: sequitur ad supponere falsum. Nã supposito impossibili bii sequitur impossibile. Supposito aut falso possibili nõ sequitur impossibile. Ex possibili enim nõ sequitur impossibile. Sic aliqd sequitur ad supponere possibile quod nõ sequitur ad supponere uerum. Nã supposito possibili bene sequitur falsum: supposito autẽ uero nõ sequitur falsum. cõueniunt uero nõ sequitur falsum. **S**ecundo cõclusio. Idẽ simul habet potentiam ad opposita successiue habenda: nihil tamẽ habet potentiam ut opposita simul habeat. **E**t particula simul / debet determinare ad secludendũ sophisticas importunitates uerbum / habet potentiam: nõ accusatiuum / opposita: ut ipse sedes habeo nõc potentiam ut sedeã uo tpe & nõ sedeã alio tpe: utrumq; enim nõc est in potestate mea: nõ tamẽ habeo potentiam: ut sedeã simul & nõ sedeã: cũ tunc duæ contradictorie esset simul ueræ. **Q**uarta. Oẽ sepe ens est incorruptibile pariter & ingenitum. **P**atet. Quia si aliquod semper ens sit corruptibile: gratia discipline sit ipsum a quia a per hypothesis est corruptibile: ipsum aliquando nõ erit. Et quia a est semper ens: ipsum semper erit. Erig igitur a semper ens & aliquando nõ erit: quod est impossibile. Similiter sit a semper ens / & genitum. quia a est genitum: ipsum aliquando nõ existit. Et quia semper ens: semper existit. igitur idẽ semper existit & aliquando nõ existit / qd est impossibile. **Q**uinta cõclusio. Nullum semper ens est genitum aut corruptibile. **P**atet. Quia oẽ genitum & corruptibile pot nõ esse. genitum enim aliquando nõ fuit / & corruptibile aliquando nõ erit. At semper ens nõ habet potentiam ad nõ esse: igitur nullum semper ens est genitum aut corruptibile. **Q**uod autẽ semper ens nõ habet potentiam ad nõ esse. patet quia aut hoc esset tpe finito aut infinito. Nõ tpe finito: quia ois tpe / semper ens esset: ergo ois tpe finito potẽt esse. quare nullo tpe finito potentiam habet ad nõ esse. Neq; qdẽ infinito: quia cũ habeat potentiam ut sit tpe toto infinito: si haberet potentiam ut nõ sit alio tpe infinito: plura esset tpa infinita: qd esse negat. nõ eorũ alterũ esset ois / & cõclusio. **Q**uia isti duo termini semper ens & semper non ens se habent ut ppones contraria. Semper ens & nõ semper ens ut contradictorie / & similiter semper non ens & nõ semper non ens. Nõ semper ens & nõ semper non ens ut subcontraria. Quia ergo oẽ genitum aliqui est ens et aliquid nõ ens: ab æquualitẽ nõ oẽ genitum est nõ semper non ens & nõ semper ens: igitur nullum genitum est sepe nõ ens aut semper ens. Cuiusq; etiã attribuit unũ contradictorie oppositorũ: ab eodẽ remouet & reliquit. Siue ab affirmatiua de pãdico infinito ad negatiua de pãdico finito: tpe p cõuersione / nullum sepe ens est genitum. Alioq; duo termini contradictorij simul uerificaret de eodẽ singulari / qd est impossibile. & cõsimile fiat argumẽtum de corruptibili. **S**exta cõclusio. Oẽ ingenitum & incorruptibile est semper ens. **P**atet. Quia ingenitum est qd est ens & semper ante fuit. Quicq; autẽ est ens & semper ante fuit: semper existit. & qd semper existit: est semper ens. igitur de primo ad ultimum oẽ ingenitum est semper ens. Similiter incorruptibile est quod est ens & semper erit ens. Quod autẽ est ens & semper erit: semper existit. Et quod semper existit: est semper ens: igitur oẽ incorruptibile est semper ens. **S**eptima cõclusio. Ingenitum & incorruptibile

in numero diameter est cõmensurabilis coste.



Quinto Pythagorici principales differentias positionum sursum & deorsum omiserunt: & minus principales dextrum & sinistrum assignauerunt. Nam a parte superiori ut cerebro virtus motus sumit originem. A dextro efficitur motus / & ad partem anteriorem conuertitur: igitur non recte differentias positionum assignauerunt. **Tertio conclusio.** Caelum omnes positionum differentias retinet. **Pateat.** Quia sicut in animalibus perfectis est mouendi principium & proprias animalis operationes efficiens: dicitur potest forma substantialis ipsius animalis / medianibus diuersis organis diuersa exercens officia: ita in caelo est principium effectuum motus & operationum caelestium / scilicet actus substantialis ipsius caeli medianibus diuersis partibus diuersas influens uirtutes: igitur sicut in animali sunt differentie positionum natura determinate: ita et in caelo / quod est propositum. **Prima in stantia.** Caelum est sphaerice figurae & omnes partes habet similes / consimilemque motum semper exercet: igitur non est maior ratio cur una pars sit magis sursum quam altera / & ita de alijs. Quae quidem obiectio dissoluitur concedendo caelum esse sphaericum / quod & quarto capite ostenditur: & ipsum partes habere similes secundum quantitatem / dissimiles tamen secundum uirtutem. Nam una pars caeli habet maiorem uirtutem & perfectiores operationes: altera uero minorem & minus perfectas. Quare negandum est quod ultimo inferitur: quia differentie positionum non sumuntur secundum figurarum diuersitatem sed uirtutum. Animal enim aliquas positionum differentias ut dextrum & sinistrum habet sub simili figura: ceteras uero quatuor sub figurarum diuersitate. Quod si animal intelligatur conuerti in formam sphaericam (ut Herinacius facere dicitur cum a canibus impetitur: sicque setis acutissimis septus / utus euadit) aequae omnes sub simili figura seruari differentiarum positiones: sicut prius habuit sub diuersis. Accidit enim figurarum diuersitatem diuersis positionum differentijs respondere. **Secunda instantia.** Motus caeli non in coepit sed est perpetuus, ut prius ostensum est: igitur non est dextrum in caelo unde fit motus. Quae obiectio dissoluitur concedendo quod motus caeli non inceperit omnino ut ante nullus factus fuerit. Quolibet tamen die incipit & renascitur ab oriente / completa suae uolutione. Non tamen idcirco sequitur quod in caelo non sit dextrum. Nam si inceperit omnino: ab ea parte ut nobiliore moueri coepisset: & si media quiete intermitteretur eius motus & iterum inciperet: ab ea parte ut ualentiore inciperet. **Tertia conclusio.** Longitudo caeli secundum distantiam de polo ad polum sumitur: quorum unus est sursum caeli & alter deorsum. **Primo.** Quia hemisphaerij quod supra nos est ab eo quod est sub nobis differentiam cognoscimus per polos immobiles / & eadem caeli parte manentes. Quia scilicet in nostro hemisphaerio semper conspicitur polus arcticus / & in parte caeli opposita antarcticus: nunquam nobis apparet. **Secundo.** Quia partes caeli iuxta polos dicuntur latera caeli: ut ea quae intra circulum arcticum & circulum cancri clauduntur / & in parte opposita quae circulo antarctico & capricorni continentur. Latera autem neque sursum neque deorsum sunt sed adiacent parti superiori aut inferiori: ut brachia non sunt sursum sed uicina capiti quod est sursum, igitur longitudo caeli secundum axis extremitates & polos / eorumque distantiam sumitur. **Quarta conclusio.** Polus arcticus / primi mobilis est deorsum: & polus antarcticus: eiusdem sursum est. **Pateat.** Quia primi mobilis dextrum est a quo incipit motus & ortus astrorum / scilicet oriens. Sinistrum autem eius est ubi astra occidunt / scilicet occidens. Intelligatur itaque homo habens dextram manum uersus orientem / & sinistram uersus occidentem / & faciem uersus meridiem: ut ante hominis respondeat parti anteriori caeli sicut dextrum dextro & sinistrum sinistro. Eius caput erit conuersum ad polum antarcticum / & pedes ad polum arcticum. Quare polus antarcticus respondens parti quae est sursum in homine / est sursum caeli: & polus arcticus respondens ad deorsum hominis est deorsum ipsius caeli. Si enim ponatur caput uersus polum arcticum / & pedes uersus antarcticum / facie uersa ad meridiem: manus eius sinistra esset ad orientem qui idcirco esset sinistrum caeli / & manus dextra ad occidentem qui proinde esset eius dextrum: propter similitudinem in homine respondentiam. Primum autem caelum mouetur ab oriente in occidentem: igitur moueretur a sinistro in dextrum quod est impossibile. Quo fit ut habitantes sub polo arctico (quemadmodum nos) sunt in deorsum primi caeli. Habitantes autem sub polo antarctico nobis semper occulto: sunt in sursum primi caeli. Quare male putauerunt Pythagorici nos esse sursum / antipodas uero deorsum. cum illius oppositum prorsus eueniat. **Quinta conclusio.** In sphaeris inferioribus a suprema sphaera contentis quatuor differentie positionum scilicet sursum / deorsum / dextrum / & sinistrum / opposito ad primam modo sumuntur. **Nota sphaerae inferiores mouentur ab occidente ad orientem. Motus autem caelorum est a dextro in sinistrum: igitur occidens ipsorum est dextrum: & oriens sinistrum.** Intelligatur itaque homo habens manum dextram in occidente / sinistram uersus orientem / & faciem uersus meridiem: ut dextrum hominis dextro caeli / sinistrum sinistrum / & pars anterior hominis parti anteriori caeli respondeat: caput eius erit sursum erectum / & uersus polum arcticum: pedes uero uersus polum antarcticum: igitur polus arcticus est sursum secundum uiam lationum & sphaerarum inferiorum / & polus antarcticus eorum deorsum: quare opposito modo ad primam habet positionum differentie sumuntur. Quo fit ut qui sunt in deorsum primae lationis & in sinistro eius (quemadmodum habitantes sub isto polo in occidente) sunt in sursum secundarum sphaerarum & in dextro earum. Et qui habitant in deorsum primae lationis & eius dextro (ut qui sub polo arctico in oriente morantur) sunt in sursum secundarum lationum & earum sinistrum. Cum opposito modo habet positionum differentie respondeat. Habet tamen prima sphaera & sphaerae inferiores eadem partem anteriorem scilicet mediae diei punctum: & idcirco post / scilicet punctum mediae noctis. Et in his duabus differentijs inter se conueniunt.

Duarum obiectio
tionum solutio.



Quomodo ex
differentijs po
sitionum in ho
mine: cognos
centur differ
entiae positio
nis in caelo.

Tertij capitis nota.



Uterque cap. continet unam conclusionem, & sex ad eius probationem consequentias. **Conclusio.** Considerandum est cur plures sint circularum / sphaerarumque lationes. **Si lationibus illis aliquid assignari posset contrarium (id autem non posse / prius dictum est) in promptu esset ratio: quod contrariorum (quae uniuersi constitutionem / integritatemque respiciunt) si unum est: & alterum protinus ut sit necesse est. Et certe licet huius rei causam assignare perdifficile sit / ut quae & quorum accidentia a sensu sunt remota: id tamen ostendere hac nitimur ratione. Cuiuscumque est operatio: id (ut eius operatio sit) existit. De operatio, est immortalitas & uita sempiterna, & caeli operatio: motus est sempiternus. Ob id enim circulare corpus habet: quod natura sempiternae / irrequietae circummoueat. Est enim diuturnum quiddam.**


Quod si semper circummoueat: aliquid in medio quiescere (ut post probatione dilucebit) necesse est. ut terram, & id natura quidem. Nam praeter naturam nihil semper quiescere potest. **Et si terra est: erit & ignis.** Primo, quia si unum contrariorum natura sit: & alterum esse necesse est, terra autem & ignis contraria sunt: ut uniuersi materia. Secundo, quia si posterius esset: et prius. Ignis autem prior, est enim calidus / leuis / atque agibilis: terra uero frigida / grauis / quiescens & immota. Frigiditas autem / grauitas / & quies: caliditatis / leuitatis / & agitabilitatis priuationes. Si igitur est terra ut priuatio quaedam: & ignem esse necesse est. **Et si terra & ignis sunt: intermedia elementa: aqua & aer ut sunt / oportet.** Sunt enim terrae & igni contraria, & quodlibet elementorum alteri cuiuslibet (ut postea amplius demonstrandum est) contrarium. **Quod si quatuor sunt elementa: rerum generationes ac obitus esse necesse est / quia nullum ipsorum sempiternum esse possibile est.** Primo. Ut quae sint contraria / & quae adinuicem agant & patiantur. Secundo. Quia mobile cuius motus natura sempiternus non est: ut sempiternum sit / rationabile non est, intereunt igitur & oriuntur alia. **Quod iterum si sunt rerum ortus atque obitus: & aliam a prima unam aut plures sphaerarum lationes esse necesse est.** Sola enim prima tempore uia eademque existente: elementa & omnia adinuicem consimiliter se semper habebunt. Et quomodo id / & unde prodeant generationes: latius / expressiusque futura discussio est. Adiecta itaque putetur ratio cur sphaerarum / superiorumque circularum plures sint lationes: quia sunt generationes.

Notarum tertij capitis declaratio.
Contraria sunt corpora naturalia mutuo in se agentia & patientia: & ad mundi complementum / perfectionemque pertinentia. ut ignis / aer / aqua / terra: sunt enim res naturales adinuicem agentes & patientes & per formas substantiales & per qualitates suas: scilicet caliditatem / frigiditatem / humiditatem & siccitatem / & mundum tanquam praecipuae partes perficiunt.

Tertij capitis conclusio. Considerandum est cur plures sint sphaerae caelestes & diuersarum motus. **Sane si sphaeris caelestibus aliquid esset contrarium: facile eius quod proponitur haberetur ratio: quod contrariorum quae mundum constituunt & perficiunt / si unum sit: & alterum esse necesse est, alioqui mundus esset incompletus & imperfectus.** Sed quia prius ostensum est sphaeris caelestibus nihil esse contrarium, neque eorum motibus circularibus: idcirco praedicta ratio non potest huic proposito conducere. Et quis difficile sit eius quod queritur causam reddere. Nam orbis caelestes / eorumque proprietates / a sensu remotae sunt: & idcirco ut deprehendantur / difficilius: id tamen sequenti rationi (quae sex consequentibus deducitur) uterque ostenditur. **Prima consequentia.** Cuiuscumque est operatio: id ut eius operatio sit / existit. ut propria oculi operatio est uisio: oculus autem est ad faciendum uisionem, sic intellectus propria operatio / contemplatio est: & intellectus ad aeternarum ueritatum contemplationem ordinatus est. Sed propria caeli operatio motus est circularis perpetuus: igitur ad illam operationem caelum ordinatum est: quare caelum perpetuo circumfertur. Nam ipsum diuinitatis est emulum: pariter & eius motus est uita sempiterna emulus. **Secunda.** Si caelum semper circulariter mouetur: aliquid semper in medio quiescit / ut terra, quae in mundi medio constituta: undique tanquam centrum ab extremis equidistat, quemadmodum in fine huius libri amplius dicitur. Et sempiternam huiusmodi quietem / naturalem esse oportet. Nam praeter naturam nihil natum est semper quiescere: sicut neque natum semper uiolente moueri. **Tertia consequentia.** Si terrae & ignis est. Primo. quia si unum contrariorum sit: & alterum esse necesse est. Quod de contrarijs quae prius definita sunt recte intelligendum est. Nam si quis illud principium ad qualitates albedinem / nigredinem / caliditatem / frigiditatem applicaret: aut secundam contrariorum proprietatem in praedicamentis positam contra ipsum assereret (quae dicitur non oportere si unum contrariorum actum sit / & alterum actum esse) pseudo graphiam committeret ex non recta principij intelligentia. Ignis autem & aqua huiusmodi sunt contraria: ut uniuersi materia / & partes mundi integrales / praecipuaeque, igitur si terra est / & ignis. Secundo. quia si posterius & imperfectus est: & prius esse necesse est. Ignis autem natura prior est & terra posterior. Est enim ignis natura leuis / terra autem grauis. Leuitas autem qualitas est nobilior, & ad caelestia corpora petenda accommodata: grauitas autem (suae naturae imperfectior: & ad deprimenda / demergendaque corpora ordinata. Sic ignis calidus est, & terra frigida. Caliditas autem uita est causa & effectrix / frigiditas autem mortis & interitus. praeterea ignis est agibilis / terra est torpescens & quiescens a motu. Motus autem est emulus uita: quies uero a uita similitudine recedit. Sic quae igni conueniunt / sunt in affirmatione et ut lumen, quae uero terrae: in negatione sicut tenebrae. Quare si terra in priuatione existens / esset et ignis. **Quarta consequentia.** Si terra & ignis sunt: intermedia elementa aerem & aquam esse necesse est. Quia si unum contrariorum actum sit: & alterum actum esse necesse est. Terra autem & ignis intermedij elementis sunt contraria: immo quodlibet elementorum alteri cuiuslibet est contrarium / ut liber de generatione ostendit: igitur si terra & ignis sunt: intermedia elementa esse necesse est. **Quinta consequentia.** Si sunt quatuor elementa: rerum generationes & corruptiones esse necesse est. Primo. quia cum quodlibet elementorum alteri est contrarium: quodlibet ab altero corrumpi natum est. Quicquid enim habet contrarium: a suo contrario corruptum est: quare nullum eorum est sempiternum. Secundo. quia si alicuius proprius secundum locum motus non est natura perpetuus: neque mobile est natura perpetuum. Nullus autem elementorum motus est natura perpetuus: cum nullus motus secundum rectum possit esse perpetuus / ut o clausus physicorum ostendit. igitur neque ullum elementum est perpetuum. **Sexta consequentia.** Si sunt rerum generationes & corruptiones: plures esse sphaeras caelestes esse necesse est earumque motus diuersos. Nam eadem causa / eorundem effectuum est productiua. Si igitur tantum una esset sphaera caelestis: illa eodem omnino produceret effectus: quare omnia semper consimiliter se haberent. Cum autem plures sunt sphaerae caelestes & diuersi earum motus: diuersi fient effectus. Plus itaque sunt sphaerarum caelestium lationes: ut sint rerum naturalium generationes & corruptiones. **Quarta cap. nota.** Figura retilinea: est quae rectis lineis clausa est. **O** ualis figura est quae a parte circuli incipit / in acutem tendens: in omni similitudinem est formata. **Lenticularis** quae ex duobus circuli minoribus portionibus: lentis similitudinem exprimit. **Lens** / leguminis notis sementibus: qui uescuntur / lentes ac moderatos reddi consent.



Vantum caput continet vnam conclusionem, & quatuor rationes ad illam. **C**onclusio. Cælum sphericam figuram sibi vindicare necesse est. **P**rimo. Quia hæc figura/natura & substantia prima: cælo convenientissima est. Quod ita ostendimus. **P**rimo. Quia omnis figura plana aut rectilinea aut circularis est, & omnis rectilinea multis continetur lineis: circularis tantum vna. Et in vnoquoque genere vnum prius est multis: & simplex compositis. **S**ecundum enim numeri seriem: circulum ponunt vt vnum/trigonum vt duo; quia duobus rectis equalis est igit merito planarum figurarum prima. **S**ecundo idem cognoscitur. Perfectum prius est imperfecto. At circulus perfectior est rectilinea, quia extra eum nihil relinquit: nihilque ei posse addi videtur, rectilineæ autem potest. Tunc sic. Sicut circulus se habet ad reliquas figuras planas: ita sphaera ad reliquas solidas. Vt enim circularis/vna continetur linea: & sphaerica/vna superficie contenta est. Et vt circulus (vt dictum est) planarum figurarum prima & perfectissima: ita quoque sphaera solidarum prima est & perfectissima. At primo/perfectissimoque corpori (quale est cælum) prima debetur et perfectissima figura. est igitur cælum sphericum. Et id idem subit iudicium apud illos: qui posuerunt corpora in superficies resoluti, nam sphaeram non diuidebant: quasi vnicam superficiem continentem/et priorem et simpliciozem ceteris. Et vt de illa suprema/perfectissimaque hæc ratio dicitur: sic esse oportere intellige de iis: quæ ab ipsa abijuntur & clauduntur: vt quæ ad hanc ipsam contactum: & adiuuicem habeant omnes. **S**ecundo. Quia si cælum esset rectilineum/lenticulare / ovale/aut alterius angularis figure: vbi corpus esset (vt eius partes) postea non esset. & esset vbi prius nullum erat corpus. Sed quid est hoc existimare nisi extra cælum esse vacuum: & illic posse esse & corpus/ & locum: quorum opposita determinata sunt. Et id de inferioribus circulis hanc ob causam promptius licet defendere. **T**ertio. Cæli latitudo aliarum mensura est. mensura autem omnium minimum. & motum velocissimus/minimum. igitur lineæ in seipsum minima. Hæc autem circularis est. erit itaque circularis & sphaerice figure. **Q**uarto. Aqua cognoscitur sphaerica: quæ contactum habet ad aerem. & aer ad ignem. & ignis ad cælum. Igitur cælum sphericum est: etiam multo magis his inferioribus. Quod autem aqua sphaerica sit: satis deprehenditur, quia videmus eam semper ad concaviores partes confluam/deciduaque: donec partes æquentur. sunt enim concavæ partes quæ centro sunt propinquiores. Sit itaque centrum a. a quo ad aquæ superficiem ducatur recta a b. & recta a c. cui subducta in superficie basis sit c b. ad quam a centro educatur neam alteram a d. quæ si minor fuerit a c/aut a b: erit centro propinquior. quare & illic locus pronior/ & declivior: et circumfluet aqua vt partes æquentur. Et ita vbi ducimus a centro aquæ superficiem ductis lineis & æquatis quiescet. Manifestum est igitur aquam sphericam sibi aptare figuram. Est enim sphaerica eorum omnes rectæ a centro ad circumferentiam ductæ/ sunt æquales. Et non modo vt aqua mundus sphaericus est: qui summa illa diligentia & sapientia sic ordinatus est: vt nihil manufactum (quod Chirocriton vocant) nihilque quod oculis nostris conspiciendum/obuiumque sit: figuræ perfectione/et excellentia/et regularitate tale occurrat. Et nihil vsque adeo diligentia excoli/elaborarique potuit: vt circularis corporis promptitudo et natura. Quod si proportionem quæris: quæto aqua perfectione/figura/et qualitate terram superat: tanto aer aquam/et ignis aerem. Et longe plus ipsum cælum hæc inferiora elementa omnia.



Quædam circuli



Notarum quarti capitis declaratio.

Conclusio prima conclusionis ratio dicit omnem figuram planam esse circulari aut rectilineam: per illa duo membra simplicia intelligenda est compositum / scilicet aliquam figuram planam partim lineam rectam & partim curvam contineri: qualis est semicirculus/ maior item & minor portio circuli. Sed hæc alijs imperfectior est: quæ diuersarum specierum terminis continetur. **Q**uod Gnomone: quadrato circumposito/aut eo ablato maneat quadratum: ex libro predicamentorum Aristotelis manifestum est: ubi dicit quadratum circumposito quidem Gnomone crescere/ non tamen alterari.

Quod circularis figura est perfectior quam rectilinea.

Quarti capitis conclusio. **C**ælum sphericam habet figuram. **P**rimo. Quia omnis figura plana est circularis aut rectilinea. Circularis autem figura perfectior est quam rectilinea. **P**rimo. quia unum perfectius est multis, & simplex compositis. Rectilinea autem omnis est ut multa & composita: quia pluribus continetur terminis ex quibus componitur & in quos dividitur. Idcirco Pythagorici circulum unitati comparabant/ & triangulum binario: quæ habeat tres angulos æquales duobus rectis. igitur circularis figura est planarum figurarum perfectissima. **S**ecundo patet idem. quia perfectum est dignius imperfecto. Circularis autem figura perfectior est rectilinea: quia ipsi circulo nihil addi & nihil auferri potest neque lineæ circulari. Figura autem rectilineæ aliquid addi aut auferri potest manente nomine figure: sicut & lineæ rectæ eius termino. Si enim quadrato circulo ponatur Gnomone: constituetur quadratum/aut si circumpositus auferatur: relinquetur quadratum. Est igitur figura circularis dignior quam rectilinea. Tunc sic formatur prima ratio. Sicut se habet figura circularis ad ceteras figuras planas: ita se habet sphaerica ad ceteras solidas. Nam quemadmodum circularis unica tantum linea ut suo termino continetur: ita sphaera unica superficie tanquam suo termino extremo clauditur. Et quod est circulus in planis: est sphaera in solidis. At circularis figura omnium planarum est perfectissima/aut nunc ostensum est: igitur & sphaerica omnium solidarum est prima & perfectissima. Sed primo & perfectissimo corpori debetur prima & perfectissima figura. Cælum autem est primum & perfectissimum corpus: igitur cælo debetur prima & perfectissima figura. ut potest sphaerica. Est igitur cælum sphericum præsertim primum. Quod si primum/sphaericum


cum est & inferiores cæli intra primum contenti sunt sphaerici. Nam adiuuicem contactum habent omnes: & subiecti superioribus contigui sunt. modo non sphaericum sphaerico contactum habere impossibile est: cum semper interhiaret uacuum. Et qui posuerunt corpora in superficies diuidi & ex superficiebus componi ut Timæus Plato/ & platonici: sphaericam figuram etiam asserunt omnium solidarum perfectissimam. Nam cum ceteras figuras solidas in plures dirimerent superficies: solum sphaericam non diuidebant/ & secundum eos unam tantum superficiem contineret: & esset perfectior/magis una/ & simplicior ceteris. **S**ecunda ratio. Quia si cælum esset rectilineum aut multilaterum siue cuiuscumque alterius figure quam sphaerice: in quo loco prius fuisse esset corpus: vbi prius non fuisset. Vt sit cælum a b c triangulare/ contentum intra cælum circulare d e f. cum pars a cæli contenti fuerit delata vsque ad partem d cæli contentis: tunc in parte a cæli contentis nulla erit pars cæli contenti/ & tamen prius fuit. Similiter tunc in parte d cæli contentis erit aliquod corpus vt a cæli contenti: & tamen prius nullum fuit corpus. Quare inter cæli contentis concavum & contenti conuexum erit uacuum: aut extra supremum cælum erit & locus & uacuum/ quæ prius ostensa sunt impossibilia. Etiam cælum cum disrutione & uolentia moueretur: quod est prius positi oppositum. Et idem subit iudicium sic cælum circulare intra rectilineum contineri intelligas: siue unum rectilineum intra alterum. Nam eadem semper sequuntur inconuenientia. Et hæc ratio potius & principalis intelligitur de inferioribus cælis/ a suprema sphaera contentis. **T**ertio. cæli motus: aliorum motuum metrum & mensura est. Mensura autem/ eorum quæ ipso mensurantur simplicissimum est & primum. Est igitur cæli motus uelocissimus/ simplicissimus & maxime vnus/ quare & minimus: quemadmodum unitas est minimum in numeris. Est igitur idem motus secundum lineam simplicissimam & maxime unam. Huiusmodi autem linea/ circularis est & non recta. Cæli itaque motus sit secundum lineam circuli. Quare & quod mouetur corpus/ circulare est & sphaericum. **Q**uare aqua est sphaerice figure: & contactum habet ad aerem/ qui idcirco etiam sphaericus est. Et aer contactum habet ad ignem/ ita dem sphaericum: & ignis contactum ad cælum. igitur multo ualentiori iure cælum sphaericum est/ & quidem perfectius quam hæc inferiora corpora. Quod autem aqua sit sphaerica patet. quia cum una aquæ pars est altera eleuatur & tumidior: defluit ipsa & decidit ad partes inferiores & decliuiores/ donec sese in formam sphaericam reduxerit. Et guttule roridæ in herbarum folijs collectæ/ sphaerice conspiciuntur. Sit itaque a centrum terræ/ naturaliter aquæ subsidentis. A quo ad superficiem conuexam aquæ ducantur due lineæ rectæ a b & a c: quibus subducatur basis b c. Deinde a centro a d basim ducatur linea recta a d: quæ est minor quam linea a b & a c. Nam est pars lineæ a c/ ergo est minor quam linea a c. At linea a c æquatur lineæ a b & a c: nam exit a centro eiusdem circuli ad eius circumferentiam: ergo & linea a d est minor quam linea a b & a c. Quicquid enim est minus uno æqualium: minus est & altero. Est igitur apud lineam a d locus decliuior & concavior: quem circumfluit aqua vt partes eius æquentur: & sine tumore rotundam habeant figuram/ per sphaerice figure diffinitionem. Est enim sphaera/ figura solida unica superficie extrema contenta: in cuius medio est punctus a quo omnes lineæ ad circumferentiam ductæ sunt æquales. Et non solum vt aqua cælum est sphaericum: immo nihil aut arte aut natura factum/ ipsius mundi figure & sphaerice simile inuenitur. Et admiranda summi auctoris in tanta figura perfectione mirum in modum elucet sapientia: qui summam unitatem/ simplicitatem/ & perfectionem suam in hac mundi figura mentibus nostris legendam & cognoscendam dedit. Quod si comparatio queritur & excellentiæ proportio: quanto aqua perfectior est terrarum aer aqua/ & ignis aerem/ & longe magis cælum præstantius est his corporibus inferioribus.



Quinti cap. note. **A**d uersus. **C**ontingit/ possibile est. **O**riens: b Occidens: c Meridiei punctum: d punctum Septentrionis. **I**nterior/ interior/ exterior/ obtusior/ contusior significant.




Vantum caput continet vnam questionem. Responsum quam aliqui dare possent. Et eius solutionem. **Q**uestio. Cur potius cælum ab a ad c moueatur, quam ab a ad d: Hoc enim a casu esse non potest. Nam in sempiternis casus locum non habet. Et id aut esse principium/ aut causam habere oportet. **R**espondebunt forte aliqui hanc questionem vanam esse, & velle de omnibus tentare aliqua afferre: magis quæ stultitiæ esse argumentum/ aut arduæ excellentiæ quæ humanum excedit modum. **Q**uibus respondemus/ non omnes statim increpare oportere: sed causam cur id faciant inspicere. Si vana fama illectus/ si sine ratione loquens/ increpandus. At si scientiæ amore motus: ultra alios necessarias veritates attingit/ eas rationibus certiores efficiens: talibus profecto gratia habenda est inuentoribus. **Q**uestionis itaque adductæ (quæ eam aperiat) rationem subnectimus. **N**atura possibilem semper optimum facit, vt in latioribus secundum rectum plane intuemur. Ignis elementorum nobilissimum: in supernum locum semper fertur. Locus enim sursum: honorabilior & diuiniore eo qui deorsum est. ita & hoc modo antèrursus posteriore dignus est/ & dextrum honorabilius sinistro. Et hæc causa questionem exerit. Sic enim se habebit vt contingit optime: & optimum sic esse simplicem motum incessabilem: & ad hoc (vt dictum est) verti/ honorabilius.



Notarum quinti capitis declaratio. Per circulum a b c d intelligatur primum mobile/ a punctum orientis/ b punctum occidentis/ c medie diei punctum/ & d punctum septentrionis. **P**repositio ad in questione sumitur pro prepositione uersus: & contingit pro possibile est. **E**xerit/ aperit/ manifesta/ dissoluit.

Quinti capitis questio. **Q**uare primum cælum potius mouetur ab oriente uersus meridiem quam uersus septentrionem. Id enim a casu esse non potest. Nam quæ a casu sunt: neque semper neque frequenter consimiliter sunt. In cælo autem omnia semper consimiliter sunt: certisque legibus (quæ eodem semper tenore perdurant) determinantur omnia. non igitur in cælo & his quæ sempiterna sunt inuenitur casus. Quare cælum ab oriente meridiem uersus moueri: aut principium est per se notum/ aut



Modela phi
losophi ex
purgatio.

causam habet qua ostendatur. Respondet fortasse aliquis hanc questionem inutile esse & frivolum. Et omnia peruestigare
velle nullaq; indiscussa relinquere: proprie ostentationis aut temeritatis esse signum. Quibus respondendum est non prius de
aliquo sciendum esse iudicium: prius ratio cur id fiat cognoscatur. Sane si quisquam vana gloria inflatus & popularis auri cupi
dus id faciat aut quod asserit rationibus non probet: arrogantia & temeritatis insimulandus est. Et si sola scientia & veritatis cupi
ditate inductus: ab alijs non inuentas propositionum veritates inquirat: easq; rationibus efficacibus comprobabit: non culpandus
sed magna gratia dignus est. Quae huius itaq; mota haec est solutio. Natura possibilium semper optimum facit. Et q; optime pos
test. ita enim eam sapientissimus naturae conditor ordinavit: ut q; proxime potest illius bonitatem / sapientiam / & providentiam
imiteatur. Hinc ei indita est vis / omnia q; optime potest & naturae rei convenit / efficiendi. Quod in elementorum motu recto facile
conspicitur. Ignis enim quia elementorum dignissimum & natura perfectissimum est: in supremum locum scilicet caeli lumen con
cauum natura fertur: is locus honorabilior & diuiniore loco decorum. Nam locorum rerum sensibilibus supremus est / quare
& perfectissimus. Natura enim ab inferioribus ad superiora in mundo sensibili ut ab imperfectioribus ad perfectiora procedit.
Sic anterior caeli dignior est eius parte posteriori: q; in parte anteriori perfectiores sunt influentiae & virtutes digniores / q; in pos
teriori: perinde atq; in parte hominis anteriori digniores sunt operationes ut pote sensus q; in tergo. At meridies pars est caeli ante
rior / ingenius & hominum intelligentie miram influens uirtutem. Septentrio uero pars eiusdem posterior / exors huiusce uirtu
tis est: igitur dignior est & honorabilior caeli ferri ab oriente ad meridiem q; ad septentrionem. Et proinde natura hoc pacto mouet.

¶ Sexti cap. note. ¶ Prima latio / circularis latio: & quae secundum primum sumitur spacium.
¶ Potentia minor: quae minorem ad potentiam motam seruat proportionem. ¶ Potentia mota / resistentia.

Extum caput continet vnam conclusionem: & quatuor rationes ad eam. ¶ Conclusio. Caeli latio & quae prima latio est: regularis esse censenda est. Hoc enim dico
propter lationes corporum inferiorum / & quae sub ipso feruntur: quas non oportet
esse regulares. Et quae sit regularis / ostenditur. Primo. Quia si prima latio esset irreg
ularis: eius motus esset intensio & remissio: & virtus mouens minor. Hoc enim in
omni irregulari motu reperitur. ut in motu secundum naturam: virtus in principio
imbecillior. In proiectis vero & violente actis: in fine. in animalibus: interdum in
medio. Hoc autem in primo motu reperiri non potest: ut qui sempiternus sit / semper durans / infrangibilis
neq; principium / neq; finem / neq; medium habens. est igitur caeli latio / regularis. ¶ Secundo. Quia
quod irregulariter fertur: aut hoc propter mouens euenit: quia eius non semper sit eadem mouendi vir
tus / aut propter id ipsum motum: quia mutetur / uirtutemq; ad mouens non seruet eandem / aut propter
utrumq; quia utrumq; a sua uirtute aliquatenus demittitur. & tunc nihil prohibet motum esse irregula
rem. Nihil autem tale circa caelum euenit: sed ipsum simplex / ingenitum / incorruptibile / a sua uirtute in
transmutabile / semper idem manens, quare & multo fortius ipsum mouens tale erit: ut simplex simpli
cis / ingenitum / ingenitum / indeficiens / intransmutabile / semper idem: indeficientis / intransmutabilis / &
semper eiusdem / motum sit. erit igitur caeli latio semper regularis. ¶ Tertio. Si motus caeli esset aliqua ir
regularitas: aut hoc in partibus caeli contingeret. hoc autem non. Nam iam dudum partes caeli (ut astra)
apparuerunt maiore intervallo distantia: & aliquando minore, ut quae aliquando de signis / aliquando ve
ro celerius moueantur. quod nunq; compertum est. Neq; in toto continget propter ea quae dicta sunt: &
hanc adhuc rationem. Nam uirtutibus remissio propter impotentiam fit: omnis autem impotentia
praeter naturam est: ut in animalibus senectus / & consumptio & cetera. Fere enim tota animalis cons
tentia ex talibus constat: quae contraria sunt / & quae in propria regione non sunt. In illis autem pri
mis quae simplicia sunt / & immixta / semper in propria regione: nulla contrarietas / neq; praeter natu
ram inuenitur quicq;. quare neq; impotentia. & si hoc: neq; totius remissio. & si non remissio: neq; ite
dem intensio. Nam ubi intensio reperitur: illuc quoq; & remissio reperitur oportet. ¶ Quarto. Quia
aut caeli motus infinito tempore intenderetur & infinito tempore remitteretur / aut semper intenderetur
aut remitteretur / aut alternatis vicibus aliquando intenderetur & aliquando remitteretur. Non pri
mum dare poteris: ut qui plura faceres tempora aeterna. Et quia nihil praeter naturam infinito tempore
durat. Impotentiam autem (a qua nascitur remissio) diximus praeter naturam. Et nihil natura & praeter
naturam: aequalia perdurare uidemus. Neq; dabis semper intendi / aut remitti semper, quia omne quod
est: ex aliquo in aliquod determinatum est. Et sicut non in quocunq; tempore cytharizare / aut a loco
in aliquem determinatum locum ire possibile est: ita neq; quocunq; tempore (quantulumcumq; sit)
possibile est caelum circulationem suam explere. Quod oporteret: si intenderetur semper. Et minus cer
te semper minuetur. Et eodem adduceretur ratio de tempore illic minimo / istuc uero maximo. Neq; as
feres tertium: interpositum intendi & remitti. Nam id irrationabile / & figmento simile est. Et tunc ra
tionabilis: id non latere sensum, quando quidem ea iuxta se inuicem posita: sensibilibiora sunt, quod
adhuc in sensu minime compertum est. Caelum igitur sepe equali / regulariq; motu agit: ex his haberi
potest certissimum. ¶ Notarum sexti capitis declaratio.

¶ Prima latio non est solum primi caeli latio: sed quorumcumq; celorum motus circularis. Et prima dicitur sive perfectissima:
quia secundum perfectissimum sumitur spacium. Et primum / scilicet circularis: quod recto prius est. ¶ Potentia mouens / minor est:
quae minorem ad potentiam motam sive resistentiam seruat proportionem. Et maior: quae maiorem. Ut sit potentia mota ut sex: ad
quam comparantur duae potentiae mouentes: una quidem ut duodecim / altera uero ut nouem: potentia mouens ut nouem est minor:

¶ Et ut duodecim maior. Na minor est nouem ad sex q; duodecim ad sex proportio. Haec enim dupla est / illa uero sesquialtera. Con
tinet autem dupla sesquialteram proportionem. Et insuper sesquiterciam / ex quibus simul constat: per hoc principium. Proportio
extremorum ex proportionibus ipsorum ad medium constituitur. ¶ Intensio & remissio in toto hoc capite uocabula sunt artis / &
posita in analogia. intensio quidem pro uelocitate in motu locali: quae analogia sit intensio in qualitate: remissio uero pro tardia
tate motus sumitur: quae ipsa admodum apta similitudine respondeat remissioni qualitatis.

¶ Sexti capitis conclusio. ¶ Circularis caeli latio / regularis est. ¶ Siquidem id perfectionis habet motus caeli supra motus cor
porum naturalium caelo contentorum: qui raro admodum regulares sunt. Quod sic ostenditur. ¶ Primo. quia si motus caeli
esset irregularis: ipsius aliquando quidem esset uelocitas / aliquando uero tarditas / & uirtus mouens minor uno tempore q; alio:
ut in omni motu irregulari perspicuum est. In motu enim naturali uirtus motiua in principio q; in fine debilior est: non q; secundum
substantiam uarietur / sed quia minorem in principio habet proportionem ad resistentiam. quae quidem resistentia cum paulatim di
minuatur: uirtus mouens ad eam in fine maiorem habet proportionem. Ut in casu lapidis deorsum manifestum est. In uiolente aut
tem motus uirtus motiua est minor in fine: quia uis pulsua a primo pellente impressa paulatim deficit & elanguet. In animalibus
autem principio uelociter motus / in medio motus uis motiua debilior est: tunc lentius mouentur / quo ad defatigata uires restau
ratae fuerint: tunc rursum circa finem celerius mouentur. At uirtus mouens in primo motu semper est eadem sicut & motus.
semper idem: neq; uno tempore uelocior neq; altero tardior. igitur motus caeli est regularis. ¶ Secundo. quia cum quid irregula
riter mouetur: aut hoc euenit propter uirtutem mouentem quae per totum motum non manet eadem: ut in uiolente motu: & ap
malibus eodem spacio motus: eorum tamen uirtute tandem defatigata. Aut propter mobile sive resistentiam: potentiam: quia non sem
per eadem maneat resistentia uirtus. ut in his quae natura mouentur eodem spacio / minus tamen in fine q; principio resistentia: aut pro
pter utrumq; quia neq; eadem toto motu maneat uis mouendi / neq; eadem resistentia: ut si equus acri uirtute & indefessa per aere mo
ueatur deinde languida & defatigata uirtute per aquam magis q; aer resistentem. Nulla autem praedictarum trium causarum in caelo
contingere potest: quod simplex est & a sua uirtute intransmutabile / semper idem manens: quare & uirtus eius mouens intransmuta
bilis est / indeficiens & semper eadem. In caelo autem non est potentia mota: quia mouetur sine resistentia. igitur. ¶ Tertio. Si motus ca
li esset irregularis: aut hoc esset in partibus caeli / aut in toto caelo. Non in partibus: nam si partes caeli mouerentur irregulariter ut
astra fixa (q; nobis conspectiora sunt) & magis perceptibilia sunt: aliquando mouerentur uelociter / aliquando uero tardius: quare uno t
pore ap
pareret magis ab inuicem distantia / & altero tpe minus. At astra eodem semper spacio ab inuicem distant: non igitur uno tpe uelocius q; alter
ro mouentur: quare non mouentur irregulariter. Neq; in toto caelo contingit motus irregularitas. Na omnis remissio fit propter impotentiam
& minorem uirtute. O is autem impotentia est propter naturam: ut senectus animalium / interitus / & ceterae impotentiae: propter naturam sunt. Tota
siquidem uis materiae ex elementaribus constat: cetera per amens / igneo / aereo / aqueo / & terreo: q; contraria sunt ad inuicem agentia & patencia
neq; in propria sunt regione: ut igneus hominis cetera per amens est extra suum locum naturalem / & aquae / & terrae. Hinc contrarietas / interitus /
& omnis inaequalitas enascitur. In corporibus autem & celestibus (q; simplicia sunt & in propria regione / non constata ex elementorum
qualitatibus) nulla contrarietas inuenitur neq; uiolenti quicq; igitur in ipsis non inuenitur impotentia. Et quia in eis locum non habet impotentia: ergo neq;
remissio. Intercepta enim causa, necessario interimitur effectus. Et quia ibidem non est remissio: ergo neq; intensio. Na dicuntur ad inuicem rela
tiae. Et ubi intensio inuenitur: intensio remissionem inuenit: necesse est. ergo ex opposito ubi non est remissio: neq; intensio. ¶ Quarto.
quia aut motus caeli infinito tpe fieret uelocior & infinito tpe lentior / aut semper fieret uelocior / aut semper tardior / aut alterna
tis vicibus aliquando quidem uelocior aliquando uero tardior. Non primum potest dici: quia tunc plura esset tpe aeterna. Vni uidelicet quo
motus caeli fieret uelocior: & alterum quo motus caeli fieret tardior. non enim posset simul esse uelocior & tardior. At impossibile
est plura esse tempora aeterna. Praeterea nihil praeter naturam infinito tempore durat. Impotentia autem omnis praeter naturam est
& ab impotentia nascitur remissio & motus tarditas. Est igitur remissio motus praeter naturam: quare nec infinito tpe durat. Prae
terea nihil natura & praeter naturam aequaliter durat. non enim homo aequaliter in sanitate & aegritudine durat: neq; aqua sub calidi
tate & frigiditytate: neq; equus in aere & aqua. Si autem motus caeli infinito tpe intenderetur & altero tpe infinito remitteretur: inten
sio q; a potentia sit & a natura est: remissio q; ab impotentia sit & praeter naturam: aequaliter duraret: na utrumq; tpe infinito. Neq; mo
tus caeli sit semper uelocior. quia oec quod mouetur: ab aliquo termino in aliquo terminum mouet. Et ois motus determinatus non habet tpe
quo consistat: ut non quantum locumq; tpe motu fieri contingat. non enim in quocunq; tpe cythara pulsare contingit / aut ab uno loco ad alterum
predicere: sic neq; quantum locumq; tpe contingit caelum pericere suam circulationem. Sed si motus caeli semper fieret uelocior: oporteret caelum quantum
locumq; tpe suum absolueret spacium / cu per diffinitionem mobilis uelocioris in minori tpe semper aequaliter absolueret spacium. Quod si caelum non se
per secundum motum intenderetur: neq; igitur semper remitteretur. Si enim ei non conuenit prius quod a natura est & a potentia: neq; posteriori eide co
ueniet quod praeter naturam est & ab impotentia. Praeterea. Si caeli motus semper intenderetur: tandem deueniret ad minimum tpe quo suum ex
pleret circulum: cu semper in minori tpe suum per diffinitionem pericere spacium / neq; unquam esset statim nisi dato minimo tpe simpliciter quod est
impossibile sicut & minimum dari magnitudinem. Ita si caeli motus semper remitteretur: per diffinitionem in maiori tpe aequaliter periret spacium / &
iterum in maiore / neq; unquam esset statim nisi dato maximo tpe simpliciter: quod dari impossibile est: cu tpe semper fiat ex continuo caeli motu
additio. Neq; motus caeli aliqui sit uelocior & aliqui tardior. Na si sic id sensu exploratum haberetur: quae opposita iuxta se inuicem posita ma
gis elucescerent et clariore sensu percipiuntur. ut albus nigro iuxta positus: & speciosus est / et lumen tenebris propinquum: speciosum est. Velocitas aut
motus & tarditas quodammodo opposita sunt. At sensu non cognitur est motus caeli aliqui esse uelocior et aliqui tardior: non igitur aliqui
tardior & aliqui remittitur. Quare motus caeli est regularis: quod est positum. ¶ Septimi cap. note. ¶ Elidit / excutit. ¶ Pleza collisioe.

Cause irrea
gularitatis
motus.

¶ Optimum caput. continet vnam conclusionem, vnam questionem, & eius solutionem.
¶ Conclusio. Rationabile est astra illius naturae corporis esse: in quo fixa feruntur. ¶ Nam
& idem dicebant caelum ignem esse putantes: fydera ipsa uim igneam habere / ignemq;
esse. id rationi consentaneum existimantes: ut unumquodq; illorum de illius corporis na
tura esset: in quo unumquodq; conspiciuntur existere, quod & nos ipsi dicimus. Nos ta
c ii

Quare in lu-
na apparet
una pars opa-
riora

globus eſt diuerſicolor / facile ſenſu diſceretur . In aſtris autem ſemper eadem nobis apparet ſuperficies . Nam quod in uno aſtro conſpicitur : rationale eſt in alijs conſimiliter inueniri . In uno autem aſtro ut luna eadem nobis ſemper apparet ſuperficies : ut ea que diſformis eſt / & partem unam clarius lumine perſuſam / alteram uero minus offendit . Non enim habet luna lumen uniforme : ſed maius in una parte que lumine ſor uidetur / & minus in altera que uidetur ſubobſcurior : & maculoſa facies dicitur . **Tercio** . Quia ſi aſtra motu proprio mouerentur : cum neq; girentur neq; uoluerant quemadmodum corpora ſphærica moueri nata ſunt ut probatum eſt : uidentur igitur ipſa progredi / uolare / aut repere / quemadmodum animalia que a ſeipſis mouentur . Quod ſi ita moueri nata eſſent : natura ipſis dediffet organa / ad huiusmodi motum : progreſſionem / uolationem / natationem / & reptationem apta : ſicut & animalibus dedit . Non enim animalibus proſpiciens / aſtra longe perfectiora neglexiffet : ut que perfectioribus maiorem curam impendere ſolet . At natura nulla ipſis aſtris dedit organa & inſtrumenta ad hunc motum faciendum apta : quia ipſa ſphærica ſunt : ut poſtmodum oſtendetur igitur neq; progrediuntur / uolant / natant / & repunt : quare nec proprio motu feruntur ſed ad motum ſui orbis : ſicut clauus fixus ad motum nauis .

Noni capitis nota.

Harmonia / conſonantia . Ingereret / inferret .



NONUM caput continet vnam conſuſionem . Pythagoricorum rationem , & duas rationes ad eam . **Concluſio** . Diſtum Pythagoricorum / circumlata corpora ſolum cauſare pariter & harmoniam : irrationabile eſt . **Inducebantur** enim ad hoc aſſerendum . **Primo** . Quia corpora apud nos minore mole / & uelocitate corporibus orbium ſolis & lunæ : edunt ſonos . A fortiori igitur & illa & maiora & uelociora corpora . **Secundo** . Aſtra ſunt in tanta multitudine / magnitudine / & uelocitate . Inconueniens igitur uidetur ipſa moueri & non cauſare ſonum : & non modo ſonum / ſed & harmoniam . Et cum ſciſcitabatur ab ipſis : quomodo

non audimus ergo ? Nam inconueniens uidetur tantis nos latere ſonos . Aſunt nos latere : quia nobis congeniti ſunt / conſuetudinemq; traximus ipſos audiendi : ideo nos non iudicare ipſos audire . quemadmodum malleatoribus accidit cum in cudendo graues ſonos edant : ob audiendi conſuetudinem tam graues ſonos non aduertunt . Sed hanc aſſertionem vanam eſſe oſtendimus . **Primo** . Quia ſi tantæ molis corpora ſonum ederent / excellentia omnes naturæ ſonos ſuperaret / & rebus ſenſibilibus uolentiam maximam ingereret . Videmus enim ualidos ſonos ut tonitrus / non modo animantium ſenſus corrumpere : ſed & lapides & ſolidiora corpora diſſindere . At tale accidens ſenſibilibus rebus haud quæſ cognitum habemus . Non igitur edunt ſonos , non enim ſolum inconueniens eſſet illos non audiri : ſed & ſenſus nihil pati / aut non corrumpi . Et natura melius rebus conſuluit : q; ſonos non edant . **Secundo** . Quæcumq; ſonum educunt : ſe uehementer collidunt : aſtra autem cum feruntur / ſe non collidunt : ſed feruntur orbi ſuo infixæ . ut malus / puppis / proſa / nauis partes : cum nauis in flumio fertur . quæ ſonum (imo neq; nauis) non educunt . Impoſſibile enim quod in lato : plagam / collisionemq; non faciente fertur : ſonare . quod tamen & de nauæ & de eius partibus : ſuis rationibus uicti concedere deberent . Non igitur corpora cæleſtia & eis infixæ ſydera ſonum cauſant & harmoniam .

Noni capitis concluſio . **Non** recte dixerunt pythagorici corpora cæleſtia cum mouentur : ſonum & harmoniam efficere : neq; difficile eſt eorum rationes ſoluere . **Prima** quidem eorum ratio erat hæc . Quia corpora naturalia apud nos exiſtentia minori mole & uelocitate q; corpora cæleſtia : ſonum edunt . igitur multo magis corpora cæleſtia que maioris ſunt molis & uelocitatis faciunt ſonum . Et hæc diſſoluitur concedendo q; corpora apud nos minoris molis & minus uelociter mota q; cæli lunæ & ſolis / producant ſonum : ſed propterea non oportet corpora cæleſtia ſonum cauſare . nam maior moles non ſufficit ad ſonum edendum . Lana enim decupedalis maioris eſt molis q; plumbum pedale : tamen hoc ſonum facit / illa uero non facit . licet in his que ſunt eiusdem generis & nature : & adinuicem colliduntur : maior moles maiorem efficiat ſonum . Cæli autem non ſunt eiusdem ſpeciei cū corporibus inferioribus / & adinuicem non colliduntur . **Secunda** ratio eorum eſt . Aſtra ſunt in tanta multitudine ut ne certo quidem numero comprehendere facile poſſint . Præterea magnam habent molem & mouendi celeritatem . igitur inconueniens eſſet ipſa moueri & non cauſare ſonum . Immo uero non ſolū ſonū efficiunt : ſed etiam harmoniam & ſuauiſſimam conſonantiam atq; concentum . Et hæc diluitur : admittendo q; aſtra ſunt in multitudine magna & magnitudine / q; uelociter mouentur / ſuo tamen orbi infixæ : at non idcirco ſequitur ipſa efficere ſonum : quia uelocitas motus ad ſonum efficiendū non ſufficit / ſed oportet corpora que mouentur adinuicem uehementer collidi . modo aſtra non colliduntur adinuicem . ſed ſemper in eadem propinquitate & diſtantiâ adinuicem perſeuerant infixæ . Neq; eorum ſolutio ualida eſt & efficaciſſima q; ſonum illum non audiamus . eo q; conſuetudinem habuerimus ipſos audiendi / propter quam iudicamus nos ipſos non audire : quoniam ſi malleatores attentis auribus ex propoſito aduerterent ad ſonos quos faciunt . bene iudicaret ſe illos audire . At quantuncunq; arreclis auribus quiſpiam aduertit cum intentione percipiendi ſonum illum cæleſtem : non percipiet . Præterea puer mox natus non traxit conſuetudinem audiendi ſonum : quare cum deberet ſaltem in principio ſui ortus percipere . Quod igitur eorum dictum non ſit rationi conſonum patet . **Primo** . quia ualidi & uehementes in iſtis inferioribus ſoni ut tonitrua / & animalium ſenſus corrumpunt / & arbores & ſolida corpora diſrumpunt . Si igitur corpora cæleſtia tam ualde molis / ſonum ederent : cum ille multo etiam uehementior eſſet q; ſoni corporum inferiorum : multo fortius animalium ſenſus corrumpere / & nam proprium eſt excellenti ſenſibili corrumpere ſonum . & maximam rebus uolentiam inferret . Tale autem nondū ſenſu cognitum eſt : uideturq; natura maiore providentia diſpoſuiſſe ne ſonos efficere : igitur non eſt huiusmodi cælorum ſonus . cum præterea audiri deberet ſi maiores ſoni audiantur : & impoſſibile eſt ſenſibile offerri organo recte diſpoſito : & tamen ab eo non percipi . **Secundo** quæcumq; ſonum

Due Pythagoricorum rationes q; cæli faciunt ſonum .

cauſant : uehementem unum ad alterum habent contactum & collisionem . Aſtra autem cum mouentur non habent adinuicem collisionem : ſed in ſuo orbe fixa feruntur : ſicut malus / puppis & proſa feruntur in nauis / & non faciunt ſonum . Immo & nauis cum moderate & placide per flumen mouetur / ſonum non facit . Nam impoſſibile eſt aliquid quod in altero non faciente collisionem & uehementem conuulſionem mouetur : efficere ſonum . Pythagorici tamen ſuis rationibus prius poſitis tum propter molem cum propter uelocitatem coacti : concedere debent nauem & partes eius in nauis motas ſonum efficere igitur corpora cæleſtia & aſtra cum mouentur non faciunt ſonum & conſonantiam .

Decimi capitis nota.

Er in 36000 annorum ſuum motum complet / primo motui contrarietens . ſ in 30 . g in 12 . b in duobus . i in uno . k & l ſere eodem temporis curriculo . m in 28 diebus : omnes primo motui contrarietentes .



Decimum caput . continet de ſitu & uelocitate motuū cæleſtium vnam narrationē . **Narratio** . Orbis cæleſtes ordinem adinuicem ex Aſtronomia cognitum habent : ut hi ſunt prioribus / illi uero poſterioribus . Sunt enim hi poſterioribus : que primæ lationi ſunt diſtantiore . Et cum prima latio occiſſima ſit & ſimpliciſſima : qui ei ſunt propinquiore / uelociore motu ſecum rapit . Remotiore uero tardiore . Et huius motu omnes inferiores contra feruntur . qui ſunt illi primæ lationi uiciniore : res : pluri tempore . qui uero ſunt remotiore : minore / & mediis : medio modo . Et hoc quidem non ſine ratione . quod Mathematici liquido manifeſtant atq; pandunt .


Notarum decimi capitis declaratio .

A oriens / B occidens / C meridiem / D primum mobile ſuum motum ab oriente inceptum / & rurſum in orientem reditum / in 24 horis perficiens . **E** firmamentum / motum proprium in 36000 annorum perficiens ab occidente per meridiem in orientem . **F** cælum ſaturni in 30 annis . **G** cælum iouis in 12 annis . **H** cælum marti in duobus annis . **I** cælum ſolis . **K** cælum ueneri . **L** cælum mercurii in uno anno . **M** cælum lunæ in 28 diebus . & omnes inferiores orbis dicuntur contrarietenter primo motui : quia oppoſito ad primum motum feruntur modo / & ab occidente in orientem : primum autem mobile aduerſo .

Decimi capitis de ſitu corporum cæleſtium & eorum motuum uelocitate narratio . **Corpora** cæleſtia ordinem adinuicem ex Aſtronomia determinatum habent : ut primum mobile ſit primum omnium / & cælum lunæ poſtremum . Intermedij uero orbis ſunt inferioribus prioribus / & ſuperioribus poſterioribus : nā primo mobili uiciniore ſunt q; inferiores . & a primo mobili diſtantiore q; ſuperiores . Primi autem mobilis latio uelociſſima eſt / & ſuo motu inferiores orbis ſecum rapiens qui motu raptus in 24 horis propriū perficiunt ſpacium . At quia ſuperiorū orbium ſpacium maius eſt / inferiorū uero minus : ſuperiores in equali tempore maius perficiunt ſpacium / inferiores uero in equali minus : quare ſuperiores uelocius rapiuntur / inferiores uero tardius . Et habent omnes orbis inferiores proprium motū / primæ lationi contrarietentem : quo per ſe mouentur . qui primæ lationi uiciniore ſunt : maiori tempore / ut ſphæra ſtelliferæ in 36000 annorū ſaturnus in 30 annis . Qui uero remotiore ſunt : minore tpe / ut cælū ſolis ueneri & mercurii uno anno : & cælū lunæ in 28 diebus . Et intermedij orbis : medio tempore / ut cælum iouis in duodecim annis / & marti in duobus ut amplius in Aſtronomia declarandum eſt .

Undecimi cap. nota.

A / plene illuminationis luna que Paſſelinus dicitur . **B** / nouilunium : que Neomenia . **C** / diſſ / g : luna maioris ſemicirculo illuminationis : que dicitur Amphicircos . **H** / i / medie illuminationis : que Dicotomos . **K** / l / m / n / minoris ſemicirculo illuminationis : quam dicunt Monoiodem . **O** / ſol .



Undecimum cap . continet vnam conſuſionē : duas rationes ad eā . **Concluſio** . Aſtra ſphærica ſibi aptat figurā . **Primo** . Quia dixim⁹ ea neq; nata / neq; apta pgreſſioni . At natura nihil irrationabile neq; fruſtra facit . Dedit igitur ipſis molē : ad ſe hoc pacto mouendū ineptiſſimā . Hæc aut eſt ſphærica : quia ad hoc organū nō habeat uiliū . Sunt igitur mole ſphærica . **Secundo** . Ut de vno aſtro cōperim⁹ / & de omnibus conſimile eſſe exiſtis mare : equū eſt . At uero lunam apprehendim⁹ ſphæricā : & crescentem / & decreſcentem / ſinuatā : ut aliquādo medio orbe illuminatā (quā Di / cotomō uocāt) Aliquando medio orbe maiorē (quā uocāt Amphicircō) Et cū ſol eclipſim patiat : ab ipſo luna arc⁹ abſcudit : q; qdē ſic ſphæricitatis (ut in Aſtrotologicis diſtū eſt) ſufficiens ſūt argumētū . Sūt igitur & aſtorū alia ſphærica .

De diuerſitate motus corporum cæleſtium .

Plates ſphærica ...

Notarum undecimi capitis declaratio.

CA est luna secundum completum circulum illuminata: qualis est quando est plenilunium / & græco nomine Panselinus dicitur. CB est luna / nulla sui parte illuminata: qualis est quando est nonilunium / & græce Neomenia uocatur. CC / d / f / g / est luna secundum maiorem circuli portionem illuminata / & secundum minorem obscura: quæ græco nomine dicitur Amphibicos. CH / i / est luna / media sui parte illuminata et media obscura: quæ græce Dicotomos appellatur. CI / l / m / n / est luna secundum minorem circuli portionem illuminata / & secundum maiorem obscura: & dicitur appellatione græca Monois / dis. CItaq; cum luna suam incipit circulationem: primo die penitus obscura est / & luminis expers / & noua luna dicitur: estq; vt b. Deinde sex diebus sensim secundum minorem circuli portionem illuminatur: secundum dierum ordinem maiore sui parte consequenter illuminata / & est vt n & l. Septimo uero die media parte illuminata: vt i. Sequentibus sex diebus continue secundum maiorem circuli portionem illustratur: vt g & d. Decimo quarto uero die completum a secura est crementum vt a. Deinde alijs sex diebus eius lumen paulatim decrescit / maiore tamen parte illuminatur: vt c & f. Primo autem & uicesimo die media tantum parte illustrata. vt b. Sequentibus sex diebus decrescit secundum dierum ordinem eius lumine / secundum minorem circuli portionem perillustratur: & est vt k / m. Deinde uicesimo octauo die completa eius circulatione penitus euanescit ex oculis nostris / rursus obscurat vt b.

Vndecimi capitis conclusio. CAstra spherica sunt. CPrimo. quia in octauo capite huius libri dictum est ipsa non esse nata progredu: quare natura (quæ nihil præter rationem / & frustra facit) dedit eis figuram ad se motu progressiuo mouendum ineptissimam. Illa autem est figura spherica: quæ nullum habet instrumentum ad progressionem exercendam: igitur astra spherica habent figuram. CSecundo. Quod de uno astro deprehenditur: consimiliter est in alijs. At unum astrum / sphericum esse comperitur vt luna: quæ incrementa luminis recipit circularia itidem & decrementa. CNam aliquando secundum plenum circulum / aliquando secundum maiorem circuli portionem / nomunq; secundum semicirculum / interdum uero secundum minorem portionem circuli illuminatur. Et quando sol eclipsim patitur ob lunam nostris aspectibus / & soli interpositam: luna aliquam solis partem sua opacitate occultans / alteram partem solis extra lunæ extremitates apparentem abscondit secundum arcualem figuram: vt id solis quod nobis conspicuum relinquitur / arcuale & sinuosum uideatur. Id autem fieri non posset nisi luna esset spherica. Nihil enim ab altero arcualem figuram abscondere potest: nisi ipsum abscondens / circulari & spherico fuerit: igitur luna est spherica. quare & cetera astra spherica esse dignoscuntur.

Duodecimi capitis nota.

CAstra erratica / planetæ septem. Saturnus / Iupiter / Mars / Sol / Venus / Mercurius / Luna. CDirigere / mouere. CAstragali Chij / Tesseræ / Aleæ / Taxilli. CChios / insula græciæ: a qua Chij sunt dicti.



Vndecimum caput continet duas quæstiones: & earum solutiones. CPrima quæstio. Cur motus celestium corporum non multiplicentur secundum distantiam a primo sita vt primum vno simplicissimo / secundum duobus / tertium tribus moueatur: & ita deinceps. Sed accidat oppositum vt scilicet Solis & Lunæ spheræ paucioribus motibus agitentur: q̄ aliqua aliorum superiorum erraticorum astrorum. Vifa est enim luna Dicotoma aliquando ex parte sui obscura / Martis occultasse astrum: & ex alia parte / lucida emeruisse: & de alijs astris Aegyptij & Babylonij id obseruarunt: qui circa hæc deprehendenda olim per uigilem curam adhibuerunt: & multam de astris traditionem reliquerunt. quod est eam ipsam ceterorum esse infimam indicium.

CSecunda quæstio. Propter quid in prima latione est tanta syderum multitudo: vt ne Arithmetici quidem supputare possint. In inferioribus autem vnū singulare: vt duo aut tria in eodem non reperias in fixa. Et certe has quæstiones mouisse (quas merito difficiles putabunt omnes) & de ipsis pauca differere: non temeritati & audaciæ / sed uerecundiæ potius & modestiæ dicentis (qui id ob Philosophiam facit) reputandum est: tamen si paruas de magnis dubitationibus adducat sufficientias, & has quæstiones mouere / ad maiorem faciet intelligentiam: & nihil contemplantibus oberit paruas habentibus causas. CPrima solutio. Animalium quædam perfecta possuntur sanitate sine motu uillo / & aliqua agitatione. Alia vno motu eam assequuntur: vt ambulatione. Alia pluribus: vt ambulatione / iucta / & palestra. Quædam uero eam neutiq; assequi ualent vniq;. Ita & corpora hæc de quibus inquirimus / quibus inanima sint: ea tamen vt uita & actione participantia intelligamus. Dicimus igitur q̄ optime se habet uita uiuens sempiterna: nullo egens aut motu aut mutatione / & aliorum finis, & post ipsum: quod uitam illam vno motu consequitur / vt quod est illi proximum. Deinde alia quæ duobus: & alia q̄ tribus. Et sunt aliqua quæ hanc amplius nequeunt assequi uita: sed quanto optimo fini sunt propinquiora: tanto ipsis rebus melius est. Hac de causa terra non mouetur: vt quæ sit remotissima: neq; uitam / neq; operationem agens. Alia post ipsam mouentur quidem paucis motibus: uitam illam non attingentia. Alia uero mouentur pluribus motibus: & uitam illam fortita / sempiternitatem ducunt. Primum uero corporum vno motu eam assequitur: vt omnium facillime corporum. Quod enim vno uitam illam consequitur: facilius. Quod duobus eget vt consequatur: difficile. Et quod tribus aut pluribus: difficilius assequi uidetur. Et ex animalibus & plantis hanc quæstionem quodammodo euoluere potes: difficilius enim & multa / & multotiens: paucioribus dirigere. vt puta decies mille Astragalos Chios iacere / difficile: duos autem aut tres / facile. CSecundæ solutio. Prima latio rationabiliter hac astrorum multitudine decorata est. Primo. Quia prima / & vt altis uitæ principium: excellentiam ad alias retinens. Secundo. Quia alia lationes (in quibus vnus igitur astrum) illam excedunt in motibus: & ipsa illas astrorum multitudi-

ne superat. Tertio. Quia mouet omnes inferiores: ideo infixa sydera tenet: quo magis illis diuersas insuat virtutes. Hæc & similia de quæstione adduci possunt, quæ an ita sint: considerationibus Astrologis relinquenda sunt.

Notarum duodecimi capitis declaratio.

CPlanetæ græco nomine dicuntur septem sydera in singulis caelorum inferiorum sigillatim collocata: & latine erratica dicuntur: q̄ modo sibi inuicem propinquiora modo remotiora / errare & uarie moueri uidentur. CFixa autem astra sunt quæ in firmamento micant / eandem semper adinuicem propinquitatem & distantiam seruantia. Hinc octaua spheræ / aplanæ siue inerratica nuncupatur.

17 **D**uodecimi capitis prima quæstio. CCur caelorum motus non multiplicentur eo numero secundum quem a primo caelo dieulant: vt quotum vnusquodq; caelum ad primum fuerit / tot motibus agitur. sed oppositum potius eueniat: vt distantiores caeli (quales sunt solis & lunæ) non pluribus q̄ propinquiores motibus agitentur. Nempe luna secundum semicirculum illuminata interdum parte sua obscura / martis astrum directe superpositum ab oculis nostris occultatur: illiusq; aspectum nobis ademit. quod tamen deinde ex parte lucida ipsius lunæ iterum emerit / & se conspicuum reddidit: quare luna est sub Marte. Ita in ecclie psi solis luna magnam solis partem obturbat nostris subtrahit: ceteram tantum nobis spectabilem dimittit: est igitur luna sub sole. Et quia mercurius & uenus hand multum a sole elongantur: hæc sidera nomunq; luna occultat: sic interdum Iouem & Saturnum. Est igitur luna astrorum erraticorum huiusmodi indicio infima. CSecunda quæstio. Quare in prima latione / spheræq; stellifera (quam tempore Aristotelis astronomi primam posuerunt / rati duntaxat octo esse orbes celestes: quibus postea nouum mobile / & recentiores decimum posuerunt) tanta est astrorum copia vt nullus numerare possit. In septem autem caelis inferioribus duntaxat vnus est astrum: a quo caelum / nomen uendicat. vt in caelo luna: sola luna: & in caelo solis: solus sol. CNeq; iste quæ Aristotelis stiones arrogantia aut temeritatis causa mouentur: sed solum modestiæ & disciplinæ gratia: ad quas & si parua & exigua adducantur cause / nihilominus pro presenti earum discussione sufficient. CPrima solutio. Quis corpora caelestia inanimata sint: magnam tamen ad uiuentia & animata habent similitudinem. Nam sicut diuersa animalium partes diuersas ad sua officia sortuntur uirtutes ita & partes caeli. Corporum autem naturalium inanimatorum partes: eadem / & eiusdem penitus uirtutis existunt. Proinde ex analogia animalium hæc quæstio non absone terminanda est. Siquidem animalia sunt in multiplici differentia. quædam habent sanitatem absq; aliquo motu / sola naturæ dispositione adiuta. Alia ut sanitatem habeant / vno indigent motu: vt ambulatione. Alia pluribus indigent motibus: vt ambulatione / iuctatione / & palestra exercitatione. Sunt & alia quæ nullo motu sanitatem consequi possunt: semper languida. Sic primum eis immortale / ab omni motu seiunctum optime sese habet / nullusq; indiget ad sempiternitatem habendam: vt quod suapte naturæ eternum sit: & optimis rerum finis. Deinde primum caelum post ipsum & corporearum substantiarum ei proximum: vno motu sempiternitatem consequitur. Alia uero corpora ab ipso remotiora duobus aut pluribus motibus sempiternitatem obtinent. Alia uero amplius sempiternam huiusmodi uitam habere non possunt: vt corpora naturalia generabilia & corruptibilia. Quanto autem corpora optimo rerum principio & fini propinquiora sunt: tanto & meliora & natura perfectiora sunt. vt quæ propinquius a lucidissimo emanant: lucidiora sunt / & quæ primo propinquiora: eadē & priora dicuntur. Quare quæ ab ipso perfectissimo rerum auctore remotiora sunt: imperfectiora & ignobiliora sunt. Proinde terra a primo rerum parente remotissima & maxime ab immortalitate recedens: neq; operationem neq; motum habet / quæta & immota persilens. Alia corpora naturalia mouentur quidem: sed immortalitatem assequi non possunt: vt aqua / aer / ignis / anima. Alia uero pluribus mouentur motibus & immortalitate participant: vt corpora caelestia inferiora. Primum autem corporum vno motu immortalitatis est particeps. Quare omnium facillime corporum eam consequitur. Quod enim paucioribus vt consequatur indiget: facilius consequitur. nam magis ad sufficientiam accedit. Quod uero pluribus: difficilius: nam ad indigentiam magis labitur. Et multa mouere difficilius est q̄ pauciora: vt decies mille tesseræ uno iactu mouere admodum difficile est: duas autem vel tres: facile. Siquidem multitudo facit indigentiam atq; impotentiam: paucitas autem atq; unitas sufficientiam faciunt atq; potentiam. Sufficientia autem perfectionem arguit: indigentia uero imperfectionem. CSecundæ solutio. Haud sine ratione euenit primæ spheræ caelestem tantam astrorum multitudinem ornatam esse. Primo. quia ceteris excellentior & perfectior est / & omnium prima. Hinc dignioribus ornamentis & pluribus insignita & decorata est. Secundo. quia corpora caelestia inferiora eam pluralitate motuum superant: ipsa autem ceteras astrorum multitudine excedit: vt quod perdit in vno / recuperet in altero. Tertio. quia mouet suo motu orbes celestes inferiores. Idcirco diuersa habet sidera quibus diuersas ipsis insuat uirtutes & infundat.

Decimertij capitis nota.

CAntichthona et aspirat / contrapostam terram. Chibon enim Chibonos / terram græci nominant. Inde Pomponius Antipodas Antichibones uocat. CMedium magnitudinis / quod æquidistat ab extremis. CMedium uirtutis / quod natura & dignitate antecedit. CMedium uirtutis / naturæ perfectione. CTympanis figura est / quæ tympani similitudinem exprimit. CCrassitudo / profunditas. CThrix Thricos / capillus græcum est.



19 **D**ecimum tertium caput continet duodecim antiquorum de situ / motu / figura & quiete terræ opinioniones. Rationum secundæ & septimæ dissolutionem / nonne tribus rationibus improbationem / vndecimq; quinq; & duodecimq; quinq;. CDe situ / motu / figura & quiete terræ duodecim opinioniones. CPrima est potentium mundum esse finitum: & terram esse in medio sitam. CSecunda est quorundam (qui circa Italiam se Pythagoricos appellabant) dicentium terram non esse in medio sed ignem, terram uero esse vnâ astro

sum circulariter motum: suo motu noctem & diem efficiens. Cui sit altera opposita terra: quam Antichthona vocant. & apparentia non curant. Quod ignis sit in medio: his inducebantur rationibus. Prima. Nobiliori corpori debetur nobilior locus. ignis autem terra nobilior est. ipsi igitur debetur nobilior locus. At medius locus extremis nobilior est. Est igitur ignis in medio. Secunda. Principalissimum corporum maxime decet conservari. ignis autem principalissimus est. decet igitur ipsum maxime conservari. Conservabitur autem optime in medio. est igitur ignis in medio. Et hinc fit ut ignem vocent carcerem Iovis: quod in medio undique circumclusus/circumseptusque existat. Sed falluntur Pythagorici/idem credentes medium magnitudinis & nature. ut statim compertum habemus in animalibus non esse idem animalis magnitudinis medium & virtutis. Sed medium mundi natura & virtute / est potius circa caelum quam in centro: & illic est ignis / & illic maxime conservatur. Et terra in centro (quod magis ultimo assimilatur quam principio) illic continetur: & finitur a circumstantibus. Continens autem & finiens: honorabilis contento & finito. Est enim continens & finiens ut forma: contentum vero & finitum ut potentia. Tertia est dicentium quandam terram esse in medio & ferri circa medium: & esse aliam terram ex opposito (quam etiam Antichthona dicunt) que circa medium fertur. Quarta est dicentium plures esse terras: hanc in centro / illam toto hemisphero distantem. Cum qua pariter circa medium plurima circumferuntur corpora: que propter ipsam a nobis non percipiuntur. Et hinc nobis totiens apparere lunę defectus & decrementa. Quinta est asserentium esse unam terram: & continere circa statum & immobilem polum circumferri. Et hec scripta est in Timæo. Sexta est dicentium terram esse sphericam. Septima est eam dicentium figura Tympanalem: argumento vti quod in oriente & occidente videtur solis abscondere portiones secundum rectam. Secundo. Quia hec figura aptior est ad quietem. Sed falluntur. Hoc enim non ideo est quia Tympanalis aut lata existat quod videantur portiones secundum rectam abscondi: sed hec faciunt videri distantia & circumlorum magnitudines. Pars enim circuli a longe visa etiam parva: recta apparet. Et magni circuli præ magna curvatura apparet & recta. Octava est Aristophanis Colophonii putantis terram quiescere & manere immobilem: quod deorsum crassitudinis sit infinitæ. Ingerebat enim hoc solutionis difficultatem. quod si parum terrę sustollatur non vult manere: sed se deorsum precipitat & demergit. & si minus: velocius / quare fortius & tota: nisi profunditate infinita ut base (ne rueret) defenderetur. Sed hoc dicto Empedocles attonitus: qui hæc asserunt increpat: tanquam vana locutos / & de universa natura parum cognoscentes. Nona est Thaletis Milesii ponentis terram quiescere: quia sub aqua natet. quemadmodum lignum super aquam aut aliquid simile non descendit: sed stat. ita aquę terrę casum prohibent. Sed id irrationabiliter dictum. Primo. Quia eandem relinquit difficultatem a quo sustineatur aqua. Secundo. Quia quanto aqua aer est levior: tanto terra grauior est aqua. Non igitur aqua defendit terrę casum: ut neque aer casum aquę. Tertio. Quia videmus parvam terram per aquam cadere: & quanto maior / tanto velocior. non igitur prohibet totius terrę casum. Inquirebant enim vti quod ad aliquid sed insufficienter. Omnibus enim nobis hoc consuetum & commune est hactenus de aliquo inquirere: quousque contradictionibus istis que aduersariis videntur satisfactio fiat: & non quantum dubitati natura requirit. At vero bene inquirentem non hoc modo curare oportet: sed ex propriis in res quas ita venire deprehensionem. Decima est Anaximenes / Anaxagoræ & Democriti dicentium terrę latitudine terram a precipitio tutã esse. Primo. Quia eius latitudo ipsa: aerẽ disuadere nõ pmittat. Secundo. Hac de causa valde ventis obstitit. Tertio. Quia nõ habet aer locũ ubi cadere possit. unde fit ut terra cade re nõ possit: quęadmodũ neque aer in Clepsydris. Sed si hec rationes valerent: propter eandẽ causã ipsa existere spherica maneret: quod postea falsum esse ostenditur. Undecima est Empedoclis, quę terrę causam assignantis: velocem cęli circungyrationem: ut quę motum terrę prohibet. quemadmodum aquę in vase velocissime in aere circungyrato: ea cęta gyratione defenditur effusio. Sed hæc assertio inualida est. Primo. Quia quærendum est ab eo an terrę sit aliquis motus. & si sit aliquis: an naturalis aut violentus. Si non est naturalis: neque erit violentus vllus. Et si neque vi neque natura motum ei assignauerit: omnino non mouebitur: quare neque quiescet. Hęc prius cognita sunt. Et si dicit / natura fertur ad medium: neque motus neque quies violenta erunt. Quare circungyratio ponenda non est: ut illic quiescat. Ut enim motus naturalis & motus violentus: ita quies naturalis atque violenta est. Et si circungyratio ad medium venerit: & illic violente quiescet. Sed ubi natura quiescet. Secundo. Quia si fertur & quiescat in medio: aliquo alio natura fertur & quiescat necesse est. aut igitur hoc erit sursum: neque prohibebit aer qui subter est eam quę deorsum est: quo minus fertur. Eorundem enim & consimilium eadem & consimiles sunt causę. Tertio. Dicit Empedocles. Priusquam illis dissociasset elementa: quomodo terra quiescebat? Non enim tunc erat circungyratio aliqua. Causa igitur quietis terrę vniuersalis assignari non potest velox cęta circungyratio. Quarto. Quia partes terrę feruntur ad medium & omnia grauiora ad terram: cuius causam assignare non possis circungyrationem. Quinto. Ignis fertur sursum natura & non propter gyrationem: igitur & terra consimiliter deorsum. Non enim dicere possis giratum / graue: & leue determinare. Sed hec natura determinata sunt: ut

hoc sursum etolet / illud vero in imum conetur. Non igitur terra permanet immota ob velocem (ut vult Empedocles) cęli gyrationem. Duodecima est Anaximandri terram quiescere perhibentis: quia equaliter secundum sui ambitum se ad extrema habeat: quare ut eque librata non plus ad hanc potius quam ad illam / eam ferri contingit. Unde hac de causa quiescit. Sed quod id non verum sit (quamuis suę stabilitatem aliquam habeat) deprehenditur. Primo. Quia sua ratione quicquid in medio locaretur quiesceret. Ignis igitur in medio quiesceret. quod falsum est: quare & id ex quo sequitur. Secundo. Terra non modo quiescit in medio: sed & fertur ad medium. Nam vbi cunq; feratur terrę particula: & illic totam terram natam ferri necesse est. Et quicquid natura locus partis est: & totius natura idem erit. non igitur quiescit propter extremorum equidistantiam. Tertio. Inconueniens est querere cur terra immota maneat: & non cur ignis in summo, qui si illic natura stet: & eodem iure terra stabit in medio. Conuenit enim vti quę & aliquis natura locus. Quarto. Simile est dicere terram in medio quiescere propter similitudinis necessitatẽ: ac si dixeris quod eque vbiq; extensum fuerit (ut de capillo quem Thrice Gręci nominat dicitur) frangi / dissoluique non posse. & vehementer esurientem & tantundem siticulosũ a cibo & potu equidistantẽ: fame & siti interitũ ire. Quinto. Irrationabile est inquirere quietis terrę causã in imo: & mentionem nullam de motu eius in imum facere: an vi / an natura fiat: quod facit Anaximander. Deprehendendo enim causam cur ignis sursum & quomodo sustollatur: protinus cur sursum quiescat / cognoscitur causa. Ita & deprehensa causa cur & quomodo terra demergitur in imum: pariter causa suę quietis in imo deprehensa est. Et ratio sua de similitudine inualida est: ut de igne / equaliter tenso / esuriente / & sitiente refellere promptum est. Et sicut ignis si esset in medio / consimiliter ad extrema se habens: euolaret ad summum. Non forte totum ad unam partem: sed partes ad magis proportionatas partes. ut quarta vna huc / altera illuc. Sic & de terra esset: & a loco illo propter similitudinis rationem potius (quemadmodum & ignis) emoueretur: nisi eius locus esset: & in eo natura quiesceret. Et licet id verum sit / ipsam ad extrema consimiliter sese habere: non tamen verum est eam hac de causa in medio quiescere: sed hoc accidit.

Notarum decimertij capitis declaratio.

Antichthonis in accusatio singulari more nominum gręcorum antichthona format: est terra terrę contraposta. Nam anti: oppositum / aduersumque. latine significat. chthon uero chthonos: terram. Inde Pomponius Mela Geographus antipodas. Pomponius: qui in altero terre hemisphero pedes habent nostris opposito / uocat antichthonos. Centrum in circulo aut sphaera est medium magnitudinis: quia undique a circumferentia equidistat. Cor autem in animali est mediũ uirtutis: quia natura dignitate ceteris corporis partibus antecedit / uirtute in omnia membra transfundit. Colophon / urbs in Lydia. Inac Aristophanes philosophus / Colophonius dicitur est.


Decimertij capitis duodecim opiniones. Prima est ponentium mundum esse magnitudine finitum & terram esse in medio mundi. Et hæc determinationi Aristotelis consonat. Secunda est dicentium ignem esse in medio non terram. Terra uero esse unum astrũ quod circulariter mouetur: & dixerunt huiusmodi astrum suo motu diem & noctem efficere: ut cum terra mouetur ad aspectum solis habemus diem: cum uero ex opposito solis: noctem. Neque ea que sensui apparent curant / aut uera esse concedunt. Eorum autem rationes quibus inducebantur ad asserendum quod ignis sit in medio sunt istę. Prima. Nobiliori corpori nobilior locus accommodandus est: ignis autem terra nobilior est & dignior: est igitur igni assignandus locus nobilior quam terrę. Atqui medius locus nobilior est quam extremus: igitur ignis natura in medio collocatur. Quę quidem dissoluitur admittendo maiorem / minorem: & primum consequens. Quod autem subiungitur / si intelligitur de loco medio secundum magnitudinem: negandum est / si de medio secundum uirtutem: concedendum. Nam extremum & concauum cęli lunę plantius est & perfectius quam concaui aquę: ignis autem in lunę concauo collocatur natura / non in superficie extrema aquę. Itaque ignis in medio secundum uirtutem locatur non secundum magnitudinem. Secunda ratio eorum est. Principalissimum corporum maxime conservari conueniens est. Ignis autem corporum principalissimus est. Decet igitur ignem maxime conservari. At ignis aptissime conservabitur in medio: igitur ignis est in medio. Quę etiam soluitur admittendo maiorem / minorem: & primum consequens. At cum subiungunt quod ignis optime in medio conservabitur: si de medio secundum magnitudinem intelligant: id negatur / quia ab aqua penitus corrumpetur. Si uero de medio secundum uirtutem: admittitur / & in eo esse natura conceditur. Neque recte ignem carcerem Iovis (quod undique a circumstantibus coeretur corporibus) appellarunt: Nam a cęlo circumdatus alia continet elementaria corpora: id enim terrę potius (quę in medio secundum magnitudinem natura collocatur) conuenit ab alijs scilicet concludi & circumdari. Et decepti sunt Pythagorici existimantes in uniuerso idem esse magnitudinis medium & uirtutis: cum longe diuersum sit. Nam magnitudinis medium est terra: uirtutis uero medium est lunę extremum. Sicut in animalibus cor est uirtutis medium: non tamen magnitudinis / quia non equaliter a capite & pedibus distat: pars animalis ab extremis equidistans partibus / est medium magnitudinis: non tamen uirtutis. quare ista duo seuncta etiam secundum rem inueniuntur. Et cum continens natura prestantius sit contento: quemadmodum forma perfectior materia (Est enim continere: formę / contineri uero materie) & ignis sit continens alia elementa / terra uero continetur: clarum est ignem esse terra perfectiorem. Tertia est dicentium unam esse terram in medio: circulariter motam circa medium / & alteram ex opposito sitam: etiam circa medium circumlatam. Quarta est ponentium plures esse terras totas: unam quidem in centro: alteram uero a prima / medietate spherę distantem: & eam esse in cęlo / cum qua multa corpora circa medium mouentur: sed propter terrę opacitatem illa a nobis non percipiuntur. Et propter huiusmodi terrę circulem lationem nobis (ut aiunt)

apparent lune defectus & decrementa. Sed non recte ponunt terrarum pluralitatem huius opinionis assertores: ut neq; plu-
 res aquae/aut ignes ad uniuersi integritatem ponendi sunt. lune autem defectus ob terram quidem apparent sed immobile/et ip-
 sus solis & lune motum. Quinta est potentium unam esse terram/et cam circa polum immobile continue circulariter agi-
 tari. Ipse enim terrae axem ponunt circa quem conuertitur: cuius extrema puncta sunt poli terrae. Sexta est dicentium terram
 esse sphaericam: & haec Aristoteli concordat. Septima est dicentium ipsam habere figuram tympanalem. quia tympanum alicui
 corpori & oculis nostris interpositum ab ipso secundum latitudinem abscindit portiones secundum rectum. Ex quo ita ducunt
 argumentum. Quod portiones secundum rectum abscindit: tympanalis est figura. Terra autem a sole portiones secundum rectum
 abscindit. cum enim in oriente aut occidente una pars solis est super nostrum hemisphaerium & altera occulta: pars uisa a parte
 non uisa secundum rectum abscissa uidetur per medium: igitur terra est figura tympanalis. Secundo mouentur & altera ra-
 tione: q; figura tympanalis aptior sit ad quietem. cum itaq; terram quiescere ponant: hanc ei figuram assignant ut quieti accom-
 modatissimam. Sed eorum assertio & ratio inualida est. nam q; terra uideatur a sole portiones secundum rectum abscindere: non
 ideo euenit quia terra sit tympanalis figura/ sed quia sol nimium distat: propter quam quidem distantiam portio circularis a
 sole abscissa uidetur recta. Nam pars exiguu circuli a longe uisa apparet recta: ut media circiferentia/esse linea recta quantum ma-
 gis magni circuli pars a longe conspiciat apparet recta. Octaua est Aristophanis ponentis terram quiescere quia deorsum pro-
 funditatem habeat infinitam: qua sustinetur ne cadat. Nam hoc uergetur argumento. si terra particula pellatur sursum: non
 manet pendula in aere sed mouetur deorsum. Et si maior pars terra uelocius mouetur. quare a fortiori & tota terra se deorsum
 moueret: nisi infinita profunditate prohiberetur ne cadere posset. Haec autem ratio inualida est. eo q; non consimiliter tota ter-
 ra se habet ut eius particula sursum proiecta. Nam terra pars proiecta sursum est extra suum locum naturalem: ad quem
 natura mouetur. Tota autem terra est in suo loco naturali & deorsum: quare non moueretur deorsum & si infinitam pro-
 funditatem non haberet: sicut neq; terra particula/ si in proprio loco quiesceret. Et tota terra si extra suum locum esset dimota:
 natura ad eundem locum moueretur. perinde atq; gleba terra ex naturali loco pulsa iterum deorsum moueretur. Verum haec opi-
 nio non uisa est Empedocli digna quae refellatur: sed potius ut increpauerit qui eam ponunt tanq; philosophiae naturalis inexpler-
 ti. Nona est Thaletis ponentis terram in suo loco quiescere quia super aquam natet: sicut lignum aquae supernatans ab aqua ne
 cadat prohibetur: ita & terra impeditur ab aqua ne deorsum ruat. Sed id non recte dicitur esse uidetur. Primo. Quia eadem
 manet difficultas de aqua quid ipsam sustinet ne moueatur deorsum. Secundo. Quia quanto aqua est grauior aere / tanto terra
 est grauior aqua. At aer non prohibet casum aquae deorsum: nam pluuia sua grauitate aerem diuidens / ad aquam usq; per aerem
 descendit: ergo neq; aqua impedit casum terrae. Tertio. Quia parua terra per aquam descendit / & maior terra pars
 uelocius: ut quae maiore habeat aquam diuidendi & mouendi uirtutem. igitur multo fortius & tota terra per aquam nata es-
 set moueri. Porro harum opinionum assertores rerum naturam dumtaxat usq; ad aliquam partem inquirebant: & non omnino.
 Solent enim in re litteraria uersantes de aliquo dumtaxat epusq; inquisitionem facere: quousq; opposito modo sententiarum ra-
 tiones solute sint & non amplius. Qui uero exacte uult inquirere ueritatem/ non eo modo facere debet: sed completam & suffi-
 cientem ex proprijs principijs & ex principio cognitio/ inuestigare rei cognitione. Decima est dicentiu terra esse latam/ & sua lati-
 tudine super aerem detineri ne deorsum cadat. Et aliquibus nitentur rationibus. Primo. Quia terra latitudo prohibet/ ne ipsa
 aere subter existente diuidat. Secundo. Quia per latitudinem sua terra uehementer uentis resistit: ne eorum flatu deorsum agatur.
 Tertio. Quia sicut aer in clepsidris obturato superiori foramine aquae impositis non habet locum in quem recipiatur: & ergo
 clepsidram non exat / neq; permittit aquam subire. Ita neq; aer terrae subsidens locum habet in quem recipiatur: si per terram suo
 motu ipsum diuidentem a suo dimoueat loco/ quare terra in loco suo manet immobilis. Sed si istae rationes essent efficaces: propter
 easdem/ si terra ponatur esse sphaerica/ maneret in suo loco ab aere sustentata: quod falsu est. Non enim in suo loco quiescit quia
 ab aere sustentetur ne cadat: sed quia in suo est loco naturali. Undecima est Empedoclis dicentis terram quiescere propter uelocem
 celi circungirationem: quia terra non conceditur spacium temporis quo deorsum cadat: & si cadere nata sit. perinde atq; aqua in
 uase uelocissime per aerem circulo contenta: non effunditur propter uelocem uasis circungirationem. Sed q; non recte sentiat Em-
 pedocles: patet primo. Quia uel terra motum aliquem habet/ uel non. Si habet motum: uel ille est naturalis terra uel uolentis. Si
 non fuerit motus aliquis terra naturalis: igitur neq; ei conueniet motus uolentis. Cuiusq; enim non conuenit motus prior: neq;
 eidem conueniet posterior. Et si neq; naturalis motus neq; uolentis ei conuenit/ nullo modo mouebitur: cum omnis motus aut natu-
 ralis sit aut uolentis. Quod si non mouetur: neq; quiescit. Nam quiescere est non moueri quando/ ubi & quomodo quicq; mo-
 ueri natum est. Id autem est suae positionis oppositu. Quod si Empedocles dixerit terram natura ferri ad medium: igitur & natura
 quiescit in medio. Ad quemcunq; enim locum mobile naturaliter mouetur: in eodem naturaliter quiescit. Non igitur a repugnanti-
 bus motus ad mediū uolentis est: quare neq; quies in medio uolentis. igitur circungiratio celi non est causa quietis terrae. Na sicut
 motus naturalis non indiget extrinseco sed fit ab intrinseco: ita & quies naturalis extrinseco non indiget. Et quemadmodu fit motus
 uolentis/ ita & quies uolentis: utrimq; scilicet ab extrinseco. Quod si terra circungiracione celi ad medium fertur: igitur uiolente
 mouetur ad medium/ nam ab extrinseco. quare terra uiolente quiescit in medio: igitur in aliquo alio loco natura quiescit. Cui-
 usq; enim conuenit quies uiolente: eidem conuenit & quies naturalis. Nullus autem assignandus est locus in quo alibi q; in medio
 quiescere nata sit: igitur. Secundo. si terra uiolente fertur ad medium & quiescat in medio: igitur ad aliquem alium locum na-
 tura fertur/ & in alio natura quiescit. Aut igitur id erit in loco sursum/ aut in loco deorsum. si in loco sursum: ergo sicut aer in nostro he-
 misphaerio existens non prohibet reru naturaliu latione naturalē sursum: ita neq; aer sursum existens hemisphaerio phibet motu naturalē
 corporu sursum. Consimiles erit cause consimiliu sit effectus. Non igitur phibebit aer terram in altero hemisphaerio sursum moueri/ cum ita
 moueri nata sit: quare non quiescit in medio. propter circungiracionem. Tertio. Anteq; per litē segregata erat elementa/ non erat calorū circū-
 giratio: ergo tunc non quieuit terra propter uelocem celi circungiracionem. Et tamen quieuit: nam tunc nullus adhuc erat motus
 igitur quietis eius altera erat causa: quare & eadem nunc quietis terrae causa erit. Consimiles enim effectus a similibus sunt causis.

Quomodo a
 litterarū stu-
 diosis inquis-
 renda est ue-
 ritas.

circungiracione ne deorsum uel possit. At manifeste conspiciuntur partes terrae & graua omnia deorsum tendere: non igitur
 impedit celi circungiratio casum grauium deorsum/ quare neq; terra: quod est suae positioni oppositum. Itaq; ut cetera gra-
 uia/ natura deorsum mouentur & ibidem quiescunt: ita & terra. Quinto. Sicut se habet ignis ad motum sursum: ita terra ad
 motum deorsum. sed ignis fertur sursum natura. & non propter celi circungiracionem: ergo & terra deorsum. Non enim celi
 circungiratio corpora naturalia determinat ut unum sit graue & alterum leue: sed natura unumquodq; corporum naturalium
 uel graue sit uel leue determinatum est. Duodecima est Anaximandri dicentis terram undiq; & ab omni parte equaliter dista-
 re a celi extremo & circumerentia: & eam propter hanc aequidistantiam quasi aequilibratam/ eiusdemq; ponderis quiescere in
 medio: quia non est maior ratio ceteris ad unam celi partem feratur q; ad aliam. Sed id uerum non esse patet primo. quia
 quicquid in medio poneretur/ aequidistaret ab extremis/ quare ibidem propter eandem rationem quiesceret. si ergo ignis in medio
 poneretur/ ibi maneret immotus. Hoc autem est manifeste falsum: ergo & id ex quo sequitur. Secundo. in corporibus simplici-
 bus partium & totius consimilis est motus: & ad quemcunq; locum partes natura feruntur: & totum. At partes terrae natura
 mouentur ad medium: igitur & tota terra. Similiter quicunq; est locus naturalis partis: idem est locus naturalis totius. Sed extre-
 mum aquae locus est naturalis partium terrae: ergo idem est locus naturalis totius terrae. quare in aquae extremo terra natura quies-
 cit per diffinitionem: igitur non quiescit propter aequidistantiam ab extremis celi. Tertio. Sicut ignis se habet ad quiescendum
 in celi lunae extremo: ita terra ad quiescendum in imo. At ignis natura quiescit in summo: igitur & terra natura quiescit in infi-
 mo. Est enim terra aliquis assignandus locus naturalis: in quo suapte natura quiescere nata sit. Quarto. Si sit capillus uniformis
 uirtutis et equaliter tensus: non est maior ratio q; rumpatur in una parte potius q; in alia. Aut igitur in omnibus partibus suis rum-
 petur aut in nullis. In omnibus autem rumpi est impossibile: igitur non dirumpetur/ quod falsu est: quia illa argumentandi ratio
 inefficax est modo praedicto consuata. Refellitur autem secundum sit animal multum esuriens & aequie sitiens aequidistans a cibo &
 potu. non est maior ratio quare prius moueatur ad cibum q; ad potum: quia aequie ipsum esurit & sitit / aut igitur simul mouebit-
 ur ad utrumq; aut ad neutrum. Ad utrumq; autem simul moueri est impossibile: igitur ad neutrum mouebitur. quare inter cibū
 & potum fame & siti peribit. Non ualet huiusmodi genus arguendi: quare & Anaximandri ratio de similitudine & aequidi-
 stantia inualida est. Quinto. Inconuenienter Anaximander inquirat causam quietis terrae in medio: anteq; inquisierit causam mo-
 tus eius ad medium. Nam cum negatio per affirmationem cognoscatur/ & priuatio per suum habitum: ex causa motus terrae/
 facile cognita fuisse quietis eius causa: sicut cognita causa cur ignis sursum moueatur/ facile cur sursum quiescat causa cognos-
 citur. Et quemadmodum ignis in medio mundi consimiliter & aequidistans ad extrema celi se habens/ sursum moueretur: non
 totus quidem ad unam celi partem/ sed quaelibet ignis pars ad celi partem sibi ex opposito respondentem & proportionatam: ut
 quarta quae uergetur ad orientem/ moueretur ad partem celi orientalem: quae ad meridiem/ ad meridionalem plagam. Sic terra si
 esset in medio mundi propter naturam moueretur ab eo/ unaquaeq; pars ad celi partem ei respondentem. Quod autem non mouea-
 tur a loco suo: non propter extremorum aequidistantiam prouenit/ sed q; ibidem natura quiescit. Et licet uerum sit q; terra undiq; ab
 extremis aequidistat: illud tamen quietis terrae in medio causa non est: sed ad quietem terrae solum accidentarium & impertinens.
 Vera autem quietis terrae in medio causa est: quia medium est
 eius locus naturalis. Decimiquarti capitis nota.

apte phi-
 losophus re-
 fellit argu-
 mentum.



Totius medium/medium mundi. Medium/centrum.
 Anguli pares/anguli recti. Regula/spacium ad motu
 regulandum/semperq; eodem tramite tractandum/et eundem.
 Corpore circa aliquam linea motu: a linea axis dicitur/
 & eius extrema puncta: poli. Sphaericum/rotundum/or-
 biculare/globo sum. Arctus/ursa maior/stellae circa polū
 nostrum: quae dicuntur esse in plastro. Aegyptus/et Cy-
 prus/regiones ad meridiem. Horizon/est circulus diui-
 dens partem celi uisam a non uisa. Horizon/sumtor inter-
 pretatur. Myrine/decem milia. Myrine/myrias/idem.
 A/polis Arcticius. b/polis Antarcticus. c/horizon habi-
 tantiu in h: ut in Aegypto aut Cypro. d/g/horizon habitan-
 tium in i ad Arcton. e/f circulus meridici aequator. L arctos
 stellae in plastro arctico. m stellae in plastro antarctico. o p
 stelle semper occultae habitantibus in i. q r stelle semper oc-
 cultae habitantibus in h. i k diuersa puncta habitantium in
 terra. Totus paruus circulus: terra.



Decimumquartum cap. continet tres conclusiones: quatuor rationes ad primam,
 duas ad secundam, & quatuor ad tertiam. Prima conclusio. Terra in medio non circu-
 lariter mouet: circa polū unū reuoluta. Primo. Quia aut id natura esset aut uolē-
 te. Non natura. quia idē est totius & particularū motus: partes autē omnes ad mediū
 recta feruntur. Neq; quidem uiolente. nam nullum uiolentum/perpetuum: mundi
 autem ordo/sempternus est. Secundo. Quia omnia circulariter mota intra pri-
 mam lationem pluribus mouentur motibus: moueretur igitur & terra pluribus.

quod si ita esset: a strorum fixorum nobis fierent diuersiones: neq; nobis sen-
 (quemadmodum semper euenit) appareret. **Tertio.** Quia latitudo partium & dicitur terrae: naturaliter
 ad totius medium. non igitur circumferitur in medio. nam simpliciter corpus. unus debet esse motus na-
 tura simplex. **Et si q̄ras.** qm̄ terra est in medio/ & idē fuerit eius centrū & totius centrū: an ptes terrae &
 graua alia ferant ad mediū: quia terrae/ aut quia totū? **Hoc** est quia totū: & quia terrae p accidēs. Ac
 cedit enim idē & totū & terrae esse mediū. Et q̄ moueantur ad mediū/ signū est: quia graua procūbūt
 semp ad angulos pares. tendūt igitur ad vnū centrū oīa. **Quarto.** Experientia cognitū est: quia fū-
 sū secundū regulā profectū: semp secundā regulā recidere: quātacūq; vi & quotienscūq; in tactū fuerit.
 nō igit̄ terra circulariter mota est. **Secūda cōclusio.** Terra q̄scit in medio. **Primo.** Quia ut ignis ex oi
 parte euolat a medio ad extremū: ita ex oi parte (si extra posita fuerit) terra fertur ad mediū, & nūq; a me-
 dio/ nisi vi pultrice/ pars aliqua q̄tulacūq; moueret: quare tāto minus & tota terra. quiescit igitur natu-
 ra in medio. corporis em̄ simplicis tantū vnus est secundū naturā motus. & motus a medio & ad mediū
 cōtrarij sunt. **Secundo.** Mathematici Astronomici volētes astrorū motū & sitū iudicare: ponūt terrā
 in medio quiescere. quiescit igitur terra in medio. **Tertia cōclusio.** Terra spherica est. **Primo.** Quia
 q̄libet pars terrae grauitate sua tēdit ad mediū, & q̄ maior est/ in decliue descēdit aut minorē pellit: quo-
 usq; equata tumore relinquat/ atq; oēs a medio equidistēt. hoc autē est figurā habere spherica. Et hoc
 idē qdā Physiologorū afferuerūt: sed terrā ad mediū uolētia ferri, nos uero natura. Dixerūt em̄ ex om-
 ni extremorū parte & equaliter: partes terrae in mediū latas. **Sed** dubitāt. Si posita sit terra in medio q̄
 in vnus suorū hemispheriorū medietate duplā retineat grauitatē: an illa terra mouebit̄ a medio: fietq;
 cētrū eius alterū, & totius cētrū. **Nos** uero dicimus terrā eousq; natā moueri, quousq; cētrū ei⁹ cū cen-
 tro totius simul sit/ & nō amplius: neq; oportere quālibet partē cētrū attingere. Quod quidē sit aut mī-
 noribus partibus a maioribus pulsis, aut terra (ut aiūt) genita/ & ex omni extremorū parte partibus in
 mediū latis: ita ut sit facta terra/ & figurā spherica retinet. **Secūdo.** Oīa graua ad angulos pares spheri-
 cales/ & nō iuxta se iuicē & equidistates lineas procūbūt, igit̄ nata sūt corpus efficere spherica. Est igitur
 terra spherica, aut natura spherica. nos em̄ hic talē terrā probare intendimus, qualis sup̄ natura exi-
 steret, & nō qualis vi & pter naturā existat. **Tertio.** Lunā cū eclipsim patit̄, semp curuā habet secantē
 lineā, q̄ quidē eclipsis sit terra soli & lunae interueniente media. Est igit̄ signū terrā (quia spherica) illius
 apparitū esse causā. **Quarto.** Quia pcedentibus nobis parū ab Arcto ad meridiē. sit nobis nou⁹ cū
 culus horizō, et stelle nobis apparere incipiūt, q̄ semp occultant̄ ad Arctō: ut in Aegypto & Cypro se-
 per apparēt stelle, q̄ in Arctici regionibus sempiternē occultationis existūt. & contra in Arctici: q̄ sen-
 per in Aegypto & Cypro lateāt. Id igitur signū non modo terrā esse spherica, sed relatione ad astra fa-
 cta, esse paruam. Si enim magn⁹/ notabilisq; molis existeret: non statim nobis paululum translatis fie-
 rent hęc occultationes/ & nou⁹ astrorum uisiones. Et q̄ sit exigua molis sentim⁹: qui dicunt ad Cos-
 lunas vsq; Hercules sese porrigere mare Indicu: inter orientē solem/ solēq; occidū intercepti, &
 illic ut apud Indos gigni Elephantēs: q̄ loca hęc ut uicinitatis affinita/ consimilem participant natu-
 ram. Testantur itidē Mathematici terrae magnitudinem ratiōtatione perquirentes: cui ambitum as-
 cribunt quadraginta stadiorum Myriadas: astris uero maiorem. Unde fit eorum assensu non solum
 terram esse spherica: sed ad astra comparatione sumpta: modicūlam esse. Sed de his haec tenemus.

Secundi de Celo & Mundo Aristotelis finis.



Notarum decimi quarti capitis declaratio.

**Totius medium dicitur medium siue centrum mundi/ id est punctum in medio eius (cum sphericus sit) constitutum: a quo om-
 nes lineae ad mundi circumferentiam eductae sunt aequales.** **Anguli recti uocantur pares: quia omnes recti (ut p̄ctit geometra)**
sibi inuicem sunt aequales. Impares autem sunt obliqui anguli ut obtusus & acutus: quia sunt ad inuicem inaequales. **Si in acre**
intelligatur lignum exile & oblongum sursum erectum: per quod signetur spatium mobilis recto motu latis: quae quocūq; mo-
bilis secundum illud lignum mouerentur: & recto motu/ & secundum idem moueri spatium cognoscerentur: illud lignum: esset
regula: a motu regulando sic dicta. **Axis est linea recta quae per centrum corporis spherici transiens extremitates suas ex utraq;**
parte eius circumferentiae applicat/ circa quam spherica circulariter mouetur. Ipsius autem axis duo puncta extrema: dicuntur eius
poli. **Arctus/ uel sa maior quae est circa polum arcticum: iuxta quem sunt septem stellae in modum plastris dispositae/ quae dicuntur**
septentriones. **Si intelligatur describi circulus ubi oculis ad omnem caeli partem circūduchis caelum terrae coniungi uide-**
tur: terra medietatem caeli quae supra nos est & uidetur/ diuidit ab altera caeli medietate quae infra nos est & non uidetur: ille
circulus dicitur horizon. **Affinita/ propinquitates/ substantium est prima inflexionis.** **Ad intelligendum quartam (qua tertia**
probatur conclusio) rationē: eius in notis declarationē/ sumatur spherica materialis/ & disponat̄ eius horizō ut superiori pte cir-
culi arctici/ & inferiori circuli antarctici cōtingat: ille est horizō habitantium in h̄ siue ad meridiē ut in Aegypto aut Cypro: h̄
notiatur ch. Et o p̄ sit stelle in celo site inter circuli capricorni & circuli antarctici/ quae conspiciuntur ab habitantibus in
praedicto horizonte c. h. Deinde dirigatur horizon ut omnino coniungatur zodiaco: & parte superiori circulum cancri/
inferiori uero circulum capricorni contingat. Ille est horizon habitantium in i/ siue ad arctum/ designatus per lineam d. g.


Declaratio si-
gur & i textu
posita.

Et q̄ stelle sunt in celo site inter circulum cancri & circulum arcticum. quae uidentur ab habitantibus in horizonte d/ g/ cum sunt
 supra eorum horizontem: non autem uidentur ab habitantibus in horizonte c. h/ cum sunt sub eorum horizonte. Tunc intellectui
 perua sunt quae philosophus in textu adducit. Nam qui procedit ab arcto ad meridiem ut ab i ad h̄ incipit uidere partem caeli g
 h/ & stellae o p in ea existentes/ quas prius non uidit. Pars autem caeli d c et stellae q r prius ab eo uiseri illi occultantur: & sunt sub
 horizonte. Contra si quis procedat a puncto k in terra signato ad i/ & a meridiē ad arctum: incipit uidere partem caeli c d/ & stel-
 las q r in ea existentes/ quas prius non uidit. Pars autem caeli g h & stellae o p in ea signatae prius ab eo uise: occultantur eidem.

Decimi quarti capitis prima conclusio. **Terra non circulariter in medio mouetur circa polum reuoluta: ut posuit quinta**
opinio. quia aut terra moueretur circulariter natura aut uolente. Non natura/ quia partes omnes terrae ad medium natura
feruntur: igitur & tota terra. Nam in corporibus simplicibus idem est partium & totius motus. Nec uolente: quia nullus motus
uolentis perpetuus est. mundi autem ordinatio est stabilis & perpetua: & diuinae sapientiae (a qua constituta est) emula & de-
claratrix: igitur terra non circulariter mouetur. **Secundo.** quia omnia corpora circulariter mota & intra primam latitudinem
 contenta: pluribus mouentur motibus/ vno quidem proprio & per se/ altero uero per accidens. Si itaq; terra intra primam
 latitudinem circulariter moueretur: pluribus moueretur motibus. Consequens autem falsum est. Nam si terra pluribus moueretur mo-
 tibus: astra non semper secundum eandem caeli partem oriri conspicerentur/ sed modo in vna parte terrae ut orientali: deinde ter-
 ra per suum motum translata in altera parte terrae ut meridionali. At sol & astra in eadem parte semper oriri uidentur: igitur
 terra non mouetur circulariter. **Tertio.** quia partes terrae similiter & tota terra naturaliter mouetur ad medium: ergo na-
 tura non circumferitur in medio. nam unius corporis simplicis tantum vnus est motus natura simplex. **Mouet deinde philoso-**
phus questionem/ quando terra est in medio sic q̄ idem est reipsa terra & totius mundi centrum: utrum partes terrae & gra-
ua mouentur ad centrum quia ipsum sit centrum terrae: uel quia est centrum uniuersi. **Respondet philosophus q̄ mouentur**
ad centrum quatenus est centrum uniuersi/ & non quatenus centrum terrae: nisi secundum accidens/ quia accidit idem esse centrum
terrae & uniuersi. Quod si tota terra intelligatur translata in concauū aeris cum centro suo: graua ad eius centrum non mouerentur
sed ad centrū uniuersi: immo & terrae partes & tota terra cum suo centro ad uniuersi centrum moueretur. Quare signum est
graua ad medium mundi moueri quia est centrum uniuersi/ & non quia centrum terrae. **Quod autem omnia graua tendant**
ad medium patet: quia graua ex quacūq; caeli parte & quocūq; spacio moueantur: semper cadunt ad angulos rectos. ut graue h
mouetur per spatium b e a/ quod constituit angulos rectos sphaerales b e l: & b e f. Si graue i ad angulos e e f/ & e f g. Et graue k
ad angulos d g f/ & d g m/ itidē rectos & sphaerales: igitur omnia graua ad vnū tendūt centrū: sic q̄ si corū spacia aut lineae per
suā spacia designantur cōtinue secundū directū centrū uersus protrahantur: omnes in centro conueniunt. **Quarto.** si graue sur-
 su secundū spatium rectū precipitatur & secundū idē recidat: cadet in eundē locū a quo sursum precipitū est. **Si diuersis uicibus idē gra-**
 ue ut a secundū idē spatium ut b c deorsū moueat: semp in eodē terrae loco ut d cadet. hoc igit̄ signū est terra nō circumferri. nā si cir-
 cūferret̄: aliquāta mora interposita graue nō caderet in eo loco in quo pri⁹. nā p̄ motū ille esset diuers⁹ a regula/ & altera terra
 pars regula responderet. **Secūda cōclusio.** **Terra natura q̄scit in medio sic q̄ nō est natura nata a medio dimoueri: in quo subsidet**
imotū/ neq; agit̄ in proprio loco: quae ad modū aqua/ aer/ & ignis. **Primo.** quia sicut ignis natura mouet̄ a medio ad caeli concauū
 ut locū sibi naturalē/ in quo natura q̄scit: ita terra (si extra propriū fuerit locū) ex oi pte ad locū suū mouebit̄ scilicet mediū/ neq;
 unq; aliq; terrae ps quātūcūq; parua mouebit̄ a medio nisi uolente: q̄re a fortiori nec tota terra a medio mouebit̄: igit̄ terra q̄scit in
 medio. Nō em̄ pot̄ a medio natura moueri: cū ad mediū natura moueat/ & vnus corporis simplicis tm̄ vn⁹ sit natura mot⁹ sim-
 plex. Et motū cōtrariorū si vn⁹ alicui natura cōuenit/ alter eidē pter naturā cōueniet. Mot⁹ aut̄ a medio et ad mediū cōtrarij sūt: et
 mot⁹ ad mediū ipi terrae natura cōuenit/ igit̄ mot⁹ a medio cōuenit terrae pter naturā: q̄re natura i medio q̄scit. **Secūdo.** Astronomici
 astrorū motū & naturā p terrā diiudicantes/ supponūt terrā in medio quiescere. igit̄ terra in medio q̄scit. **Tertia cōclusio.** **Terra**
spherica habet figurā. **Primo.** quia oēs ptes terrae ob naturale grauitatē mouent̄ ad mediū. Et maior in inferiorē descēdit pte/ aut
 inferiorē ei subiectā pte pellit (nō nō sit impedimētū) quousq; i rotū dā formā reduclā: elevationē & p̄minētā reliquat/ et extreme p-
 tes oēs a cētro equidistēt. igit̄ ipa est spherica. Nā corp⁹ spherica est solidū corp⁹ unice superficie extrema cōtētū: in cui⁹ medio pun-
 ct⁹ est/ a quo oēs lineae ad circū dātē superficie eductae sūt aequales. Et terrā cē spherica qdā philosophorū dixerūt: sed posuerūt terrā
 uolētē ad mediū moueri. nō sū recte: cū cōstet ipsa natura moueri ad mediū. Dixerūt em̄ ex oi extremorū pte: ipsi⁹ terrae ptes ad
 mediū moueri/ & secundū corū scētā prius fuerūt ptes terrae i diuersis p̄tib⁹ concāui caeli lunae: a qb⁹ uolētē depulsa sūt et ad me-
 diū lateat: qd oīo absurdū est. **Deinde** mouet philosoph⁹ q̄stionē. Si terra sit in medio mūdi habēs in uno hemispherio duplā grā-
 uitate ad alteri⁹ hemispherij grauitatē: ut in hemispherio inferiori grauitatē ut uiginti/ et in superiori grauitatē ut decē: an pars
 illa terrae grauior mouebit̄ a medio/ & fiet centrū ei⁹ aliud a cētro mūdi. Id em̄ fieri debere uidet̄: quia ps altera min⁹ grauis mo-
 uebit̄ ad mediū: ergo grauior mouebit̄ logi⁹/ q̄ ad mediū. Si em̄ aliq; uirt⁹ motūs mouet aliq̄ mobile p aliq̄ spatium/ duplā uirt⁹
 t⁹ eodē tpe mouet idē mobile p duplū spatium. **Respondet philosoph⁹ q̄ ps terrae grauior mouebit̄ solū vsq; ad mediū et nō apha⁹.** **Questionis**
Nā conq; mouebit̄ terra: quousq; nata est moueri. At ipsa nata est moueri vsq; ad mediū mūdi: quousq; centrū ipsi⁹ simul sit cū
cētro mūdi & nō ampli⁹. igit̄ solū ad hāc vsq; metā mouebit̄. Et quis pars terrae grauior mouebit̄ uelocius p idē spatium/ quod
minor tpe pficiet q̄ ea q̄ minus grauis est: nō tamē eodē tpe mai⁹ pficiet/ cū natura nō sit maius spatium motui terrae naturaliū deter-
minatū q̄ ab extremo caeli lunae vsq; ad mediū mūdi. **Quo** si ultra moueretur/ moueret̄ a medio et sursum ascēderet. quod esse negr.
 Sed neq; oportet quālibet ptem terrae centrū attingere: alioquin fieret penetratio dimētionū/ sicut neq; q̄libet pars ignis tangit caeli
 lunae concāuū. Immo pluri⁹ corporū spherica/ ut orbū caelestia: nulla ps suā attingit centrū. **Quod aut̄ terra centrū simul**
sit cētro mūdi sit aut minorib⁹ p̄tib⁹ detrusis/ depulsa/ & maiorib⁹: aut terra (ut dicūt hī quorum opinio modo posita est) in
lunae extremo secundū diuersas partes sparim primo produclat: & illis partibus ibidem genitis/ ex omni parte caeli deinde ad me-
dium mundi motis: & ibidem totam terram constituentibus spherica. Sed hoc posterius non omnino uerum: cum partes ter-
rae non fuerint prius in extremo caeli aut ignis genite/ deinde precipitate deorsum: sed semper in medio mundi collocatae.



Secundo. omnia graua cadunt ad angulos pares & sphaerales: ut graue b ad angulos b c l / & b e / qui pares sunt: nam coru
 vierq; est reclus / & sphaerales: nam linea curva / minoris scilicet circuli circumferentia continentur & simul linea recta b e atq; ita
 de graui i / & k vt superius ostensum est / & procumbunt secundum lineas (quibus earum designatur spacium) non aequidistantes.
 Manifestum est enim lineas b e / c / f / a / & d / g / a non aequidistantes: cum in continuum protrahat ad punctum a conueniant omnes.
 Igitur ipsa nata sunt constituere corpus sphaericum. Si enim caderent super terram omnino planam in directum / & secundum ang
 gulos reclus & retilineos: caderent secundum lineas aequidistantes neq; vnq; conuenientes ad idem punctum. Vt si terra sit a b
 plana / & moueantur graua m / n / o secundum spacia reclus c / d / k / & l / & faciant angulos reclus & retilineos vt c / f / a / & d / g /
 & ita de alijs / & cadent secundum lineas aequidistantes ab invicem: neq; efficiunt corpus sphaericum. Et cum terra probatur sphaeri
 ca: probatur a natura esse sphaerica / siue q. nata sit esse sphaerica si esset in sua naturali dispositione: & non q. actu sit sphaerica. Na
 nunc montes sunt ob uegetabilium & uiuentium salutem ad irrigandam terram fluminibus & fontibus qui omnimodam terre
 rotunditatem faciunt minus uideri. Quod si terra esset omnino aequi circumdata: non esset huiusmodi montium eleuationes. Etiam
 montes sunt ad terram vt exiguis puluis parue admodum quantitatis & imperceptibilis molis ad ingentem globum: propter
 quos non minus terra debet dici sphaerica / q. globus propter puluerem sibi super eminentem. Tertio. luna aut maiori partem
 nata (qualis in decimo huius libri capite est c / d / f / g) aut minori (qualis ibidem est k / l / m / n) partialem luminis defectum patitur: ta
 q. ex globo & corpore sphaerico recipiens lineam arcualem & obliquam / secantem partem lunae claram a parte obscura sui: &
 illa eclipsis sit ex eo q. terra interponitur soli & lunae: igitur terra quae portionem lunae arcualem claram abscindit ab obscura / est
 sphaerica. Nam si terra esset plana: secundum reclus diuideret partem vniam lunae ab altera: sicut lignum reclus oculis nostris in
 terpositu / a disco. Cui itaq; terra partem lunae (cum dicotoma / semiplenaq; no fuerit) reddat arcuale & corniculata: signum est eam
 esse sphaericam. perinde atq; quicq; rotundum (vt discus) visui nostro interpositum: a disco partes secundum arcum abscinderet.




Quare in ori
 ente & occi
 dente nascun
 tur uasq; ma
 gitudinis
 animalia.

Quare in oriente & occidente nascuntur uasq; magnitudinis animalia. Ita & apud Hispaniam et columnas hercules / elephantes gignuntur q. in ea itidem celi parte fortis est uirtus influxus: quia inferiorum sphaerarum est dextrum. Quod autem utrobq; similis natura animalia nascuntur: prouenit propter utriusq; loci uiciniam & paruam inter utrumq; interceptam distantiam: qua fit vt loca illa consimilem habeant naturam: et similia / eiusdemq; speciei animalia generandi uirtutem. Idem affirmant mathematici terre ambitum dicentes continere quadraginta stadiorum miriadas seu quadrages decem milia stadiorum / quae faciunt quadringenta milia stadiorum: astris autem maiorem attribuunt quantitatem. quare terra ad astra comparata paruam admodum quantitatis esse dinoscitur.

Commentarij in secundum de Celo & Mundo Aristotelis / finis.

Primi cap. tertij de Celo & Mundo note.

Gravius primo / magis graue. Secundo / minus leue. Et idem leuius primo / magis leue. Secundo / minus graue. quemadmodum maius dicimus / magis magnum: & minus minus paruum.




Tertius liber de Celo & Mundo Aristotelis continet octo capita. Primum vniam diuisionem / vnium correlarium / quinque antiquorum opiniones / vniam conclusionem / & nouem rationes ad ipsam. Dimisio. Expedita de primo simplici corpore determinatione / vt de celo / ipsiq; affixis & in co latis syderibus / cuius natura sunt & qualia: quae ingenita sint atq; incorruptibilia: nosse oportet eorum quae secundum naturam sunt: hoc esse substantias / vt simplicia: celum / ignis / aer / aqua / terra / eorum partes / & quaecumq; ex ipsis constant / vt animalia / plantae & metalla. Haec operationes / vt praedictorum motus: generationes / corruptiones / auersiones / diminutiones / alterationes / & secundum eorum naturam / propriamq; uirtutem lationes. Haec autem passionibus quaedam / vt praedicta: & eorum apte quantitates / affectionesq;. Correlarium. Quo fit vt naturae plurima

plurima determinatio circa corpora atq; magnitudines ueretur. Nam omnis naturalis substantia aut corpus est: aut non sine corpore / magnitudine uel gigni contingit. Vt contemplanti determinationem quam exegimus de natura: q. manifestissimum esse potest. Et quia de celo satis expeditum putamus: quale natura sit / q. ingenitum sit atq; incorruptibile / nunc ad reliquorum duorum generum: grauis scilicet atq; leuis determinationem explendam nos conuertamus. Et pariter an generatio & corruptio ipsis competant. Et profecto aut nihil est generatio: aut solum ipsis & quae ex ipsis temperata sunt / congruere potest. Sed quid senserint antiqui nunc uideamus. Quinq; antiquorum opiniones.

- 3 Prima est Parmenidis & Melissi / generationem & corruptionem esse negantium. Neq; enim quicq; gigni / quicq; corrumpi posse putabant: sed dumtaxat nobis ita uideri. Nonnulla enim preclare asserant: esse scilicet quaedam entia ingenita / incorruptibilia atq; immobilia: a quibus (q. sensibilia esse putabant) ad haec caduca se conuertentes: consimilia de ipsis asserant. Sed haec: Physica contemplatione non mouebantur. Contemplari enim an eiusmodi naturae sint entia / immortalitatis forte potita: superioris Philosophiae est: & primi atq; supremi Philosophi. Secunda est huic primae contraria: omnia genita esse atq; corruptibilia: nihil omninoq; ingenitum & nihil interitum / obituq; immune semper manere: sed aliquando casurum. quod sensisse uidetur Hesiodus & qui suae appropinquauerunt sententiae. Tertia est dicentium omnia genita esse: sed genitorum nonnulla incorruptibilia manere.
- 4 Quarta est Heracliti Ephesi omnia continuo fluxu rapi dicentis: & nihil fixum: nihil fuge / permanensq; manere: praeter vnium quiddam (id enim ignem esse aiebat) ex quo omnia fierent / gignerenturq;. Quinta est astruentium omne corpus generabile / dissolubileq; esse. Generabile quidem ex superficiebus atq; in superficiebus resoluibile. Conclusio. Corpus ex superficiebus compositum abire non potest. Primo. Quia qui id asserunt / plurima iis (quae in disciplinis comperta sunt) contraria dicunt. Aut igitur a proposito resipiscant: aut fortioribus & ualentioribus rationibus (quales non sunt suae imbecilles suasiunculae) quod moluntur efficiant. Secundo. Idem subit iudicium corpora ex superficiebus compingi / & superficiem ex lineis / & lineam ex punctis abire conflatam. At qui prius in iis qui sunt de motu demonstratum est: id esse non posse / nullamq; magnitudinem ex indiuiduis & infecabilibus conflare posse. Igitur neq; corpora ex superficiebus conflabuntur. Tertio. Si corpora ex superficiebus: & lineae ex infecabilibus lineis componerentur: impossibilia sequuntur. Ponit enim Mathematicus magnitudinem in infinitum partitione decrescere: nullam autem appositione in infinitum augeri / modo oppositum in natura eueniret. In infinitum enim (q. decumberetur ad minima) decrescere non posset. Ad id autem semper aliquid posset. Quarto. Multa sunt in natura: quae in indiuiduis subsistere nequeunt. vt passionibus. Sunt enim diuisibiles dupliciter. vno modo secundum speciem. vt color in albedinem atq; nigritiam. Altero uero secundum accidens. vt q. et quod diuisi possent inexistant. Non itaq; linea ex punctis / superficies ex lineis / & corpus ex superficiebus abire compositum. Et q. passionibus ille in indiuiduis non subsistant: vt exempli causa grauitas & leuitas: amplius ostendo. Primo. Nam quicquid est graue: grauius aliquo esse necesse est. & quicquid leue: aliquo leuius non tamen contra (vt utriusque consueuerunt uocabulis) esse oportet / vt quicquid grauius: graue sit. & quicquid leuius: leue. Vt neq; quicquid maius est: simpliciter magnum esse oportet. Sunt enim multa simpliciter parua: quae alius ut suis partibus maiora dicuntur. Sed hanc significationem (si gratum est) missam faciamus. Sitq; quicquid grauius est: grauitate graue. ipsum si quidem diuisibile est in excessum / & id quo excedit. Si igitur punctum graue esset: & ipsum diuideretur. Hoc autem impossibile. Et si punctum nullum graue sit: neq; linea ex solis coalita & conflata punctis. Et si non linea: neq; ex lineis digesta superficies. Et si non superficies: ita quoq; neq; ex superficiebus coalitum / constitutumq; corpus. Qui enim fieri possit vt totum graue sit: cuius partium nulla grauitatis sit particeps. Secundo. Omne graue densum est: & omne leue / rarum. Densum autem a raro differt: q. subaequali mole plus habeat potentiae. quod autem tale est: euadit diuisibile. Si itaq; punctum graue sit / aut leue: abire diuisibile. quod impossibile est. Tertio. Omne graue: molle est aut durum. Molle autem est quod est in seipso cedens. quod autem in seipso cedit: diuisibile est. Ita si punctum molle est: diuisibile est. & ita si durum est. Nam durum & molle opposita sunt: & quae circa idem fieri nata sunt.

Quarto. Quia grauitas non euadit ex non habentibus grauitatem: quod tamen contingeret. Sed quomodo determinabunt: ex quot grauitatum expertibus conflaretur grauitas: & confluere nequeat. Enimvero ipsis uel fingere uolentibus: promptum non sit. Quinto. In eodem graui quod ex pluribus constat: grauius est. hoc & ipsi admittunt. quod autem graui grauius est: ipsum graue esse necesse est. quemadmodum quod albo albus est & ipsum album esse oportet. Maius igitur vno puncto (q. pluribus constat consimilis grauitatis) grauius esse necesse est. Dempto igitur aequali graui / qui superest punctus grauitatem habet non enim graui / grauius existebat / nisi grauitatis excessu. hoc autem modo ostensum est esse non posse. Sexto. Si corpora conflarentur ex superficiebus (vt aiunt) & superficies ex lineis / linea lineae componeretur secundum longitudinem & secundum latitudinem appositae. cur itaq; non componatur supposita? Nulla potior ratio uidebitur. Quod si ita fieret: dabitur corpus quod ex superficiebus (quas ponunt elementa) non conflabitur. vt esto a linea quae lon-



ga est: cui compono lineam c secundum latitudinem, erit itaq; a c longum & latum. & lineę a c compono lineam b / ei supponendo: quę ideo cum a videtur facere profundum. Erit igitur a c b longum / latum / & profundum. quare corpus, non tamen ex superficiebus confiatum. ¶ Septimo. Timeus: superficieum multitudinem corpora grauiora determinat. Sed qua proportione corpora ad superficies respondent: eadem superficies ad lineas, & lineę ad puncta. Quare pari proportione: hęc grauitatem habere continget. Et si ita esse non poneret: sed grauitatem in terra / leuitatem vero in igne: difficultas vrget: hanc superficieum grauem esse & illam leuem: quę consimilia ponit elementa. ¶ Octauo. Nullam magnitudinē cōtinget esse diuisibilem: aut futurum est omnia esse puncta. Quia enim ratione in hęc diuides: illa iterum diduces quousq; ad superficies deuentum sit. Et superficies eodem iure abibunt in lineas: & lineę in puncta tandem consummabuntur: & omnia puncta erunt. ¶ Nono. Vt est de magnitudine: ita quoq; de tempore euenire: par / consentaneumq; est. Si itaq; magnitudo aliquādo abitura est in puncta & non magnitudines: & tempus in nunc & non tempora resolubile est. Id profecto esse non potest. Et eadem incommoda nonnullos aliorum Pythagoricorum sequuntur: qui cęlum & naturalia corpora ex numeris constituunt. Habent enim naturę corpora grauitatem & leuitatem: vnitates autem adiuicem compositę: neq; corpus efficere posse neq; grauitatem leuitatemue vllam habere videntur.


¶ Primi capituli tertij de celo & mundo notę.

¶ Comparatiuus proprie exponitur per suum positiuum adiecto aduerbio magis. vt melius: magis bonum / maius: magis magnum. Et tunc infert suum positiuum. Et hoc modo grauius dicitur magis graue: vt terra / & leuius: magis leue / vt ignis. Secundo comparatiuus exponitur improprie per contrarium sui positiuum & aduerbium minus: vt melius / minus malum: & maius / minus paruum. Et tunc non infert suum positiuum, sed potius sui positiuo oppositum: & hoc modo grauius dicitur minus leue: vt aer ad ignem. Et leuius / minus graue: vt aqua ad terram.



¶ Primi capituli tertij de Celo & Mundo diuisio. ¶ Postq; de celo (quod primum est corpus simplex) & astris facta est determinatio: noscere oportet q; rerum natura siue celestis siue sensibilis constantium quedam substantię sunt vt cęli / elementa / animalia / uegetabilia / mineralia / mixta imperfecta / & earum partes tam essentielles q; integrales. Quedam vero sunt operationes: vt mutationes ipsis natura conuenientes, quedam vero passiones & accidentia: ut mutationes accidentaria / quantitates ipsis propriae & naturales: vt raritas ignis & densitas terrę & qualitates natura ipsis determinate: vt caliditas ignis & frigiditas terrę. ¶ Correlarium. Vnde fit vnaturalis philosophia circa corpoream quantitatem longitudinem / latitudinem & profunditate dimensionem & magnitudinem plurimum ueretur. ¶ Nam omnis substantia natura constans aut magnitudo est corporea / aut non sine magnitudine est. Et id posterius uerum est: nam omnes substantię naturales habent magnitudinem / cum quicquid mouetur in partes secundum dimensionem sumptas sit diuisibile: sicut in libris physicorum apertius declaratum est. Cum itaq; de Celo sufficiens pro hac disciplina determinatio habita fuerit: ad grauis & leuis determinationem nunc accedendum est / & inquirendum an generatio & corruptio ipsis grauib; & leuib; conueniant. Nam aut nihil est generatio: aut solum corporibus grauib; & leuib; / & mixtis quę ex ipsis generantur conuenit. Et id sane secundum uerum est: cęlum enim sicut neq; graue neq; leue est: ita ipsum neq; physice generatur neq; corrumpitur. ¶ Quintę antiquorum opinionones. ¶ Prima est dicentium non esse generationem & corruptionem: quis ita nobis appareat. Dicebant enim quedam esse entia ingenita & incorruptibilia: quod de supra mundanis & immortalibus uerum est. Et quia huiusmodi entia putauerunt esse naturalia: ab illis ad hęc mortalia se transferentes / dixerunt hęc sensibilia etiam esse ingenita & incorruptibilia. Sed hęc non per physicas rationes / uerum per metaphysicas inquirebant. Nam querere utrum quedam sint entia immortalia & perpetua: supramundanę est discipline & metaphysici officium. ¶ Secunda opinio est dicentium omnia esse genita & corruptibilia. Sed hęc principij huius discipline sicut & primare pugnat. Supponit enim Physicus rerum generationes & corruptiones esse / & quedam nec generari nec corrumpi: vt corpora celestia. Et hęc Hesiodi est: qui potius poetice q; doctrinaliter locutus est. ¶ Tertia est dicentium omnia esse genita: sed eorum aliqua esse incorruptibilia. Et hęc falsa est / cum quibuscumq; conuenit physica generatio: uisdem conueniat & corruptio. ¶ Quarta est Heracliti dicentis omnia continue moueri / & nihil manere stabile preter ignem: ex quo dixit omnia generari. Sed hęc Physico repugnat principio: quo ponitur natura esse principij motus & quietis. Et nihil in rebus naturalibus amplius moueri: cū ad terminū ad quę peruenerit. ¶ Quinta est dicentium omne corpus ex superficiebus esse generabile / & in superficies esse resolubile. Contra quam hęc ponitur conclusio. ¶ Corpus / magnitudoq; / trina dimensione dimensa: ex superficiebus non componitur. ¶ Primo. Quia hoc asserentes multa dicunt contraria principij scientiarum & ex principio cognitis: quare aut a priori opinione recedant oportet / aut fortioribus rationibus q; suę rationes sunt quod uolunt efficiant. ¶ Secundo. Idem est corpora ex superficiebus componi / & superficiem ex lineis / & lineam ex punctis. Sed prius probatum est lineam ex punctis componi non posse / neq; continuum ex impertilibus eo modo quo pertibile est constitui: igitur neq; corpora ex superficiebus componuntur. ¶ Tertio. Mathematicus supponit magnitudinem in minores partes semper diuidi posse: non autem semper augeri. Si autem corpora ex superficiebus componerentur: magnitudo non semper posset decrescere: cum tandem perueneretur ad superficies diuisibiles. Et quia superficies alijs superficiebus secundum numerum incrementum addi posset: magnitudini semper adderetur magnitudo: & non esset natura maxima magnitudo. Hęc autem sunt inconuenientia. ¶ Quarto. Multa sunt substantij natura constantis conuenientia quę in subiecto indiuisibili esse non possunt: vt qualitates sensibiles / caliditas / frigiditas. Nam passiones dupliciter diuiduntur. vno modo secundum speciem quando passio regione generis designata in rationes specierum diducitur. vt color in albedinem & nigredinem.

Alio modo secundum accidens & ad diuisionem alterius scilicet sui subiecti. vt si albedo sit in signo decupedali: ipsa / diuisione sui subiecti in decem partes æquales & pedales diuidetur: igitur neq; linea ex punctis componitur: neq; superficies ex lineis neq; corpus ex superficiebus. ¶ Quod autem passiones sensibiles vt grauitas & leuitas non sint nata esse in subiecto indiuisibili patet primo. Nam quicquid est graue: est grauius aliquo scilicet sua mediocritate. In simplicibus enim grauib; maiori moli respondet maior grauitas. Et quicquid est leue: est leuius aliquo vt pote sua mediocritate. Nam in simplicibus leuib; maiori moli respondet maior leuitas. Non tamen contra oportet quicquid est grauius altero / ipsum esse graue: si grauius in secunda sumatur acceptione: nam aer est grauior & minus leuis q; ignis. tamen aer non est grauis. Eodem modo non quicquid est leuius: est leue. Aqua enim est leuior hoc est minus graue terra / & tamen non est leuis. Quomodo non quicquid est maius (ipsum secundo modo sumendo) est simpliciter & sine vlla ad alterum comparatione magnum. Nam granum milij non est simpliciter magnum / cum non sit magne molis: sed simpliciter paruum & exigue quantitatis: & tamen ipsum est maius: nam est minus paruum sua mediocritate. igitur non quicquid est maius: est magnum. Sed hac secunda comparationum acceptione prætermissa vt quę disciplinis apta non sit / primam in proposito seruare conueniens est. secundum quam supponitur q; quicquid est grauius: per grauitatem est graue. sicut quicquid est albus per albedinem est album / & calidius: caliditate calidum. Tunc sic. Omne excedens diuiditur in excessum & id quo excedit. sed grauius est alterum grauitate excedens: igitur diuiditur in excessum aut æquale excessu / & id quo excedit. vt a b grauius q; c / diuiditur in excessum a e: & id quo excedit. vt e b. Si igitur punctum esset graue: cum etiam esset altero grauius / diuidetur in plura: quod est impossibile. Quod si punctum non est graue: igitur neq; linea ex punctis composita. Et si linea non sit grauis: igitur neq; superficies ex lineis constituta. Et si superficies non sit grauis: igitur neq; corpus ex superficiebus compositum. Non enim potest totum esse graue: cuius nulla partium est grauis. ¶ Secundo. Omne graue est densum. graue quidem simpliciter: maxime densum / & graue secundum alterum: minus densum. Et omne corpus simplex leue est rarum. si simpliciter leue / maxime natura rarum: si leue secundum alterum / minus rarum. Et densum sub æquali mole plus habet materie q; rarum: vt pedale terrę plus materie q; pedale ignis. Itaq; omne densu pariter & rarum / diuisibile est: vt quod magnitudinem habet cui primo conuenit diuisio. ergo si punctum est leue aut graue: punctum erit diuisibile / quod est impossibile. ¶ Tertio. Omne graue est molle aut durum. Nam graue secundum alterum / molle est: graue autem simpliciter / durum. Molle autem est quod cedit & dat locum corpori tangenti: vt tangens subeat partes eius interiores. quare omne molle est diuisibile. Et durum molli opponitur: & circa idem (vt pote corpus quantitatem habens & diuisibile) uersatur. Est igitur & omne durum diuisibile. At punctum si graue est: molle est aut durum: igitur punctum est diuisibile / quod est inconueniens. ¶ Quarto. Grauitas ex non grauitatibus constitui non potest: vt neq; magnitudo ex non magnitudinibus: neq; albedo ex non albedine: immo omne accidens sensibile dicitur taxat ex partibus eius / dę rationis inter se & cum ipso toto constituitur. Si autem grauitas in indiuisibili consideret: ipsa componeretur ex non grauitatibus. Sed non possent determinare qui hanc positionem defendunt / ex quot non habentibus grauitatem: ipsa grauitas componeretur. & ex quot non grauib; / non posset componi: igitur grauitas non consistit in indiuisibili. ¶ Quinta ad principale cōclusionē ratio. In grauib; eiusdem speciei & nature quod ex pluribus constat / grauius est: vt si unum graue ex decē constat gradibus grauitatis: & alterum ex quinq; / primum est grauius secundo: pinde atq; ex pluribus constitutu caliditatis gradibus est calidius. Quod autē grauius est / q; alteru graue: ipsu est graue: sicut si quid albus est q; alteru albu: ipsu quoq; est albu: & quod est magis tale: est tale. Sit graue a igitur a b constitutu ex quinq; punctis / & c d alteru graue cōpositu ex quatuor. Quia a b ex pluribus constituitur: est grauius q; c d vno quidē puncto b. Diuidu igitur a b in excessu æquale excessu a e / & id quo excedit b. Cū a b sit grauius c d / & c d æquet ipsi a e / a b est grauior a e. Nā q; q; d est grauior vno æq; grauior est grauior q; altero. Tūc sic. b punctu sup additu a c facit totu a b grauior: igit b punctu ē graue. Nā nō graue additu graui nō facit totu grauior: sicut punctu additu lineę nō reddit lineę maiorē. habebit itaq; punctus grauitate: q; d prius ostēsu est impossibile. ¶ Sexto. Si corpora cōponerentur ex superficiebus: & superficies ex lineis: linea vna alteri secundu longitudinē & latitudinē apponeretur ad constituendā superficiē: quare & duabus posset tertia supponi secundu profunditatem. Par enim eademq; militat ratio: & sic dabitur corpus ex solis lineis & non ex superficiebus (quas dicunt esse corporum principia) compositum. Vt sit linea a longa: cui apponatur linea c secundum latitudinem: & supponatur linea b secundum profunditatem. Totum a c b erit profundum: ergo per diffinitionem erit corpus / & non componetur ex superficiebus sed solum ex lineis: igitur aliquod corpus non ex superficiebus erit compositum: quod est sue positionis oppositum. ¶ Septimo Timeus dicit illa corpora esse grauiora quę ex pluribus superficiebus constant. Sed quę corporum ad superficies habitudo: eadem superficieum ad lineas / & linearum ad puncta. igitur & puncta eadem ratione grauitatem habebunt: quod est inconueniens. Quod si grauitatem & leuitatem non poneret distingui multitudinem aut paucitatem superficieum sed elementis quibus natura determinantur: vt grauitatem in terra & leuitatem in igne: erunt aliqua superficies vt quę sunt terrę / graues: & alie quę sunt ignis / leues: quod est inconueniens. nam tunc non consimiles atq; eiusdem nature essent vtriusq; superficies. neq; consimilia (vt ponit) elementa eorum.

¶ grauis & leuitas non conueniunt subiectis indiuisibilibus.



Ex quibus partibus accedens constituitur.



¶ Etiam. Si corpora ex superficiebus componantur: aut nulla magnitudo erit diuisibilis / aut omnia erunt puncta. Nam ipsa corpora vel sunt indiuisibilia vel diuisibilia. Si indiuisibilia: habetur propositum. Si diuisibilia: eadem ratione qua tota corpora diuiduntur in corpora partialia: & huiusmodi partialia in alia diuiduntur / quousq; peruentum fuerit ad superficies. Et superficies diuiduntur in lineas / & lineę in puncta / quare omnia tandem puncta erunt: quod iterum est propositum. ¶ Nono. Sicut magnitudo se habet ad puncta: ita tempus ad nunc & imparibilia temporis. igitur si magnitudo aliquando resoluitur in puncta: & tempus aliquando resolui posset in nunc & imparibilia. Id autem impossibile igitur & id ex quo sequitur. Eadem inconuenientia sequuntur ad dictum Pythagoricorum qui cęlum & sensibilia corpora ex numeris constituunt. Nam corpora naturalia habent leuitatem & grauitatem. At vnitates adiuicem compositę nec grauitatem habent nec leuitatem. igitur non constituunt corpora naturalia.


¶ Secundi capituli notę.

¶ Motus / motus secundum locum. ¶ Manere / quiescere. ¶ Viti / violentia. ¶ Supponimus potentiam continue eandem manere: & quousq; spacio moueret: & resistentiam vt cuiq; placet eidem assignari posse.



Secundum cap. continet quinque conclusiones, tres rationes: & unum correlarium ad primam, tres rationes & unum correlarium ad secundam: unum correlarium ad tertiam, duas rationes ad quartam, & duo correlaria ad quintam. **Prima conclusio.** Simplicium corporum: aliquem natura motum esse necesse est. **Primo.** Quia quaecumque moventur: motum proprium & secundum naturam: aut vi / propter naturam (quod idem est) habere necesse est. Simplicia autem corpora: mota conspiciuntur. Habent itaque motum aut naturam aut propter naturam. Atqui si consistere ipsa motum propter naturam habere: & eadem secundum naturam aliquid habebunt. ut pote qui prior / vnus / & simplex existat, propter naturam aut posterior & multi. Vnūquodque enim etiam multos propter naturam inueniet, secundum naturam autem vnū solum. **Secundo.** Quicquid quiescit: aut vi aut natura quiescat oportet. Et ubi vnūquodque vi quiescit: & vi quoque fertur in illud. ubi autem natura: itidem & natura fertur in illud. Videtur autem in medio: aliquid natura manere. Natura igitur fertur ad medium. Si autem illic quicquid vi quiescit, ipsum prohibet aliquid illinc emicare: in quo suū locū sese protinus restituere. **Tertio.** Si quiescentia rimaberis: aut tandem ad vnū natura quiescens decubescit / aut in infinitum progredieris. Quod enim propter naturam est: ad aliquid secundum naturam reducere oportet. Sed esto dicas cum Empedocle: terram rapida celi vertigine / velocissimaque illa circūgyratione vi quadā sustineri atque quiescere, ergo aliquo moueri nata est. Cessante enim circūgyratione (a qua coacta fulcitur / sustineturque) moueretur: & non in infinitum. Nihil enim impossibile: fieri natum est. In infinitum autem transire spacium / impossibile est. Est igitur nata alicubi tandē natura manere. Ad illū igitur locū quisquis is sit: naturalem motū habet. Nā (ut dictū est) vbicūque quicquid natura quiescit: & in idē natura ferri cōtingit. **Correlariū.** Quapropter minime Democriti & Leucippi sententia pbanda est: corpora moueri in vacuo; pariter & moueri in infinito. **Nā** id docere debuerūt: quā ipsorum in vacuo & in infinito motus / quis secundum naturam / & quis propter naturam. Si enim ut aliter ab altero violenta pellit: ipsis alterū motū natura cōuenire necesse est. & primū mouentē nō vi mouere (mouet enim sempiternē) & primū motū nō propter naturam esse. Est enim sempiternus. Et si primū mouēs secundum naturam nō dederint: violentia mouentū fertes, ut nulli tandem casura / infinita pcedet. **Secunda conclusio.** Neque stare potest Timæi sententia: elementa ipsa sese inordinate agitasse / priusquā mundi opifex mundū ipsū cōdidisset. **Primo.** Quia aut is inordinatus motus: naturalis erat; aut insuria / propter naturam factus. Si naturalis: mundus igitur erat antequā cōdidisset. tūc enim primū mouēs natura mouisset. & grauatā ad mediū depressa fuisset. & leuia: a medio emicasset. quā mundi iam facti ordinatio est. fuisset itaque mundus. Liceret & querere: an in illa motus inordinatio potuisset ne in talē mixtionē / cōtēperantiāque incidere: qualia videmus nūc corpora facta ut ossa / carnes / & neruos adinuicē cōpingi. Quēadmodū canit Empedocles: cū multa capita sine ceruice & sine corporeo trunco facerent; amicitia factū fuisse. si ita fateantur: & aialia & plātē illic erūt. quare mundi ordinatio. aut hęc / vnūuersali pcurrit mūdo. **Secundo.** Qui autem infinita / inordinato motu ferri in infinito: aut vnū ipsorum motū faciūt. si ita: & oīa vna latitōe feruntur / & nō inordinata. Sī minus: infinite erūt latitōes. quod est impossibile. Si enim finitē: ordo dabitur aliquis. Nō enim quod nō ferantur in idē: inordinatio dicitur. quādoquidē & nūc mūdo (ut videmus) ppulchre ordinato: nō oīa ferantur in idē: sed ea quę cōsimilis / cōgeneque sūt naturę. **Tertio.** Inordinate nihil aliud quicquid: quę propter naturam esse videt. Ordo enim sensibilium: vniciūsq; propria natura est. Atqui incommotum est in infinito motu / longissimoque tempore propter naturam quicquid motum fuisse: quin potius naturę / hęc conditiones competunt. esset itaque: potius inordinato secundum naturam: ut quę infinito / longissimoque tempore fuerit. ordinatio autem propter naturam. Quod quę sit absurdum: ipsi viderint. **Correlariū.** Quo fit ut ob id ipsum: Anaxagoras belle excogitasse videatur / mundum ex immobilibus primum inchoatum fuisse. **Tertia conclusio.** Et si qui ex segregatis motuum admittant: generationem tamen non inueniunt rationabilem. **Nam** cælum ipsum segregatōne (ut quod delituisse / immersum) rationabiliter generare nequeunt. **Correlariū.** Ob id itaque ipsum Empedocles cælum / non ex segregatōne gigni voluit: sed ex segregatorum iterum congregatōne. Confinxit enim amicitiam: quę quędam ab vno (ubi omnia congregata fuerant) dissociante lite: discollecta iterum colligeret / cōmiret atque congregaret: sicque genitum / factumque fuisse cælum. **Quarta.** Quod sursum aut deorsum mobile est: ipsum aut leue aut graue esse necesse est. **Primo.** Sit a non graue: b vero grauitatem habens: feranturque simul deorsum si fieri potest. Absoluatque b spacium d e in tempore f. in eodem tempore: a aliquid spacii d e abibit. sitque d g. Diuidō enim grauitatem b. sumoque partem: quę sic se habeat ad d g / sicut totum ad d e. Id enim possibile est. Cum itaque b per totum d e moueretur: pars ea (quęcumque fuerit) solum per d g mouebitur / & per idem spacium d g & in eodem tempore positum est a moueri. Feruntur igitur deorsum per e quale & in equali tempore non graue & grauitatem habens: quod est impossibile. Et ita de leui (si graue est) argumentetur. **Secundo.** Si quid moueatur quod neque leuitatem neque grauitatem habeat: mouebitur vi & infinita velocitate: aut graue / & grauitatis leuitatisque experte equale & in equali tempore absoluunt. sit itaque a non graue / & b grauitatem habens / & moueatur a per spacium d e. & in eodem tempore ut verbi

f
d
a
g
b
e



causa / virtus aliqua pellat b grauitatem habens: spacio d g. quia si aliqua potentia / maius in aliquo tempore & aliquanto spacio moueat: eadem potentia in eodem tempore maiore spacio pellit minus. Diuidō ergo graue b: capioque partem quamcumque: quę sic se habeat ad potentiam motricem ipsius b: sicut d g ad d e. quia potentia data mouet b per spacium d g in tempore f: eadem potentia mouebit partem illam grauitatis participem: in eodem tempore & toto spacio d e. & in eodem tempore & spacio ferebatur a / neque leue neque graue: quare graue & grauitatis / leuitatisque experte equale & in equali tempore absolute solunt: quod est impossibile. Et si a iterum infinito motu ferebatur: graue infinito motu & eodem spacio ferebatur: quorum vtrumque impossibile est. **Quinta.** Aliquis motus natura / & aliquis violentus existit. **Nam** natura: principium est motus & quietis eius in quo est: vis autem virtus est ab alio secundum quod aliud. Motus igitur qui ab eo (quod intra est) principio existit: iure natura dicitur. Qui vero ab altero exteroque / vt alterum est: iure dicitur violentus. Et hic quidem: violentus non omnino est. vt motus lapidis deorsum quotiens velocior procreatur: quę naturę suę sit accommodus / proprięque pariat virtus. Ille vero omnino propter naturam est: vt lapidis sursum propulsus. & vis ipsa ad hos vtrosque aere tanquā apto virtutis organo: quę vt grauis & vt leuis / ancipitissimę naturę natus sit esse: & virtutem ab ipsa vi velut impressam retinens: qua nunc vt grauis deorsum precipitat: nunc vero vt leuis agitat sursum. **Primum correlariū.** Vnde cognoscitur euenire violente agitatum ferri: principie mouente ipsum non assequeute sed separato / abiunctoque. **Secundū.** Fit etiā vt nullo tali existente medio corpore: nullus violentus omnino procrearetur motus / neque secundum naturam vllus. vniciūsq; enim motum eodem modo promouet. Sed quę graue / quę leue esse oporteat / quis secundum naturam motus / quicquid contradicatur violentus: hactenus dictum est. **Secundi capitis prima conclusio.** **Simplicium corporum sensibilium aliquis est motus naturalis.** **Primo.** Quia quaecumque moventur / aut natura aut propter naturam moventur. At simplicia corpora naturalia moventur vt sensu cognitum est: igitur aut natura aut propter naturam moventur. Si dicas natura: constat propositum. Si dicas ea propter naturam: igitur etiam habent motum secundum naturam. Motus enim secundum naturam dignior est natura perfectior. Motus autem violentus imperfectior est posterior. Insuper motus secundum naturam vnus mobilis tantum vnus est: vt ignis sursum / & terrę deorsum. Quod de motibus elementorum presertim intelligitur. Animalium enim plures sunt motus secundum naturam: vt in quibus a seipsis moventur. Motus autem propter naturam eiusdem sunt multi: vt ignis deorsum & terrę sursum: vtrumque motus lateralis a dextro in sinistram / & ab ante in post. Denique motus secundum naturam simplex est continuus est. Motus autem propter naturam multiplex est plerumque interruptus. Modo cuiusque conuenit motus posterior: est prior eidē conuenire natus est. **Secundo.** Quicquid quiescit: aut vi aut natura quiescit. Et in quocumque loco aliquid violente quiescit: in eundem locum violente fertur: & in quo natura quiescit / in eundem natura fertur. At aliquid in medio natura quiescit vt terra: ergo & natura fertur ad medium. igitur & alia perfectiora elementa naturalem habent motum. Si autem corpus aliquod violente in aliquo loco quiescit: aliquid est extrinsecum prohibens ipsum ne in naturalem locum moueatur: amoto igitur impedimento ipsum in proprium natura locum feretur. Est igitur corporum simplicium aliquis natura locus. **Tertio.** Si quiescentia suo ordine considerentur: aut tandem perueniatur ad vnū natura quiescentis: aut in infinitum fiet in quiescentibus progressus. At in quiescentibus progressum in infinitum fieri impossibile est: sicut in mouentibus est mobilibus: igitur tandem perueniatur ad vnū natura quiescens in aliquo loco: ad illum ergo locum id ipsum corpus naturalem habet motum. Nam vbicūque aliquid natura quiescit: in eundem locum ipsum ferri natum est. Et æquum est / quod propter naturam est: ad aliquid secundum naturam reducere. Et cuiusque quies violente conuenit: eidem & naturalis conuenire nata est. Est enim hęc prior: illa vero posterior. Quod si quis dicat cum Empedocle terram ob velocem celi circūgyrationem violente sustineri & in suo loco quiescere: igitur ipsa aliud ad locum moueri nata est: & si cessaret celi circūgyratio: tanquā amoto impedimento ad alium locum moueretur. Sed ipsa non moueretur in infinitum: quia nihil impossibile est fieri. Sed in infinitum actu est magnitudine pertransire spacium: impossibile est: igitur illud non est natum fieri: igitur terra in aliquo alio loco tandem nata est manere: igitur est ad illum locum naturaliter fertur. Est igitur corporum simplicium aliquis motus naturalis. **Correlariū.** Quapropter non est assentiendum Democrito & Leucippo dicentibus corpora moueri in vacuo & infinito. **Nam** specialiter determinare debuerunt quis eorum sit in vacuo est infinito motus / an secundum locum / res illius / sursum / aut deorsum / & quis motus naturalis & quis violentus. Si enim (vt dicunt) vnū corpus ab altero violente pellitur: ergo aliquis motus naturalis eis conuenire natus est. Nam cuiusque conuenit motus violentus: eidem conuenit est naturalis. Et cum primum mouens sempiternē mouet / non igitur mouet violente: cum nihil violente mouens sit perpetuo natum mouere. Et cū motus primus sit sempiternus: non est propter naturam: quoniam nullus violentus motus / perpetuus est. Quod si non assignauerint primum mouens secundum naturam: in violente mouentibus erit processus in infinitum / quod est impossibile. **Secunda conclusio.** Non est vera Timæi sententia dicentis elementa sese sine ordine mouisse ante mundi principium. **Primo.** Quia aut huiusmodi elementorum motus erat naturalis aut violentus. Si naturalis: ergo ferebantur qualiter ferri nata sunt: & primum mouens naturali motu mouebat / & grauia ferebantur deorsum & leuia sursum: & sic fuisset mundi iam facti ordinatio: quare mundus fuisset antequā fuisset conditus. quod est impossibile. Querendum etiam esset a Timæo an in tali motu inordinato elementa potuissent in talem temperiem & mixtionem conuenire ut ex eis corpora naturalia mixta fierent & componerentur: ossa / carnes & nerui. Quēadmodum carmine describit Empedocles: prius multa capita sine reliquo corpore separata fuisse: deinde amicitia coniungente illa capita suis corporibus esse compacta. Quod si elementa in huiusmodi contemperantiam conuenire possunt: igitur animalia & plante illic fuissent: est per consequens esset mundi ordinatio. Aut ipsa corpora mixta ante mundi exordium facta fuissent: quod æque est inconueniens. **Secundo.** Qui dicunt infinita mobilia inordinato motu ferri in infinito: aut omnium

Sententia Timæi.

Democritus; Abderites dictus est ab Abdera urbe Thraciae: & nunc quoque Clazomene dicta, clara quidem q. olim ab Abdera Diomedis forore condita fuerit; at ortu Democriti Physici longe clariore. Quid pyramis rotunda/quid rectilinea/que & laterata dicitur: ex septimo naturalium require. Sphaera uero/solidum est: a centro ad circumferentiam omnes rectas eductas lineas aequales habes.



Vartum cap. continet duas conclusiones, quatuor rationes ad primam, & nouem ad secundam. Prima conclusio. Non sunt infinita elementa Homiomerum quem admodum posuit Anaxagoras. Primo. Quia falsa uirtus dignitate/malae suppositione: quicquid Homiomerum est: esse elementum. Nam uideamus multa mixtorum corporum Homiomerum esse. ut lignum/ut lapis / in Homiomerisq; partes soluit: quae manifestum est non esse elementa. Non itaq; erit omne Homiomerum corpus: elementum. sed (ut diximus) irresolubile/indivisibileq; ad alterum specie.

Secundo. Ita sumentes elementum: nulla necessitate uergunt ponere infinita: sed omnia etiam finita faciendo, quae (ut ex infinitis saluare moluntur) saluare poterunt: ut ponendo duo/tria aut quatuor/aut quocunq; altero numero: quemadmodum facere conatus est Empedocles. Tertio. Ipsi accidit: non omnia ex Homiomeris quibuscunq; facere: ut faciem non facit ex faciebus: neq; unum quodq; secundum naturam figuratorum: satius igitur ipsa posuisset finita. Infinitum enim nihil excludere uidetur. Et sane melius finita: quae ut minima omnium ex eis de futurorum ostendisset. conformior disciplinae auctoribus: qui proloquium/dignitatemq; accipiunt: principia finita esse/aut q; tate: aut specie. Quarto. Corpus a corpore secundum proprias differentias differt. Corporum autem aduincem differentie finitae sunt: ut alio manifestandum est loco. Differt enim affectionibus sensibilibus. Sunt igitur elementa finita. Secunda conclusio. Neq; recte putat Democritus Abderites/eiusdemq; confessor Leucippus: primas esse magnitudines multitudinis quidem infinitas/magnitudine autem indivisibiles. & ex uno non multa: neq; ex multis unum: sed horum complicatione/confusioneq; omnia gigni.

Primo. Quia modo quodam oia faciunt numeros/ & ex numeris: tamen si id plane non dicant. Secundo. Quia corpora figuris differre aiunt: & quia infinitas ponunt figuras: ita & infinita ponunt simplicia corpora. Tertio. Quia q; elementis figurae accommodandae sunt: nisi igni (cui sphaera attribuit) non determinauerunt. sed aerem/aquam/ & terram magnitudine & paruitate discernunt: tanq; ea sint omnium q; elementa nuncupamus Paspemia/totumq; seminariu. Quarto. Sic dicentes: infinita rebus faciunt principia. & hoc quidem absurde. Nam elementorum differentie non sunt infinitae: neq; infinite uident. Quinto. Qui corpora magnitudine sine ponunt insecabiles: Mathematicas tollunt disciplinas/sensum negant: multaq; ipsi eisdem de motu & tempore concedere accidit incommoda: quae alio a nobis adducta sunt loco. Sexto. Pugnata dicitur. Qui enim fieri possit ut elementa/ignis/aer/aqua/terra: magnitudine & paruitate differant: q; ex indivisibilibus & magnitudine & paruitate euadunt composita? Septimo. Dicunt aerem/aquam/terram: ex se inuicem fieri. Sed quo modo: remanent enim semper maxima corpora segregata: non itaq; fiunt ex se inuicem: si magnitudine/paruitateq; molis differant. Octauo. Horum profecto suspitione q; corpora differant figuris: haud quaquam ponere debent infinita. Ponunt enim figuras omnes: ex Pyramidibus componit. rotundas quidem ex rotundis: & rectilineas ex rectilineis: & sphaera ex octo partibus. necesse igitur est aliqua esse figurarum principia. quae si duo fuerint: & duo erunt elementa/principiaq;. si tria: erunt tria, & ita de numero altero quocunq; : quare & totidem & finita quidem assignare debuisset simplicia corpora. Nono. Vnicuiq; simplicium corporum est unus proprius motus & simplex. motus autem simplices: finiti sunt. Nam simplices lationes/duae sunt & non plures: circularis atq; recta. Neq; quidem infinita sunt loca: ad quae infinite lationes esse possint. Non ergo infinita erunt elementa.

Notarum quarti capitis declaratio.

Pyramis rotunda est q; basi habet circulum: a cuius circumferentia erigitur superficies rotunda abies/ & in acume sursum desinit. Rectilinea uero pyramis est cuius basis est figura plana rectilinea a cuius unoquoq; laterum erigitur superficies: & oes simul pyramide ambietes in conu sumum pyramidis punctum conueniunt: q; laterata dicitur/ quia in basi et abitu diuersa habet latera. cuius si tria gignit basis est: pyramis tri latera dicitur. si uero quadrangulus est basis: quadrilatera et ita consequenter a basi nomine sumpto / ut in septimo Physicorum amplius declaratum est circa tertij capitis notas.

Quarti capitis prima conclusio. Non sunt infinita elementa consimilis naturae: sicut posuit Anaxagoras. Primo. Quia ipse supponit oes corporum homiomerum esse elementum/ quod falsum est. Nam lapis & lignum non sunt elementa ut manifestum est/ in se sunt corpora homiomerum. habet enim partes eiusdem inter se & toto naturae & nois: cuiuslibet ps lapidis sit lapis/et quilibet ps ligni sit lignum: igitur non oes corporum homiomerum est elementum/ sed illud solum quod in alterum corpus specie differens indivisibile est. Secundo. Quis Anaxagoras eo quo dictum est modo accipiat elementum: tamen non cogitur idcirco ponere infinita elementa, cum ponendo ea esse finita aequae immo melius omnia saluare poterit scitea ponendo infinita: quemadmodum Empedocles finita ponens / rerum generationes et corruptiones saluat. Tertio. Facies non componitur ex faciebus/ neq; manus ex manibus/ neq; quodcunq; aliud naturalem figuram habentiu ex alijs eiusdem naturae & nominis: igitur non omnia ex homiomeris constant. Et certe Anaxagoras melius elementa posuisset finita: tunc enim apte ostendisset ea esse minima illorum q; ex elementis composita fuerunt. Propriam enim elementis est ipsa esse minima & simplicissima illorum q; ex ipsis componuntur: ut litera in gramatica/ dicibilia in logica/ materia & forma in physica. Sic etiam consessisset alijs disciplinarum traditoribus: q; hac ut dignitate utuntur. Principia finita sunt aut quantitate aut specie/ ut litera in gramaticis finitae

et propositionem extrema in logicis finita/ sic & rerum naturalium substantia compositae partes/ finita sunt. Quarto. Unum corpus naturale ab altero secundum proprias differentias differt. Proprias autem differentias uoco accidentia sensibilia q; uni conueniunt/ alteri uero non. ut grauitas simpliciter terra/ & leuitas simpliciter igni: & ita de quantitate & latione. At corporum aduincem differentiae finitae sunt: igitur & elementa finita. Secunda conclusio. Non recte putat Democritus: corpora minuta/ magnitudine quidem indivisibilia & multitudine infinita esse rerum omnium principia. & ex uno non fieri multa/ neq; ex multis unum / sed ex horum comixtione & confusione omnia gigni. Primo. Quia ponentes illa esse multitudine infinita: tacite consistunt omnia ex numeris composita. Nam infinitum multitudine primo numeris & gratia numerorum alijs conuenit. id autem sua ipsorum sententia est inconueniens. Secundo. Quia dicitur corpora per figuras differre/ quod uero non consonat. Nam multa inueniunt corpora eiusdem figurae/ specie tamen diuersa, contra multa sunt diuersarum figurarum q; sunt eiusdem speciei: ut in cera/ auro/ ferro/ ligno/ notum est. Et quia infinitas actu ponit figuras (quod etiam uero dissonat) ideo simplicia corpora ponit infinita. Tertio. Quia igni sphaericam attribuit figuram. Alijs autem elementis q; figura naturae conueniat/ non determinauerunt: sed ponit cetera tria elementa/ aerem/aquam/ & terram magnitudine & paruitate ab inuicem differre: ac si ipsa essent omnium elementorum seminaria/principia/ & materiae. Quarto. Democritus & Leucippus secundum eorum dicta ponit finita esse rerum principia: quod falsum est. Nam ex infinitis finiti non compositi. Corpora autem naturalia finita sunt. Etiam elementorum differentiae non sunt infinitae/ sed finitae: ergo & ipsa elementa. Quinto. Qui ponit magnitudines indivisibiles sicut Democritus & Leucippus: principia Mathematica negat: quibus ponitur omnis magnitudo semper in magnitudines diuisibiles. Praeterea negat sensum quos aduincem diuelli conspiciunt: & multa de tempore & motu incidit incommoda in principio sexti physiceorum declarata. Sexto. Qui magnitudines asserit impartibiles/ aduincem repugnata & in ueritate impossibilia dicit. Nam dicitur elementa ex indivisibilibus secundum magnitudinem & paruitatem composita: & tamen ipsa elementa magnitudine & paruitate ab inuicem differre. At recte sequitur: elementa composita ex indivisibilibus magnitudinem & paruitate: igitur ipsa elementa sunt indivisibilia magnitudine & paruitate. Nam indivisibile additum indivisibili non constituit diuisibile: quare non aduincem differunt magnitudine & paruitate. Septimo. Elementa a se inuicem segregata remanere/ & magne molis esse conspiciuntur: ut aqua est segregata a terra/ & aer ab aqua/ igitur elementa secundum se tota non sunt ex se inuicem / non ab inuicem differunt magnitudine & paruitate: quorum uerumq; est dictis eorum oppositum. Octauo. Quis ponant corpora ab inuicem per figuras differre: non tamen idcirco debent corpora ponere infinita. Nam ponunt omnes figuras componit ex pyramidibus ut rotundas ex rotundis / & rectilineas ex rectilineis, & sphaeram ex octo pyramidibus partibus. Est igitur necesse aliqua figurarum esse principia. Nam omnis compositio ad simplicitatem/ & multitudo ad unitatem reducit. Et si illa principia fuerint duorum duo elementa/ si tria/ tria/ & ita de quocunq; libet altero numero. quare totidem & in numero quidem finito assignanda erant simplicia corpora. Nono. Vnicuiq; corporum simplicium unus est motus simplex/ & tantum unus. Motus autem simplices/ specie finiti sunt. Nam duae sunt lationes simplices & non plures: scilicet circularis & recta. Neq; loca ad quae sunt huiusmodi motus simplices/ sunt infinita. Nam duo sunt determinata extrema/ ut pote caeli concauum & concauum aquae/ quare & media siue intermedia loca determinata sunt. Nam determinata extrema media infinita esse impossibile est. Igitur neq; infinita sunt corpora simplicia & elementa. quod est propositum.

Quinti cap. nota. Paruarum partium/ subtiliorum partium/ paucioriq; secundum extensionem potentiae. Magnarum uero/ pluris secundum dimensionem potentiae. Ratio/ proportio.



Vintum caput continet quatuor antiquorum opinioniones, tres conclusiones, & tres rationes ad primam: tres ad secundam. Quatuor antiquorum opinioniones. Prima est ponentium tantum unum esse elementum: & ipsum esse ignem. Secunda est ponentium ipsum esse aerem. Tertia est ponentium esse aquam. Quarta itidem tantum unum esse asserentium: aquae/ aerisq; medium: & aqua subtilius & aere densius/ caelos & omnia continens: magnitudine infinitum. Prima conclusio. Perperam asserunt tale aquae/ aerisq; medium: ceteris esse elementum. Primo. Quia ex ipso: densitudine & raritate alia gigni uolunt. Verum enim uero ita dicentes: subiectis obuiant/ aliquid ipso elementum/ principioq; prius facientes. Est enim rarissimum/ in compositis: & in quod potius densiora resoluantur: densius autem compositius. quare cum compositio sit ex elemento: resolutio uero (quemadmodum aiunt) ad elementum: potius ipsum rarissimum ut aerem: ponere debuerunt elementum. immo uero cum ipsi fateantur ignem esse omnium rarissimum: ipsum maxime omnium ponere debuerunt elementum. Et nihil refert an ignis rarissimus sit admittat/ necne. Nam alteri rarissimum admittunt. quare aut ipsum/ aut tandem dabitur unum quod principium erit: & non ipsum medium. Secundo. Nihil differt densitudine & raritate alia gigni: & grossitie & subtilitate. Est enim grossum/ densum: subtile uero/ rarum. Rursum quid grossitie & subtilitate/ illa gigni sit: nisi magnitudine quadam & paruitate: Grossum enim/ magnarum partium est: subtile uero/ paruarum. Quod enim in multum extensum fuerit: subtile est / & ex paruis constare dicitur partibus. Sed tunc quid obsecro aliud facere uidentur: nisi rerum substantias magno & paruo discriminare? & omnia ad aliquid facere? Sunt enim magnum & paruum ad aliquid: quare nihil simpliciter/ absoluteq; : ignis / aer / aqua / aut terra: quod ipsum uidentur. Tertio. Praeterea si ipsa magno & paruo discriminant: erit quaedam ratio / proportioq; magnitudinum aduincem. quare quae rationem aeris ad aquam habet: aer est. & quae aquae ad terram: aqua. Sit itaq; ignis in maiori ad aerem ratione/ aer ad aquam/ aqua uero ad terram. quia in maioribus: minorum rationes insunt: erit igitur aliquid ignis sic se habens ad aquam sicut aer. & aliquid ad terram: sicut aqua. quare ipse: hoc erit aer / illud uero aqua. Hoc idem ostendit

dere liceret de terra: si maiores in densioribus ascendant rationes. **Secunda.** Qui ignem; omnium ponunt esse elementum: tamen si hoc diffugiant incommoda: in noua tamen incidunt atq; peculiaria. Nam hi bifidi/bipartitiq; sunt. Hi enim figuram vt Pyramidem; igni accommodant illi nullam. Qui figuram accommodant: hi in eruditius (& vt ita dixerim) crassiori inuenerunt id faciunt: cauam subdentes/ q; acutissima figurarum sit Pyramis: ignis autem acutissimum corporum sit. Alii paulo persuadentore nituntur ratione: q; corpora omnia ex eo quod simpliciorum/ subtiliorumq; partium est: componuntur: & figure solide ex Pyramidibus abeunt compositae. Quare cum ignis/ corporum subtilissimum & simplicissimum sit/ & Pyramis itidem solidarum figurarum simplicissima: tunc igitur primo & simplicissimo corpori ascribenda est. Qui vero igni nullam ascribunt figuram: ipsum solum subtilissimarum partium esse ponunt. Ex quo vt tumescant: alia gigni dicunt/ decisionesq; ex variis tumoribus fieri. Sed ita dicentibus accidere incommoda: nunc aperiamus. **Primo.** Quia si partes illae quibus ipsum constituunt: indiuisibiles esse statuunt: rationes prius positae ita esse vetant. & iterum quod subiungimus. Si itaq; indiuisibiles sunt: cum ex ipso constituatur aer/aqua/terra: talia corpora si biuicem partium proportionem respondent. Quae enim magnitudines similes sunt: quales erunt indiuisibiles omnes) constituunt: proportionaliter adinuicem sese habent. vt omnes partes atq; ad partes aeris atq; ignis: & totum ad totum & ita in ceteris. quauis forte aer plus aqua habeat: & subtilissimum densissimo. quare si minor magnitudo in maiore existit: & ignis magnitudo sit maxima: resolutibilis erit in aerem / in aquam / & reliqua. quare elementum non erit. Et ita si posueris aquam maioris magnitudinis: & ipsa erit & aer & ignis. Et cur etiam: cum omnia eque simplicium partium fuerint: hoc quod illud potius statuatur elementum: **Secundo.** Est: nunc agamus. dicant esse diuisibile: qui figuram ei propriam ascribunt. Pars igitur ignis non erit ignis: quia Pyramis ex Pyramidibus non consistit. imo corpus erit quod neq; elementum neq; ex elemento erit. vt pars ignis/ quae elementum non est: cum minime sit ignis/ neq; aliud elementum quicq; neq; ex elemento est. Et qui figuram ipsi non ascribunt magnitudine determinant. quare aliquid elementum potius elementum erit: cum sit minorum partium. & hoc abibit in infinitum: aut tandem ad indiuisibile decumbetur. Elementum enim id erit: quod minorum partium fuerit. Erunt item illa magnitudinum ratio: quam supra arguimus: & hoc ad hoc ignis/ ad hoc aer/ ad hoc aqua/ atq; terra. **Tertio.** Et hi & ceteri qui vnum solum ponunt elementum: comnune vitium atq; reprehensionem incurunt: q; vnum solum faciant naturalem motum. Omne enim naturale corpus: motus habet principium. omnibus igitur existentibus vnum: vnum erit motus/ & ad eundem terminum. vt si omnia sint ignis: sursum. & q; tota maiora fuerint/ plusq; ignis habuerint: tanto velocius sursum emicabunt. Quemadmodum maioris molis ignis: velocius deorsum fursum latet. nunc autem huius oppositum videmus in multis: quae maiora mole/ velocius deorsum fursum ruunt. Non igitur omnium elementum erit ignis/ aut aliud quodcumq; tum ob praedictas/ tum ob alias a nobis prius adductas rationes. **Tertia conclusio.** Plura & finita esse elementa necesse est. **Nam infinita esse non posse probatum est.** auctem probatum est non tantum esse vnum. Sunt igitur plura & finita.

Notarum quinti capitis declaratio.

Subtile est paruarum partium/ quia est rariorum & subtiliorum partium: paucum sub magna dimensione habens materia.
Grossum vero est magnarum partium/ quia est densiorum partium & multum sub parua dimensione habens materia. nisi capiatur pedale ignis & pedale terra: pedale ignis minus potentiae / materiae q; habet sub illa quantitate / & terra sub eadem quantitate plus habet materiae. quare ignis paruarum partium dicitur / & terra magnarum: non molem sed materiam attendendo / & raritatis / densitatisq; rationem.

Quinta capitis prima antiquorum opinio fuit dicentium ignem solum esse elementum. Et haec fuit Heracliti. **Secunda** ponentium ipsum esse aerem: & haec est Dio genis. **Tertia** ponentium tantum vnum elementum & ipsum esse aquam: ut Thales Milesius. **Quarta** est dicentium corpus aeris & aquae medium/ aqua rarius & aere densius esse elementum. Et dicebant huiusmodi corpus esse magnitudine infinitum: & caelum & terram ab eo contineri. **Prima conclusio.** Non bene asserunt ponentes corpus aeris & aquae medium ceteris corporibus esse elementum. **Primo.** quia cum ponat ex ipso p densitate & raritate alia gigni cogunt concedere aut illud medium non esse elementum aut primo principio aliquid esse prius. Na rarius simplicius & incopositius est / & ex paucioribus materiae partibus coponatur: & densius copositius / & ex pluribus materiae partibus constituitur. At copositius in simplicius resolutiuat: & igne densiora in rarius resoluunt. illud autem in quod alia resoluunt: potius elementum est / id quod in alia resoluunt. Na vni ex pluribus copositus: sit elementum / & vni in plura resolutio: sit ad elementum. igitur rarius potius elementum est / & densior prior est: corp? vero medium/ densior / ergo aer potius elementum est / & tale medium corp? imo cum ignis sit rarissimus / & ergo simplicissimus: in ipsum oia maxime essent nata resoluti: & igne maxime debuerit ponere elementum. Et siue concedat igne esse oim rarissimum suum / & nihil interest: quia concedit alterum corp? esse rarius / & corp? medium / igitur tale rarius est elementum / aut tandem vnum dabit quod sit elementum: et sic corp? medium non erit elementum: quod est positiois eorum oppositum. **Secundo.** Id est alia corpora ex medio huiusmodi corp? gigni distindit et raritate sicut grossitie et subtilitate: q; consequuntur raritate et densitate. Na grossum corp? densius est / & minus grossum: minus densius est magis grossum magis. Et subtile est rarius / minus quid est subtile: minus rarius / & si magis magis. Ipsa autem corpora grossitie & subtilitate gigni est ea gigni magnitudine et puitate q; consequuntur grossitie et subtilitate. Est etiam grossum: magnarum/ densarumq; partium / subtile vero: rararum et paruarum. Nam quod in multum secundum quantitatem extensum est: subtile dicitur / et ex paruis materiae partibus consistat. & quod minus secundum quantitatem extensum est: grossum dicitur / et ex magnis partibus materiae consistat.

Quare ad istum nihil aliud dicit nisi reru substantias magno & paruo differre: & oia esse ad aliqd. Magnu enim est qd altero maiori habet molem: paruu qd minore: & qre magnu & paruu sit ad aliqd. nihil itaq; simpliciter erit aut ignis/ aut aer / aut aqua / aut terra / quod est inconueniens. **Tertio.** Si huius opinionis assertores corpora adinuicem magno & paruo distingunt: habet magnitudo vnius ad magnitudinem alterius certam proportionem qua adinuicem differunt. Quod igitur corpus eam habet ad aquam proportionem magnitudinis/ quam aer ad aquam: est aer. & quod proportionem illam ad terram habet secundum magnitudinem quam aqua ad terram: est aqua. Sit itaq; ignis in maiore proportione ad aerem q; aer ad aquam, vt ignis in proportione quadrupla ad aerem/ aer vero in tripla ad aquam. Et aer sit in maiori proportioe ad aquam q; ad terram: vt aqua ad terram in dupla. Tunc sic. In maioribus proportionibus sunt minores tanq; in totis sua partes: erit igitur aliqua pars ipsius ignis (quae sit a) sic se habens ad aquam: sicut aer ad aquam/ quare a erit aer/ per principium prius positum. Similiter erit aliqua pars ignis vt b sic se habens ad terram sicut aqua ad terram: igitur b erit aqua. quare ipsius ignis vna pars erit aer & altera aqua: quod est impossibile. Sic & de terra ostendere promptum est: si densiorum corporum ad cetera maiores ponant proportionem: vt in margine posita formula monstrat. **Secunda conclusio.** Inconuenienter dicunt ponentes ignem omnium esse elementum. **Sane** hi bifariam distinguunt: nam aliqui Pyramidalem figuram igni attribuunt: alij vero non. Qui igni figuram ascribunt / imperitius loquuntur hanc rationem habentes. Figuram acutissima pyramis est: ignis autem corporum acutissimus/ igitur igni figura pyramidalis his conuenit. Sed multipliciter falluntur. Na pyramis acuta est figura: q; in acumen erigatur: ignis autem acutus / q; fortiter sensum penetret sua virtute actiua. Alij vero aliam asserunt rationem. Ex eo quod subtiliorum & simpliciorum est partium/ alia corpora componi rationabile est: & figure solidae ex Pyramidibus componuntur. Ignis autem simplicissimum est corpus: & pyramis solidarum figurarum simplicissima: igitur igni iure figura pyramidalis aptatur. Sed hi falsum assumunt/ figuras solidas ex pyramidibus componi / & pyramidem solidarum esse simplicissimam: nam spherica quae vnica superficie continetur simplicior est. Qui vero igni nullam adhibent figuram: ipsum dicunt esse elementum q; simplicissimam & subtilissimam sit partium / & idcirco omnia ex eo cetera corpora componuntur: ipso quidem igne per rarefactionem tumescente / & partibus ex huiusmodi tumore ab igne decisis / & ex illis: alijs corporibus generatis. **Sed** ita dicentes multa incommoda. **Primo.** Quia si partes illae ex quibus ignem componi dicunt sunt indiuisibiles / & ex ipso aer/aqua/ & terra constituantur: ipsa adinuicem secundum partes proportionem habent. Quaeq; enim partes constituunt magnitudines similes partium: proportionaliter adinuicem se habent. At partes huiusmodi indiuisibiles constituunt similes partium magnitudines: ergo adinuicem habent proportionem / vt partes ignis ad partes aeris & aquae / & vnum totum elementum ad alterum totum. Quis aer plures habeat partes q; aqua: & subtilissimum plures partes q; densissimum: quare cum minor magnitudo in maiore consistat/ tanq; pars in toto: & ignis / vt qui subtilissimus sit/ magnitudo sit maxima: erit igitur in minorum magnitudinum corpora aerem/ aquam / & terram resolutibilis. Sit enim magnitudo ignis vt 8/ aeris vt 6/ aquae vt 4/ terrae vt 2. In magnitudine ignis maiore est magnitudo aeris minor sicut 8/ & aquae 4/ & terrae 2. Est igitur ignis in aerem / aquam / & terram vt suas partes resolutibilis: & per consequens non est elementum. Nam elementum est irresolubile in alterum specie. Et si aqua ponatur maioris magnitudinis q; ignis: eadem ratione ostendetur q; ipsa aqua erit aqua & ignis. Et cum omnia ex aequae simplicibus partibus componantur: non videtur potior ratio quare vnum potius q; alterum dicatur elementum. **Secundo.** Admittatur solum ignis esse elementum vt volumus / & hoc pacto contra eos instatur. Quis elementum ignis dicat esse diuisibile: non tamen omnino effugiunt inconueniens. Nam qui pyramis figuram assignant. coguntur concedere q; pars ignis non erit ignis: cum pyramis non componatur ex pyramidibus: neq; pyramidis sit pyramis. Ignis autem pyramis est: quare pars ignis est pars pyramidis. Immo dabitur aliquod corpus quod neq; erit elementum neq; ex elemento. pars ignis enim non est elementum/ cum non sit ignis: sicut neq; pars pyramidis est pyramis: neq; est aer / nec aqua / nec terra: neq; est ex elemento. Qui vero igni figuram non attribuunt/ corpora adinuicem magnitudine distinguunt: quare aliqua pars elementi potius est elementum. Nam id potius est elementum quod minorum est partium: pars autem elementi est minorum partium q; totum elementum. & sic procedatur per minores partes in infinitum / aut tandem pervenietur ad aliquod indiuisibile. Praeterea magnitudines vnius ad magnitudinem alterius erit aliqua proportio: & pars aquae & terrae erit in igne: vt superius adductum est. imo eadem pars ad vnum erit ignis/ ad alterum aer / ad aliud aqua/ atq; ad aliud terra. **Tertio.** Qui vnum solum ponunt elementum: vnum solum & vnius naturae ponunt naturalem motum. Nam ex elementis composita sequuntur naturalem elementi motum: a quo mouendi vim accipiunt. Si igitur omnia ex vno componerentur elementa: tota illius motum seruaent & ad eundem terminum mouerentur. vt si omnia sint ignis: omnia mouerentur sursum. Et quanto mole maiora fuerint & plus igneae virtutis habuerint: tanto velocius sursum mouerentur: sicut ignis maiori mole uelocius sursum fertur: huius autem oppositum in multis conspicimus quae maioris sunt molis. & tamen uelocius feruntur deorsum: ut imgentia saxa. igitur non omnium elementum erit ignis. **Tertia conclusio.** Plura sunt elementa & finita. **Nam** non posse esse tantum vnum/ nunc probatum est: & non posse esse infinita/ in praecedenti ostensum est capite: igitur sunt plura elementa & finita. **Sexti capitis nota.** **Corpus corporeum.** Non corpus incorporeum.

4 ps ignis / 6
 6 ps ignis. 2.

| | |
|-------|----|
| Ignis | 24 |
| Aer | 6 |
| Aqua | 2 |
| Terra | 1 |
| Ignis | 8 |
| Aer | 2 |
| Aqua | 6 |
| Terra | 24 |

Quae antiqui figuram Pyramidalis igni tribuerunt.

Ignis 8
 Aer 6
 Aqua 4
 Terra 2



Extum caput continet duas conclusiones: duas rationes ad secundam. **Prima conclusio.** Elementa sempiterna esse/ impossibile est. **Primo.** Quia videmus ignem/ aerem/ aquam: & terram resolu. Aut igitur aliquando resolutio stabit/ eritq; aliquando totum resolutum: aut ipsum infinitum erit. Si finitum: & eius resolutio tempore erit infinito: & eius compositio tempore infinito. Et cum vnumquodq; natura constantium alio tempore componatur & alto dissoluatur: accidet vnum tempus infinitum extra alterum infinitum existere/ & vnum prius altero esse. Est enim compositio dissolutione prior. Hoc autem impossibile. Et si dissolutio alicubi stabit: aut hoc indiuisibile erit. hoc autem non: propter prius adductas rationes. aut diuisibile sed nunq; dissolubile: vt ipse dicebat Empedocles.

docles. hoc iterum non. Nam si maius dissolubile/corruptibile est: idem & minus erit. Videmus enim in eisdem quod maius est/difficilius: minus vero/facilius corrumpi. Quare cum maius corrumpatur ut voluit: & ipsum quoque minus rationabilius est aliquando corrumpi atque dissolui. Duobus enim ignem corrumpi videmus. Primo. Contactu contrarij: ut cum disperit extinctus. Secundo ut in seipsum marcescens tabescit/deficitque. & minor (ut parva flamma) patitur a maiori. Et quanto minor: tanto velocius absumitur. Oportet igitur elementorum corpora/corruptibilia esse: atque eadem in corruptibilia corrumpi. **¶** Secundo. Cum constet elementa generabilia esse: aut igitur generabuntur ex non corpore. At qui dicit ex incorporeo ignem generari: nihil aliud dicit quam si vacuum introducat separatum. Omne enim quod fit/in aliquo fit: & in illo/vbi prius existeret ipsum ex quo fit. Quod si nullum corpus extiterat vbi genitum est: vacuum ergo erat. Si vero alterum corpus posueris preter id incorporeum ex quo fit: duo igitur corpora simul erunt: scilicet quod factum est/ & quod illic ante factorem/generationemque preexistere: quod est impossibile. Manifestum itaque esse puto elementa in corpora resolui: & ex corpore reparari/atque gigni. **¶** Secunda conclusio. Haud tamen existimandum est: vnum commune corpus esse alterum ab ipsis: ex quo ipsa gignantur: & in quod ipsa resoluantur. **¶** Primo. Quia illud corpus: prius esset elementis. Atque ipsis elementis nulla sunt priora corpora. Sunt enim sensibilia corporum: prima. Non igitur est tale vnum aliquid commune corpus. **¶** Secundo. Quia aut gravitatem aut leuitatem habebit. Quod si sic aliquid elementorum erit. Omne enim simplex aut leue / aut graue: aut quod elementorum est. Aut prorsus gravitatis & leuitatis expers est: & tunc corpus illud ut moueatur nullam retinet aptitudinem. Immobile igitur erit huiusmodi corpus/ & Mathematicum. Nec in loco vspiam erit. Si enim in loco esset: aut moueretur/aut quiesceret. & si natura quiesceret: in eum locum natura ferretur. & si vi quiesceret: & vi & preter naturam ferretur in eundem. Et si non est in loco: ex eo nihil fiet. Quod enim fit: in eius (ex quo fit) loco fieri necesse est. Quo fit ut permanens relictum sit: cum elementa non fiant ex non corpore/ neque fiant ex altero ab ipsis corpore: ipsa ex se inuicem fieri.

¶ Notarum sexti capitis declaratio.

¶ Corpus/substantia corporea: ut ignis aer. **¶** Non corpus/substantia incorporea & que magnitudinem non habet: ut corpus hic substantiam principaliter significet.

Quid est elementa esse sempiterna secundum numerum.

¶ Sexti capitis prima conclusio. **¶** Elementa secundum numerum sempiterna esse non possunt. Tunc sane essent sempiterna secundum numerum: que ad eum numero semper manerent/ neque secundum partes suas euariarentur quod falsum est: licet maneat eadem secundum speciem/ et prioribus partibus corruptis alie succedant. **¶** Primo. Quia videmus in igne/ aere/ aqua & terra corrumpi. Aut igitur aliquando cessabit corruptio totius elementum sit corruptum: & tunc uniuersum esset imperfectum/ cum elementum sit de uniuersa integritate. Aut ipsi elementum erit infinitum magnitudine/ ut quantiscumque partibus corruptis, alie ab ipsis resurget/ corrumpenda. & tunc eius corruptio erit in finitum: quare & ipse erit in finitum. Impossibile est enim infinitum moueri motu finitum: & etiam impossibile est motum infinitum fieri in finitum/ ut sexagesimo philosophorum ostendit. Et eadem ratio est generatio erit infinita. & ipse in finitum. Sed uniuersumque rei naturalis generatio sit alio ipse/ & alio ipse corruptio: & ipse generatiois pcedit ipsi corruptiois: igitur erit duo ipse in finitum ab inuicem diuersa: unum prius et alterum posterius/ quod est impossibile. Generatio enim ipse & natura corruptiois pcedit. **¶** Si corruptio ad aliquam elementum pte cessabit nec ultra pcedet: aut illa pars data que non corrumpitur est indiuisibilis aut diuisibilis. Non autem indiuisibilis: ut rationes contra Democritum in primo capite adducte ostendunt. Si diuisibilis sed non corruptibilis/ ut dicebat Empedocles: hoc iterum non recte dictum est. Quia si bis que sunt eiusdem speciei maior difficulte corrumpitur: & minor mole/facilius: hoc propter maiorem resistentiam uim illud uero propter maiorem. ut maior ignis difficulte corrumpitur que minor et maior aqua difficulte resoluuntur que minor. Si igitur maior elementum pars est corruptibilis: a fortiori & minor: sed maior pars secundum eos corrumpitur igitur et minor. Ignis enim duobus modis corrumpitur. primo per suum contrarium: ut in fusione aqua aut flamine uarij/ et hoc per se. Secundo. quia deficiente alimeto in seipso deficit et paulatim deperit: p inde atque flamma in lapide coacta oleo. Et minor ignis patitur a maiori per accidens: sicut minor flamma a maiore corrumpitur: quia maior minori ipse totum absumit alimetur quo minor longiore ipse durasset. et quanto minor: tanto uelocius absumitur/ licet maior minoris sibi continuam seruet nec corrumpatur ab extrinseco & contrario: a quo quia flamma facilius corrumpitur si sit separata: igitur elementa sunt corruptibilia/ & in corpora corruptibilia resoluuntur: que non sunt eterna. **¶** Secundo. cum elementa sint generabilia/ aut ergo generabuntur ex aliquo incorporeo. Sed hoc non: quia tunc esset uacuum. Nam o quod fit/ fit in aliquo loco: et in eo quod in quo existerat prius illud ex quo fit. ut ignis ex ligno genitur in eo est loco in quo prius lignum erat: cadaver equi ubi prius equus/ igitur si nullum erat corpus in quo loco alterum genitum existerat uacuum. Sed si ignis fiat ex incorporeo: nullum erat corpus in loco quo genitus est ignis/ sed solummodo incorporeum: igitur ibi fuit uacuum. **¶** Quis si dicat alterum fuisse corpus cum ipso incorporeo ante generationem ignis: et ergo non fuisse uacuum: igitur post generationem ignis duo corpora simul erunt in eodem loco: scilicet ignis que genitus est corpus/ & illud corpus quod prius fuit cum incorporeo. Id autem est impossibile: igitur elementa ex corporibus generantur et in corpora resoluuntur. **¶** Secunda conclusio. Non est ponendum unum commune corpus aliud ab elementis: ex quo elementa fiant & in quod corrumpantur. **¶** Primo. Quia corpus ex quo alterum gignitur/ est prius eo quod ex ipso gignitur. Si igitur elementa gignerentur ex huiusmodi communi corpore: ipsum esset prius elementis. Elementa autem sunt prima corpora: neque ipsis sunt alia priora. Erunt igitur aliquod corpus primis corporibus prius: quod est impossibile. ergo non est ponendum huiusmodi corpus. **¶** Secundo. Quia aut tale corpus erit graue aut leue: & si sic/ erit aliquod elementorum. Nam omne corpus simplex graue aut leue: est elementum. At tale corpus esset simplex (cum ex eo gignantur corpora simplicia) graue aut leue: ergo est elementum/ quod dicto eorum repugnat. Aut nullam habebit gravitatem aut leuitatem: & tunc non erit natum moueri. Nam ut prius ostensum est: quicquid sursum aut deorsum fertur / graue aut leue esse necesse est: quare erit immobile / & a materia & motu abstractum/ quemadmodum corpus mathematicum. Neque tale corpus erit in loco. Nam si esset in loco: aut in eo moueretur aut

Quis ignis duobus modis corrumpitur.

quiesceret. que si quiesceret/ aut quiesceret natura aut uolente/ si natura in eundem locum natura ferretur/ & si uolente/ in eundem locum moueretur uolente: quod tamen nec graue nec leue esset. Quod si non est in loco: ex eo nihil fieri natum est. Nam omne quod fit in eius ex quo fit loco fit. Si igitur id ex quo fit non est in loco: neque id quod fit erit in loco. At omne quod fit in loco fit. igitur si corpus huiusmodi non esset in loco: ex eo nihil fieret. Cum itaque elementa non fiant ex non corpore/ neque ex corpore altero ab ipsis: relinquuntur ipsa ex se inuicem fieri & in se inuicem corrumpi. ut secundum de generatione latius ostendit.

¶ Septimi capitis nota.

¶ Corruptibilium principia/ elementa & corpora simplicia. **¶** Positio/ opinio.



30

Septimum caput continet tres conclusiones, quatuor rationes ad primam, & sex ad tertiam. **¶** Prima conclusio. Modus quo Democritus & Empedocles generationem elementorum ex se inuicem saluare nituntur: irrationalis est. **¶** Primo. Quia sua dicta ignorare uidentur: cum vnum quodque inquitant ex vno quoque segregari/ sicque apparere generari: non generationem ex se inuicem facientes/ sed apparentem generationem. perinde ac si res in vase deliteant: quas in luce & apparentiam proferas/ dicasque eas idcirco genitas. Sic autem generatio minime fit: sed ex quadam subiecta/ substrataque materia. **¶** Secundo. Eadem magnitudo cum arctior/ strictiorque fiat: non uidetur idcirco fieri debere grauior: quod quidem ipsi uolunt: quoties ex aere fiat aqua. **¶** Tertio. Quo pacto immixtum quod separatum fuerit: maiorem locum occupare necesse sit: & maius corpus in minore contineatur: quod tam sepe oportet: quoties ex aqua fit aer. Ampliorem enim locum sepe factus occupat. & vnum quodque rariorem & subtiliorem partium. quod aqua: feruore intumescens ostendit. que ad aucta mole: conferta uasa continentia etiam perfringit. Aut igitur erit uacuum / aut non extendetur corpora: quod & ipsi uolunt. Sed certe irrationalis est existere uacuo sepe quod extrahitur: ampliore mole se distendere necesse esse: quod tam oportet cum ex aqua fiat aer. Et que confugiu suum nullum sit ope uacui confitentium: alio quoque demonstratum est loco: cum nihil profusus esse queat uacuum. **¶** Quarto. Si eo pacto: segregatio generatio fieret: tandem ex se inuicem generatio casura/ defecturaque esset. Nam in magnitudine finitatis/ in finitum contineri impossibile est. Si itaque ex terra aqua deperis: aliquid ab ea distractum est / & generatione factum. Deinde iterum demendo: aut tandem absumitur/ stabiturque aliquo: aut sub mole finita/ in finitum sit contenta. quod est impossibile. Non igitur semper ex se inuicem generari quebunt. Non est igitur quo modo Democritus/ Empedoclesque uolunt elementorum ex se inuicem generatio. **¶** Secunda. Elementa: ex se inuicem tracta figuratioe non fuit (que admodum ex eadem erat: tracta figuratioe fit circulus & sphaera) ut nonnulli uolunt. **¶** Nam ipsa elementa/ indiuisibilia esse oportet: propterea que non semper Pyramis diuidatur in Pyramidem/ neque cubus in cubum/ neque pars ignis erit ignis/ neque pars terre erit terra: aut corpus dabis prius elementum: & quod non resoluatur in elementum / & quod non erit elementum. quandoquidem figuram nulli elementorum habuerit accommodam. **¶** Tertia. Neque item superficialium resolutione/ elementa ex se inuicem gignantur. **¶** Primo. Quia inconueniens est non omnia ex se inuicem gigni possi: sed eorum vnum (ut dicunt) transmutationis esse expers. que paucioribus constet triangulis & superficialibus. ex quo ideo gigni non potest: quod pluribus eget triangulis. Tum quia negant ea que certa sensuum experientia cognita sunt. Et huius quidem causa est: que ex non bene sumptis principijs omnia ad quasdam fiant opiniones defedendas: reducere uolunt. Atque tertiorum principia/ que rana esse uidentur/ sensibilia: sensibilia/ & corruptibilia: corruptibilia. Tum qui usque adeo suorum defendendorum sermonum sunt pertinaces: ipsorum sunt amatores. & quod libet accidens tanquam uera habentes principia sustinent: ex consequentibus & maxime ex fine / recte iudicandi occasionem non sumentes. Ut enim disciplinae facture finis/ opus est: ita & sensibilia cognoscere & que circa sensum versantur/ naturalis discipline finis est. **¶** Secundo. Accidit ipsis: tertiam maxime omnium esse elementum fieri oportere/ ut que sola incorruptibilia existat: & in quam alia resoluantur. que potiores uidentur esse elementi conditiones. **¶** Tertio. Accidit eis: triangulos / superficialisque remanere superfluas. ut cum ex illo quod plures triangulos habet gignitur id quod pauciores habeat: superflua residua/ que profecto non constituunt elementum firmis le ei ex quo genitum est: que longe plures requirat. Neque aliud quodcumque. Erunt igitur remanentes superflua/ otiosaque. **¶** Quarto. Quia generationem/ ex non corpore faciunt: quia ex superficialibus. **¶** Quinto. Aduersa disciplinis permulta confiteri coguntur: ut non omne corpus diuisibile esse: quod irrationalis est: quandoquidem uel intelligibilia illa Mathematica corpora: discipline ipse diuisibilia esse concedant. Et hi ut suam tueantur positionem: non omne sensibile corpus / diuisibile esse admittunt. **¶** Sexto. Quia elementa/ substantialisque elementorum figuris determinant. ut ignem Pyramide aut sphaera. quare sicut diuisa sphaera aut Pyramide: partes/ sphaera / aut Pyramis non existunt: ita partes ignis non erunt ignis. & ita de aere/ aqua & terra. quare aut ipsa indiuisibilia sunt: aut (ut iam diximus) aliquid est prius elemento.

¶ Notarum septimi capitis declaratio.

¶ Elementa & corpora simplicia sunt principia completa corruptibilium: que ex ipsis corpora naturalia mixta componantur. materia uero & forma sunt principia corruptibilium incompleta.

Sep̄timi capitis prima conclusio. **I**nconuenienter dicunt Democritus & Empedocles elementa ex se inuicem segregatione generari. **P**rimo. Quia sic dicentes non veram docent generationem & quomodo fiat / sed solum apparentem: quemadmodum si res aliqua in vase occultentur / & exponantur oculis spectantium: & idcirco dicantur genite. Nam generatio non fit hoc modo: cum ante segregationem res erant secundum substantiam aque sicut facta segregatione: sicut res in vase latentes non minus vere sunt / q̄ cum fuerint in lucem prolatae. Generatio autem fit / acquisitione formae substantialis in materia / & nouae substantiae productione. **S**ecundo. Quis magnitudo primo amplior sit & deinde fiat arctior: non tamen propterea oportet eam fieri grauiorem / cum eandem grauitatem seruet aqua cum dispersa est & deinde unita: & lamina ferri primo lata & deinde in massam redacta. Ipsi autem voluit quotiens ex igne fit aqua si acquiritur strictior magnitudo: & maiorem acquiri grauitatem. **T**ertio. Non bene fieri potest ut alteri immixtum cum ex ipso separatum fuerit / maiorem locum occupet: & maius corpus & amplioris extensionis minore corpore secundum molem contineatur. Oporteret tamen semper cum ex aqua sit aer: corpus / prius alteri permixtum / cum separatum esset / maiorem locum occupare: quia aer cum ex aqua factus fuerit maiorem rem habet quantitatem: & quicquid rariorem subtiliorumq; partium est: maiorem habet locum q̄ densius & grossius / quod de aqua seruicite clare constat. quae quis ante seruiorem totum vas non opplebat: tamen acquisita maiore quantitate vas continens (ne dimensiones se penetrent) frangit: quare aut erit ponendum uacuum aut corpora non extendentur: cuius ipsi dicunt oppositum. Sed non est rationale corpus quod separatur & extrahitur ex altero / se ad maiorem quantitatem extendere debere etiam existente uacuo. Id tamen oportet: cum ex aqua sit aer: ipsum scilicet aerem maiori mole extendi. Quod autem nullum a uacuo sumere possit suae positionis defendendae praesidium prius ostensum est in quarto Physicorum: ubi probatum est nullum posse esse natura uacuum. **Q**uarto. Si per segregationem fieret generatio ut ipsi dicunt: tandem elementorum ex se inuicem generatio deficeret. Nam si ex terra aliquid aquae auferatur: aliquid ab illa subtractum est & generatum. Deinde iterum tantumdem aquae auferendo: rursum aliquid generatur: & cum omne finitum per determinatam quantitatis ablationem tandem consumatur / nihil aquae residuum erit a terra auferendum: quare amplius ex terra non poterit fieri aqua: aut si semper aliquid superest praeter prius accepta auferendum: ipsum erit mole infinitum & tamen continebitur mole finita terrae: igitur sub mole finita continetur infinita: quod est impossibile. igitur elementa non generantur ex se inuicem per segregationem. **S**ecunda conclusio. Elementa non sunt ex se inuicem per transfigurationem & unius figurae in alteram mutationem: sicut ex cera circulari per uariationem fit nulla figurae sphaerica. **P**atet. Quia Pyramis non semper in Pyramidem diuiditur neq; cubus in cubum: ergo elementa non possunt diuidi in se inuicem / immo essent indiuisibilia. Similiter cum pars Pyramidis non sit Pyramis: & ignis sit Pyramis: igitur partes homio pars ignis non erit ignis. Sic cum pars cubi non sit cubus: terra autem sit cubus / igitur pars terrae non erit terra. Et accepta pars ignis sic formatur ratio. Ut aliquid elementum dicatur: debet habere figuram tali elemento conuenientem. si quod igitur corpus non habet figuram elemento conuenientem: non dicitur elementum. At pars ignis non habet figuram elemento conuenientem: quia neq; pyramis est neq; sphaera: ergo pars ignis non est elementum neq; resoluitur in elementum. Et cum pars sit prior suo toto: datur aliquod corpus prius elemento / quod est impossibile. **T**ertia conclusio. Neq; elementa ex se inuicem sunt per superficierum resolutionem. **P**rimo. Quia dicunt unum elementorum ex paucioribus triangulis & superficierum constare: & idcirco ipsum transmutari non posse: neq; alia quae pluribus egerit triangulis ex ipso generari posse. Id autem inconueniens est: non omnia scilicet ex se inuicem posse generari: cum non potior de uno elemento q̄ quolibet altero uideatur ratio. Etiam multorum q̄ gant ea quae sensu cognoscuntur: uidemus enim quodlibet elementum in alterum resolui. At huius causa est / quia proprias positiones defendere potius q̄ ueritatem inuestigare nituntur: neq; principia rebus ipsis recte accommodant. Nam sicut ea principia uersantur ut ex quibus aeterna constant / aeterna sunt: ita ex quibus sensibilia constant sensibilia sunt. & ex quibus corruptibilia: corruptibilia. Etiam qui usq; adeo pertinaciter propria dicta defendunt: ipsa ueritati praefertunt / quodlibet impertinens aut falsum ac si uera haberent principia asserentes: neq; recte indicandi rationem ex consequentibus & potissimum ex fine sumunt ut deberent. Nam sicut opus est finis artis: ut domus artis edificatoriae / calcus artis sutoriae / ita cognoscere sensibilia eorumq; proprietates: est finis naturalis philosophiae. **S**ecundo. Terra omnium elementorum sola incorruptibilis est & in quam alia resoluntur: quae potiores sunt elementum conditiones. igitur terra secundum eos maxime omnium debet dici elementum / quod est inconueniens. **T**ertio. Cum ex eo quod plures habet triangulos generatur illud quod habet pauciores: supersunt aliqui trianguli residui. Et illi non constituunt elementum simile ei ex quo genitum est / quia illud requirit longe plures triangulos q̄ supersunt: neq; constituunt aliud quodcumq; elementum eadem de causa: igitur remanentes trianguli erunt superflui & ociosi: quod est inconueniens. ut si ex igne habente octo triangulos fiat aqua habens sex / & totidem requirens: manent duo residui qui non constituunt ignem: cum ignis multo plures duobus requirat triangulos: neq; aliud componunt elementum propter eandem causam: igitur sunt superflui. **Q**uarto. Quia dicunt generationem ex superficierum fieri: habent concedere generationem fieri ex non corpore: quod disciplinarum principijs oppositum est. **Q**uinto. Admittunt non omne corpus sensibile esse diuisibile ut suam defendant positionem: quod manifestum est inconueniens & disciplinis repugnans. Nam in disciplinis corpora mathematica (quae solum intelligibilia sunt) conceduntur diuisibilia: ergo multo potius & corpora physica sensibilia / diuisibilia sunt. **S**exto. Quia substantias elementorum ab inuicem figuris distinguunt: ut ignem dicunt esse sphaericum aut pyramidalis figuram. ergo sicut diuisa sphaera aut pyramide: partes ipsius in quas diuiditur non sunt sphaera aut pyramis: sic partes ignis non erunt ignis. Et ita de ceteris elementis: igitur ipsa elementa indiuisibilia sunt: aut aliquid (scilicet pars elementi) est prius elemento: quorum utrumq; est impossibile.

Nulla figura diuiditur in se inuicem / immo essent indiuisibilia. Similiter cum pars Pyramidis non sit Pyramis: & ignis sit Pyramis: igitur partes homio pars ignis non erit ignis. Sic cum pars cubi non sit cubus: terra autem sit cubus / igitur pars terrae non erit terra. Et accepta pars ignis sic formatur ratio. Ut aliquid elementum dicatur: debet habere figuram tali elemento conuenientem. si quod igitur corpus non habet figuram elemento conuenientem: non dicitur elementum. At pars ignis non habet figuram elemento conuenientem: quia neq; pyramis est neq; sphaera: ergo pars ignis non est elementum neq; resoluitur in elementum. Et cum pars sit prior suo toto: datur aliquod corpus prius elemento / quod est impossibile.

Multorum q̄ gant ea quae sensu cognoscuntur: uidemus enim quodlibet elementum in alterum resolui. At huius causa est / quia proprias positiones defendere potius q̄ ueritatem inuestigare nituntur: neq; principia rebus ipsis recte accommodant. Nam sicut ea principia uersantur ut ex quibus aeterna constant / aeterna sunt: ita ex quibus sensibilia constant sensibilia sunt. & ex quibus corruptibilia: corruptibilia. Etiam qui usq; adeo pertinaciter propria dicta defendunt: ipsa ueritati praefertunt / quodlibet impertinens aut falsum ac si uera haberent principia asserentes: neq; recte indicandi rationem ex consequentibus & potissimum ex fine sumunt ut deberent. Nam sicut opus est finis artis: ut domus artis edificatoriae / calcus artis sutoriae / ita cognoscere sensibilia eorumq; proprietates: est finis naturalis philosophiae. Secundo. Terra omnium elementorum sola incorruptibilis est & in quam alia resoluntur: quae potiores sunt elementum conditiones. igitur terra secundum eos maxime omnium debet dici elementum / quod est inconueniens. Tertio. Cum ex eo quod plures habet triangulos generatur illud quod habet pauciores: supersunt aliqui trianguli residui. Et illi non constituunt elementum simile ei ex quo genitum est / quia illud requirit longe plures triangulos q̄ supersunt: neq; constituunt aliud quodcumq; elementum eadem de causa: igitur remanentes trianguli erunt superflui & ociosi: quod est inconueniens. ut si ex igne habente octo triangulos fiat aqua habens sex / & totidem requirens: manent duo residui qui non constituunt ignem: cum ignis multo plures duobus requirat triangulos: neq; aliud componunt elementum propter eandem causam: igitur sunt superflui. Quarto. Quia dicunt generationem ex superficierum fieri: habent concedere generationem fieri ex non corpore: quod disciplinarum principijs oppositum est. Quinto. Admittunt non omne corpus sensibile esse diuisibile ut suam defendant positionem: quod manifestum est inconueniens & disciplinis repugnans. Nam in disciplinis corpora mathematica (quae solum intelligibilia sunt) conceduntur diuisibilia: ergo multo potius & corpora physica sensibilia / diuisibilia sunt. Sexto. Quia substantias elementorum ab inuicem figuris distinguunt: ut ignem dicunt esse sphaericum aut pyramidalis figuram. ergo sicut diuisa sphaera aut pyramide: partes ipsius in quas diuiditur non sunt sphaera aut pyramis: sic partes ignis non erunt ignis. Et ita de ceteris elementis: igitur ipsa elementa indiuisibilia sunt: aut aliquid (scilicet pars elementi) est prius elemento: quorum utrumq; est impossibile.

Octocedra figura est: quae octo habet superficies. **E**cocedra uero: quae uiginti superficierum est / atq; basium. **C**ubica autem: quam Tesserarum figuram expriment. **A**ngulus acutissimus qui ex sphaera exteriori contactu causatur / is est: qui causatur ex linea recta regulariter super Diametrum cadente: & circumferentiae parte. quod decimaquinta tertij demonstratur Geometriae.



Constat cap. continet duas conclusiones, quatuor rationes ad primam, & septem ad secundam. **P**rima conclusio. Irrationabiliter figuram elementis adaptant: ut igni sphaeram aut Pyramidem / acri Octocedram aque Ecocedram / terrae uero talarem & cubicam. **P**rimo. Quia accidit eas non replere totum spacium. In planis enim ad inuicem nexae Trigone / Tetragone & Hexagone: totum replere uidentur. In solidis / autem tantum duae Pyramis atq; cubus. & tamen cum plura duobus sint elementa: plures solidas atq; corporales / totum replentes sumere oportet figuram. **S**ecundo. Omnia simplicia corpora: a loco & continente figurata uidentur. maxime autem aer & aqua. Non igitur elementi seruant figuram. alioquin non ubiq; aequarentur ac tangere continens: quod est impossibile. **T**ertio. Si transproportionetur aqua: ut si quo pacto in Pyramidem aut cubum figuretur: non erit amplius aqua / si elementa figuris differant. Hoc certe falsum est: & hoc nos docere uidetur natura / & non praeter rationem euenire. Nam subiectum & materiam oportet esse informem / & sine ulla siuapte natura specie. Sic enim (ut scribitur in Timaeo) melius uniuersis aptari poterit meliusq; speciem recipiet omnem. ita & de elementis putare oportet: quae compositis futura sunt ut materia. ut sine huiusmodi figuris: ad inuicem pati / alterari atq; transmutari queant. **Q**uarto. Et os & caro & alia continua: ex elementis esse non poterunt. Nam elementa ex superficie: rum compositione gigni ponunt. non autem ea quae sunt ex elementis. Quo fit ut si quis acute uelit inueniri / & eorum rationes examine perscrutare: ex eorum natura generationem auferre uideantur: nisi transumptione quadam: elementum generatione & ceterorum generatione uti dicantur. **S**ecunda. Neq; quidem figure: elementis ascendere: sunt: ob ipsorum motus / affectionesq;. **H**anc enim ob causam faciunt hi ignem: sphaeram: hi uero Pyramidem: quae haec maxime sunt mobilia / tangantq; minima: & ne quae firmiter iacet. Ignis autem maxime mobilis & minime fixus est. Et anguli ut astitit: est calefacere: & maxime calefactione incedere. ignis autem calefactus & incensus est: ideo hi Pyramidem esse dicunt: quae tota sit angulus. hi autem sphaeram: quae angulum / extra tangendo constituit omnium acutissimum. Et terrae / cubum ascribunt: quae haec figurarum ad bene manendum aptissima sit: maneat autem omnium firmissime terra. Sed haec non recte dicta esse aparet. **P**rimo. Quia tamen sphaera motui sit aptissima: non tamen motui qui igni proprius est: Et enim motus sphaerae rectus / igni proprius: sed circulationis aut uoluntationis. Et terra non ubiq; manet: sed in loco suo / quemadmodum & elementorum cetera. Quare sua ratione unum quodq; elementorum extra suum locum / Pyramis erit aut sphaera: quae bene moueatur. & in proprio loco: quae fixe maneat & stet: erit cubus. **S**ecundo. Si ignis calefacit & ardet: quae angulos habeat: omnia elementa / calefactione erunt: licet forte alterum altero minus: Nam omnia habent angulos: & cubus / & uiginti basium Ecocedra: & octo basium Octocedra: & Pyramis. Inquit enim Democritus: sphaera quidem & angulus ens quiddam exurit & ardet. **T**ertio. Id per manifeste falsum esse: Mathematica parant. Nam si sphaera & Pyramis calefacit & ardet: corpora Mathematica calefacient & ardebunt. Habent enim illa: & sphaeras / & Pyramides: & angulos: & in diuisibilia. quae si ita sese habeant (et in Mathematicis sint magnitudine indiuisibilia: cur ergo non calefaciant / ardescantq;: & tamen propter eandem causam: ignis calefaciat: exurat / & ardeat: differentiam adducant / causamq; assignent oportet. manifestum ergo esse uideatur: non ut dicunt ita esse dicendum. **Q**uarto. Si ignis sphaera: Pyramis sit: est: & quod ardet igitur: protinus quod ardet: sphaeram Pyramidem uel fieri necesse est. quod quod falsum sit. uel uiderint ipsi. **Q**uinto. Cum partes ignis sint ignis: si ipsum diuisibilem statuunt: ut eius incisionem & diuisionem quamcumq; / ratio figuram sequatur necesse est: si ignis partes: ignis esse debeant. quod tamen accidit. Dicere enim sphaeram non nisi in sphaera: & Pyramidem non nisi in Pyramide solui posse: per simile est ac si quis proloquatur / dignificet: aut ponat gladium non nisi in gladio: & ferram non nisi in ferris diuisi posse. **S**exto. Ridiculum certe est: igni Pyramidem attribere: quae figurarum aptissima sit ad secandum / diuidendum & separandum. Nam magis igni proprium est congregare / & ad continua reuocare. Congregat enim ea quae eiusdem tribus sunt. Et haec congregatio: per se est. Est enim continuatio & unitio: segregatio autem per accidens. Congregat enim (ut dictum est) quod eiusdem generis fuerit atq; tribus (quo dicunt Homophylon) & segregat alienum. Debuerunt igitur horum duorum ei figuram magis aptare: quod magis ei proprium est & competit. Hoc autem est congregare: & non dissipare & dissipare. **S**eptimo. Calidum & frigidum uirtute contraria sunt. Atqui frigidum contrariam assignare nequimus figuram. Nam figure nihil est contrarium. Et certe ipsi figuram assignare praeter miserunt omnes: & tamen conueniebat aut omnia determinare figuris / aut nullum attentare. Cur enim potius hoc quod illud: si ipsi diffident quidam: suppetias ferre uolentes. Aiunt enim frigidum magnarum esse partium: quae propter constringit / & per poros transire / expirare & diffilari nequit. erit igitur calidum transiens. tale autem omne: subtile est partium. quare calidum & frigidum. magnitudine & paruitate: & non figuris (ut defendere uolunt) determinant. Quam rem si pertinacius defendere pergant: & in igne magnae sint & paruae Pyramides: magnae non erunt ignis: & figura illa non erit causa caloris: quin potius contrarii effectiua. Magnum enim (ut aiunt) frige facit. Ex his itaq; per manifestum esse putamus:


elementa/passiones/affectioe sue elementorum/non esse figuris discriminandas. Sed que eorum propriissime differentie sint / & a quibus passionibus/operibus:& virtutibus pendeant (Habet enim eorum unumquodq; a natura: proprias & passiones/& opera/& virtutes inatas/& determinatas) futurus sermo indicabit. Quod cum cognitum fuerit: vniuersumque ad unumquodq; alterum differentias accipere que facillimum erit.

¶ Tertij de Cælo & Mundo Aristotelis finis.

¶ Notarum octauæ capitis declaratio.

¶ Figura plana est figura que linea aut lineis clauditur: ut circulus/strigulus. Que si tres habeat angulos: strigona dicitur / si quatuor: tetragona / si sex: hexagona & ita deinceps a numero angulorum denominationem sumendo. ¶ Figura autem solida est figura que unica superficie aut pluribus continetur: ut sphaera/Pyramis/cubus. Nempè sphaera/unica ambitur superficie. Pyramis autem & cubus pluribus circundantur superficiebus ut suis vltimis/extremis atq; terminis. ¶ Octoedra figura est figura solida/octo extremis superficiebus & basibus contenta. ¶ Ecocedra vero: corporea figura est que viginti superficiebus & basibus continetur. ¶ Cubica autem/figura solida est que longitudini latitudinem & profunditatem equam habet. cuius figurae sunt tres: ræ/sive taxilli. De quibus in decimo quinto geometriæ Euclidis ampla est determinatio: et potissimum in duodecime propositionis eiusdem libri commentario/vbi quæ vnicuique elementorum ab antiquis & platonis assignata fuerit figura / & quam ob rem; Campanus explicat. ¶ Si descripto circulo & eius signata diametro/ ab altero terminorum diametri ducatur linea recta cadens regulariter sine orthogonaliter super diametrum (id est cum diametro constituens duos angulos rectos) & linea illa tangat circumferentiam circuli in vno puncto/non tamen eam secet: tunc angulus constitutus ex tali linea recta & parte circumferentiæ dicitur angulus acutissimus qui fit ex circuli exteriori contactu. Et ita de sphaera est dicendum. Ut sit datus circulus a g b f: cuius centrum sit c / & diameter a b / super cuius vnum terminum a cadat linea recta d e orthogonaliter: ut cum diametro duos angulos rectos constituat: scilicet d a b / & e a b. Angulus d a f constitutus ex parte lineæ d a & parte circumferentiæ a f est acutissimus. Similiter angulus e a g constitutus ex parte lineæ recte e a / & parte circumferentiæ a g: etiam est angulus acutissimus qui fit ex circuli contactu exteriori. Et vterque dicitur angulus contingentiæ: ut decima quinta propositionis geometriæ Euclidis demonstrat.

Quid angulus acutissimus.



¶ Octauæ capitis prima conclusio. ¶ Inconuenienter Antiqui figuræ elementis attribuunt: ut igni sphaericam aut pyramidalem / Aeri octoedram / aquæ Ecocedram / & terræ cubicam. ¶ Primo. Quia in planis figuris triangulares/quadrangulares & sexangulares simul iunctæ totum replent spacium. In solidis autem figuris solum duæ/Pyramis & cubus totum spacium replent. At plura ducibus sunt elementa: igitur aliquibus conueniunt figuræ non replentes totum spacium/quod est introducere vacuum: aut saltem plures oporteret sumere figuræ solidas totum replentes spacium quod duas/ & eas elementis attribuere ad excludendum vacuum. ¶ Secundo. Omnia simplicia corpora a continente figurari cernuntur: potissimum aer & aqua. Nam si quis aquam in vase quadrato posuerit: ipsa in figuram quadratam se disponet. Deinde si eadem in sphaerico posuerit: figuram sphaericam: igitur corpora simplicia non seruant figuram elementis. Si enim elementis retinerent figuram/vi aqua Ecocedra ponatur in vase sphaerico & retineat istam figuram: ipsa non vbiq; tangeret vas sphaericum continens: sed inter eius bases & concuum vasis continentis interciperetur vacuum: quod est impossibile. Quod si non seruant figuram elementis: igitur elementa per figuræ abinueniam non differunt. ¶ Tertio. Si elementa per figuræ abinueniam secundum substantiam differant: ergo si aqua Ecocedra transfiguraretur in pyramidem aut cubum / amplius non erit aqua sed ignis aut terra. Nam quæ consimiles habent figuræ: consimilia esse oporteret elementa. Sed id manifeste falsum est. Nam sicut materia nullam habet in se determinatam & perpetuam ad determinatam formam: sed indifferenter quamlibet in se recipit. si vnam sibi propriam haberet: non posset alijs formis suscipiendis aptari. Sic elementa (ex quibus tanquam ex materia generantur mixta) sine determinatis huiusmodi figuris adinueniam gignuntur / corrumpuntur / & alterantur: ut melius ex eis cuiuscumque figuræ mixta producuntur. ¶ Quarto. Dicunt ossa carnes / & nervos non fieri ex superficialium compositione. Elementa autem ex compositione superficialium (ut asserunt) sunt: igitur os / caro / nervus / & cetera mixta non fiant ex elementis. Quare si eorum dicta diligenter examinentur: ipsi generationem ex naturalibus rebus penitus auferunt: aut quadam metaphora translationeque loquentes elementorum generationem vno modo / & ceterorum alio fieri dicunt.

Quare antiqui elementis attribuebat figuræ.

¶ Secunda conclusio. Non sunt figuræ elementis attribuendæ ob eorum motus & proprias operationes faciendas. ¶ Dicunt sane aliqui ignem esse sphaericam aut pyramidalem: quia pyramis & sphaera sunt maxime mobiles/minima tangunt / & nequaquam firmiter iacent: quod globus super terræ planiciem decurrens facile monstrat. Ignis autem maxime (ut aiunt) mobilis est: minima tangit / & minime fixus est: igitur ignis & sphaera. Præterea angulus (inquunt) vim habet calefaciendi & calefactione incendi. Ignis autem calefacit & incendit: igitur ignis est Pyramis. Est enim Pyramis tota angularis / & in cono angulū habet acutissimū. Eadē quoque ratione ignis est sphaera: nam sphaera angulū contactu lineæ exteriori constituit omnium acutissimū. Terræ autem cubicam assignant figuram: quia cubus ad fixe manendum aptissimus est: ut lapis cubicus in terram proiectus manet immotus. Terra autem omnium firmissime manet & quiescit: igitur terra est cubus. ¶ Sed quæ non recte dicant patet primo. quia motus rectus sursum est igni proprius. Sphaera autem non est apta motui recto sursum: sed girationi aut volutationi: ignis vero graviori & volutationi aptus non est: igitur sphaera non est apta motui proprio ignis: nec ignis est aptus motui proprio sphaeræ. Terra autem non vbiq; manere nata est sed solum in loco proprio sicut & quodlibet ceterorum elementorum. Et extra locum suum existens terra facile mouetur: et cetera elementa consimiliter: igitur sua ratione quodlibet elementum existens in suo loco erit cubus: quod ibidem maneat: & terra & unumquodque elementorum extra suum locum erit sphaera: quod facile mouetur. ¶ Secundo. Ignis calefacit & ardet quia angulos habeat: igitur quicquid habet angulos/consimili ratione calefacit & ardet. Nam consimiles causæ eosdem producunt effectus. At omnia elementa habent angulos/aliqua videri plures/aliqua vero pauciores: ut octoedrum corpus habet angulos / & Ecocedrum & cubicum: igitur omnia elementa calefaciant suapte natura scilicet aer/aqua/ & terra: quod est impossibile. ¶ Tertio. Sphaera/pyramis & angulus (ut ipsi dicunt) calefacit & ardet. Corpora autem mathematica habent sphaeras/pyramides & angulos: ergo corpora mathematica calefaciunt & ardent: quod est manifeste falsum (cum sint abstracta intellectui a materia & motu.

Nō enim potior est ratio cur ignis calefaciat & tamen mathematica corpora/idē quo ignis calefacit habentia/non calefaciant, aut sit qua sitæam asserant. ¶ Quarto. Ignis (ut dicunt) est sphaera aut Pyramis. At quod ardet: igitur in ignemque conuertitur & fit ignis: ergo quod ardet/fit sphaera aut Pyramis. Consequens est impossibile: ergo & illud ex quo sequitur. ¶ Quinto. Cum ignis diuiditur: nomen totius quamlibet partium sequitur/nam quilibet pars ignis est ignis/si igitur ignis sit sphaera aut pyramis: quamlibet partem eadem figuræ sequetur denominatione: & quilibet pars ignis erit Pyramis aut sphaera: & per consequens quælibet pars pyramidis erit pyramis, hoc autem manifestum est inconueniens. Nam qui dicit pyramidem non nisi in pyramides esse diuisibilem: simile est ac si pro proloquio/dignitateque & positione asserat/ gladium non nisi in gladios diuidi posse: & ferram solum in ferrā esse partibilem. ¶ Sexto. Magis igni proprium est congregare & vni alterum continuare: quod disungere & segregare. Nam congregatio per se est ad conseruationem. Segregatio autem per accidens & ad rei deperditionem. Congregat enim ignis ea quæ sunt eiusdem naturæ & speciei: ut vaporem vaporum/sumum fumo & cinerem cineri. Separat autem ea quæ diuersæ sunt naturæ & speciei: ut fumū a vapore/ & aqueum a cinere. Igitur potius debuerunt igni attribuere figuram qua congregaret/quod ei est magis proprium / quod segregaret / quod ei minus est proprium. Male igitur assignauerunt ei pyramidem/ quia aptissima figurarum est ad diuidendum & ad separandum. ¶ Septimo. Calidum & frigidum sunt contraria secundum virtutes: igitur contrarias habent figuræ: si elementa figuris agunt & transmutant. At frigidum figuram assignare impossibile est figuræ calidi contrariam: cum figuræ nihil sit contrarium/igitur neque calido assignanda est figura. Aut enim omnibus agentibus oportet assignare figuram aut nullam: cum non sit valentior ratio cur potius vni quod alteri assignentur figuræ. Aliqui autem volentes primis auxiliis esse: subijpsis contradicentibus frigidum esse magnarum partium & idcirco per poros transire non posse sed eos constringere. Erunt igitur calor aperiens/dissolvens/transiens & paruarum/subtiliorumque partium: igitur calidum & frigidum differunt magnitudine & paritate a se invicem: quod calidum paruarum sit partium/frigidum vero magnarum: non igitur abinueniam per figuræ differunt/ ut ipsi dicunt. Immo cum in igne sint magnæ pyramides & paruæ: & magnarum partium corpus frige facit ut dicunt: magnæ igitur pyramides frige faciunt: & non sunt ignes/ neque calorem efficiunt. Quare aliqua pars ignis frige facit: quod est impossibile. Non igitur assignanda est figuræ elementis figuræ ad eorum motus & transmutationes efficiendas. Cum autem unum quodque elementorum a natura habeat proprias operationes/ & virtutes a natura determinatas: quibus abinueniam ipsa proprie differant: & a quibus virtutibus eorum propriæ operationes: generationes/corruptiones/alterationes/ & lationes fiant: posse dicitur. Quod vbi deprehensum fuerit: cuiuslibet elementi ad alterum quoduis discrimen/ac differentiam assignare per se facile erit.

¶ Commentarij in tertium librum de Cælo & Mundo Aristotelis finis.

¶ Primi capitis quarti de Cælo note.

¶ Possenatura moueri/ aptum natum moueri. ¶ Sursum simpliciter / extremum cæli lune. ¶ Sursum ad alterum / extremum ignis. ¶ Extremum/concauum. ¶ Deorsum simpliciter/terra. ¶ Deorsum secundum alterum/aqua naturalium rerum scriet iurq; seruato. ¶ Antipes/ex opposito ad alterum pedes habens.



Virtus de Cælo continet sex cap. Primum vnam conclusionem, duas rationes ad eam, duas diuisiones, & quinque diffinitiones. ¶ Conclusio. Quid graue / quid leue / & quæ vtriusque natura existat: disquirere conueniens est. ¶ Primo. Quia hæc contemplatio / sermo inthus (qui de motu sunt) propria est. Diffiniemus enim graue & leue per posse natura moueri: quorum actibus nomina nulla posita sunt. Nos autem hoc in loco de eorum motibus intendimus: conueniens igitur huiusmodi disquisitio est. ¶ Secundo. Quia omnes antiqui virtutibus grauium & leuium vti sunt: sed per pauca determinarunt. conueniens itaque erit: quæ ab alijs dicta sunt ad dicendo tantum de ipsis & considerare: quantum nostro subseruiat proposito & nostram aperiat sententiam. ¶ Prima diuisio. Grauium quoddam est simpliciter graue / & quoddam graue ad alterum: quæ admodum est ligno dicimus esse grauius. Itidem leuium hoc simpliciter leue / illud vero ad alterum. Et de graui simpliciter & simpliciter leui nihil meminerunt neque diffiniuerunt quid aut graue aut leue ad alterum: sed habentium grauitatē aut leuitatem quid grauius aut leuius. ¶ Secunda. Quædam semper a medio ferri nata sunt: & hæc sunt quæ sursum feruntur. quæ dā vero semper ad medium: & sunt quæ feruntur deorsum. ¶ Sed existimauerunt quidam (& absone quidem) non esse sursum aut deorsum in vniuerso: quæ ex omni parte similes habeat partes. ut si quis tantum ambulet ut suo primo loco fiat Antipes: cōsimiles habebit mundi partes. quare non prius erat sursum / tunc vero deorsum. ¶ Nos dicimus sursum & deorsum non relatione ad nos sumpta accipi oportere. sed vbi cumque fuerit cæli extremum: ibi sursum. vbi vero eius medium: ibi deorsum. Quare qui antipes ita ambulando fieret: semper esset deorsum. ¶ Neque id verum est (quod putauerunt aliqui) hemisphaerium cæli supra nos / sursum: sed totum (quod pedibus nostris e regione subsum est) deorsum esse. quia credebant ex opposito non esse aliud cæli occultatum Hemisphaerium: quod falsum est. Ex his quid graue / & quid leue: elicere poterimus. ¶ Prima diffinitio. Graue est quod ad medium ferri natum est. ¶ Secunda. Leue quod natum est ferri a medio. ¶ Tertia. Simpliciter graue est quod simpliciter deorsum & ad medium fertur. ¶ Quarta. Leue simpliciter est quod sursum fertur & ad extremum. ¶ Quinta. Graue ad alterum est cum datis duobus æquatis motis motis grauius: alterum deorsum velocius / & alterum tardius feratur: quod velocius fertur: grauius dicitur: quod tardius / minus graue & ad alterum graue. Et ita de leui ad alterum suo modo sursum emicando dicendum est.

¶ Notarum primi capitis quarti de Cælo declaratio.

¶ Locus sursum simpliciter / extremum est & concuum cæli lune. Elementum quod est sursum simpliciter: ignis in extremo cæli

ter ut igne. Nō em̄ dicere qd id esse leue simpliciter qd paucissimos habet ex qb̄ cōponit̄ triāgulos et id graue simpliciter qd ex plu
 ril? cōponit̄ triāgulis. Nā maior ignis ex plurib? cōsimilib? triagulis cōstaret q̄ minor: cū maiorē habeat molē/ & resū magnitu
 do ex pluralitate sufficit: et triagulorū ex qb̄ cōponit̄ cōsurgat, ergo maior ignis ut decupedane? cēt grauior/ et minor ignis
 ut pedane? leuior: igit̄ maior ignis tard? ferret̄ sursum/ & minor ueloci? qd falsū est. Nā cōtra maior ferret̄ sursum ueloci? et minor
 tard? Ediuerso maior deorsū tard? precipitat̄/ et minor ueloci? p̄inde atq; de maiore terra et minore. **¶** Secūda cōclusio. Nō recte etiā
 dixerūt antiqui illud esse grauius quod maiorē habet molē: & illud leuius quod minorē. Nā huius oppositū inuenit̄ primo in cor
 poribus simplicibus eiusdē naturę: ut igne decupedali & igne pedali. Secūdo in simplicibus diuersę abinuiue naturę: ut igne de
 cupedali & terra pedali. Tertio in corporibus mixtis eiusdē naturę: ut duorū hominū minor mole inter dū est grauior ut q̄ am
 mo est depressiore & tardiore. & q̄ maioris est molis/ minus grauius: cū p̄sertim animū habet alacriorē atq; excitatorem: ob ne
 getiorē spiritū vigore/ q̄ in corpore quādā leuitatē atq; agilitatē inducit. Cuius facile piculū/ utriusq; talitū pōdere in latera cōsti
 tuto/ fieri posset. sic parua planta inter dū maiore eiusdē naturę grauior est. Quarto in corporibus mixtis diuersę naturę: ut in lana
 decē pedū & plūbo vnius pedis. Si enim mole maiora esset grauiora/ & minora mole minus grauiora/ ergo equalia secundū molē
 esset eque graua. quare corpora mixta ex clemētis mole equalib? cōposita: ex eque grauib? cōponerent̄/ & esset eque densa om
 nia: quod est impossibile. Et quis in simplicib? grauib? quod mole est maius sit grauius: & in leuib? quod mole est maius/ altero
 eiusdē naturę sit leuius: & in mixtis inter dū maiora mole grauiora sint: id tamē inuenerunt nō oportere/ neq; a mole grauiatē
 sumi debere. Philoſophus ostēdit. **¶** Tercia cōclusio. Nō recte dicit Democritus id esse grauius quod minus uacui habet interceptū:
 & id leuius quod plus habet uacui interceptū. **¶** Nā posuit Democritus omnia corpora naturalia cōstitui ex corpūculis atomā
 libus & indiuisibilibus/ inter q̄ uacūū est mediū. Et cū corpora ex equalib? multitudinē cōstaret atomis: inter unius corporis plena
 secundū Democritū plus uacui est mediū/ & id maius est mole & leuius. Inter alterū autē corporis solida/ plenaq; minus uacui
 mediū: & id minus est & grauius. Propterea ignis (ut inquit) leuior & maior est terra aut grauior & minor. Sed nō recte de
 terminauit Democritus leue & graue p̄ uacūū solū: quin pot? debuisset determinasse p̄ uacūū & plenū simul/ opposito tamē nō:
 ut id leue diceret qd plus uacui & minus pleni haberet: & id graue/ quod minus uacui & plus pleni haberet. Nā terra centū pedū
 plus uacui habet q̄ ignis unius pedis: q̄re ex rōne Democriti terra maior esset leuior paruo igne/ qd est inconueniens. **¶** Quid autē hęc
 nō bene dicta sunt, patet primo. quia aut Democritus determinat graue p̄ solidū/ & leue p̄ uacūū: id grauius esse diffinit quod p̄
 habet solidū: & id leuius quod plus habet uacui. Aut determinat graue p̄ minus uacuum & leue p̄ magis uacūū: id grauius
 esse dicens quod min? habet uacūū: & id leue quod plus inter atomalia corpuscula habet uacūū. Aut determinat graue & leue p̄
 portioe certa pleni ad uacūū, ut id dicat esse leuius cuius uacui ad plenū est maior p̄portio/ id uero grauius cuius uacui ad plenū
 est p̄portio minor. Ut sit ignis a cuius uacūū sit ut 12/ plenū ut 6. b autē terra cuius uacūū sit ut 9/ plenū ut 6. maior est 12 ad
 6/ q̄ 9 ad 6 p̄portio: igit̄ accessit leuior & b grauior. Nō primū dici pot? ut scilicet determinet graue solido & leue uacuo. Nā mul
 tus ignis ut cētū pedaneus/ plus habet solidū q̄ modica terra ut pedanea/ quod si quis negauerit/ determinata solidū uacui ad solidū
 alterius p̄portione tantus accipiatur ignis: quousq; totius ignis solidū excedat terrę solidū. ut si solidū ignis centū pedaneus sit ut 8
 & terrę pedaneus solidū ut 12: accipiat̄ ignis ducentorū pedū/ cuius solidū erit ut 16/ & maius q̄ datē terrę pedaneę solidū: &
 idē ualebit argumētū/ ergo ignis centū pedaneus esset grauior terra pedaneę quod est inconueniens. Similiter in multa aqua plus est
 uacui q̄ paruo aere: ergo cū leue uacuo determinetur/ multa aqua est paruo aere leuior: quod est impossibile. Nec secundū dici pot?
 ut graue minore uacuo determinetur & leue maiore. nā multa terra plus habet uacūū q̄ modicus ignis: ergo multa terra erit leuior
 modico igne. At terra grauis est simpliciter/ & ignis simpliciter leuior ergo leui? deorsū feret̄ & grauius sursum: q̄ sit impossibilitatē
 diffinitionū prius positarū opposita. Neq; tertū dici pot? graue scilicet & leue sumi secundū p̄portioe uacui ad suū solidū. Nā
 manifestū est in corporibus simplicibus grauib? q̄ mole maiora sūt ea grauiora esse/ & minora minus grauiata: idē in leuib? ma
 iora leuiora esse/ & minora minus leuia. Sit itaq; a ignis duodecim pedū/ cuius uacūū sit ut 12: & plenū ut 6. Sit b ignis octo per
 dū cuius uacūū sit ut 8 & plenū ut 4. Si graue & leue sumantur secundū p̄portioe uacui ad plenū: igit̄ in leuib? quib? equa
 est uacui ad plenū p̄portio: est equalis leuitas. At uacui ad plenū ipsi? ignis a/ & ignis b: equa est p̄portio scilicet utrobisq; du
 pla: igitur ignis a est eque leuis sicut ignis b. Sed ignis a p̄ hypothēsū est maior/ & ignis b minor scdm̄ molē. Nō igit̄ mai? scdm̄
 mole leuius est qd est principij datio oppositū. Similiter sit eadē rē ita hypothēsū & p̄portioe/ a terra duodecim pedū/ et b terra octo
 pedū: & eodē mō ducat̄ argumētū. **¶** Secūdo. qd cū Democrit? dicat uacūū esse causā leuitatis/ & leuitas sit sursum motus: dicit etiā
 uacūū mouere sursum/ & solidū qd est cā grauitatis mouere deorsū: hoc autē inconueniens: cū uacūū nullā habeat mouēdi uirtutē: po
 situs igit̄ debuit dicere uacūū moueri sursum & solidū ferri deorsū. At qd dat sciētā simpliciter: dat & cōpositorū. igit̄ satis suis
 set determinasse de motu uacui & solidi et nō de motu cōpositorū: qd minime sc̄h̄tauit. **¶** Tertio. Si uacūū qd leuitatis cā mo
 ueret̄ sursum: & solidū qd grauitatis effectiū tēderet deorsū: posset abinuiue separi/ & sepatim quodlibet ad p̄priū locū moueri.
 Quid si separent̄: dabit̄ aliqd corpus naturale qd nō cōstituet̄ ex pleno cōmixto uacuo: sed plenū sine uacuo/ & uacūū sine pleno in
 uacuo: qd est inconueniens. **¶** Quarto. Inconueniens est ipsi uacuo locū sursum assignare in quo recipiat̄: nā potius uacūū esset locus. &
 si moueret̄: ad aliqd locū ipsū moueri necesse esset/ & in aliquo esse locos qd est impossibile. **¶** Quinto. qd si uacūū moueat̄: nec
 se esset ipsum ab aliquo moueri. Merito igit̄ qd dū est qd esset cā motus uacui: & qd principij motus eius effectiū. Et cū nullū
 recte assignari posset: manifestū est uacūū moueri nō posse. **¶** Quarta cōclusio. Nō recte dixerūt antiqui illud esse graui? qd p̄
 habet materię: & illud leuius: quod minus. **¶** Nā si omniū rerū naturalū materiā ponat̄ eiusdē speciei: nihil erit simpliciter leue.
 Nā ipsū ex minima & paucissima deberet materia cōstitui. At cū materia grā quantitatis ei cōiūctē in infinitū sit diuisibilis: quā
 tūq; data materia cōtingeret dare minorē: q̄re dato quocūq; leui posset dari leuius: ergo mobilis esset simpliciter leue. Sic simpliciter
 graue ex maxima deberet materia cōponi. At data quocūq; materia cōtingeret dare maiorē p̄ adiectionē picule materię: quare dato
 quocūq; graui posset dari grauius. ergo nihil esset simpliciter graue. Præterea multus ignis plus habet materię q̄ modica terra:
 ergo magnus ignis esset grauior modica terra: quod est falsum. Si uero diuersas & cōtrarias ponat̄ materias: unam quę facit

Ignis
 A
 vac. ple.
 12 6
 terra
 B
 vac. ple.
 9 6
 ignis maior.
 A
 vac. ple.
 12 6
 ignis minor.
 B
 vac. ple.
 8 4

uacuum & alteram quę facit plenum: igitur solum erit leue simpliciter / compositum ex materia quę facit uacuum: & gra
 ue simpliciter / compositum ex materia quę facit plenum: & nihil erit graue secundum alterum aut leue secundum alterum.
 Hęc autem sunt inconuenientia: igitur & ea ex quibus sequuntur. **¶** Tertij cap. notę.

¶ Ad speciem/ ad formam/ ad perfectionem. **¶** Secundum substantiam/ secundum perfectionem.

¶ Tertium cap. continet unam conclusionem, unum correlarium, & duas differētas
 mobilitum secundum locum ab aliis. **¶** Conclusio. Vnūquodq; sensibile in
 suum locum consimiliter fertur ut ad speciem. **¶** Nam tres sunt motus species: se
 cundum q̄titatē/ secundum qualitatem/ & ubi. & secundum q̄titatē & qualitatem
 sit mutatio ex determinato in determinatū: ut ex cōtrario in cōtrariū. aut secundū
 mediā, & nō indifferenter in quodlibet. ut augmentabile/ ut augmentabile est/ cre
 scit: & nō alterat̄. & alterū augmentabile & alterū augmentatū/ & alterabile & altera
 tiū. ita loco mutabile ut tale loco mutat̄. ut leue sursum/ & graue deorsū. Et sursum
 motuum suapte natura leue factiū/ & deorsū graue factiū. Et sursum mobile (si liceat nominibus
 ut) leuificabile/ & deorsum mobile grauificabile. Sed qd hoc pacto ut ad speciem natum sit ad suum lo
 cum moueri: hinc sumitur iudicium. qd omnia quę hunc in modum feruntur: continent sursum & deor
 sum: & hoc modo ut continens sit ut species contenti/ semper certe quod superius est/ ad id quod sub eo
 est: ut species ad materiam sese habet/ ut cælum continet ignem/ ignis aerem/ aer aquam/ & aqua terram.
 & hunc in modum mouentur: & ita mota quiescunt. Mouentur igitur omnia consimiliter & suapte na
 tura ad sua loca / & ut ad speciem. Quęre certe propter quid leue ut ignis fertur sursum/ & propter qd
 graue fertur deorsum & non alio: perinde est atq; si quęsieris propter quid sanabile in sanitatem trans
 mutatur/ & non in albedinem. Et cur augmentabile in magnitudinis incrementum & non in sanitatem.
 Simile enim & in quanto/ & in quali/ & in loco. **¶** Correlarium. Vnde fit manifestum: non esse (ut anti
 qui uoluerunt) hęc in rerum ordine sic moueri: quia simile moueatur ad suum simile. **¶** Nam si intellexe
 ris terram in orbem lunę translata: suę partes non idcirco de mundi centro (quia eis ipsis sit similibus)
 mouebuntur ad illam. Sed si de centro demutetur: relabentur ad centrum. nam ubi totum: & totius par
 tes ferri natę sunt. **¶** Duę differentię mobilitum motus secundum locum & aliorum. **¶** Primo. Quia se
 cundum locum mobilia leue & graue: habent in seipsis principium sui motus. augmentabile & alterabi
 le principium sumunt ab extra: quāuis & aliquando ab intra. **¶** Secundo. Quia mobilia secundum
 locum ut graue & leue: habent sua principia substantię propinqua. Alia uero remota. Cuius signum
 est. quia latio absolutum atq; consecutorum complementum est: & generatione ultimus motus. quare
 erit secundum substantiam primus. Cum enim sit ex aqua aer: ex graui sit leue. ferturq; q̄ primū sur
 sum: tam actu existens & quantum/ & quale & ubi. Conueniunt tamen: quia quemadmodum amoto
 impedimento: præsentē nutrimento/ augmentabile augetur. & præsentē alterante: alterabile alteratur.
 Ita graue extra suum locum positum: amoto impediēte: in suum locum fertur/ & leue in suum. mo
 uet enim primū/ impedimentū remouens/ & vnde resilit. Sed de his in Physica discussum est sufficienter.
¶ Notarum tertij capitis declaratio.

¶ Corpus naturale dicitur moueri ad locum ut ad speciem: quia ad locum naturalem mouetur tanq̄ ad suam perfectionem: ut q
 rem naturalem conseruet & contineat. Et quemadmodū forma substantialis ipsius rei perfectio est/ ita & locus sui corporis lo
 cati: hic accidentalis & extrinsecus/ illa uero essentialis & intrinsecus. **¶** Motus localis dicitur generatione ultimus motus & se
 cundū substantiā primus: quia post alios motus augmentationē & alterationē rebus cōuenit/ & tempore posterior est: primus
 tamen perfectione: quippe qui ceteris motibus accidentariis perfectior est. **¶** Cum dicitur: sursum motiū/ suapte natura leue fa
 ctiū est/ & deorsū motiū/ graue factiū: his uerbis licet obscuriuscule inuict qd grauitas & leuitas nō proueniunt ab his quę
 in præcedenti capite dicta sunt, scilicet superficiērum pluralitate/ maiore mole/ uacui aut pleni interiectione/ aut materię abundan
 tia: sed a forma substantiali producente grauitatem & leuitatem ut sint instrumenta ad mouendum sursum aut deorsum.

¶ Tertij cap. conclusio. **¶** Vnūquodq; corporum sensibile simplicium ad naturalem suum locum mouetur tanq̄ ad suam
 perfectionē. **¶** Nā motus accidentalis tres sunt species secundū p̄dicamenta denominatę/ secundū quantitatem augmentatio
 & diminutio/ scdm̄ qualitatem/ alteratio: & scdm̄ ubi/ loci mutatio. Et sicut augmentabile q̄tenus augmentabile est/ crescit & nō alterat̄
 (quis em̄ cōtingit idē simul augeti et alterari: hoc tñ accidit/ neq; augmentatio in q̄titate ut suū idē terminū) Et alterū re & rōne
 est augmentabile & augmentatū. Est enim augmentabile: materia augmentationis/ & maioris quantitatis susceptiua: augmentati
 uū uero/ actus substantialis augmentatiōis effectiū. Ita alterabile ut alterabile est alterat̄ & nō loco mouetur: & alterum alterabi
 le & alteratiuum. hoc actus/ illud uero potentia. Sic loco mutabile quatenus loco mutabile/ secundum locum mutatur & non al
 teratur: & alterum loco mutabile & loco mutatiuum. Hoc enim primi actus proprium est/ illud uero materię: quę subiectum
 est uniuersū. Et sursum motiū suam naturā est leue factiū: nam forma substantialis nata efficere motum sursum pro
 ducit leuitatem in propria materia: tanq̄ instrumentum quo sursum moueat̄. & deorsum motiū est graue factiū: cum for
 ma substantialis nata mouere deorsum efficit in propria materia grauitatem: quā ut instrumento utatur ad mouendum deorsum. **¶** Quare
 Et sursum mobile est leuificabile siue natum fieri leue/ & in se leuitatem suscipere: ut materia ipsius leuis / aut totum leue gratia
 materię. Et deorsum mobile est grauificabile: id est natum fieri graue/ & in se grauitatem suscipere: ut materia ipsius grauis/ simi
 liter & totum graue propter materiam. **¶** Quod autem unūquodq; sensibile moueatur ad suum locum tanq̄ ad perfectio
 nem/ patet: quia continens perfectus est in simplicibus contentis. Siquidem continens est ut species contenti. nam quanto species &
 stant. ali.

forma substantialis est perfectior sua potentia sine materia: tanto continens est perfectior & dignius suo contento. Et cum superius elementum continet/inferius autem continetur: certe superius naturale corpus ad id quod sub eo est se habet secundum perfectionem ut formam substantialis ad materiam. Sed locus naturalis est continens corpora que ad ipsum moventur sive sursum/sive deorsum & ea conferuans: igitur corpora naturalia moventur ad locum naturalem ut suam perfectionem. Et quemadmodum ridicula est interrogatio qua quispiam quereret propter quid augmentabile tendit in maiorem quantitatem & non in sanitatem/ aut quare sanabile in sanitatem tendit & non in albedinem: ita ridicula est quaestio censenda qua quis interrogaret quare leue fertur sursum/ & graue deorsum. Nam sicut augmentabile in augmentum tendit & non sanitatem: quia augmentabilis terminus est augmentum & non sanitas. Et sicut sanabile in sanitatem tendit & non in albedinem: quia sanabilis terminus est sanitas & non albedo: ita leue sursum tendit: quia terminus ad quem motus leuis est sursum. Et graue deorsum mouetur: quia terminus ad quem motus grauis est deorsum. Correlarium. Vnde manifestum est quod corpora naturalia non moventur secundum locum in mundo sensibilibus: quod simile moueatur ad suum simile/ ut ignis ad ignem/aqua ad aquam. Na si tota terra intelligatur esse in concauo orbis lune & aliqua eius partes residua in medio mundi: illae partes terra non mouebuntur sursum ut simile sit cum suo simili. sed & tota terra & partes eius relabentur ad centrum: ut sint quemadmodum natae sunt esse/ & in suo loco naturali quiescant. Nam ad quemcumque locum totum ferri natum est: & eius partes omnes: si modo totum corpus/simplex fuerit. Et licet motu naturali sepe numero simile moueatur ad suum simile: nam ad quemcumque locum mouetur corpus simplex: ad eundem quodlibet alterum consimilis naturae ferri natum est. hoc tamen non est propter similitudinem naturae quam antiqui pro tota causa motus naturalis assignabant: sed accidit simile ad simile moueri. Prima differentia mobilium secundum locum ab alijs: quia mobilia secundum locum habent principium sui motus effectuum intrinsicum & intra se: ita mobilia substantialia: scilicet formam rei naturalis moderatricem & principem: quod accidentale scilicet grauitatem aut leuitatem. Augmentabile vero & alterabile habent principia ab extra. ut augmentabile/alimentum ab extra sumit: & homo frigore torpens ab extrinseco calefit, & aeger ab extrinseco ut potionibus & medicamentis alteratur. licet etiam augmentabile & alterabile pleraque principia habeant ab intra: ut pote formam substantialem quae cum naturali calore/augmentationis est effectiua: & aqua sua formam habet frigiditatis reparatiuae. Secunda differentia. Mobilia secundum locum habent sua principia substantiae/perfectionis: propinquata quia ipsa secundum locum mobilia/completa & perfecta sunt: neque per motum eis quiescunt aut auferuntur. Augmentabilia autem & alterabilia sunt substantiae remotae: quae non omnino completa & perfecta sunt: sed hisce motibus ad perfectionem tendunt aut ab ea deficiunt: & a substantia sua demittuntur, aut nouae partis additione aut ablatione. Cuius signum est quia latio conuenit substantiis absolutis/perfectis: & completum conuenit/ & ultimo rebus naturalibus conuenit: quare perfectione primus est. Solum enim natura ab imperfectioribus ad perfectiora procedere & postrema prioribus perfectiora reddere. Nam cum ex aqua fit aer: simul cum generatione fit augmentatio ut rarefactio/ & alteratio ut calefactio. Cum vero aer acquisitus est perfectiorum leuitatem consecutus sursum mouetur. Et in animalibus latio manifestius auentionem & alterationem sequitur. Conueniunt tamen mobilia secundum locum cum augmentabilibus & alterabilibus: quia sicut remoto impedimento & praesente nutrimento augmentabile augetur: & non potest non auergeri. Et aqua igni superposita calefit: & non potest non caleferi. Ita remoto impedimento mobile secundum locum fertur ad suum locum naturalem: & non potest non ferri. Remouens enim impedimentum est causa incipiens motum: natura autem subministrat mouendi uirtutem. ut trabem loco dimouens super quam lapis quiescit/motum lapidis inchoat: & vis propria lapidis motum continuat. Sic unde mobile resiliit/ ut paries contra quem proiectus est globus resiliens: etiam mouet: licet per accidens. ut quarto capite octauo Physicorum dictum est.

Quarti capitis nota. Omnis/mobilitas/omnibus alijs. Sublat/natum est sublat. Grauitas aeris in igne/minor leuitas. Leuitas aque in terra/minor grauitas.



Vartum cap. continet quatuor diffinitiones, duas conclusiones, tres rationes ad secundam. Prima diffinitio. Graue simpliciter est quod omnibus substat. ut terra. Secunda. Leue simpliciter: ad omnibus supereminet. ut ignis. Tertia. Graue secundum alterum: graue est cui ambo conueniunt. ut aqua substat aeri & supereminet terrae. Quarta. Leue secundum alterum: leue est: quod substat & supereminet: ut aer igni substat: & aqua supereminens. Et haec ipsis secundum seipsa: & eorum quantascumque particulas conuenit modo qui dictus est: aut substat aut supereminere. Et quaecumque mixtorum grauita sunt aut leuia: ab his suae grauitatis & leuitatis fortuantur naturam. Et non quod in aliquo/altero grauius fuerit: in quocumque/eodem grauius esse oportebit. Nam ligni talentum paruo plumbo in aere grauius est: plumbum autem in aqua grauius. Et hoc ideo est, quia omnia elementa praeter ignem videntur quocummodo habere grauitatem. aer in igne: & quocummodo in seipso/ ut utrem inflatum autum plus trahere non inflato. Aqua in igne & aere. Et terra in igne/aere/ & aqua. Hinc fit ut quod plus terrae in aliorum proportione habeat/ ut plumbum: cum peruenit ad aquam inueniatur grauius. Et quod plus aeris ut lignum/ quae aquae & plusque terrae: bene in aere inuenitur grauius: & in aqua minus graue. Prima conclusio. Est aliquod graue simpliciter/ & aliquod simpliciter leue. Na est aliquod ut terra: quod semper non prohibuit fertur deorsum: ubique grauitatem habens. & aliquod quod semper sursum: ut ignis/ & ubique leuitatem habens. Est igitur graue aliquod simpliciter: & simpliciter leue. Secunda. Determinatum est medium: quo grauia ferantur/ & extremum: ad quod feruntur & leuia. Primo. Quia non contingit graue in infinitum ferri neque leue. Sunt igitur ea ad quae feruntur determinata loca. Haec autem sunt medium & extremum. Sunt igitur determinata. Secundo. Quia grauia ruunt ad angulos pares/ & leuia ita ascendunt. Est igitur determinatum medium: quo versus gra-

uia feruntur. quod an sit uniuersi medium: an terrae (quia idem esse contingit) dictum est prius. quare & extremum/determinatum. Tercio. Simpliciter graue omnibus substat. Simpliciter igitur leue et contrarium omnibus superfertur: & locum habebit contrarium. Nam contrariorum contraria sunt loca. Quod si contraria determinata sunt: & haec medium sunt & extremum: confectum est propositum. Vnde iterum recte euenit ut quia duo sunt contraria loca/medium & extremum: duo sint extrema contraria/ simpliciter leue & simpliciter graue: quae in ipsa ferantur. inter quae media sunt: quae extremorum naturam ad alterum participare videantur. Fit etiam ut quae sursum ferantur: perfectiora sint. Nam contra trahit: grauia vero & deorsum lata/ continentur. Et continere/ formae est: contineri vero/ materiae.

Notarum quarti capitis declaratio.

Cum diffinitur graue simpliciter quod omnibus substat/ & leue quod omnibus supereminet: si signum omnibus non simpliciter uniuersaliter sumitur. Non enim graue sibi ipsi substat/ aut leue sibi ipsi supereminet: sed ceteris alijs a se corporibus sensibilibus simplicibus. qui modus loquendi etiam seruatur cum dicimus: celum te gerit omnia. Grauitas aeris in igne est ipsius aeris minor leuitas. Non enim habet aer grauitatem/ sive leuitatem admixtam/ sicut tepidum caliditatem admixtam/ sicut frigiditatem: sed solum leuitatem. Illa tamen minor est respectu leuitatis ignis: quia minus sursum mouet/ nam solum sursum secundum alterum. Proinde comparata ad leuitatem ignis/ grauitas quocummodo dicitur: quia per eam aer ab extremo lune ad concauum ignis descendit. qui & si deorsum non moueatur, tamen motui deorsum aliquid habet simile. Neque leuitas aeris & ignis eiusdem sunt speciei: quia ad eundem locum natae mouere non sunt. Neque differunt ut maior caliditas & minor caliditas: sed ut maxima raritas & minor raritas. Sic leuitas aquae in terra/ est ipsius aquae minor grauitas: quia aqua nihil habet leuitatis/ sive grauitatis admixtum. sed minus grauis est: quia minus deorsum mouet: sed solum ad alterum. Quia aqua per suam grauitatem ascendit a terra ad concauitatem aeris naturaliter ut in suo loco quiescat: qui motus & si non sit sursum/ quia non est ad locum sursum/ habet tamen quiddam simile motui sursum qui fit per leuitatem: ergo in analogia dicitur leuitas. Et grauitas terrae & aquae diuersae sunt natura. ut maxima densitas & minor densitas: quia natae sunt ad diuersa loca mouere. Vnde maior aut minor grauitas aut leuitas non pondere determinatur/ neque mouendi velocitate aut tarditate/ neque graduum pluralitate: sed dumtaxat locis ad quae natura mouere natae sunt: ut diffinitiones philosophi ostendunt.

Cur aeris leuitas dicatur grauitas ad ignem.

Quarti capitis prima diffinitio. Graue simpliciter est graue quod omnibus substat: natum est. ut terra quiescit sub igne/ aere/ & aqua. Secunda. Leue simpliciter est leue quod ceteris sensibilibus simplicibus supereminet. ut ignis quiescit super terram/ aquam/ & aerem. Tertia. Graue secundum alterum est graue cui ambo scilicet substat/ & supereminere conueniunt: ut aqua quiescit sub igne/ & aere/ & supereminet terrae. Quarta diffinitio. Leue secundum alterum est leue quod alicui substat/ & alteri supereminet. ut aer quiescit sub igne/ & supereminet aquae/ & terrae. Et non modo tota corpora sensibilia simplicia: sed & earum quantalacumque pars consimiliter ad totum est grauis aut leuis. ut quaelibet ignis particula est leuis simpliciter: sicut & totius ignis: & ita in alijs tota elementa & suae partes consimiliter substat aut supereminet. Quaecumque autem corpora mixta/ grauia sunt aut leuia: ab elemento quod habent in excellentia/ sua vendicant grauitatem aut leuitatem. ut quae habent comperamentum ignis/ cuiusmodi est fumus: leuitatem ignis. Quae aereis ut vapores/ aereae. quae aquae habent comperamentum: grauitatem sequuntur aquae/ ut lignum. quod vero terreum: terra/ ut lapis. Idcirco non oportet si aliquod mixtum in uno elemento fuerit grauius: in quolibet alio elemento/ altero eodem ad quod comparat esse grauius. ut talentum ligni per aerem motum citius perueniret ad aquam quod uicinia plumbi: habet igitur lignum in aere maiorem grauitatem quam plumbum. At cum lignum ad aquam peruenit: quiescit & supernabit: plumbum vero demergetur ad fundum. est ergo plumbum in aqua grauius & lignum minus graue. Cuius ratio est. quia alia elementa ab igne habent quodammodo grauitatem: ut aer in igne/ nam grauius more aer a concavo caeli mouet ad concauum ignis: non tamen eodem modo ut terra neque motu eiusdem speciei. Aer enim ad concauum ignis mouet ut ibidem quiescat. Terra vero ut ulterius moueat. Aer etiam quodammodo habet grauitatem in seipso: ut si uesica non inflata ponderet/ & deinde eadem inflata in statera ponatur: ipsa inflata plus habebit ponderis quam non inflata: hoc puenit propter additum aerem: habet igitur aer aliquid grauitatis. quia non graue additum graui non facit totum grauius. Et id uerum est de corpore aereo mixto: ut eo quem aspiramus/ qui non est aer elementaris sed mixtus: propter magnam tamen cum puro aere conuenientiam idem retinet nomen. Aer enim elementaris prorsus expers est grauitatis. Hinc euenit ut quod in excellentia terreum esse cum ad aquam uenerit/ grauius appareat: & quod aereum/ minus. Et mixtum aereum in aere inueniatur grauius: in aqua minus graue. Exempli gratia. sumatur ligni talentum habens leuitatem ignis ut unum/ aeris ut 4/ grauitatem aquae ut 5/ & terrae ut 3: ipsi mouebit per ignem a leuitate aeris/ grauitate aquae/ & terrae/ ut uirtute mouendi 12. Similiter et per aerem/ a grauitate aquae/ & terrae/ mouebit ut 8/ et uirtute resiliens erit ut 5. Non autem mouebit per aquam: quia uirtute resiliens erit ut 10/ et grauitas terrae mouebit ut 17/ manebit ergo in extremo aquae. Sicut et oleum in aere descendit et in aqua supernat. Capiat etiam libra plumbi habens leuitatem ignis ut 1/ aeris ut 2/ grauitatem aquae ut 3/ & terrae ut 9/ ipsa mouebit per ignem a uirtute motiua trium elementorum quae est ut 14. Similiter & per aerem a uirtute duorum inferiorum quae est ut 12/ & uirtute resiliens ut 3. Etiam mouebit per aquam a uirtute motiua terre quae est ut 9/ & uirtute trium ceterorum elementorum resiliens ut 6. Prima conclusio. Est aliquod corpus sensibile simplex graue simpliciter & aliquod simpliciter leue. Nam est aliquod graue quod deorsum simpliciter fertur/ in ceteris elementis/ sive igne/ aere/ & aqua grauitatem habens: igitur per diffinitionem est aliquod graue simpliciter/ scilicet terra. Similiter est aliquod leue quod sursum simpliciter fertur/ & in quolibet ceterorum terra/ aqua/ & aere seruans leuitatem: igitur per diffinitionem est aliquod leue simpliciter. Secunda conclusio. Determinatum est medium scilicet terra/ ad quod grauia ferri nata sunt: determinatum etiam est extremum scilicet caeli/ ad quod feruntur leuia. Primo. Quia graue non potest in infinitum & sine termino ullo moueri: quia motus localis est ut mobile in suo loco quiescat: graue autem nunquam ad terminum ueniret/ neque quiesceret in loco: quare talis motus est otiosus. Praeterea oportet ut spacia motus secundum reatum infiniti esse infinitum: quod natura fieri non potest. Et isdem rationibus leue non potest in infinitum ferri sursum: igitur loca ad quae feruntur determinata sunt.

Vnde prouenit mixtorum grauitas aut leuitas.

Ig. 1
Ae. 4
Aq. 5
Ter. 3
Ig. 1
Ae. 2
Aq. 3
Ter. 9

scilicet medium mundi pro gravibus/ & extremum pro leuibus. ¶ Secundo. Quia gravia cadunt ad angulos sphaerales & re-
ctos. Nam secundum lineam reſtam/ quae cadens super terrae circumferentiam constituit duos angulos vtrinque/ equales. Et leuia af-
cendunt secundum angulos reſtos sphaerales. Nam secundum spacium & lineam/ quae extremitatem suam concavo lune aut ca-
inſungit/ alterius circuli circumferentiae applicans/ constituit duos angulos vtrinque/ equales/ quorum vterque reſtus est & sphae-
lis. Et haec lineae circa medium mundi propinquiores sunt sibi viciniae/ & circa extremum caeli distantiores/ igitur medium determi-
natum est/ versus quod gravia feruntur: quod ultimo capite secundi de caelo dictum est esse vniuersi centrum per se/ & terrae per
accidens/ quare & extremum (scilicet locus leuium) determinatum est. Nam si vnum contrariorum determinatum est/ & alterum
¶ Tertio. Graue simpliciter sub caeteris corporibus sensibilibus quiescit in medio mundi. sed leue simpliciter ei contrarium est: er-
go ipsum quiescit super omnia corpora sensibilia in extremo caeli ad quod natura mouetur: igitur locum habet loco ipsius grauis
simpliciter/ contrarium. Nam contrariorum corporum simplicium loca sunt contraria: si simpliciter/ simpliciter/ si sint contraria
secundum quid/ & loca erunt secundum quid contraria. Rursum/ contraria sunt determinata: & illa sunt medium mundi & ex-
tremum caeli: igitur determinatum est medium & extremum quae sunt duo extrema rerum naturalium loca & mete. Vnde sit
ediuersio: ut quia duo sunt loca contraria simpliciter/ scilicet mundi medium & caeli extremum/ duo etiam sunt corpora sensibilia
simplicia/ adiuuicem simpliciter secundum latitudes (non tamen secundum q. alterabilia sunt) & extrema contraria: scilicet sim-
pliciter leue & simpliciter graue/ sive ignis & terra: quae adiuuicem maxime distant secundum reſtitudinis spacium & qualita-
tes motivas: quae aquae magis contrarietur secundum qualitates actiuae & passiuas. Inter quae/ media sunt elementa
scilicet aqua & aer/ contraria secundum quid. quae ad vnum extremorum comparata: alterius extremi naturam habere
videntur. ut aqua comparata ad terram videtur esse leuis: & comparata ad ignem/ grauis. Sic aer comparatus ad ignem
videtur esse grauis/ & ad terram leuis. Ex hoc etiam constat leuia grauius esse digniora. nam leuia superiora sunt & consistunt
grauia vero inferiora & continentur. Continentis autem est praestantius contento: perinde atq. forma est dignior materia.

¶ Quinti capitis nota.

¶ Vi/ difficultate.



Vintum cap. continet duas conclusiones, duas rationes ad primam, & duas
ad secundam. ¶ Prima conclusio. Quatuor sunt elementa. ¶ Primo. Quia
vnum est elementum semper natum ferri sursum. Et ei contrarium semper na-
tum ferri deorsum. Et sunt duo quae modo sursum/ modo deorsum compar-
ratione sumpta ad alterum/ feruntur. Sunt igitur quatuor. ¶ Secundo. est vnum
graue simpliciter/ vnum simpliciter leue/ vnum graue secundum alterum: &
vnum secundum alterum leue. quae modo (qui dictus est prius) feruntur: nunc
hic nunc illic grauitatem & leuitatem seruantia. Sunt igitur quatuor elemen-
ta. Quare & tot sunt particulares materiae. vna tamen omnium naturae similitu-
dine communis est. Nam ex altero fit alterum. Et q. terra solam grauitatem

habcat: & ignis leuitatem solam: aer & aqua leuitatem & grauitatem secundum alterum: hinc sumitur in
dictum. quia terra per omnia alia grauitate sua praegratur deorsum. Et ignis per omnia: leuitatis benefi-
cio facile conscendit ad extremum. Aqua autem igne & aere descendit/ sua grauitate depressa. & per ter-
ram non: sed per eam potius vt non omnino leuitatis expers conscendit. Et aer per terram & aquam: sua
leuitate tutus ascendit. non per ignem: sed per ignem vt grauitatis vtens officio: descendit. Et q. in suis
locis plus grauitatis possidere videantur: hinc videtur posse sumi argumentum. quia detracta ter-
ra: facile aqua ad locum terrae descendit. & detracta aqua: ad locum aquae facile aer. Detracta vero aqua:
sic non facile terra. Et detracta aere: non sic facile aeris locum subit aqua: sed difficultate quadam. vt
quemadmodum quando simul cum superficie eam tangente eleuatur: superficiem secuta vt vacui
possibilitatem fugiens ascendit. Et substracto igne: non sic facile aer conscendit: sed difficultate quadam.
vt quemadmodum substracto aere: ipse ignis difficile descendit. ¶ Secunda conclusio. Non omnium ele-
mentorum vna est materia vt vacuum/ solidum aut trianguli: quae diuersitatum motuum eorum/ causa
esse possit. ¶ Primo. Quia omnia aut essent graua aut leuia: & omnia sursum aut deorsum ferrentur. ¶ Se-
cundo. Quia si ponat solidum causam: magnus aer velocius terra/ ferretur deorsum. Si vacuum: magnus
aer velocius paruo igne sursum. Nam hunc plus vacui: illum vero plus pleni habere contingeret. & ita
si triangulos posuerint. huius autem oppositum semper in natura compertum est.

¶ Quinti capitis prima conclusio. ¶ Quatuor sunt elementa. ¶ Primo. Quia vnum est elementum quod semper deorsum fer-
tur/ scilicet terra: & alterum semper fertur sursum/ scilicet ignis. Et duo sunt elementa intermedia: quorum vnum moue-
tur sursum/ secundum alterum/ vt cer: & alterum deorsum/ secundum alterum/ vt aqua: igitur quatuor sunt elementa. ¶ Secundo. Vnum est
elementum graue simpliciter ut terra/ vnum simpliciter leue vt ignis/ vnum graue secundum alterum vt aqua/ & vnum leue secundum alterum
vt aer: igitur quatuor sunt elementa secundum numerum quatuor qualitates motuarum scilicet grauitate simpliciter/ leuitate sim-
pliciter/ grauitate secundum alterum/ & leuitate secundum alterum supra. Quare quatuor sunt particulares materiae quatuor elementorum
numero abinuicem differetes: vt alia numero est materia ignis/ & alia aquae: alioquin contrariae formae substantiales essent simul in eode.
Omnium tamen ipsorum materia eiusdem est speciei & naturae: sicut eadem est albedo parietis & muis: eadem inquam/ id est eiusdem naturae. Na
ex uno elemento fit alterum: ut ex igne: aer/ aut aqua/ aut terra. ergo materia q. prius fuit vni elementum: eadem postea erit alterum/ & oim
elementorum eadem materia. Si enim esset specie diuersa: non ex uno alterum fieri natum esset. ¶ Quae autem elementa huiusmodi qualitates mo-
tivas habent/ patet: quia terra per omnia alia elementa deorsum fertur: igitur habet grauitate simpliciter. & ignis per omnia fertur
aer grauis. sursum: igitur habet leuitate simpliciter. Aqua autem mouetur deorsum per ignem & aerem: igitur habet grauitate. Per terram autem

¶ Aqua no
est leuis neq.
aer grauis.

non descendit: sed a loco subterraneo ad aeris concuum mouetur/ ut quippiam leuitatis habens. Non quia in aqua aliquid sit leui-
tatis: nam in ea/ sola grauitas est: vna & eadem numero quae aqua a concavo caeli mouetur ad concuum aeris/ & a loco subterra-
neo ad eiusdem aeris concuum. Et sunt ambo motus eiusdem rationis/ & eorum vterque naturalis. sed dicitur aqua non omnino
expers leuitatis: quia ab inferiori loco ad superiorem mouetur: quod leuitatis officio fieri videtur. Aer vero per terram & aquam
sua leuitate ascendit: quare leuitatem habet. Per ignem autem non ascendit: sed a caeli extremo ad concuum ignis mouetur/ ut alia
quo modo grauitate participans: non tamen habet grauitatem suae leuitati admixtam: nempe sola in aere est leuitas/ vna & eadem
quae a concavo aquae ad ignis concuum mouetur/ & a concavo caeli ad idem ignis concuum. Corpus enim simplex tantum vnum
habet naturam mouendi principium. Et sunt ambo motus videri speciem terminus ad quem (a quo denominatur motus) est idem.
sed dicitur aer ut officio grauitatis utens descenderet: quia a supereminente loco ad inferiorem mouetur: quod grauitatis virtute
fieri solet. ¶ Quod autem inferiora elementa in proprijs locis plus grauitatis habeant/ patet: quia terra aquae proxima loco dimota:
facile aqua descendit locum terrae subitur/ & impeditura vacuum. Ablata autem aqua: non sic terra ascendit: sed grauitate sua de-
pressa manet in proprio loco immota. Sic sublata aqua aeri proxima: facile aer in locum aquae descendit ad impediendum va-
cuum: ad quod aer promptissimus est. sed substracto aere non ita facile aqua ascendit in locum aeris: sed difficile. sicut cum tabu-
la plana ponitur in aqua quae secundum omnes suas partes superferatur & eleuetur: aqua subiecta sequitur superficiem tabulae ad
vacuum excludendum. nam propter aequalem partium eleuationem non potest aer aut quoduis aliud corpus intrare: quin esset va-
cuum. si tamen eleuaretur tabula prius secundum vnum latus q. alterum: non oporteret aquam sequi tabulam: quia subiret pau-
latim aer intermedium. Substracto autem igne aer non facile ascendit in locum ignis/ tanquam aliquid grauitatis participans: sicut &
aere sublato ipse ignis difficile & solum ad vacuum impediendum descendit: q. a grauitate longe sit alienus. ¶ Secunda conclu-
sio. Non omnium elementorum vna est materia (sicut antiqui posuerunt) aut vacuum/ aut plenum/ aut trianguli: quae quidem ma-
teria diuersorum motuum elementarium causa sit effectiua. ¶ Primo. Quia si vacuum esset materia omnium: cum ipsum sit cau-
sa leuitatis: quae est sursum motiuat/ omnia mouerentur sursum & essent leuia. Si vero plenum sit omnium materia: cum ipsum sit cau-
sa grauitatis quae est deorsum motiuat/ omnia essent graua & mouerentur deorsum. Si vero trianguli essent omnium materia
& essent nati sursum moueret/ omnia sursum mouerentur. & si deorsum/ deorsum. cum eadem causa eodem effectus nata sit
producere. Neq. possit assignari ratio cur potius hoc sursum moueretur & illud deorsum. Philosophus autem & si vnam ponit
omnium elementorum materiam: negat tamen eam esse causam effectricem motus elementorum. sed virtutem mouendi solum tri-
buit elementari formae & qualitati motiuae. ¶ Secundo. Magnus aer plus habet solidi q. parua terra: ergo si solidum est causa
motuum: magnus aer velocius parua terra moueretur deorsum. Id autem impossibile: cum non sit aer natus deorsum moueri. Si
militer magnus aer plus habet vacui q. parua ignis: ergo si vacuum est causa motus/ magnus aer magis sursum mouebitur/ q.
parua ignis: quare magnus aer ferretur sursum simpliciter sicut parua ignis. Et idem sequitur inconueniens si pauciores trian-
gulos causam motus sursum: & plures/ motus deorsum causam esse dicant: parua scilicet terram magno igne velocius sursum
moueri. Id autem inconueniens est. ¶ Sexti capitis nota.

¶ Adiuuicium/ adiuuicium. ¶ Angusta/ stricta. ¶ Fusam/ amplam.



Extum cap. continet vnam conclusionem, vnam quaestionem, responsonem Demo-
criti, & propriam solutionem. ¶ Conclusio. Figura/ motum sursum aut deorsum
non efficit: sed causa vt motus velocior aut tardior sit/ existit. ¶ Nam corpora mo-
uentur diuidendo medium. Figura autem (tamen si vim mouendi non habeat) mediū
diuidendi praebet nunc adiuuicium nunc praepedimentum: vt quae acumen angu-
lumq. habeat/ facile penetret: quae vero lata/ expansa/ obtusa: ad diuidendum sit he-
bes. Non est igitur figurat/ motuum aut sursum aut deorsum effectiua: sed potius mo-
tus velocitatis aut tarditatis causa. ¶ Quaeſtio. Cur corpora lata: vt ferrea & plumbea per aquam non des-
cendant/ & eadem rotunda/ aut longa vt acus: cita velocitate mergantur? Et ita quaeretur cur minuta
corpufcula vt pulueres descendunt per aera: & maiora maneat pendula? ¶ Respondet Democritus:
huius causam esse vaporum multitudinem: quae ab aqua emittitur/ & quae corpori lato in superficie ob-
stans: ipsum sustinet/ & eius casum defendit. Angusta vero corpora: ob paruitatem non impedit. ¶ Et
cum infertur. Cum expiret tanta ab aqua vaporum multitudo in aere recepta: quomodo illius corporis
casum in aere non prohibet? cum si haec causa esset: deberet potius id in aere percipi. Soluebat id esse:
quia vapores in aere se nimis diffundant & segregent/ vifq. illa dispersa & discollecta: mouere minus suf-
ficiat. Sed eius solutio debilis est: poteritq. haec aptari conuenientior. Corporum quaedam sunt facile di-
uisibilia. vt quae sunt bene terminabilia. & q. magis: & magis. vt aer magis terminabilis est aqua: ideo ma-
gis diuisibilis. & aqua magis terminabilis terra: ideo diuisibilior. terra vero ad diuidendum incepta. &
eiusdem corporis paucitas: diuisibilior multitudinem existit. Hinc fit vt fusam latitudinem habentia
plus sub se comprehendant/ & ideo difficilior fecent & diuidant/ rotunda vero minus/ & longa/ & acuta.
Et ideo infit eis quaedam diuidendi habitas: & velocius ferantur mota. Lata vero (modo parua sint)
tardius. Et talia per aerem velocius: quia diuisioni per uior/ per aquam agitantur tardius. Cum tamen la-
ta ipsa/ suspensa immota hereant: ex virtutum/ comparatione cognoscitur. Nam grauitas virtus quae-
dam est: & mediū distractio virtus altera. quam cum grauitas superet: mouet deorsum. Si vero superes-
tur & fiat debitor: non diuidit neq. distrahit. & tunc suspensa sine motu/ superfusaq. manent corpora.
Sed de graui & leui/ suisq. accidentibus dictum haecenus putetur sufficienter.

¶ Quartus de Celo & Mundo Aristotelis finis.

¶ Notarum sexti capitis declaratio.

¶ Corpora angusta dicuntur que stricta sunt / & diffusam superficiem non habent: ut acus / & ferrea pyramis acumine verso. Illa autem fusam habentem superficiem: quae amplam & latam habent planiciem: ut lamina plumbi ampla / & bractea ferri / aut aeris.

¶ Sexti capitis conclusio. ¶ Corporum mobilium figura motum sursum aut deorsum non efficit: sed velocitatis aut tarditatis. Si ipsius motus instrumentum & causa existit. ¶ Nam figura nullam habet vim mouendi: sicut nec color / nec caliditas / aut frigiditas. Sola enim forma substantialis cum instrumentis gravitate & levitate vim mouendi obtinet: igitur figura non est praecipua nec instrumentalis causa motum secundum locum efficiens. At vero motus localis fit diuidendo spacium. Figura autem ad citius diuidendum spacium aut difficilius: causa est adminiculans. Nam corpora quae acuta sunt & angulum habent: facile medium diuidunt. quae vero obtusa / & latam habent superficiem: difficile & tarde diuidunt. Cum autem facile diuiditur spacium: motus est uelocior. & cum tarde: motus est tardior. igitur figura velocitatis aut tarditatis motus causa est & instrumentum. tamen si motum secundum locum per se non efficit. ¶ Quae res. Quare corpora latam superficiem habentia ut ferrea & plumbea in aere plumbi diffusa non descendunt eadem tamen & eiusdem gravitatis rotunda / acuta / aut longa uelociter descendunt. Similiter quare parui pulueres mouentur per aerem: & maiores eandem habentes mouendi vim sed figuram latiore / manent penduli. Interdum quidem maiores pulueres & mole & mouendi uirtute / mouentur per aerem: & minores tum mole tum uirtute eandem habentes figuram manent penduli: quia non sufficiunt diuidere aerem. Contra tamen eadem utrobique existente mouendi uirtute & diuersis figuris: minores descendunt: maiores uero non. ¶ Respondebat Democritus qd ab aqua emittitur vaporum multitudo. quae superficiei latae copiosior occurrens / ipsum corpus ne cadat prohibet. Quae uero angustam habent superficiem: minus illorum vaporum sub se continent / & propterea vapor ille modicus non prohibet eorum motum deorsum. ¶ Et cum obijciatur contra Democritum. Maior est multitudo uaporum ab aqua expirantium in aere qd in aqua. non enim uapores sunt: nisi ab aqua segregati fuerint. ergo si multitudo uaporum habet uirtutem sustinendi corpora lata in aqua: multo fortius eandem habet uirtutem in aere / & ibidem corpora sustineret latiora. Eadem enim causa similes effectus producere nata est. Sed uapor non impedit descensum corporum in aere: ergo nec in aqua. ¶ Respondebat Democritus non esse simile de aere & de aqua. quia in aqua uapores manent uniti & collecti: & uis eorum maior sufficit sustinere corpus latum. In aere uero uapores se dispergunt & diffundunt: proinde uirtus eorum minor non sufficit sustinere eadem corpora lata. Nam uis collecta: fortior est & ad agendum & ad resistendum: qd ipsa met dispersa. ¶ Sed haec solutio minus conueniens est: & ideo alia assignatur conuenientior. qd corporum naturalium quaedam sunt facile diuisibilia: ut ea quae sunt bene terminabilia / ideo extrinseca corporis applicati superficiei facile terminari nata: & quae leuiter cuiuscumq; corporis / aut ipsa continentis / aut ab eis contenti / aut quoquo modo ipsis adiuncti quantitatem sua extrema superficie efformant & imitantur. ut si in aere ponas globum: protinus aer suam aptabit superficiem secundum globi exigentiam. Si lapidem quadratum: aer disponet se in quadratam superficiem ut lapidem suscipiat. & ita cuiuscumq; alterius figura corpus in aere positum fuerit: protinus aer se illius figurae accommodabit. Et ita de aqua. Et quae magis hoc modo sunt terminabilia: facilius diuisibilia sunt. ut aer est magis terminabilis aqua: eum facilius omnium quantitati se adaptet & figurae quare & facilius diuisibilis. Et aqua magis terminabilis termino extrinseco atq; alieno aut corporis ipsam continentis aut ab ea contenti qd terra: ergo & diuisibilior. terra autem nullo modo extrinseco corpore terminabilis est: quia ob nimiam densitatem & soliditatem nullius corporis figuram intra se admittit: & ergo inepta est ut diuidatur. Eiusdem praeterea corporis pauca pars diuisibilior est: qd maior & copiosior. ut pauca aer diuisibilior qd multus: quia minus suae diuisioni resistens / & pauca aqua diuisibilior qd multa: quia minorem habet (quae suae resistat sectioni) uirtutem. Itaq; corpora latam habentia superficiem plus sub se spacij coprahendunt: quod magis suae diuisioni obstitit / & ideo difficilius diuiduntur: propterea tardius mouentur. Rotunda uero corpora / acuta / & longa minus sub se spacij continent: ut minus aeris & aquae: quod suae dissectioni minus reluctatur / & ideo facilius diuiduntur: & praedicta corpora uelocius mouentur. lata etiam corpora figuram habent minus aptam diuidere spacium: acuta uero aptiorem & magis idoneam. quare lata tardius medium diuidunt: & acuta / oblonga / & rotunda: celerius. Itaq; maior spacij resistentia & minor diuidendi aptitudo in causa sunt: quare corpora lata tardius in eodem spacio ut aere / aut aqua mouentur: qd corpora angustiora. Corpora etiam eiusdem figurae per aerem uelocius mouentur qd per aquam: ut plumbum acutum celerius in aere qd in aqua descendit / & obtusum plumbum citius in aere qd in aqua: quia aer citius diuiditur ob maiorem subtilitatem qd aqua. Medio enim rariore mobile uelocius qd densiore mouetur. Quare etiam acuta in aere facilius mouentur: qd lata & ampla in aqua. Nam per primum acuta in aere facilius mouentur qd lata in aere / & lata in aere uelocius mouentur qd lata in aqua: ergo de primo ad ultimum acuta in aere uelocius mouentur qd lata in aqua. Nam quicquid est uelocius uelociore: uelocius est & tardiore. Cum autem corpora latiora manent immota aut in aere aut in aqua: hoc ex uirtutis mouentis & resistentiae proportionem prouenit. Nam grauitas uis est motiua: & spacij resistentia / uirtus est illi contraria. Et cum grauitas maior est qd resistentia spacij: mouet deorsum. ut si corpus graue sit ut 20 / & resistentia spacij ut 6. Si uero grauitas sit aequa resistentiae spacij / aut si sit minor: corpus mobile manet suspensum & non mouetur. Nam ab equali aut minori uirtute motiua non fit motus: ut si mobilis grauitas sit ut 10 / & resistentia spacij etiam ut 10: aut ut 12. Et haec de graui & leui dicta sufficiant. (.) (.) (.)

¶ PRIMI CAP. PRIMI DE GENERATIONE NOTAE.

¶ Pansperma / totum semen. ¶ Alteratio / accidentalis mutatio / secundum accidens facta mutatio. ¶ Mixtio / congregatio.



Iber de generatione & corruptione continet duos partiales libros. Primus decem cap. Primum cap. tres conclusiones: duas antiquorum de generatione opiniones post primam, & sex rationes post tertiam. ¶ Prima conclusio. De generatione autem & corruptione: natura genitorum & corruptorum / de causis horum: quid aliteratio: quid augmentatio / determinandum est. ¶ Nam de his uarię fuerunt antiquorum diffinitiones: quę per hanc (uirtute conspecta) tollentur determinatione. ¶ Duę de hac re antiquorum opiniones. ¶ Prima est ponentium omnia esse unum / & omnia ex vno generari. & hi ponunt generationem / alterationem esse: & generari alterari. ¶ Secunda est ponentium plura materialia principia: ex quibus omnia consentur. Et hi sunt: Empedocles / Anaxagoras / Democritus & Leucippus. Empedocles enim posuit quatuor elementa simplicia / rerum materias: & litem & amicitiam / efficientia principia. Anaxagoras: infinitas Homio merias atomos. ut os / carnem / neruum (quorum quaelibet pars totius naturam atq; nomen retinet) rerum materias. Democritus & Leucippus: infinita insectilia corpora (ex quibus omnia parentur) positio ne: figura: & ordine diffidentia. Et hi omnes uolunt aliud esse generationem & alterationem: praeter Anaxagoram (qui propriam uocem ignorauit) dicentem generari & corrumpi: cum alterari idem esse. Et maxime aduersatur Empedocli. Nam Empedocles quatuor elementa ponit: & carne / & ossi / & neruo / & similibus simpliciora. Ille autem econtra: os / carnem / neruum / & similia: elementis / igne / aere / aqua / terra simpliciora: & eorum graeco uocabulo pansperma. ¶ Secunda conclusio. Qui omnia dicunt esse unum / & ex vno constitunt omnia: generationem ab alteratione differre defendere non possunt. ¶ Nam semper unum / eiusdemq; naturę subiectum est. mutationem autem (quę subiecto vno / eodemq; manente aduenit) alterationem nuncupamus. ¶ Tertia. Qui plures rerum ponunt materias: generationem ab alteratione differre dicunt: quam ex suis dictis saluare impossibile est. ¶ Primo. Quia dicunt generationem & corruptionem: mixtionem esse & segregationem: & calidum / & frigidum / humidum / & siccum / album / nigrum / molle / durum / & ceteras passiones: proprias esse elementorum / & (ex quibus cetera pariãt) principiorum. ut Empedocles dicit igne calidum & album: aqua frigidam & nigram. Sed cū diuerse sint horum materię: ex igne nō fit aqua: aut unū quodq; reliquorum ex reliquo. igitur neq; fiet ex calido frigidum / ex molli durum / aut unū aliquid talium ex altero secundū propriã ratione. oppositū tamē horum uis demus. nã re & a cōcretiōe & secretiōe cessãt: eã uidemus nūc augmēto excrecere / nūc decremēto minui secundū q̄titatē: nūc calidã / nūc frigidã fieri secundū q̄litatē. ¶ Secundo. Quia in omni mutatiōe cōtrariis subiectiōda est eadē natura: siue hęc mutatio secundū q̄titatē: siue secundū q̄litatē / siue secundū locū sit supra. id autē: plures: uarięq; subiectiōda materias: facere nō possunt. ¶ Tertio. Quia si alteratio est: rerū adinuitē trãsmutatio est. Quod si est: multę (ut dicitur) diuerseq; naturę nō sūt materię: nã oim adinuitē trãsmutationē hñtū: materiã esse unã necesse est. ¶ Quarto. Quia Empedocles pugnantia dicit. dicit em̄ ex elementis mixta gñari / & alterę in alterę nō posse trãsmutari: sed uis manifestis cōtradiçes. Videmus em̄ & aquã ex terra: & terrã ex aq; gigni. q̄tē cū cōcedat alterationē scdm passioes: & igne dicit calidum & album / aerē rãrę / aquã frigidã & nigrã / terrã grauē & durã: his pãtis differētis ut unū generet ex altero cū p̄prias habebit q̄litates cōcedat / oportet. ¶ Quinto. Quia dicit Empedocles adueniēte amicitia: oia abire in chaos: suis passioib; spoliata. Et adueniēte lite: separi ab ipso / nouis acq̄sitis passioib;. trãsmutantē igitē adinuitē. ¶ Sexto. Quia Empedocles nō determinat an quatuor elementa principia sūt ipsius chaos & cōfusę molis / an potius ipsū / principia sit elementorū. insufficientē igitē facit determinatio nē: quod & reliqui alii factitarunt. ¶ Notarum primi capitis primi de generatione declaratio.

¶ Pansperma graeã est / latine totū uniuersũq; semē dicitur. Nã pans / totū & omne significat / sperma uero / semē. ¶ Alteratio nō peãdã: axat mutatiōe qd ad qualitatem est sumit; sed quacũq; secundū accidēs / aut quãtitatē / qualitatem / aut ubi facta mutatiōe. Nã antiqui nomine alterationis oēs motus accidentales designabãt: & ideo Aristoteles in eorū significatiōe eo nomine hic utitur.

¶ Primi capitis primi de generatione prima conclusio. ¶ De generatione & corruptione / alteratione / & augmentatiōe dicendum est. ¶ Nam de his motibus uarię fuerunt antiquorum & inter se pugnantes sententię. quę quid recte aut perperam dicant: per hanc determinationem cognoscetur. ¶ Prima antiquorum opinio est ponentium omnia esse unum / & omnia ex uno generari. Et hi dicunt generationem nihil aliud esse nisi alterationem / accidentariamq; mutationem. ¶ Secunda est ponentium plura principia materialia: ex quibus res naturales omnes componantur. ut Empedocles quatuor elementa / Anaxagoras infinitas atomos eiusdem rationis & nominis / & Democritus infinita corpora indiuisibilia: positioe / figura / & ordinatione differentia. Et hi dicunt generationem aliud esse qd accidentalem mutationem: praeter Anaxagoram dicentem generationem nihil aliud esse qd secundum accidens mutationem. qui quidem plurimum Empedocli contrariam habet positionem. Nam Empedocles quatuor elementa ponit omnium rerum principia: & cetera ut os / carnem / & neruum / ex principijs composita. Contra uero Anaxagoras / os / carnem / & neruum / ponit omnium rerum principia / totamq; materiam / & elementa / ex illis composita esse. ¶ Secunda conclusio. Qui omnia dicunt esse unum ens cōpletum / ex quo omnia constituntur: non possunt saluare qd generatio differat ab alteratione. ¶ Quia cū omnia sint unū sensibile subiectū / totiq; cōpositū: ante trãsmutationē & post unū & idē numero erit subiectū cōpletum. Si enim post trãsmutationē aliud qd ante esset: plura esset subiecta / & nō unū. Mutatio autem qd subiecto ante & post trãsmutationē eodē manente fit: alteratio dicitur & accidentalis mutatio. ut in quinto physicorum dictum est. igitur generatio nihil aliud qd alteratio esse potest. Nam in propria & substantiali generatione: aliud ante & post trãsmutationem subiectum esse oportet.

in libro primo de generatione et corruptione

indivisibilia

¶ Tertia conclusio. Quia specie diuersas ponunt rerum naturalium materias: quibus generationem ab alteratione differre dicantur, tamen ex suis dictis saluare possunt. **¶ Primo.** Quia Empedocles generationem/segregationem/corruptionem uero congregationem esse dixit. Contra Democritus generationem/congregationem atomorum: corruptionem/segregationem earum esse posuit. hoc accidentarias autem affectiones posuerunt esse proprias elementorum differentias: & quibus elementa abinuicem distinguerentur. ut calidum & album esse proprium ignis: & frigidum & nigrum esse proprium aquae. At cum diuersae specie sint materiae: ex vno elemento secundum substantiam non fit alterum: cum vnius elementi materia non esset nata alterius formam suscipere/igitur neque per alterationem ex calido fit frigidum/aut ex nigro album. Cui enim motus prior conuenire natus non est: neque posterior conueniet vnquam. Id tamen experientiae oppositum est. nam cum res a generatione & corruptione cessauerint: videmus eas auferri/minui/alterari/et loco moueri. **¶ Secundo.** In omni transmutatione contrariis subiicienda est eadem materia. ut cum quid rarefcit: densi & rari eadem est materia/et si quid calefcit: frigidum & calidi eadem est materia. Et si quid sursum proiectum relabitur deorsum: ipsius motus sursum & deorsum contrariorum adinuicem eadem est materia. At si plures sint specie materiae: non potest contrariis subiici eadem materia: igitur neque fieri transmutatio. **¶ Tertio.** Si alteratio est rerum adinuicem secundum substantiam transmutatio est. Si enim materia ordinata in finem nata sunt esse: & ipse finis natus est esse. Alteratio autem in transmutationem rerum substantialem ut suum finem refertur. Et si rerum transmutatio est: non sunt multae secundum speciem diuersae materiae. Nam omnium transmutationem adinuicem habentium materiam esse vnam specie necesse est. Si igitur non fuerit vna specie sed multae: transmutatio non erit. quare ex opposito si sit transmutatio: non multae erunt materiae: quod est propositum. **¶ Quarto.** Empedocles ponit ex elementis mixta posse generari: sed non elementa ex elementis/sibi ipsi repugnans. Nam si illud fieri ponat: & hoc eadem ratione habet admittere. Experimento praeterea sensus repugnat: quo vnum ex altero elementum fieri conspicimus. Et quia mutuum concedit elementorum secundum qualitates transmutationem: ut ex calido fieri frigidum/et ex albo nigrum/quibus elementa abinuicem differre ponit. si ex calido fiat frigidum: erit deperditum calidum: quare & ignis. & acquisitum erit frigidum: quare & aqua. aut si maneat ignis: ipse erit frigidus/quod est suae positioni oppositum. **¶ Quinto.** Empedocles dicit cum aduenit amicitia/omnia congregari in chaos: suis prius denudata passionibus. & cum aduenit hirs/rursus omnia segregari: nouis accidentibus acquisitis: igitur omnia adinuicem transmutantur. **¶ Sexto.** Si Empedocles ponit quatuor elementa esse principium chaos: igitur chaos non est primum rerum omnium principium: neque ortum omnium praecedens: cuius oppositum dicit Empedocles. Si uero chaos ponatur ab Empedocle esse elementorum principium: igitur elementa non sunt prima omnium principia/quod suis etiam dictis aduersatur. igitur insufficienter de rerum naturalium generatione & corruptione (sicut & alij) determinauit.

¶ Secundi cap. nota.

¶ Comedia: fabula est affectu civilium priuatorum conueniens. qua discit quid in vita utile sit: quidue contra/suadendum. **¶ Tragedia:** est Heroice fortunae in aduersis determinata comprehensio. **¶ Positio/opinio.** **¶ Rationalior/minus absona/minusque irrationalis.** **¶ Secundum cap.** continet tres conclusiones, duas rationes ad primam, duas ad secundam. **¶ Quatuor rationes ad tertiam:** tres opinionis Democriti rationes. earum solutio: duas generationis & alterationis differentias post tertiam. **¶ Prima conclusio.** Anaxagoras de generatione & corruptione: insufficienter executus est determinationem. **¶ Primo.** Quia quo modo fiat elementorum generationes: ut ossium/carnium/& nervorum: nihil meminit. **¶ Secundo.** quia de augmentatioe & alteratioe nihil determinauit: quod huic negotio subservit. Et certe nullus praeter Democritum videt omnium (quae necessaria sunt) aliquid tetigisse: quod de omnibus videt curam egisse/& augmentatioe/alteratione/actioe/passioe/& mixtionis. Dicebat enim Democritus & Leucippus: ex atomorum coactione/generatione: secretione: corruptione fieri: diuerso situ & ordine/alterationem. quae admodum eadem litterarum varium situm atque ordinem habentes: Comediae componunt & Tragedia. & ceterarum mutationum: augmentatioe/nis/diminutioe/actioe/passioe/& mixtionis causas in atomos reducunt. **¶ Secundo.** De generatioe & corruptioe apta incubit determinatio. **¶ Primo.** Quia oes haec tractant: dicuntque generatioem aliud esse & aliud alterationem: quia generatio/quaedam sit congregatio: corruptio vero/dissolutio. & alteratio eorum copulatio visa est passionum translatio. **¶ Secundo.** Quia de hac re rationabiles quaedam mouent questiones. ut vtrum generatio sit congregatio. vtrum corruptio/segregatio. vtrum generatio/alteratio sit: an nulla prorsus. Et ad has questiones/rationes adducunt: haec cogentes/haec vero dissolui difficiles. expedit igitur eiusce rel deprehendere veritatem. Et considerare: an entia generentur: alterentur: augeantur: & horum contraria/an corruptionem/detrimentumque patiantur. & an sua principia sint inseparabiles magnitudines: superficies/ut dicebat Plato: corpora: ut dicebat Democritus. **¶ Tertia.** Positio Platonis positioe Democriti irrationabilior est. **¶ Primo.** Quia irrationabilior est ad superficies usque indiuisibiles corpora resolvere: quae ea resolvere in indissolubilia corpora. quibus & hoc non modicam itidem habeat irrationabilitatem. resolvebat autem Plato corpora in superficies, Democritus autem in corpora. **¶ Secundo.** Quia Democritus ex suis corpusculis conabatur & generationem & alterationem saluare: ut colores ex diuersa atomorum positione. Plato autem ex suis superficiebus neque signebat neque alterabat. Est igitur Platonis determinatio irrationabilior. **¶ Tertio.** Quia Democritus ut qui circa naturalia magis infudauerat/principia talia supponebat: ex quibus multa in Philosophia saluare videretur. Plato vero minus impendit operam/minusque fuit naturalium expertus. Multorum enim inexpertus/& ad pauca respicientes: facile enunciant. Merito igitur Democriti positio: Platonis positione rationalior extimanda est. **¶ Quarto.** Quia Plato logicis agit rationibus. Nisi (inquit) in superficies resolutio fieret: ante trigonum erunt multa priora. Democritus autem magis Physicis rationibus insisit.



¶ Tres Democriti rationes. **¶ Prima.** Corpus est magnitudo omnino & vbiq; diuisibilis. hoc enim possibile. quod quidem cum possibile sit: si ponatur factum: nihil accidit impossibile. Ponatur igitur omnino esse diuisum. quae superant igitur aut sunt puncta: lineae/superficies/passiones alique/nihil/aut atomi. Non autem superant puncta. quia punctum puncto additum non tollit maius. Neque quicquam moueri contingeret: quemadmodum punctus: immobilis est. Neque lineae/superficies/aut passiones. Nam corpus ex non corporibus compositum abiret. Et passiones separari impossibile est. Neque dixeris nihil manere. Nam fuisse corpus ex nihilo conflatum & non vere existens: sed tantum apprens. Quae superant igitur diuisione facta: corpora sunt. quae quia non sunt diuisibilia: nam non esset omnino diuisum: ut positum est. sunt igitur atomi. Est igitur corpus ex atomis conflatum. **¶ Secunda.** Quia si contingeret corpus fieri per diuidi/& semper in minores resolui magnitudines: tandem perueniretur ad magnitudines insensibiles: quare iterum ad indiuisibiles. Secamus igitur ipsum solum usque ad aliquid ut atomos: & non semper. **¶ Tertia.** Generationes & corruptiones non nisi atomorum congregatione & segregatione saluare possumus. Rationaliter igitur positum est corpus ex atomis esse compositum/& in atomos resolui. **¶ Prima solutio.** Omne sensibile corpus quodammodo secundum quodlibet signum diuisibile est/& quodammodo non. diuisibile autem potestate est: non autem actu. quia tamen punctus puncto attiguus non est: fit ut non vbiq; in linea sit punctus. Alioquin exiret ex punctis. neque vndiq; & vbiq; diuisibilis est: sed quemadmodum puncta habens. **¶ Secunda.** sensibile in partes insensibiles diuidi/quae tamen minime simpliciter non sunt: in conueniens non est. quae & si perfectio non percipiatur: cum aliis tamen sunt simul sentiuntur. **¶ Tertia.** Generatio & corruptio congregatione & segregatione atomorum non fiunt. Nam vbiq; (ac si ex punctis exiret compositum) diuisibile esset. & in minima segregatio/& ex minimis congregatio. sed perfecta generatio fit: quia sit eius totus in hoc totum mutatio. quam falso extimant alterationem. Nam generatio & alteratio bifariam differunt. **¶ Primo** subiecto. Nam generationis subiectum/materia est: alterationis autem/ens actu. **¶ Secundo.** Quia generatio secundum substantiam sumitur: alteratio vero secundum qualitates. Et de corruptione: ut de generatione dicatur. id tamen liceret concedere: segregatione generationes & corruptiones fieri velociores: congregatione vero tardiores. ut aquae in minutulas guttas diuisae: velocior/concitatiorque corruptio/& aeris acceleratio: generatio: contra vero atque in vnum congestae: tardior.

¶ Notarum secundi capitis declaratio.

¶ Comedia fictum habet argumentum/de priuatis personis duntaxat ut patre/filio/seruo & ceteris id genus agens/turbata habet initia/magno errore inuoluta media/tranquillos & laetos exitus: quae docetur spectatores quid in vita humana sequendum & quid fugiendum sit. **¶ Tragedia** uero uerum & de re gesta sumit argumentum/de uiris insignibus ut regibus/principibus/imperatoribus agens: tranquilla habet principia/suspecta media/et funestos tristesque exitus: quae docetur homines quid in vita fugiendum sit. **¶ Secundi capitis prima conclusio.** **¶ Anaxagoras** de generatione & corruptione insufficienter determinauit. **¶ Primo.** Quia quomodo ossium carnium/& nervorum (quae ceterorum elementa & principia posuit) fiant generationes: non declarauit. **¶ Secundo.** Quia de augmentatioe & alteratione (quae huic propositum conueniunt) generationi & corruptioni ut plurimum conueniente sit: nihil differuit. Et nullus sane dempto Democrito uidetur omnium quae huic loco & negotio utilia/conducentiaque sunt determinationem fecisse: qui omnes motus per suas atomos saluare nitentur. ut generatioem illarum congregatione/corruptione/segregatione/alteratione/diuerso carum situm & positione: haud secus ac eadem litterae diuerso ordine dispositae: Comedia & Tragediam diuersa & fere opposita poemata componit. **¶ Secunda conclusio.** De generatioe & corruptioe hoc loco determinanda est. **¶ Primo.** Quia oes physici de generatioe & corruptione tractant: & dicunt generatioem aliud esse quam alterationem: accidit aliquid mutationem. Nam generatio: congregatio/& corruptio: segregatio ab ipsis esse ponebatur/alteratio uero: passioem/acciditque/transmutatio. igitur de praedictis motibus determinandum est. **¶ Secundo.** Quia de hac materia propria & discussione dignae mouentur questiones: an generatio sit congregatio/an corruptio/segregatio/an generatio sit alteratio & accidentaria mutatio/nec ne. Expedit igitur has questiones (ad quae aliquid adducunt rationes multas ut cogentes: alique uero ut dissoluantur) dissolueri. Expedit etiam determinare an entia naturalia generentur/augeantur/et alterentur: an etiam patiantur motus his contrarios scilicet corruptionem & diminutionem. Denique conducit differere an entia naturalia substantia principia sint magnitudines indiuisibiles: ut utrum earum principia sit superficies indiuisibiles ut dicebat Plato: an corpora indiuisibilia ut dicebat Democritus. **¶ Tertia conclusio.** Positio Platonis minus est rationalis positioe Democriti. **¶ Patet primo.** Quia magis absurdum est corpora in superficies indiuisibiles resolvere/quam corpora resolvere in corpora indiuisibilia: quibus et hoc magna habeat absurditate. Nam quae corpora in superficies impartibiles resoluit: & diuisibile ex indiuisibili componit/& profundum ex non profundo. Quia uero corpora in corpora impartibilia diuidit: solum diuisibile ex indiuisibili sed simile ex simili componit. quemadmodum irrationabilis est linea in punctis/et ipsa in lineas impartibiles resolvere. Sed Plato resoluit corpora in superficies indiuisibiles. Democritus uero in corpora indiuisibilia. igitur Plato irrationabilior locutus est. **¶ Secundo.** Democritus ex suis atomis conabatur generationem & alterationem saluare: Plato uero ex suis superficiebus indiuisibilibus neque generationem neque alterationem saluare conatus est: igitur Plato minus recte quam Democritus dixisse uisus est. **¶ Tertio.** Democritus circa naturalia magis uersatus est: & rerum naturalium motus & proprietates exacte inquirere laborauit. Plato uero minus studij & operae rerum naturalium cognitioni impedit. Quia autem minus expertus fuit: & ad pauca intellectum aduertunt: facile enunciant quicquid antequam eius ueritatem exploratam habent. igitur Plato magis quam Democritus defecit. **¶ Quarto.** Qui ex impertinentibus huic discipline & impertinens agit rationibus: minus apte quam qui ex propriis loquitur. Plato autem ex logicis/ide est communibus/huicque discipline non accommodis agit rationibus. Nam sic argumentatur. Nisi corpora in superficies indiuisibiles resoluantur: ante trigonum priores erunt aliae si figurae rectilineae/inequae trian-

Tres Democriti rationes earumque refutationes.

gulus erit figurarum rectilinearum prima: quod est inconueniens. Et hæc quidem ratio non physica: sed potius geometrica est. Democritus uero ex proprijs agit rationibus. igitur. Tres Democriti rationes/corpus in indiuisibilia corpuscula diuisibile esse comprobantes. Prima. Corpus est magnitudo/secundum omnes partes ubiq; diuisibile: id cum uerum sit / possibile est quare si ponatur factum: nihil accidit impossibile. Nam possibili posito in esse: nihil accidit impossibile. Ponatur itaq; corpus secundum omnes suas partes diuisum. Quæ omnimoda diuisione facta super sunt aut sunt puncta/lineæ/superficies/qualitates/nihil aut corpuscula atomalia. Non supererunt puncta: quia punctum puncto additum non efficit maius. Etiam ipsum corpus ex punctis esset compositum: quia punctus immobilis est: et corpus itidem omne esset immobile. Neq; super sunt lineæ/aut superficies/aut passiones. Nam cum hæc sunt non corpora: corpus ex non corporibus esset compositum: quod est impossibile. Etiam passiones a subiecto separari et separatim existere est impossibile. Et si post totam corporis diuisionem superesset solæ passiones: illæ residuæ essent sine subiecto. Neq; quisquam dicere posset nihil remanere. quia corpus ex nihilo fuisset compositum: et non uere sed tantum apparenter existens: igitur remanent corpora: et illa non sunt diuisibilia. Alioquin corpus non fuisset compositum: quod est contra hypothese[m]. igitur super sunt corpuscula indiuisibilia: quod est propositum. Responsio. Conceditur corpus esse magnitudinem diuisibilem potentia quæ nunquam completum consequi possit actum: non tamen esse omnino actum diuisibilem / et ut completum diuisionis actum attingere possit. Quare negatur si id secundum ponatur factum: nullum sequi impossibile. aut enim sequeretur diuisibile ex indiuisibili fuisse compositum / aut ultima diuisione ulteriores esse diuisiones. Neq; huiusmodi possibile quod ad completum actum nunquam reduci potest: debet unquam poni esse factum. Quare negatur id quod Democritus supponit: scilicet corpus omnino esse actum diuisum: ex qua quidem falsa suppositione consequenter falsum concludit. Præterea cum linea solum secundum puncta sit diuisibilis: et non ubiq; in linea sit punctus (Alioquin duo puncta essent sibi immediata et proxima) sequitur q; linea non est undiq; et ubiq; diuisibilis: sed ut punctus habens / et ubi terminos habens: ita de corpore. Secunda ratio. Si magnitudo semper in minores solueretur magnitudines: tandem perueniretur ad magnitudines insensibiles. quare illæ consequenter essent indiuisibiles: igitur corpora usq; ad aliquid diuisum non semper. Responsio. Admittitur per diuisionem tandem perueniri ad partes insensibiles: negatur tamen illas esse simpliciter indiuisibiles. nam tamen si sensu ulterius diuidi non possunt: nihilominus tamen intellectu (qui quacumq; magnitudine data minorem intelligit) possunt diuidi. Et licet partes illæ minutule seorsum et separatim non percipiuntur: alij tamen coniunctæ et continue bene sentiuntur / et totum sensibile constituunt. Tertia ratio. Non potest rerum generatio nisi atomorum congregatione saluari: et corruptio segregatione. igitur potentia sunt corpora indiuisibilia in quæ corpus resoluitur. Responsio. Negandum est generationem atomorum congregatione / et corruptionem segregatione fieri. Nam si sic ipsum corpus ubiq; in impartibilia esset diuisibile: quemadmodum si ex punctis esset compositum. Et ex minimis simpliciter (ut pote atomis quæ in minora diuidi non possent) esset facta congregatio: et in minima simpliciter secundum magnitudinem: scilicet in corpuscula atomalia facta resolutio. modo impossibile est esse magnitudinem minimam simpliciter: cum omni magnitudine supponat physicis minorem dari posse. Sed generatio est: quia sit unius totius compositi in alterum totum compositum secundum substantiam transmutatio. ut ignis in aquam / aut aqua in terram. Neq; recte dicunt generationem esse alterationem: cum generatio ab alteratione dupliciter differat. Primo subiecto: nam generationis subiectum / materia est: suscipiens formam substantialem quæ acquiritur. Alterationis autem subiectum est totum compositum qualitatem suscipiens: ut aqua caliditatem. Secundo. termino ad quem. Nam generatio est ad substantiam: alteratio uero ad qualitatem. Et totidem modis corruptio ab alteratione differt. Concedere tamen non est inconueniens: q; per segregationem generationes et corruptiones fierent uelociores: per congregationem uero tardiores. Ut si aqua in minutissimas partes dispergat: citius consumitur / et aer aut uapor ex ea generatur: quæ uis eius dispersa minus suæ corruptioni resistat. Si uero collecta uitro continetur / aut uas: tardius corrumpitur: quæ collecta eius uirtus uehementius suæ corruptioni obstat.

Generationis ab alteratione differentia.

Tertij cap. note. Non ens / non ente secundum quid. Non ens / non ens simpliciter. Passiones / accidentia. Ens actus / ens simpliciter hoc aliquid. Generatio simpliciter: forma substantialis acquisitio. Generatio secundum quid / accidentis acquisitio. Spiritus / uentus.

Ertij cap. continet sex questiones, tres quæ nihil simpliciter generat ad primam rationem: earum solæ rationes: et reliquarum sequenti questionum ordine. Prima questio. utrum contingat aliquid simpliciter generari aut corrumpi? Tres rationes quæ non. Prima. Quicquid transmutatione existit: semper ex aliquo est. ut ex magno paruum / aut magnum ex paruo: ex laborate sanum, et ex sano laboriosum: et ita in ceteris. Et si quod simpliciter generat: ex non ente generabitur. Erunt igitur non ens / bonum. quod igitur simpliciter generabitur: ex non ente simpliciter generabitur. quod impossibile est. Tertia. Aut simpliciter generatio est ex non ente simpliciter: aut non ente aliquo. ut non albo / non bono. Non ex non ente aliquo. quæ hæc secundum quod generatio est. Erunt igitur ex simpliciter non ente. Et tunc aut non ens negat substantiam: aut uniuersaliter secundum unum quod predicamentorum. ut substantiam / quantum / quale / et ita in ceteris neget ens. Si neget substantiam: erit substantiam ex non substantiam generatio. Et cum non sit substantiam: impossibile est aliquid aliorum esse ex quo fiat: alioquin esset passiones a substantiam separata: et ex nihilo aliquid fieret: quod est impossibile. Et id idem manifestum sequatur: si non ens / uniuersaliter neget. Rationibus adhibenda responsio. Dicimus uno modo ex non ente simpliciter / non quod oino non sit ens / sed quod non sit ens actus: aliquid simpliciter generari. Alio uero modo ex semper ente: sed potestate quod non ente aut in actu: aliquid simpliciter generari dicimus. Sed de illo ente quod: cum aliquid substantiam fuerit generatio: an illud ens potestate ex quo fit / non sit actu substantiam sed potestate: actu tamen aut quantum / aut quale / aut aliquid aliorum: Si neq; substantiam actu neq; quantum / neq; aliquid aliorum actu / sed solum potestate: ex nihilo aliquid generari concedere oportet: quod oes concedere abnuunt Philosophantes. Dicimus illud ens neq; simpliciter esse substantiam: neq; ens simpliciter quantum aut quale / et ita in ceteris. Nam hoc aliquid non est. sed potestate / incompletum substantiam existens: taliter et quantum:



et quibus. Secunda questio. Quare semper fiunt: semperque perdurant et simpliciter et secundum quid generatio ones? Responsio. Una causa est materia. Secunda est mouens. unum enim omni tempore principium mouens in mobile existit: illud uero semper mobile / quod perpetuo succedentium generationum / corruptionum / et aliorum motuum causa existit. Et cum quid corrumpitur: in non ens actu corrumpitur / ens potestate et materiam relinquens. ex qua alterum generetur. Neque ideo generationum successio perpetua est: quia materia (ut putauerunt aliqui) infinita sit. Nam infinitum actu existere: impossibile esse sepius monstratum est. Et cum instant. Si materia finita esset: cum quodlibet genitorum particulam materiam accipiat: iam consumpta esset: aut tandem consumenda / defecturaque: cessationis generationum causa. finitum enim omne per finiti ablationem tandem absumitur. Prompta responsio est: nunquam consumenda / defecturaque esse. quia ob materiam corruptionis unius: generatio est alterius. quod enim materiam in unius corruptione dimittitur: ab altero in generatione sumitur. Quam iterum cum ipsum corruptione: resolutioneque adueniente dimiserit: ab altero uno aut pluribus primum ad ortum deductis rursum assumetur. Tertia questio. Cur aliquid simpliciter: et aliquid secundum quid generari et corrumpi dicatur? Responsio. Hoc aliquid / ens est simpliciter. ideo eius generatio et corruptio dicitur simpliciter generatio et corruptio. accidens uero / ens secundum quid: et ad substantiam ut non ens. ideo eius generatio (ut cum fiat aut quantum / aut sciens / aut ubi) dicitur secundum quid generatio. Itidem et eius corruptio. quemadmodum Parmenides duo ponebat: ignem ens / et terram ut non ens. Ideo ignis generatio (si ita esset) simpliciter generatio diceretur: et terræ generatio / secundum quid generatio. Et hoc existimauerunt generari magis. quod se ut species haberet: ut calidum / frigidum. Est enim caliditas / species: frigiditas uero ut eius priuatio: et ut ignis / et terra. Neque ualet quod huic questioni uolunt uendæ afferbant: huius simpliciter generationem et corruptionem esse: quod magis fuisse sensibile. quod uero minus: eius esse secundum quid et generationem et corruptionem. Putabant enim magis sensibile: magis ens: magisque scibile esse: sensusque scientie uirtutem habere. Et quo modo res se haberet ad sentiri: ita ad essendi ueritatem: quod falsum est. Nam spiritus et aer minus sensibilia sunt terra. Cum enim transmutantur in terram: fiunt bene tangibilia et sensibilia. et tamen ueriora quam terra sunt entia: ut que plus actus / speciei que habeant. sed diuersitas (ut diximus) uenit ob predicamentorum diuersitatem. Quia que est secundum substantiam aut generatio aut corruptio: simpliciter dicitur. Que uero secundum aliquid predicamentorum accidentium: secundum quid. Quarta questio. Cur semper ex aliquo corruptio fit generatio? Responsio. Quia corruptio est in non ens / et generatio ex non ente: quod quidem est ens pura potestate. Hinc merito nunquam casura est generatio. ut que fit ex non ente: quod sine specie esse non possit. Quinta. An illud non ens in quod fit corruptio / et ex quo fit generatio: aliquid sit contrarium? Responsio. Non. nam id non ens / materia est: sed contrariorum successione est susceptiuum. Sexta. Nonne eadem est materia uirtusque et quod corrumpitur / et quod generatur? Responsio. Est eadem: et est ut diuersa. Subiecto enim eadem ratione non eadem. ut cum ignis corrumpitur et generatur aqua: nunc est hoc contrarium: nunc autem illud habens. sunt enim ignis et aqua contraria.

Notarum tertij capitis declaratio.

In principio tertie rationis / non ente aliquo idem est quod non ente secundum quid. At non ens secundum quid est accidens neque de designatum: ut non album / non nigrum. Ens uero secundum quid est accidens affirmatione expressum / ut album / nigrum. Cum dicitur ex non ente fieri generationem: tibi non ens non sumitur pro eo quod omnino non est ens: sed pro ente simpliciter scilicet materia. quæ cum non sit res naturalis. non est ens simpliciter / quare est non ens simpliciter. Ens actus: est ens simpliciter / et totum ex materia et forma compositum. Ens potentia siue ens potestate est materia: quæ substantia simplex est et incompleta. Generatio simpliciter est substantiam acquisitio. Generatio secundum quid: est accidentis acquisitio.

Tertij capitis prima questio. Utrum contingat aliquid simpliciter et secundum substantiam generari aut corrumpi. Prima ratio probans id fieri non posse. Quicquid transmutatione existit: semper ex aliquo est. Ut ex magno est paruum / aut contra magnum ex paruo: ex aegro fit sanum, aut ediuerso ex sano aegrum, et ita in ceteris transmutationibus. At si quid simpliciter generatur: ex non ente generatur: igitur non est ens aliquid. Responsio. Conceditur quicquid transmutatione existit esse ex aliquo ente simpliciter / aut secundum quid / aut non ente simpliciter / ente tamen potestate: sed non oportet omne id esse ex ente actu et simpliciter. Conceditur etiam si quid generatur / ipsum ex non ente simpliciter generari: illud esse aliquid ut pote materiam. non tamen generari ex omnino non ente: quia hoc nihil est. Secunda ratio. Quod generatur secundum quid: ex non ente secundum quid generatur. ut ex non albo fit album / ex non nigro fit nigrum. igitur quod generatur simpliciter: ex non ente simpliciter generatur. Responsio. Admittitur quod assumptum est / et quod infertur. scilicet quod simpliciter generatur: ex non ente simpliciter (quod tamen est ens potestate) scilicet materia generari: non tamen ex omnino non ente: quia ex nihilo nihil fit. Tertia ratio. Aut generatio simpliciter est ex non ente simpliciter / aut ex non ente secundum quid. Sed nulla generatio simpliciter est ex non ente secundum quid: nam sola generatio secundum quid / ex non ente secundum quid fieri dicitur. igitur generatio simpliciter fit ex non ente simpliciter. Quod si sic: aut non ens negat substantiam solam et affirmat cetera predicamenta: aut uniuersaliter negat unum quodque predicamentorum. Si neget substantiam: igitur erit substantiam generatio. Et si non sit substantiam: impossibile est aliquid accidentium esse / aut esse accidentia a substantiam separata: quod est impossibile. quare ex nihilo aliquid fieret: quod rursum est impossibile. Et idem inconueniens manifestius sequitur: si ponatur non ens negare tam substantiam quam cetera predicamenta uniuersaliter.

Quid est actus substantia et substantia potestate.

Responso. Generatio fit ex non ente simpliciter / ente tamen potentia / substantiaque incompleta scilicet materia. Et non ens solum substantia negat; sed non omnem, negat enim solum substantiam completam: quam sua affirmatio ens simpliciter designavit. Et non negat substantiam incompletam; cum eam sua affirmatio non designauerit, quare conceditur quod est substantia completa ex non substantia completa generatio; quare tamen est substantia incompleta. Inconueniens autem esset substantia ex omnino non substantia generationem esse. Et si nullo modo esset substantia; uerum est non posse esse accidentia. At quod non sit substantia completa, modo sit incompleta; possunt esse accidentia ex quibus tamen non fit generatio; quare non sequitur ex nihilo et omnino non ente aliquid fieri. Neque est deinceps admittendum quod non ens uniuersaliter neget; quia non omnem substantiam negat. Et cum uiterius quaerunt de illo ente potentia sine potestate; cum ex eo fit substantia; an non sit actu substantia sed potestate; actu tamen aut quantum aut quale. Respondetur quod bisariam quicquid est actu substantia. Primo quia sit substantia completa. Secundo quia sit substantia actu existens. Sic substantia potestate primo est substantia incompleta. Secundo quod nondum est substantia / sed potest esse. Illud autem ens non est actu substantia primo; cum hoc modo sit substantia potestate; est tamen actu substantia secundo. Similiter idipsum ens ex quo fit generatio non est actu quantum primo; quia non est ens completum habens quantitatem, sed est quantum potestate primo; cum sit substantia incompleta quantitatem habens. Est etiam actu quantum secundo; quia nunc existens quantitatem habet. Et eo modo quo substantia est; eodem modo est quantum. Et quale scilicet potentia primo. Eorum autem ratio qua sic obijciunt; si huiusmodi ens non esset actu substantia sed solum potestate; oporteret concedere ex nihilo aliquid fieri: locum habet capiendum ens actu et potestate secundo modo. quod patet materia non esse ens potestate dicimus. **S**ecunda quaestio. Quare semper sunt et perpetuo duratur rerum generationes et corruptiones. **R**esponso. Duae sunt perpetuae rerum generationis et corruptionis causae, prima est materia: quae perpetua manens / semper mobilis / et nunquam mouens / continue succedentium generationum et corruptionum causa est substantia. Secunda uero est prima efficiens semper mouens et omnino immobile: quod perpetue generationum et corruptionum successiois causa est effectiua. Et cum aliquid res naturalis corrumpitur in non ens simpliciter corrumpitur relinquitur materia substantia incompleta; ex qua altera res naturalis generatur. Neque infinitudo materiae secundum magnitudinem causa est cur perpetua sit rerum generatio; nam saepius monstratum est non posse natura esse infinitum actu / praesertim in tertio Physicorum / et primo de Caelo. **E**t cum obijciatur. Omne finitum per finitae partis ablationem tandem consumitur. At quodlibet genitorum / partem materiam sumit. igitur si materia esset finita; tandem tota consumeretur / et sic rerum generationes cessarent. **R**esponso. Omne finitum per nouae partis acceptionem quae prius accepta non fuerit / tandem consumitur. At per partium prius acceptarum iterata sumptionem et ablati resumptionem nunquam consumitur. Genitum autem quodlibet / non accipit nouam materiae partem nunquam a prioribus acceptam; sed prius ablatam resumit. Nam quae materia in corruptione unius a forma deperdita dimittitur; eadem a forma quae gignitur pro subiecto resumitur. ut cum corrumpitur lignum in ignem; materia ligni dimittitur a ligno / et resumitur ab ignis forma. Et cum ignis in aquam corrumpitur; materia ignis dimissa / ab aqua resumitur. quare negandum est quod materia unquam consumatur; aut rerum generationes unquam deficiant. **T**ertia quaestio. Cur aliquid simpliciter generatur; et aliquid secundum quid; similiter cur aliquid simpliciter corrumpitur; et alterum secundum quid. **R**esponso. Res naturalis / completamque substantiam ens est simpliciter et uere ens; ideo eius generatio dicitur simpliciter generatio; et corruptio eiusdem / simpliciter corruptio. Accidens uero dicitur ens secundum quid; et substantiae comparatum (cuius umbra solum et imago est) dicitur non ens; ideo accidens acquisitio / generatio secundum quid; et eius deperditio / corruptio secundum quid appellatur. **Q**uemadmodum Parmenides duo posuit entia; unum quidem perfectius scilicet ignem; quod dixit esse ens; et alterum imperfectius scilicet terram quod uocabatur non ens. Ideo si ita se ignis et terra haberent; generatio ignis diceretur generatio simpliciter; et generatio terrae; generatio secundum quid. Et id dixerunt antiqui magis generari: quod perfectius esset et se uel formam haberet. id uero minus; quod imperfectius esset et se haberet uel materia. quemadmodum calidum dixerunt magis generari frigido. Nam caliditas est uel species atque forma; et in affirmatione; frigiditas autem in negatione; et tanquam eius priuatio. Perfectionis enim proportione caliditas sese habet ad frigiditatem; quemadmodum ignis ad terram. Neque hanc quaestione recte soluerunt dicentes id simpliciter generari et corrumpi; quod magis uel sensibile. id uero secundum quid generari et corrumpi; quod minus a sensu uel perceptibile. Putabant enim quod magis esset sensibile; perfectius esse ens et uerius scibile. quod uero minus esset sensibile; esse ens imperfectius et minus scibile. Cuius tamen oppositum euenit. Nam uentus et aer minus a sensu percipiuntur quam terra; propter eorum raritatem et subtilitatem; et tamen longe ueriora et perfectiora sunt entia quam terra; nam plus actus substantialis habent et minus materiae. Terra uero contra plus materiae sortita est et minus formae. Modo ab actu substantiali perfectio / a materia uero imperfectio in rebus est; illorum alterutrum aut magis aut minus participantibus. Sed generationis et corruptionis simpliciter et secundum quid diuersitas; secundum praedicamentorum ad quae sunt motus diuersitatem prouenit. Nam quae secundum substantiam est transmutatio / simpliciter dicitur; quae uero secundum accidens / generatio et corruptio secundum quid. **Q**uarta quaestio. Cur aliquo corrupto semper subsequitur generatio / ut nunquam natura quicquam corrumpatur quin ex eo alterum generetur. **R**esponso. Quia cum quid corrumpitur in materiam (quae est non ens simpliciter) corrumpitur; cum impossibile sit aliquid in nihilum et omnino non ens conuerti. At impossibile est materiam sine forma natura subsistere; acquiritur igitur in eadem materia / altera forma per generationem. hinc semper corruptioni generatio coniuncta est. **Q**uinta. An illud non ens simpliciter / ens tamen potestate / incompletamque substantiam ex qua fit generatio et in qua fit corruptio; sit alicui contrarium. **R**esponso. Materia nulli contraria est; sed successiue contraria tum substantialium tum accidentalium est susceptiua; ut in primo Physicorum dictum est. Si enim alicui contraria esset; expelleret / corrumpereque suum contrarium. quod cum non esset nata suscipere; non igitur omnium esset susceptiua contrariorum. **S**exta quaestio. Vtrum eadem est materia eius quod corrumpitur et quod simul generatur: ut ligni corrupti et ignis ex eo geniti. **R**esponso. Eius quod corrumpitur et quod simul generatur est eadem materia numero et re / praesertim tamen est diuersa. Nam comparata ad formam quae deperditur; dicitur materia corrupti et subiectiue corrumpitur. Comparata uero ad formam quae acquiritur; dicitur materia geniti et subiectiue generatur. **U**t cum ex igne fit aqua; materia primo formam ignis / deinde

deinde formam aquae illi contrariam habet. Nempe forma ignis et forma aquae aduicem contrariantur; quarum gratia / ignis et aqua aduicem contrariari dicuntur. **Q**uarti capitis nota. **S**ensibile ens completum / totum / subiectum. **C**orruptio est a toto in non totum mutatio. **A**liquo modo; ut cui transmutationes inherant. **S**ubiectum / susceptibile / subiectum inherant. **S**usceptibile / susceptiuum. **P**assio primo / accidens. **P**assio secundo / sensibilis qualitas.



Vartum cap. continet duas conclusiones. **P**rima conclusio. Generatio et alteratio / transmutationes diuersae existunt. **N**am alteratio est quando sensibili manente uel subiecto; ipsum in eius aut contrariis / aut mediis transmutatur passionibus. **U**t cum corpus sanum est et deinde idem manens fit egrum: quemadmodum et idem manens: nunc rotundum / nunc angulare est. **U**nde aliud est sensibile subiectum / et aliud passio; ut quae illi subiecto inesse nata est. **E**t generatio est mutatio totius in totum; nullo sensibili uel subiecto eodem manente. ut cum ex toto semine fit sanguis / ex tota aqua fit aer / et ex aliquo aere fit aqua: sanguinis / aeris / aquae est generatio / et seminis / aquae / et aeris corruptio. **E**t maxime deprehenditur generatio: quando id totum quod transmutatur / multum tactu / aut sensibus omnibus perceptibile est. ut cum ex aere fit aqua. **S**ecunda. **S**i in genito manet aliqua passio quae fuit in corrupto: secundum illam non est transmutatio. **U**t si ex aere fit aqua; et humiditas quae fuit in aere / eadem maneat in aqua; aut aeris diaphanitas / in aqua maneat. **N**am ea / alteratio non erit: cum non fiat alteratio toto in totum mutato. quod sibi accidit. **N**eque generatio: nam non fit generatio suscepta passione. ut si immusicus homo fiat homo musicus / eodem semper homine manente et musica existente passione; alteratio est. **S**i uero nullo uel subiecto manente eodem sensibili fieret mutatio; et musica et immusica passiones non essent; esset huius generatio / illius uero corruptio. **A**t cum fit secundum passionem aliqua mutatio: generatio non est. sed secundum quantitatem est augmentatio / aut diminutio: secundum qualitatem / alteratio: et secundum locum / loci mutatio. **E**t generationis subiectum: maxime proprie materia est. **A**liis uero mutationibus aliquo modo: quandoquidem omnes in se suscipit contrarietates.

Notarum quarti capitis declaratio.

Sensibile in proposito dicitur res naturalis. **U**nde in alteratioe manet idem sensibile: quia eadem secundum substantiam manet res naturalis ante alterationem et post. **U**t aqua quae calescit. **I**n generatione uero non manet idem sensibile: quia non manet eadem res naturalis ante generationem et post. **S**ed quae ante fuit / corrumpitur: et quae perfecta generatione est / primo per eam acquiritur. **U**t cum ex igne fit aqua. **N**on enim manet quicquam formae substantialis quae fuit ante motus initium in materia / completo motu in eadem. **A**liquin duae formae substantiales essent simul in eodem. **E**t propter idem nihil formae substantialis quae per generationem acquiritur; ante generationis exordium fuit in materia; quare non manet ante substantialem transmutationem et post idem sensibile. **C**orruptio est a toto in non totum mutatio; ut cum ex igne fit non ignis. **T**otum / res naturalis / idem / sic generatio est a non toto in totum; nam hoc modo diffinitur a philosopho ut corruptioni coniuncta; quare duobus terminis / uno corruptionis et altero generationis claudi inuenitur: hinc accusatiuus / illum genitius insinuat. **I**n priori uero diffinitione per proprios sibi et intrinsecos terminos diffinitus est. **M**ateria dicitur alijs mutationibus scilicet accidentalibus aliquo modo subiectum: quia est illis subiectum inherantibus: praeter quod / alia habent subiectum. **U**t pote denominationis quod est totum compositum. **S**ubiectum inherantibus est materia cui transmutationes et affectiones omnes insunt: quod susceptibile dicitur actiue; quia natus sit in se transmutationes suscipere. **P**assio primo / proprie et specialiter sumitur: et est sensibilis qualitas. prior passionis acceptio alterationi communiter acceptae respondet / secunda uero alterationi proprie. **S**upponit philosophus in secunda conclusione aliquam passionem quae fuit in corrupto manere in genito: quod uerum est praesertim cum passio quae fuit in corrupto non disconueniat naturae geniti: ut humiditas aeris non obest aquae / neque eius transparentia. **C**um uero qualitas quae fuit in corrupto disconueniat naturae geniti: forma substantialis geniti eam expellit ut sibi inimicam / et oppositam ad sui conseruationem inducit. perinde atque rex occupata urbe: eius indigenas / partes suas tuentes seruat in columnis: nec omni graeco cogit. **I**nimicos uero et sibi aduersos trucidat aut expellit.

Quid generatio et genito interdum manet idem accidens numero.

Quarti capitis prima conclusio. **G**eneratio et alteratio transmutationes sunt reipsa diuersae. **N**am alteratio est quando eadem ante transmutationem et post secundum substantiam manens res naturalis: in extremis aduicem contrariis aut medijs transmutatur passionibus. **E**t ut generatio terminus / extremum est: cum ex albo fit nigrum. **M**edijs uero: cum unius alterationis terminus media est qualitas. **U**t ex albo in fuscum / ex fusco in album / ex fusco in flavum. **E**t declarat philosophus ueram alterationem per eam quae non est propria sed magis sensibilis: cum inquit. **A**es idem manens: interdum rotundum / et interdum angulare est: cum secundum figuras non sit proprie alteratio, ut physicorum septimus ostendit. **U**nde aliud est totum compositum et sensibile subiectum / quod terminus est generationis / et subiectum denominationis alterationis: et aliud passio quae est terminus alterationis et nata inesse ipsi subiecto sensibili: quare generatio et alteratio aduicem differunt. **Q**uarta enim transmutationum termini ad quos fit differetia est ipsa sit differetes. **G**eneratio autem est mutatio totius in totum nullo sensibili totoque composito. **U**t denominationis subiecto manente eodem ante transmutationem et post. **U**t cum ex aqua fit aer: aqua corrumpitur et aer generatur. **E**t tunc potissimum percipitur generatio: quando id quod in alterum transmutatur aut quod ex altero fit / sensu exteriori uel visu aut tactu facile discernitur: ut cum ex aere fit aqua. **S**ecunda conclusio. **S**i in genito manet eadem numero passio quae fuit in corrupto: secundum illam non est facta transmutatio. **U**t cum ex aere fit aqua: et humiditas quae prius fuit

Quid alteratio.

Quid generatio.

in aere maneat in aqua/ aut transparentia atq; translucentia aeris/ in aqua maneat. Non enim secundum illam passionem erit alteratio propria: cum per diffinitionem alteratio fiat eodem sensibili manente/ & non toto in totum mutato: sicut ibi fit. Præterea non fit alteratio: eadem numero manente passione: sed una in alteram mutata. Ibi autem manet eadem passio. Neq; secundum illam passionem est generatio: quia generatio secundum substantiam est & non secundum passionem/ secundum quam alteratio est. ut si eodem homine manente ex immusico fit musicus: alteratio est. Si uero mutatio fiat nullo sensibili manente eodem/ & non existentibus passionibus musica & immusica: unius totius esset generatio & alterius corruptio. Cum uero secundum passionem fit mutatio: non ibi generatio est/ sed augmentatio/ diminutio/ alteratio/ aut loci mutatio. Et subiectum generationis primum: materia est suscipiens formam quæ acquiritur. Alijs uero prædictis transmutationibus materia aliquo modo subiectum est: quia ipsa in se omnes suscipit contrarietates & quantitatis/ & qualitatis/ & lationis. Igitur subiectum est augmentationis/ diminutionis/ alterationis/ & lationis: subiectum inquam inbesionis.

¶ Separatum / non quantum. **¶** Augmentatio est cum nutritione quantitatis incrementum. **¶** Diminutio uero consimili modo quantitatis diminuentum. **¶** Nutricatio/ alimenti est in aliti substantiam conuersio. **¶** Nutricatio/ nutritio/ alitio. **¶** Ad ditamentum: maior amētū. **¶** Quælibet pars/ pars homiomera/ ut os neruus/ & anomiomera: ut caput/ pes/ manus.

¶ Pars homiomera est quæ omnes sui partes similis secum habet denominationis. **¶** Anomiomera / quæ non habet suas partes similis secum denominationis. **¶** Esse/ ratio.



Vinum cap. continet octo conclusiones, unam questionem, & duas rationes ad primam, unam questionem ad secundam, duas rationes, & unam instantiam ad tertiam, unam questionem ad quartam, tres rationes, & sex augmentationis conditiones, & unum correlatum ad octauam. **¶** **Q**uestio. An augmentatio ab alijs motibus differat? **¶** **P**rima conclusio. Augmentatio ab alijs motibus differt. **¶** **P**rimo. Quia generatio & corruptio sunt secundum substantiam. Generatio quidem/ ut cum ex potentia substantia: fit actu substantia. corruptio, editerio. Alteratio secundum qualitatem. & motus localis secundum ubi. Augmentatio uero & diminutio secundum quantitatem. Est igitur augmentatio ab alijs mutationibus altera. Conuenit tamen cum ceteris: quia sicut in illis ex eo quod erat potentia/ fit ut sit actus: ita & in augmentatione. **¶** **S**ecundo. Secundum transmutandi modorum diuersitatem. quia quod generatur, quod corrumpitur, quod alteratur: omnino non oportet mutare locum. quod autem augetur: oportet aliquo modo. Et quod secundum rectum fertur: omnino locum demutat. Et cum circumfertur: semper eundem locum feruat. Quod uero augetur: neq; omnino demutat neq; eundem semper feruat. Sed primo habet arctiorem: postea uero amplio rem. Et quod diminuitur: editerio ab ampliore et adit in arctiorem. differt igitur augmentatio ab alijs mutationibus. **¶** **S**ecunda questio. Cum augmentatio & diminutio sit circa quantitatem & magnitudinem: an fiant ex corporeo potentia & incorporeo actu: & si ex corporeo: an illud corporeum ex quo fiat/ a subiecto & materia sit sciunctum: potius ne materiae coniunctum? **¶** **S**ecunda conclusio. Augmentatio non fit ex aliquo separato. **¶** **N**on enim fiet ex aliquo separato non existente in aliquo: nam non esset in loco ut neq; punctum. sed tunc quid erit: an uacuum/ an insensibile corpus? Sed id ex quo aliquid generatur: in loco est. Igitur id ex quo aliquid augetur: minime separatum est. Neq; quidem id separatum in aliquo existit. **¶** **P**rimo. Quia augmentatio fieret ab illo separato abstracto ab illo in quo esset. cum nihil esset illius in quo esset: ut neq; vas aliquid uini quod in eo est: cum ipsum ab ipso uase extrahatur: hoc autem non/ nam non fit sine partiali corruptione & partiali generatione. **¶** **S**ecundo. Quia nihil prohiberet hoc modo simul infinitas esse materias: quare & idem ex infinitis simul generari: si admittant augmentationem adiectam generationi. **¶** **T**ertia conclusio. Melius est sentire augmentationem & generationem ex una numero/ eademq; inseparata materia fieri: ratione uero non una. **¶** **P**rimo. Quia ut fiat augmentatio aliquo adueniente corporeo aut incorporeo/ necesse est. Non autem fit ex incorporeo: fit igitur ex corporeo. & hoc quidem coniuncta/ inseparataq; materia est: ex qua pariter fit generatio. Fit enim generatio ab aliquo ente actu aut Homogeneo aut Heterogeneo. ut ignis ab igne & homo ab homine. & substantia corporeæ materia/ re ipsa & actu inseparata est: ratione atq; cogitatione separabilis. **¶** **S**ecundo. Augmentatio est præexistens quantitatis additamentum nutritioni coniunctum. Et diminutio/ præexistens quantitatis minoramentum. igitur quod augetur/ corporeum est: & quod ei aduenit/ corporeum. Incorporeum siquidem corpori adueniens: maius ipsum non efficit. Et quod in diminutione subtrahitur: corporeum. Nam incorporeo substracto non fieret minus. **¶** **I**stantia. Si quid augetur: & quælibet pars maior fieret. & si minueretur: minor. Et si quid augetur: aliquo adueniente aut corporeo aut incorporeo augetur. Et si quid minueretur: pariter aliquo corporeo aut incorporeo distracto/ & recedente minueretur. Sed non augetur aliquo incorporeo adueniente. esset enim quid separatum. Et materiam a magnitudine separatam esse impossibile est. Neq; fiet adueniente corporeo. nam duo corpora simul erunt: ut quod augetur & auget. Neq; per idem minuetur substracto incorporeo/ neq; corporeo. Nam & corpora se occupassent/ aut relinqueretur uacuum. Non igitur vilo pacto aliquid aut augetur/ aut minuetur. **¶** **R**esponderunt aliqui augmentationem fieri nullo extrinseco adueniente. quemadmodum cum ex aqua fit aer: nullo extrinseco suscepto/ fit aeris maior moles. Et cum ex aere fit aqua: nullo substracto fit minor. Sed hoc pacto insufficienter responderunt. **¶** **P**rimo. Quia illic nulla augmentatio vel diminutio: sed unius generatio & alterius corruptio est. **¶** **S**ecundo. Quia

saluare oportet id quod augetur esse: & eius quamlibet partem effici maiorem: ut carnem/ neruum/ & quæ ex illis constant. & quod augetur non perire sed manere. Id autem ipsi non saluant. **¶** **T**ertia questio. Quid augetur cum apponitur aliquid: an id quod apponitur ut cibus/ an corpus cui apponitur/ aut utriusq; quemadmodum cum aquam uino immisces: totum simul redditur maius. **¶** **Q**uarta conclusio. Animatum corpus cui cibus aduenit: augetur. **¶** **P**rimo. Quia id augetur: quod ante & post substantia manet idem. hoc autem est animatum corpus: & non cibus/ neq; utriusq; congeries: augetur igitur animatum corpus cui aduenit cibus. & solum quidem: quemadmodum si parum aque fundas in uinum quod corrupta non maneat: non dices aquam effectam maiorem/ neq; uini & aque aggeratam molem/ sed uinum: ut quod solum maneat. **¶** **Q**uia si carni adueniat passio/ fiatq; carnis alteratio (semper carne eadem manente) caro cui aduenit passio: alterari dicitur/ & non ipsa passio. Dicitur igitur & animatum corpus augeri cui aduenit cibus: & non cibus ipse. **¶** **T**ertio. Id augetur: in quo est præcipuum mouens. in corpore autem animato præcipuum mouens est/ corrupens cibum in consimile specie animato/ fitq; ingrediens simile specie/ & corpus hoc accipiens: maius. augetur igitur corpus animatum: & non qui corrumpitur cibus. **¶** **S**ex augmentationis conditiones. **¶** **P**rima. Idem manet ante augmentationem & post. **¶** **S**ecunda. Quod augetur: aliquo adueniente augetur/ & abeunte aliquo minuitur. **¶** **T**ertia. Eius quod augetur/ quælibet pars augetur: & eius quod minuitur/ quælibet pars minuitur. **¶** **A**ugmentur enim Anomiomera: cum Homiomera augetur. Nam & Homiomera/ Anomiomera unum quodq; compositum est. **¶** **Q**uarta. Ut aliquid augetur: non est constitutum uacuum. **¶** **Q**uinta. Neq; ut sit augmentatio: corpora se in eodem loco occupare necesse est. **¶** **S**exta. Augmentatio non fit in corpore adueniente. Et his ex sequentibus clarioribus factis: obiectionis præpositæ patefacta erit solutio. **¶** **Q**uinta conclusio. Augmentatio fit aliquo adueniente secundum speciem: & non solum secundum materiam. **¶** **N**am adueniente aliquo secundum speciem: maius totum efficitur. secundum autem materiam: non. **¶** **A**duenit enim aliquid secundum speciem: cum similem formam & speciem rei (cui aduenit) obtineat. **¶** **S**ecundum materiam uero: quod similem retineat materiam/ speciem uero non. **¶** **Q**uemadmodum si aliqua mensura continue aquam aque succedentem mensuret: quæ continue aduenit/ idem secundum speciem est/ ita si adueniens ossi: ossis formam accipiat/ & carni: formam carnis: quod aduenit/ dicitur secundum speciem. **¶** **Q**uod si succederet aque non aqua/ & ossi non os/ & carni non caro: quod adueniret: secundum materiam diceret/ & non aliquid secundum speciem & formam/ & quæ sunt secundum formam/ & quæ secundum materiam: in aliquibus facilius deprehenditur ut Anomiomera. ut uidentis manus cum augetur. Et hinc fit ut mortui magis videatur esse caro & os quæ manus & brachium: quæ speciei discrimen in Anomiomera apertius/ manifestiusq; sit. **¶** **S**exta. Cibus/ aucto contrarius est. **¶** **N**am aucti specie/ ipsum in consimile specie transmutari oportet. ut si sicco adueniat humidum: transmutabitur in siccum. **¶** **F**it enim augmentatio: aliquo secundum speciem adueniente. **¶** **I**d autem esse non potest cibo non existente contrario. nam contrarium proprium est ad inuicem agere atq; pati: & alteri ab altero corrumpi. **¶** **C**ibus igitur aucto existit contrarius. **¶** **C**orrelariū. **¶** **V**nde fit ut quod augetur: ut simili & ut dissimili augetur. **¶** **N**am augetur dissimili in principio: quia contrario. & in fine/ simili: quia secundum speciem. **¶** **S**eptima conclusio. Cibus talis est potentia: quale quod incrementum susceperit sit/ actu. **¶** **Q**uia si ex cibo auctura sit caro: ipsum specie carnis accipere oportet. & si os: specie ossis. Et ita quicquid augendum sit illius rei specie. **¶** **F**it enim augmentatio: aliquo secundum speciem adueniente. **¶** **E**st ita uero cibus potentia talis: quale quod augetur/ actu est. **¶** **A**ttamen actu aliud. **¶** **F**it enim augmentatio: quemadmodum si in uinum fundatur aqua: quæ mixta in uini specie corrumpi possit/ uini quantitate adauges. **¶** **I**ta digesto alimento & in corpus disperso: corporis naturam sumit/ corpusq; adauget. **¶** **E**t sicut ignis appositus ligna uredo facit ignem/ atq; in similem substantiam transmutat: quia generat. sic corpus animatum/ coctum cibum in suam conuertit substantiam. **¶** **O**ctaua. **¶** **E**t sicut quod generatur/ non est uniuersale quantum aut singulare: sed hoc uniuersale aut hoc singulare. ut animal/ homo/ hic homo: sic quod augetur non est hoc uniuersale aut hoc singulare: sed uniuersale aut singulare quantum. **¶** **C**aro enim ut caro/ carni adueniens non auget: sed illic potius generatio attenditur. sed ut caro quanta: quanta carni aduenit: auget/ fitq; totum maius. **¶** **F**it enim augmentatio: actu adueniente corporeo. **¶** **O**portet igitur generari & carnem/ & quantam carnem. sed secundum quod caro/ nutritio: secundum quod quanta/ auget. **¶** **E**t sic nutriens & auges & si subiecto sunt uniuersale/ ratione dissentiunt. **¶** **C**orrelariū. **¶** **V**nde fit ut nutritio quæ diu saluat animal: non tamen semper aut auget/ aut minuit. **¶** **N**am quæ diu saluat/ aduenit potentia caro: quæ ut caro/ nutrimentum est: non autem semper maius efficere uales. ut enim dicitur est/ augmentatiuum & nutrimentum re ipsa sunt idem: esse autem non idem. **¶** **N**am secundum quod aduenit potentia quanta caro: augmentatiuum est/ secundum uero quod solum potentia caro: nutrimentum. **¶** **E**t sicut aqua ab uidentia uino inuisa & mixta/ uinum aqueum facit & aquam. sic adueniente formæ mixta potentia: uinum eius debilitat et fit diminutio. & quanto plus potentia: tanto materialior/ & quanto minus: uinum eius ualentior/ fitq; tunc augmentatio/ si plus & iauento & diminuto saluat spem. **¶** **S**ed de augmentatioe & diminutioe hactenus. **¶** **N**otariū. **¶** **V**cap. declaratio. **¶** **S**eparatum dicitur quod non est quantum siue magnitudine in se habet: quæ per accidens est: ut magnitudo/ ut forma substantialis/ albedo/ caliditas. **¶** **I**dem etiam uocatur incorporeum. **¶** **I**nseparatum uero siue corporeum est: quod magnitudine habet in se. siue completa sit substantia ut equus: siue incompleta ut corpus & materia equi. **¶** **H**omogenea sunt quæ habent partes suas similis nature: & similia cõtemperamentorū: ut ignis/ aqua. **¶** **H**eterogenea uero sunt quæ habent partes suas dissimilis nature: & diuersorū cõtemperamentorū/ ut hõ et arbor. **¶** **O**culus est

Et auris diuersa habet cōteperamēta. **A**ugmētatio quē admodū hic accipit: est nutritiōi cōiuncta maioris q̄ntitatis acquisitiō. **P**ria est aiatu/ut arboribz. **E**t aialibz. **I**gnis autē ē si aduēctō ligno fit maior/nō in augēt. q̄a ei nō cōuenit nutritiō. Similiter rā refectiō nō est hoc mō augmētatio. Diminutiō uero est nutritiōi cōiuncta a maiore quātitate in minore mutatio: **E**t uicētibz solū cōuenit. **Q**uare ignis in se deficiēs ē paulatī decrefēs nō hoc mō diminiuit: neq; cōdefectō hic diminiūō est. **C**ū corp⁹ aiatū sup̄ serit alimētū: **E**t illius forma expulsa inducit formā eiusdē naturē cū sua in eadē materiā: ibi est nutritiō. Et cōiuncta est semp̄ ḡnatiōi **E**t corruptiōi: corruptiōi q̄dē cibi/ **E**t ḡnatiōi p̄tū alii siue corpis nutriti. **I**n tertia cōditōe augmētatiōis q̄libet p̄s nō sumit vnū saliter sc̄dm numerū: sed sc̄dm speciē. Et designat p̄dēla cōditōe: q̄ p̄s Homiōmera q̄ Anomiōmera corpis aiatū nutrit. De homiōmera. **V**t os/caro/neruus. Nā omnes suas partes habent secum eiu/dem denominationis. **Q**uēlibet enim pars ossis est os. De Anomiōmera: ut manus/pes/caput. quia nō habent suas partes similis secum denominationis: nō est q̄libet pars manus est manus. **V**nti cap. prima q̄stio. **A**n augmētatio ab alijs motibz: ḡnatiōe/corruptiōe/alteratiōe/ **E**t latōe differat. **P**rima cōclū sio. Augmētatio ab alijs motibz reipsa **E**t ḡnere q̄dē differt. **P**rimo. q̄a augmētatio **E**t alij motus sc̄dm diuersa sumit p̄dicamēta. **G**natio em̄ **E**t corruptio sūt mot⁹ sc̄dm substantiā. generatio q̄dē: quādo ex eo q̄ nōdū est substantiā sed p̄t esse/ sit nūc existēs substantiā. **C**orruptio uero: quādo ex nūc existēte substantiā fit nō substantiā: ut ex igne nō ignis. **A**lteratio autē sc̄dm q̄ntitātē sumit/ **E**t latōe sc̄dm vbi. Augmētatio uero **E**t diminutiō sc̄dm q̄ntitātē: igit̄ augmētatio ab alijs motibz est diuersa. quorū em̄ motū termini ad quos diuersi sūt: **E**t ipsi sūt diuersi. **C**ōuenit tamē augmētatio (sub q̄ **E**t diminutiō intelligit̄) cū ceteris motibz. q̄a sicut in alijs motibz ex eo q̄d erat potētia ignis/ aut albū/ aut sursum/ aut a dextera/ aut a sinistra/ aut a dextera/ aut a sinistra/ sic in augmētatione ex eo q̄d erat potētia bicubitū: fit a dextera/ aut a sinistra. **S**ecūdo differt augmētatio ab alijs motibz: sc̄dm diuersos t̄ansmutadi modos. Nā q̄d generat/corrupt/ alterat: nō oportet quoquo pacto mutare locū. et si mutet: hoc accidit. **Q**uod autē augēt aut minuit: debet aliquo mō mutare locū: et ampliori aut strictiori q̄ prius cōtāo corpis locātis cōtineri. **Q**uod itē sc̄dm rectā loco mouet: oīno locū mutat. q̄d uero sc̄dm circulū mouet: semp̄ eūdē locū seruat. **Q**uod autē augēt ut plātā nō oīno locū demutat: sed imis radicibz h̄eret in terra/ neq; eādē semp̄ seruat. sed primo āgustiorē h̄z locū cū tener est/ frutex: postea uero āphiorē: cū maiorē exereuit molē. Et q̄d diminiuit: primo q̄dē āphiorē h̄z locū/ **E**t deinde strictiorē. igit̄. augmētatio **E**t diminutiō ab alijs mutatiōibz differt. **S**ecūda q̄stio. **V**tū augmētatio **E**t diminutiō sūt ex eo q̄d nōdū h̄z magnitudinē: s̄z p̄t h̄z uel ex eo q̄d magnitudinē h̄z actū. **Q**uā si sūt ex corpore actū: an illā corporeū siue quātū/ a materiā separātū sit uel materiā cōiunctū. **S**ecūda cōclū sio. Augmētatio nō fit ex aliquo separato et nō quātō. **N**ā uel fieret ex separato existēte in aliquo/ uel nō existēte in aliquo. **N**ō fit ex separato nō existēte in aliquo. **N**ā tale separātū nō esset in loco: cū nō haberet magnitudinē/ sicut neq; p̄dēla: quare nihil aliud esse uidet̄ q̄ uacūū aut insensibile corpus. **I**d autē ex quo aliquid augēt in loco esse debet. **N**ā ex eodē aliquid augēt **E**t generat. **S**ed id ex quo aliquid generat. est in loco. igit̄ ut ex quo aliquid augēt minime separātū est. **N**eq; huiusmodi separātū in aliquo existit rā cōtētū in cōtinetē. **N**ā quod hoc mō in aliquo est: nihil est illius in quo est. ut uas in uas: uel uinū in eo cōtētū. q̄re p̄t ab eo separari in quo est: ut uinū a uase/ si itaq; separātū illud in aliquo esset: possit abstrahi ab eo in quo esset/ **E**t ex ipso sic abstracto possit augmētatio fieri. quare augmētatio sic fieret ex aliquo separato nō existēte in aliquo: q̄d est relati ad primū incōueniēs **E**t impossibilē. **N**ā augmētatio nō fit sine partiali corruptiōe cibi/ **E**t partū corpis animati partiali generatiōe. **A**t generatio **E**t corruptio ex huiusmodi separato fieri nō possūt. **S**ecūdo. **Q**uia si. **I**uē materiā magnitudinis exptes simul esse possēt: eodē iure **E**t tres: **E**t quatuor **E**t centū **E**t mille/ immo sc̄dm multitudine in finitē atq; indeterminatē: nūc cōiunctū maius nō attolleret. sicut mille p̄dēla simul nō faciūt maius q̄ vni. **A**ugmētatio autē semp̄ est cōiuncta generatiōi: igit̄ idē corpus naturale ex infinitis materijs **E**t nūero indeterminatis/ ex quibz fit augmētatio eodē t̄pe/ simul generat. **I**d autē impossibilē est: igit̄. **T**ertia cōclū sio. Augmētatio **E**t generatio ex eadē nūero materiā magnitudinē cōiuncta sūt: ratiōe uero diuersa. **V**t cū aduenit cibus corpori aiatō: ex materiā ipsius cibi fit augmētatio sc̄dm quātitatē: **E**t ex eadē nutritiōe sc̄dm substantiā q̄ est generatio. ex ea tamē ut habētē magnitudinē fit augmētatio: **E**t ut habētē formā substantiāle fit generatio. **P**atet cōclū sio primo q̄a aut augmētatio fit aliquo adueniēte corporeo aut incorporeo. **A**t nō fit adueniēte incorporeo/ ut mō p̄batū est: q̄a tunc fieret ex aliquo separato/ ergo fit adueniēte corporeo. **E**t id q̄d corporeū/ materiā est magnitudinē habēs: ex qua alimētū materiā etiā fit generatio: igit̄ augmētatio **E**t generatio sūt ex eadē materiā nūcō: ratiōe tamē alia. **G**eneratio q̄dē fit a generante renaturali: aut homogēa ut ignis ab igne/ aut heterogēa. ut homo ab homine. **E**t rerum naturalium material reipsa corporea est **E**t quanta: cogitatione tamē **E**t intellectu a magnitudine separabilis: quoniam intelligi potest materiā non considerando an magnitudinem habeat sicut magnitudo cogitatione et intellectu a materia separatur: quibus reipsa semp̄ materiā cōiuncta sūt. **S**ecūdo. Augmētatio est prioris quātitatis incrementū nutritiōi cōiuncta. **E**t em̄ augmētatio: cū magnitudinē corpis aiatū magnitudinē cibi addendo/ p̄xillēs magnitudo fit maior. igit̄ q̄d augēt/ corporeū est **E**t magnū: **E**t q̄d ei addit/ itidē corporeū. **N**ā incorporeū corpori adueniēs maius ipsū nō efficit. sicut p̄dēla addit/ lineā/ nō reddit lineā maiorē. **D**iminutiō autē est p̄xillēs. itis quātitatis decrementū nutritiōi cōiuncta. **E**t fit ex eo q̄ sublata aliq̄ pte materiā cū magnitudinē a corpore aiatō/ residua magnitudo est minor. igit̄ q̄d in diminutiōe subtrahit̄: est corporeū. **N**ā incorporeo a corpore subtrahit̄: residuū nō fieret min⁹. sicut neq; p̄dēla a lineā detractō: fit lineā minor. **I**nstantia. **S**i quid augēt. uel augerēt aliquo adueniēte incorporeo uel corporeo. **N**ō primū quā illud incorporeū esset q̄d separātū **E**t nō quātū. **O**stēdū est autē pri⁹ augmētationē nō fieri ex aliquo separato. **E**tia materiā a magnitudine separata esse **E**t sine dimēsiōe subsistere natura impossibilē est. **N**eq; fiet sc̄dm. **N**ā tūc duo corpora scilicet animatū q̄d augēt **E**t alimētū q̄d augēt/ occuparēt: q̄d etiā a natura impossibilē est. **C**ōsimili ratiōe nō p̄t quicq; minui subtrahit̄ incorporeo sicut neq; augeri. **N**eq; subtrahit̄ corporeo. **N**ā tūc corpora scilicet q̄d subtrahit̄ **E**t a quo subtrahit̄ se t̄te diminiūōe occuparēt: aut facta subtrahit̄ōe relinquerēt uacūū/ scilicet id spaciū in quo prius fuit q̄d subtrahit̄: est in cuius locū/ nullū aliud corp⁹ succederet. **V**t itaq; autē istorū est impossibilē. nō igit̄ p̄t fieri augmētatio aut diminutiō. **Q**uē q̄dē instantia ad seriē literē soluit cōcedēdo si q̄d augēt/ et quālibet ei⁹ pte augerit/ si q̄d minuit/ fieri minorē. itidē cōcedēdo si q̄d augēt: aliquo adueniēte aut corporeo aut incorporeo ipsū augeri/ nā corporeo. **E**t si quid minuit: ipsū aliquo recedēte corporeo aut incorporeo minui/ nā corporeo. **D**einceps admittit̄ q̄ augmētatio nō fit aliquo adueniēte incorporeo. **N**ā tūc id ex quo fit augmētatio: est aliquid nō quātū et separātū.

Negatur tamen augmētationem non fieri aliquo adueniente corporeo. **F**alsum enim est q̄ si corporeo adueniret corporeo: idcirco esse debere penetrationem dimensionum. nam si magnitudo adueniēs **E**t p̄existēs se occuparent: solum tantum replerent quantū magnitudo p̄existēs. quare totum non efficeretur maius. **S**i quidem magnitudo adueniens subiret magnitudinem p̄existēs: tem/ **E**t intra se eundem situm retinerent: penetratio esset dimensionum. **N**unc autem cum extra se situm habeant/ et continentur recipiturq; alimentum in subtilioribus poris natura determinatis pro alimenti receptaculo/ non est dimensionum penetratio. **P**roterea admittitur non fieri diminutionem aliquo recedente incorporeo. **N**egatur tamen ea non fieri recedente corporeo. **N**empe falso assumitur q̄ si fieret diminutiō recedente corporeo: prius fuisse penetrationē dimensionū. **N**ā si dimensio recedens **E**t dimensio resida se penetrassent: tantū occupassēt/ intra se situm habentes/ quantū dimensio resida. quare ablata dimēsiōe recedente: totū non factum esset minus. **R**ecedens quidem dimensio et resida non se mutuo subiuerant: sed extra se inuicem situm habentes fuerant continue. **A**blata autē dimēsiōe: rara/ subtilioraq; corpora (ut aer) subiūt poros quos occupat abiens dimensio: quare nō relinquitur uacuum. sicut nec ante augmētationem fuit uacuum: subtilioribus corpusculis poros quibus suscipitur alimentum subeuntibus. **R**esponderunt aliqui augmētationē fieri nullo corporeo extrinseco/ nullaq; materiā adueniente: sed solum in eadem materiā alia parti dimensio. sicut cum ex aqua fit aer/ nullo extrinseco corporeo suscepto fit maior aeris dimensio. **E**t cum ex aere fit aqua: nullo corporeo intrinseco subtrahit̄ sed eadem prorsus manente materiā fit aqua minor moles. **S**ed hoc modo non recte respondetur. **P**rimo. quia in huiusmodi permutatione aqua in aerem **E**t contra non est augmētatio: cum p̄existenti magnitudinē non adueniat noua cum noua materiā sed expulsa dimensioe densa: eadem materiā subit rara. **N**eq; ibidem est etiam diminutiō: cum recedēte dimensioe parte non maneat resida/ sed expulsa tota raritate adueniat densitas. neq; cum magnitudine auferatur materiā p̄tula ut in augmētatiōe fieri solet: sed in eadē prorsus materiā prius est raritas/ et deinde densitas. **E**st igit̄ illic ḡnatio rarefactiōi cōiuncta. hic uero ḡnatio cōiuncta cōdensatiōi. **S**ecūdo. quia totū cōpletū quod augēt/ est: **E**t quēlibet eius pars fit maior. **N**eq; quod augēt/ deperit secundum substantiam: sed manet idem ante transmutationem **E**t post. **C**um autem ex aqua fit aer/ aut ex aere aqua: nō manet idem ante et post secundū substantiam. igit̄ ibi proprie non est augmētatio neq; diminutiō. **T**ertia quēstio. cum corporeo animato aduenit cibus: an qui apponitur cibus/ augēt/ an corpus cui apponitur/ an utriusq; ex appposito **E**t eo cui apponitur aggregatum: quemadmodum si aqua uino immiscetur/ **E**t absq; corruptione confunditur: totum ex aqua **E**t uino reuidetur maius. **Q**uarta conclusio. **D**umtaxat corpus animatum cui aduenit cibus/ augēt. **P**rimo. **Q**uia illud augēt/ quod ante augmētationem **E**t post idem secundum substantiā. **A**t corpus cui aduenit cibus: ante transmutationē **E**t post idē secundum substantiam. **N**on autem cibus/ cuius forma substantialis deperditur: neq; totum ex corpore **E**t cibo aggregatum idem manet. igit̄ corpus animatum cui aduenit cibus/ augēt. **S**icut si modicum aqua fundatur in multum uinum/ a quo aqua corumpatur: neq; aqua effecta est maior/ quia corrupta est. neq; totū ex uino **E**t aqua congregatū: cum id ipsum nō maneat. sed uinū cui infusa est aqua efficitur maior: nā ipsū/ ante mutationē **E**t post idē solū manet. **S**ecūdo. **S**icut se habet caro ad passivē/ quā eadem manens per alterationem suscipit/ ita corpus animatum ad cibum quo augēt/ sed caro passionem suscipiens dicitur alterari: **E**t non ipsa passio. igit̄ **E**t corpus animatum/ cibum suscipiens augeri dicitur: **E**t non ipsemet cibus. **T**ertio. **I**d augeri dicendum est in quo est primum **E**t principale mouens. cum enim augmētatio fit motus naturalis: fit per diffinitionem a principio intrinseco ei quod augēt. **A**t in corpore est principium mouens: ut pote forma substantialis corporis animati/ corruptens cibum in partem consimilis speciei cum corpore animato/ quae corpori adiuncta reddit ipsum maius. igit̄ corpus animatum augēt: **E**t nō cibus adueniēs. **S**ex augmētationis cōditiones. **P**rima. **C**orpus animatum quod augēt/ manet idē ante augmētationem **E**t post. **N**ā quis partes continue defluant: aut a materia sola ut in homine/ aut ab utraq; parte substantialis ut in ceteris animalibus: nihilominus similes in figura/ situ/ **E**t ordine continue reparantur/ ut in aluco fluētē. **S**ecūda. **Q**uod augēt/ alio quo secundum substantiam **E**t magnitudinem adueniente augēt. **E**t quod minuitur: alio secundum substantiam **E**t magnitudinem adueniente diminiuitur. **T**ertia. **E**ius quod augēt/ quēlibet pars augēt/ **E**t eius quod minuitur/ quēlibet pars minuitur. **P**ars in quā secundū dimensioē sumpta: aut homiōmera/ simularisq; ut os/ caro/ neruus: aut anomioīmera **E**t dissimularis: ut manus/ caput/ pes. **N**ā cum una quēq; pars anomioīmera ex homiōmeris sit composita: quemadmodum manus ex carne/ ossibus/ **E**t neruis. **E**t pes itidem ex carne/ **E**t ossibus/ **E**t neruis: cum homiōmerē partes augentur: **E**t anomioīmerē augeri ipsarum gratia dicuntur. **E**t intelligenda est hęc cōditio. **I**te partibus totalibus propinquis **E**t principalibus corporis quod augēt/ **E**t non de quibuslibet partibus partialibus **E**t minutulis. **N**on enim oportet millesimam partem ipsius/ maiorem fieri. **Q**uarta. **V**t aliquid augēt/ aut minuat/ non est ponendum uacuum. **Q**uinta. **V**t sit augmētatio/ non est ponenda penetratio dimensionum. **S**exta. **A**ugmētatio non fit adueniente incorporeo: neq; diminutiō/ adueniente incorporeo. **Q**uinta conclusio. **A**ugmētatio fit aliquo adueniente ipsi aucto secundū speciem: **E**t non solum adueniente aliquo secundum materiam. **T**unc si quidem aliquid aduenit secundū speciem: cū ipsū adueniens habet formā substantiāle eiusdē naturē sicut id cui aduenit. **V**t si adueniēs ossi formā ossis habeat/ **E**t adueniens carni sumat carnis formam: id secundum formam aduenire dicitur. **P**erinde atq; mensura aquam aqua continue succedentem mensurans: in qua posterioris adueniens aqua eiusdē speciei est cū ea cui aduenit. **T**unc uero quicq; secundum materiam aduenit: cū adueniēs similit̄ **E**t eiusdē naturē materiā habet cū eo cui aduenit: nō aut similit̄ formā. ut si ossi adueniat aliq̄d formā ossis nō habēs: **E**t carni aliquid non habēs formā carnis. **Q**uemadmodū si eadem mensura primo aquā **E**t deinde uinum succedens mensuret: liquor adueniens/ secundum materiam solum esse diceretur. **P**atet conclusio. **N**ā cum quicq; secundū formā aduenit: totum ex adueniente **E**t eo cui aduenit adinuicem continuatis fit maius. ut formam ossis habens ossi adueniens: totū continuū efficit maius. si uero adueniat aliquid secundum materiam: non efficitur totum maius. **N**am cum specie diuersa sunt adueniens **E**t id cui aduenit non continuatur adinuicem: sed seiuicēta **E**t separata sunt. **I**psis autem ita seiuicēta minime augmētatio fit: igit̄. **I**n aliquibus autem partibus ut anomioīmeris facilius percipitur quae sunt secundum formam **E**t quae secundum materiam: cum in illis facilius cognoscamus quae sunt eiu/dem speciei **E**t quae diuersarum. **Q**uo fit ut quis homonymē caro dicatur uiuī **E**t mortui sicut **E**t manus: magis tamen uiuī **E**t mortui caro eadem esse uideatur q̄ manus aut brachium. quia manus **E**t brachium

Quid dicitur aduenire secundum speciem.

Quid secundum materiam.

uientia proprias & peculiare habent operationes; que mortuis non conueniunt, nisi autem mortui caro propriis operationibus aperte non discrepant: hinc speciei diuersitas / & nature differetia facilius in anomomeris q̄ homiomomeris cognoscitur. ¶ Sexta conclusio. Cibus / corpori animato quod augetur contrarius est. ¶ Nam ipsi cibū oportet transmutari in aliquid consimilis speciei ipsi corpori aucto: a forma substantiali ipsius aucti: que est causa efficiens percipiua huiusce transmutationis. perinde atq; siccio maioris uirtutis adueniens humidū minoris potentie: ipsū transmutat in siccū. Et enim augmentatio (vt p̄cedens conclusio ostendit) aliquo consimilis speciei / corpori animato adueniente. Sed non potest cibus corrumpi a forma substantiali corporis animati: nisi cibus sit aucto contrarius. Nā solū cōtrarij p̄prij est adiuuicē agere & pati: & unum ab altero corrumpi. Et quecumq; adiuuicē agunt & patiuntur / & se corrumpunt: cōtraria sunt. igitur cibus est aucto cōtrarius. Si enim non esset cōtrarius sed similis: non corrumpetur ab aucto. Simile enim non corrumpit suū simile. ¶ Correlarij. Quo fit vt augmentatio fiat aliquo modo ab aliquo / dissimilis & diuersa speciei: & aliquo modo ab aliquo similis & eisdē speciei. ¶ Nam corpus animatū in principio augetur a cibo sibi cōtrario: igit auget a dissimili specie. Et in fine auget ab aliquo eadē specie formā cū animato obtinent: igitur augetur a simili secū dū specie. Corpus igitur animatū ad diuersa cōparatū / diuersoq; tēpore: & a simili auget & a dissimili. ¶ Septima conclusio. Cibus talis est secundū substantiā potentia: quale quod auget secundū substantiā est actū. Perinde atq; aqua calefaciēda talis est potentia: qualis ignis calefaciens est actū. Et quicquid transmutatiōe uniuoca mouet / est tale potentia: quale quod mouet est actū. ¶ Patet. Quia si ex cibo augmentū sūptura sit caro: ipse cibus non habet formā carnis: sed potest habere: quā ipsū suscipere oportet. Est ergo potentia caro. Et q̄ augetur caro: nunc habet formā carnis. Est igitur actū caro. quare cibus talis est potentia: quale quod mouet est actū. Similiter si os ex cibo debeat incrementū sumere: necesse est cibū / formā ossis in se suscipere. Et ita quicquid incrementū habetur est: necesse est cibū illius formā substantialē suscipere. quādoquidē augmentatio fit: aliquo eisdē cū aucto nature formā habet: tēpore quod augetur adueniente. Cibus igitur talis est potentia: quale quod auget est actū. Tamen cibus est actū alius: & specie diuersus ab eo quod augetur: nā cōtrarius. Sicut enim modicū aqua in multo uino suscipit / corrumpit a uino: ipsius magnitudine auget: set fit tale actū: quale prius fuit potentia. Sicut itē lignū igni appositū conuertitur in ignē: et propria deperditā forma / ignis formā suscipit: ipsūq; molē auget: ita cibus corpori animato adueniens corrumpit / & in cōsimilē substantiam corpori animato transmutatur: eius magnitudine efficiēs maiorē. Neq; tamē uinū auget: neq; ignē p̄prie augmētari cōcesserim: quāsi maiorē suscipiat quātitatē: cū uim uegetadi nō habeat: & animā experta sint. ¶ Octaua. Sicut id quod generat nō p̄prie nec recte dicitur uniuersale quātū aut singulare: sed hoc id est secundū substantiā uniuersale aut singulare: nō substantiā p̄prie sit generatiōis terminus. Ita quod auget nō apte dicitur hoc: & secundū substantiā uniuersale aut singulare quātū. cū p̄prie augmētationis terminus non substantiā sit: sed quātitas. ¶ Et plane hęc conclusio recte docet generatiōem p̄ p̄prij subiectū quod generatiōis terminus ex primat explicare: vt causa per se suo effectu per se apte respondeat. quod nō p̄prie facit qui dicit: hō quātus generat / sortes bicubitus nutritur. cum generatiō minime sit ad quātitatē. quin potius dicendū esset: hō generat / sortes nutrit. hic enim subiecta p̄prie explicat p̄dicati causalitatē. Ita nō recte dicimus: hō auget / sortes augetur / cū augmētatio nō sit ad substantiā. sed dicendū est: hō bicubitus augetur / sortes bicubitus augetur: ubi subiecta quātitatē exprimentur secundū quā est augmētatio. Et uniuersale hic uocat res uniuersali notione expressa: vt hō aial / corpus animatū. Singulare uero: res singulari notioe & indiuidua explicata: vt sortes hic hō. Id uero p̄nomē hoc in litera positū / nō quicq; singulariter ostendit: sed substantiā quouis modo siue uniuersaliter siue p̄culariter designat: vt ostendit adiecta noia / uniuersale / singulare. Et sane p̄dicatū p̄nomē / substantiā explicatā ratiōe substantiā designat: sicut quātū / quātitatē. ¶ Patet. Quia caro quatenus caro siue rōne substantiā formā nō auget sed potius generat: cū secundū formā substantiā sit generatiō. Sed caro quāta adueniēs carni quātē auget / & totū māius reddit: cū secundū quātitatē fiat augmētatio: & aliquo magnitudine corporeā in materia habet: tēpore aucto adueniēte. Quare & carnē / & quātā carnē fieri oportet. Que quidē vt caro: nutrit / nam nutritiō substantiā respicit. vt uero quātā: auget / quādoquidē augmētatio respicit quātitatē. Et sic nutritiō auget idē sunt subiecta scilicet cibus aucto adueniēs: & id in quod conuertit. quod quidē nutrit animatū & auget: diuersa tamē ratiōe. nā nutrit secundū substantiā / & auget secundū quātitatē. ¶ Correlarij. Quo fit vt quādiu aial saluat / nutrit / & alimētū in sui substantiā cōuertat: nō tamē semp augetur: neq; maiorē acquirit quātitatē. Nā quādiu saluat animatū: aduenit cibus / in animalis substantiā cōuertendū. Nō tamē semp maiorē quātitatē attollit: cū in statu & diminutiōe aut equalē aut min⁹ secundū quātitatē attollit: q̄ fuerit deperditū. Nutritiō enim & augmētatiō idē sunt secundū substantiā: sed ratiōe differūt. Nā cibus adueniēs ut in corporis nutritiō substantiā transmutat: nutritiō dicitur. Vt uero maiorē affert molē: augmētatiō. Et quādoquidē multa aqua modico uino infusa uinū exterminat / & aquē reddit: sic adueniēte multo cibo materialit (ut cōtēperamēti terrē) inter cetera elementa est materialior) formā corporis animati: eius uirtus debilitatur / & fit diminutiō. Et quāto plus corpulentū cibi aduenit: tanto debilior animē fit uirtus. quāto uero minus: tanto fortior & ualētior animē uirtus: & tunc fit augmētatio. Sicut enim ab impotentia fit diminutiō: ita a potentia fit augmētatio secundū naturā. In eo tamē quod auget & minuitur semper p̄prie uirtus / & totius rei naturalis formā: vt sortes siue augetur siue imminuitur / semper est homo.

Quid hic dicitur uniuersale. Quid singulare.



¶ Sexti capitis notē. ¶ Actio / factio. ¶ A gens faciens. ¶ Extum caput continet duas conclusiones. & quatuor modos tactus. ¶ Prima conclusio. Determinare conuenit de facere atq; pati. ¶ Nam de generatione elementorum hic intendimus. nullo autem faciente & patiente / non contingit ea generari. Dicunt enim aliqui ea per congregationem / aliqui per segregationem generari. & qui plura admittunt / uno (vt recte uult Diogenes) communicantia: faciendo & patiēdo generant. Nam si ex uno non essent: non adiuuicem agerent & patienter: vt calidū nō frigereret / nec frigidum calefieret. Caliditas enim in frigiditatem non transmutatur: sed horum unam subiectam naturam que ea in transmutatione recipiat / esse necesse est. non tamen hoc necesse est esse quocumq; in alterum agente: sed quibuscumq; adiuuicem agentibus & patientibus /

14 Ita inuenire necesse est. ¶ Secunda. De tactu itidem agendum est. ¶ Nam de actione & passione determinandum est. At aliqua adiuuicem agere & pati proprie nequeunt: que adiuuicem tangibilia non sunt. determinandum igitur est de tactu. Et quia tactus / actione & passione communior est (nam quecumq; proprie agunt & patiuntur: tangunt. Non autem quecumq; tangunt: agere & pati adiuuicem necesse est) priorem tactus facimus determinationem. Et quia Homonymum est / vt fere unumquodq; aliorum nominum: modos eius declarabimus. ¶ Quatuor modi tactus. Hęc se tangunt primo: que adiuuicē determinatas magnitudines & positionem habentia: simul habent vltima. Et ad tactum hoc modo: hęc tria / positio / locus / & sua vltima simul esse: requiruntur. quo pacto & Mathematica / seu separata sint siue non: tactum habere concedendum est. ¶ Se tangentia secundo sunt: que diuersas magnitudines habentia: & quorum simul sūt vltima: adiuuicem agunt & patiuntur. Et hic modus tactus / est proprius. Et ad hunc modum hęc quatuor requiruntur: diuersarum magnitudinū positio / locus / sua vltima esse simul / & adiuuicem esse actiua & passiuā. Et quia grauiā & leuiā diuersas magnitudines habent & loca: leue sursum / & graue deorsum / & simul vltima / & simul adiuuicem sunt actiua & passiuā: idcirco talia proprie tangere dicuntur. Et quemadmodum mouentium quoddam est quod mouetur: & quoddam est in motu. Ita facientium quoddam mobile / & alterum immobile. Nam (vt inquitur) faciens est mouens / & facere mouere. Differunt tamen vt faciens dicitur ad patientem. Nam omne mouens hoc pacto faciens esse / impossibile est. Faciens enim solum secundum passiones dicitur (sic hoc in loco utimur) & faciens secundum passiones / mouens. Et mouere / in plus & magis commune est. ¶ Tertio se tangunt: quorum diuersarum magnitudinum vltima sunt simul / & alterum mouet: ab altero immobile manens / & alterum mouetur. ¶ Quarto tangit id cuius vis in alterum transit: & si tactum hoc modo tangens non attingat. quo pacto solemus dicere molestiam & tristitiā amaritudinem nos tangere: nos autem non tangere tristitiā. Et hęc de modis tactus. de factioe & passioe nūc agendū est. ¶ Notarum sexti capitis declaratio. ¶ Actio est secundum qualitates actiua & passiuas a mouente facta alteratio. Actio / factio idem. ¶ Passio uero est secundum qualitates adiuuicem actiua & passiuas in mobili suscepta alteratio. ¶ Passiones autem hic uocantur (cum dicitur litera q̄ faciens est secundum passiones mouens) qualitates adiuuicem actiua & passiuas. Faciens autem est secundum qualitates actiua & passiuas transmutans: & patiens est secundum qualitates actiua & passiuas alterationem suscipiens. ¶ Cum se tangentium quatuor in litera ponatur modi: primus ad secundum & tertium superior est / secundus autem ad tertium repugnans: q̄ in secundo ambo adiuuicem mutuo agunt & patiuntur / in tertio uero agat unum solum: & alterum patiatur siue reciproca actione. Quartus uero primo impertinens est: aliqua se tangentia primo tangant se quarto vt ignis & aer proximus / aliqua uero non: vt due partes eiusdem lapidis adiuuicem continuē. sic aliqua se tangentia quarto tangunt se primo: vt ignis & aqua: nam vis ignis in aquam transit: aliqua uero non: vt forma substantialis & materia sua. Forme enim uis in materia non transit: & tamen determinatas non habent & diuersas magnitudines & positionem. ¶ Secunda conclusio. ¶ Tangentia secundo neq; simul habent vltima. Idem quartus modus secundo & tertio est superior: nam in secundo & tertio modo uis uis in alterum transit & se tangunt: in quarto uero indifferens est siue se tangant secundum vltima siue non. De quorum quidem modorum mutua cōparatione atq; habitudine fit p̄sens descriptio: decē & sex propositiones complectens. In hac forma dictione a superiori parte in inferiorem decumbentes: subiecta sunt. ueritates autem a sinistra parte in dextram: predicata. Et primum subiectum ad omnia predicata sigillatim comparandum est: anteq̄ ad secundum accedatur. Deinde secundum subiectū eodem ordine ad omnia: & ita deinceps. Propositionum autem que ex cōmexione huiusmodi extremorum componuntur quātitatē & qualitatem denotant uocales: vtriq; extremorum in eodem limite respondentes.

| | | | |
|---|---|---|---|
| i | a | a | a |
| i | o | a | i |
| i | a | e | i |
| a | a | a | i |

Se tangentia primo.
Se tangentia secundo.
Se tangentia tertio.
Se tangentia quarto.

Quid actio. Quid passio.

33 Sexti capitis prima conclusio. ¶ Huic proposito congruit determinare de facere & pati. ¶ Nam de elementorum generatione determinare propositum est. At elementa generari nequeunt si nullum sit faciens & patiente: cum siue mutua alteratione minime generentur. Dicunt enim nonnulli ea per congregationem vt Democritus: alij per segregationem vt Empedocles / generari. Et qui plura ponunt / speciei diuersa elementa: uno subiecto / & eiusdem nature materia conueniente: sicut ea generari per mutua actionem & passionem. Nam si ex unius nature subiecta materia non essent: non essent nata elementa adiuuicem agere & pati: vt neq; calidum frigeret / neq; frigidum calefieret. Nam caliditas in frigiditatis substantiam non transit: cum unum contrarium non transeat in sui contrarij naturam. sed horum utpote calidi & frigidi unam subiectam materiam que contraria in transmutatione recipiat / esse oportet. Non tamē quādoquidē unum agit in alterum: necesse est ea in eiusdem speciei materia conuenire. Nam celum agit in aerem / ipsum calefaciens: & tamen celum & aer minime eandem specie habent potentiam: quia inter ea non est reciproca actio secundi in primum / siue patientis in agens. Sed quando duo adiuuicem & mutuo agunt & patiuntur: vt primum in secundum & contra secundum in primum: vt eiusdem nature materiam sortita sunt oportet. ¶ Secunda conclusio. De tactu (vt est attigua duorum corporum secundum magnitudinem unio) etiam determinandum est. ¶ Nam de actiōe & passione (vt modo ostensum est) hic suscipienda est determinatio. At quecumq; adiuuicem agunt & patiuntur proprie se tangunt. igitur de tactu itidem determinandum est. Sed quia contactus pluribus q̄ actio & passio cōueniunt: nam quecumq; proprie agunt & patiuntur se tangunt: non tamen contra quecumq; se tangunt / adiuuicem agunt & patiuntur: prius de tactu determinandum est. Et quia se tangere equiuocum est & multiplex. vt pleraq; alia nominat / modi / acceptionesq; eius ponendę sunt. ¶ Quatuor se tangentium modi. ¶ Ea se tangunt primo: que diuersas adiuuicem magnitudines & positionem habentia: simul habent vltima. vt celum mero

curij & celum luna/celum lune & ignis/ignis & aer. Et ad tactum hoc modo requiritur primo diversa magnitudo; secundo locus quo alterum continuatur; tertio quorum ultima sunt simul. Et hoc modo corpora mathematica magnitudinem habentia (quae res ipsa in subiecto & materia existunt) tamen & cogitatione a subiecto est abstracta dicuntur se tangere. Et ea se tangunt secundoque diversas magnitudines & positione habentia & quorum simul sunt ultima ad invicem agunt & patiuntur. ut ignis & aer ei proximus. Et hic modus est huic loco congruus: ad quem quidem haec quatuor requiruntur. primo diversa magnitudinum positio & situs/secundo diversa loca; tertio quorum ultima sunt simul; quarto quae ad invicem agunt & patiuntur. Et quia gravia & levia ut aer & aqua diversas magnitudines habent; & loca diversa; levia quidem sursum et graue deorsum; quia etiam simul habent ultima (nam attigua sunt) & sunt ad invicem actiua & passiva; idcirco gravia & levia proprie hoc modo se tangere dicuntur. Et sicut mouentia quoddam est quod mouetur; ut totum compositum & res naturalis/quoddam vero est immobile; ut forma substantialis. Ita facientia quoddam est mobile; ut totus ignis/tota aqua/quoddam vero est immobile; ut forma substantialis ignis aut aquae. Faciens enim omne: mouens est; & omne facere: mouere. Differunt tamen faciens & mouens ab invicem prout faciens refertur ad patientem; sicut homo & animal. Nam omne mouens esse faciens impossibile est; cum mouens secundum substantiam/quantitatem & qualitatem dicatur; & ubi faciens vero solum secundum qualitates ad invicem actiuae & passiva. quare mouere magis commune est; facere vero minus commune. Et se tangentia tertio sunt quae diversas magnitudines & positione habentia/simul habent ultima; quorum quidem vnum mouet patiens; sed non est natum ab eo moueri; alterum vero mouetur solum & non mouet. ut celum luna & ignis; proxima sunt corpora; & celum luna agit in igne sed non patitur ab igne; contra vero ignis patitur a celo luna; sed non agit in ipsa. Et se tangentia quarto sunt quorum vnum vis in alterum trahit; quibus etiam tangens hoc modo non attingit id quod tangitur. Sive enim unum tangat alterum sive non; modo vnius virtus in alterum agat; agens dicitur tangere id in quod eius virtus transit. Et hoc modo animi molestia & tristitia dicitur hominem tangere; & animam dolere tactu dicere solemus; non autem contra dicimus hominem tangere tristitia. Sic anima corpus tangere videtur & in aqua; quae forma substantialis sua materia. Si quidem anima vis atque virtus transit in corpus; cum ipsum animam uiuificet/calorem naturalem in corpore producat/caeterasque operationes vitales ibidem exerceat. At tamen anima non attingit corpus; quia magnitudinem non habet qua corporis magnitudinem proximam ipsum tangat. Et propter eandem rationem nulla forma substantialis suam materiam attingere dicenda est. **Septimi capitis nota.**



Septimum caput continet duas de actione & passione opiniones, octo conclusiones, duas rationes ad primam, duas ad secundam, & vnum correlarium ad octauam.
De actione & passione opiniones. Prima est dicentium omne simile a simili passionis esse immune. quia non est cur vnum potius agat & alterum patiatur. Dissimilia autem ad invicem facere & pati. Hinc paruum ignem a magno pati concedunt; paruum & magnum contrariatur. Secunda est solius Democriti dicentis simile facere in simile / & simile pati a simili. Et si quae alia ad invicem faciant & patient; hoc non est ut dissimilia sunt; sed ut eis aliquid commune existit. Et haec opiniones sunt quodammodo subcontrariae; & verum est quodammodo omne simile a simili impassibile esse; & quodammodo pati posse. **Prima conclusio.** Omnia similia omninoque indifferens a suo oino simili pati irrationabile est. **Primo.** Quia non est cur hoc potius agat & illud patiatur. quare idem & secundum idem oportet agere & pati. **Secundo.** Eadem ratione concedas idem agere in seipsum & pati a seipso. hoc autem falsum. nam quicquid mouetur; ut ab alio moueatur; necesse est. Et si omnino simile secundum formam/actiuum/omne seipsum moueret; & nihil daretur immobile. **Secunda.** Omnia parua diffimile atque alterum in suum omnino dissimile non agit. **Primo.** Quia albedo non agit in lineam; neque linea in albedinem. & hoc quia sunt omnino dissimilia; nisi forte dixeris per accidens; quia accidat lineam esse albam aut nigram. Non igitur omnino alterum & dissimile agit in omnino dissimile. **Secundo.** Quicquid exterius agunt; aut contraria aut ex contrariis sunt. Non igitur omnino dissimile agit in omnino dissimile. **Tertia.** Quicquid ad invicem agunt & patiuntur talia esse debent; ut sint quodammodo similia & quodammodo dissimilia. **Nam quicquid innata sunt agere & pati; ad invicem aut sunt contraria aut contrarietatem habentia. Debent igitur genere esse similia (Sunt enim contraria in eodem genere) & specie dissimilia. Nam contraria specie sunt dissidentia. videmus enim hoc pacto: semper corpus a corpore/colorem a colore/saporem a sapore; & Homogeneum ob Homogeneo: quodque similem generis fortitur denominationem pati. **Quarta.** Rationabile est faciens assimilare sibi passum. **Ut rationabile est calefaciens calefacere/ & frigidum infrigidare. quia agens & patiens sunt contraria (ut quae sunt in eodem genere) & specie diuersa, & agens agit ut transmutet. Transmutatio autem in contrarium. Agendo igitur: contrarium in suum contrarium quale ipsum est transmutat. quare agendo passum sibi assimilat. **Quinta.** Antiqui ad diuersa respicientes dixerunt: haec similia a similibus/illi dissimilia a dissimilibus pati. **Nam aliqua aliquando dicimus pati per modum subiecti: ut homo dicitur calefieri/ frigeferi. Et aliquando exprimimus ea pati per modum termini: ut calidum frigeferi: frigidum calefit. Qui respererunt aliqua pati ut subiecti: viderunt plerumque similem pati a simili. ut hominem ab homine. & qui aduerterunt ea pati ut termini: viderunt dissimile & contrarium pati a contrario. & ita bifariam facere dicimus: ut hominem facere/ & calidum facere. Ad diuersa igitur respicientes: dixerunt haec similia a similibus / illi dissimilia a dissimilibus pati. **Sexta.** Primum faciens impassibile est: vltimum******

vero/ & faciens & patiens. **Nam** ut est de mouente & moto: ita & de agente & patiente. sed quoddam est mouentium primum; ut quod est principium motus & quod non mouetur. & alterum quod ab altero mouetur: ut est totum & completum & vltimum/pariter & mouens & motum. Igitur & de faciente & de patiente ita erit. Sanat enim medicus ut primum/ & vinum ut sanas & faciens vltimum: quod & sanando fit patiens. **Septima.** Quae non communicant in materia: in agendo non repatiuntur. quae vero in materia communicant: sunt repatiabilia. **Ut** medicina cum sanitate faciat: nihil a recipiente sanitate res patitur. quia in materia cum sano non communicet. & cibus repatiatur. quando quidem eandem partem patitur naturam. Et huius causam assignamus. Quia forma principium est facienti/ & materia principium patienti: & eadem/ contrariorum susceptiua est. Et presente calefaciente: ipse factus calefieri necesse est/ & frige faciente: frigeferi. **Quae** igitur materiam non habent: principium non habent patendi. Quae vero habent eandem: principium vnum quodque habet patendi. Contingit igitur illa dum faciunt repati. **Octo** tana. Principium vnde motus efficit/ & non finis. **Nam** efficiens in passum inducit speciem: quia praesens alio modo se habet. **Nam** efficiens in passum inducit speciem: quia praesens alio modo se habet. **Nam** efficiens in passum inducit speciem: quia praesens alio modo se habet. **Nam** efficiens in passum inducit speciem: quia praesens alio modo se habet.

Notarum septimi capitis declaratio.
Media sub contrariis extremis comprehenduntur & intelliguntur: ut siccum & pallidum sub albo & nigro. Quare cum dicitur omnis transmutatio esse in contrarium/intelligendum nomine contrarij etiam est medium: cum ad ipsum etiam sit transmutatio. **Principium** vnde motus/est causa efficiens ipsius motus: ut forma substantialis. **Habit** sive species est forma perfecte complete acquisita: ut consummata caliditas. **Calidum separatum** dicitur calidum reipsa a materia seunctum / & non existens in materia. Et haec ratio solum quid nominis est. Nam tale calidum/natura reperiri non potest. Idcirco cum dicitur litera. Et si esset aliquod calidum separatum aut aliquid talium/quod forte impossibile est: ibi particula forte non est nota dubitationis sed importunitatis/significans id non esse presentis sed metaphysicae speculationis.

Septimum caput primo duas de actione & passione antiquorum opiniones continet. **Quarum** prima est simile non pati a suo simili. Quia quae ratione vnum pateretur: & alterum pati necesse esset. quare (inquiunt) non est ratio cur unum potius agat & alterum patiatur. Et eorum dictum verum est de omnino simili & secundum speciem. ut album non patitur ab albo/nec calidum a calido. Dissimilia autem (inquiunt) ad invicem agunt & patiuntur: quod de dissimilitudine secundum speciem intellectum/vero consonat. Non tamen postremum eorum dictum admittendum est: scilicet paruum ignem a magno pati/ & magnum & paruum contraria sunt. nam sive magnum & paruum ad aliquid dicitur/sive simpliciter sumantur: contraria non sunt/ quia eiusdem speciei & naturae quantitatem significant. Et quis essent contraria: non tamen eam haberent contrarietatem quae ad actionem & passionem requiritur: ut pote contrarietatem secundum qualitatem. **Secunda** est Democriti dicentis simile pati a simili. quod si de simili secundum qualitatem & genus intelligatur: idem verum est. Nam quae agunt & patiuntur: debent genere esse similia. Et si aliqua alia (inquiunt) ad invicem patiuntur: id non est quatenus dissimilia sunt; sed ut eis commune aliquod genus existit. Et haec duae positiones quodammodo subcontrariae sunt: non quidem secundum enuncianti modum/ sed veritatis habitudinem/ quia simul in veritate stant: nam verum est quodammodo omne simile a simili esse impassibile: ut pote simile secundum speciem indiuuam/ & quodammodo omne simile a simili pati posse: ut pote simile secundum genus. **Prima conclusio.** Omnia similia ab omnino simili pati non possunt. Omnia similia est quod eiusdem est speciei specialissime secundum qualitatem. de qua quicquid dicitur secundum materiam subiectam intelligendum est: sicut secundum ea fiat actio & passio. ut album non patitur ab albo/ nec frigidum a frigido. **Primo.** Sit a calidum/ & b tantumde calidum. Cuius equa sit utriusque virtus/ non est potior ratio quare a agat in b/ quare b agat in a. quare utrumque agat in alterum secundum eandem qualitatem: & sic a agat secundum caliditatem in b/ et patitur secundum caliditatem ab eodem b/ quod est impossibile. **Sedo.** Earumde causarum vnde sunt effectus. At caliditas a & caliditas b eadem sunt causas. Quod si potest efficere caliditas b: id est efficiet caliditas a. At caliditas b agit in a: ergo & caliditas a agit in caliditate a: id est in seipsum/ quod est impossibile. cum hoc pacto quodlibet in seipsum ageret/ et seipsum moueret: neque quicquam esset immobile. **Secunda conclusio.** Omnia dissimile ab omnino dissimili pati non possunt. Omnia dissimile est quod alterius est predicamenti: ut linea & albedo/ aut alterius generis sensibilis: ut albedo & dulcedo. **Pate** conclusio. **Primo.** Quia linea non agit in albedinem/ neque albedo in lineam: quia genere dissimilia sunt. nisi forte per accidens dicat albedo in linea agere: quia accidat linea albedini aut nigredini in eodem subiecto conuenientia esse. igitur. **Sedo.** Quicquid res sensibiles in aliud extrinsece agunt: aut contraria sunt/ aut secundum qualitatem habent contrarietatem. At dissimilia prorsus inter se non sunt contraria. cum non sint postea sub eodem genere/ quod ad contrarietatem requiritur. igitur oino dissimilia ad invicem non agunt nec patiuntur. **Tertia conclusio.** Quicquid res sensibiles ad invicem agunt & patiuntur: debent esse quodammodo similia/ & quodammodo dissimilia. Nam quicquid ad invicem agunt & patiuntur: aut contraria sunt/ aut eadem subiecta habent contrarietatem qualitatis. At contraria sub eodem genere posita esse debent. igitur quae ad invicem agunt & patiuntur: debent esse similia genere/ igitur quodammodo similia. Et cum ad invicem actiua & passiva sint contraria: & contraria specie ab invicem differant: debent quae ad invicem agunt & patiuntur/ specie esse dissimilia: ergo quodammodo dissimilia. Videmus enim hoc modo semp substantialia corpora ab eiusdem generis substantialia corpora pati: ut aer ab igne/ & color a colore: ut albedinem a nigredine/ & sapore a sapore/ ut dulcedinem ab amaritudine. Et homo generis videmus itidem pati ab homo generis. ut aqua ab aqua. Quae constat ea quae ad invicem agunt debere esse genere similia. **Quarta conclusio.** Rationabile est faciens simile in passio qualitatem inducere quale in se habet. ut calefaciens in passio inducit caliditatem/ & frige faciens frigiditatem. **Nam** agens & patiens completum/ sunt secundum qualitatem contraria. Et agens agit ut

Quid est omnino simile.
Quid est omnino dissimile.

non esse unum. Na unum actum est multa potentia non repugnant; ut in primo physicorum dictum est. Sed non recte Melissus ea negat: quae sensui recte disposito constant & manifesta sunt. **Quarta** est Platonis ponentis corpora ex superficiebus componi. Sed eius opinio in principio tertij de caelo reiecta est & confutata. **Prima conclusio.** Leucippus minus absurde q̄ Melissus sensit. **Primo.** Quia qui sensu cognita non negat neq; philosophiae principia naturalis motus concedit: melius in philosophia naturali loquitur eo qui sensu constantia & philosophiae principia negat: neq; motus illos esse concedit. Sed Leucippus non negat ea q̄ sensu explorata sunt; neq; philosophiae principia. Concedit enim motum & entium multitudinem: quibus admittit vacuum; quod non dicit esse principaliter ens; sed solum per accidens & in privatione. Plenum vero ponit esse principale ens et in affirmatione. Dicit etiam esse infinitas atomos ob suae molis parvitatem inuisibiles: quarum congregationes generatio & segregatio: corruptio fieret. Et quarum diverso actu & positione fiat actio & passio: ut cum atomi inferiores aquae sint factae superiores aut contra (sicut grana acervi tritici suo situ translata; aut legumina in aqua feruente) tunc ex frigido aqua fiat calida. Et eas atomos dicebat Leucippus uolitare atq; agitari in uacuo. Melissus autem negabat apparentia sensui/motum/ & entium multitudinem; igit. **Secunda.** Leucippus etiā rectius Empedocles scit. **Na** Empedocles eadē dicit & eodē modo sentit de augmentatio/divisione & passioe ut Leucippus: quare si in his Leucippus perperā senserit: & Empedocles. Et praeter hoc Empedocles de generatioe & corruptione dissidet a Leucippo: qui cōformis huic disciplinae de illis motibus locutus est. Dicit enim Empedocles alterationē et augmentationē per poros fieri: tum illos solida/plenaq; subeāt corpora. Et hoc est ponere vacuum ne fiat penetratio dimensionum; ut fecit Leucippus. Praeterea Leucippus elementorum: ignis/aeris/aquae/ & terrae generationē & corruptionē saluare nitēbat. Empedocles autē ceterorū corporū naturalium ab elementis generationē cōcedit: non autē elementorū cū secundū eius sententiā prima sint corpora: & priora nō habeāt ex quibus fieri possint. **Tertia conclusio.** Plato & Leucippus diuerso modo sentiūt. **Na** Plato ex indiuisibilibus superficiebus; Leucippus uero ex corpusculis indiuisibilibus corpora cōponi dicit. Plato superficies indiuisibiles finitā figurarū ponit: Leucippus autē corpora solida infinitis figuris terminabilia. Praeterea Plato superficies cōgregatione generatione/et segregatione corruptione fieri ponit. Leucippus uero ex corporū cōgregatione generatione/et segregatione corruptione. Plato deniq; per contactum ponit res pati adiuicem, non concedens uacuum. Leucippus uero & corporum contactum et uacuum ponit ad actionem et passionem requiri. **Quarta conclusio.** Leucippi positio rationi non est consentanea. **Primo.** Quia ponit corpus indiuisibile pati per uacuum: quod fieri nequit/cum osensum sit non posse esse uacuum. Et corpus indiuisibile nullam efficere potest passionem. cum ipsum/passionem ut calidatē/frigiditatē habere non possit/quāmodū nec punctū gravitatē aut leuitatē. Oportet autem agēs qualitātē (quā in passū inducit) habere. Et figurae circulari dicit cōuenire calidū. Sed nō uidet cui figurae frigidū/bumidū/siccū & ceterae cōueniūt qualitates. **Quod** si hae nullā habēt determinatā figurā igit nec calidū. Nulla enim potior est hic q̄ illic ratio. Inconueniens etiā est ipsas figuras ponere primo & principaliter actiuae. cū eis nulla cōueniat a gendi uirtus. Neq; uidentur figurae cōtrarijs qualitātibus determinatē. Na aut eadē figura determinaret sibi simul cōtrarias qualitates/ ut circularis calidū & frigidū; & tunc cōtraria simul essent in eodē. Aut diuersae specie figurae diuersas haberēt qualitates, & tunc non omnia corpuscula indiuisibilia essēt eiusdē naturae: cum specie diuersas haberent figurā quod est suae positionis oppositum. Plato autem superficies ponens indiuisibiles non potest saluare rarefactionem nisi ponat illis interuenire uacuum: quo maior fiat distantibus superficiebus corporis moles. Et tamē Plato negat uacuum. **Secundo.** Quis magna corpora facile diuidantur: parua autē difficiliter/ & secundū sensus apparentiā magis accedant ad naturā indiuisibilibus: tamen inconueniens est ponere parua corpora indiuisibilia & nō magna. Nam cum multa parua unum magnum constituant: ex paruis q̄ plurimis simul iunctis magnū conflabitur corpus: quod tamen erit indiuisibile: nā ex indiuisibilibus cōpositū. **Tertio.** Aut omnia corpuscula sunt eiusdē naturae: aut diuersa. Si eiusdē naturae: ergo deberent oīa simul cōtinuari/ & unius naturae corpus cōponere: quāmodū aqua aquae appositae cōtinuae/ nulla etiā figurae diuersitate cōtinuationē ipsius impediēte. Si enim aliqua corpuscula admittant adiuicē cōtinuari: nō uidet ratio eorū non eodē iure omnia cōtinuari/ sicut eiūsdē naturae. Si uero diuersae fuerint naturae: tunc ipsa natura & substantialis forma potius actionis et passionis causa esse ponenda est q̄ figurae. potius enim substantia q̄ accidēs prima est transmutationis causa. Et quaecūq; diuersa sunt natura ut ignis & aqua/ si adiuicē propinqua fuerint agunt et patiunt, quia diuersa habēt naturā/ non autē: quia diuersa habent figuram: quia bene habent eandem figurā/ nihilominus agunt & patiuntur. **Quarto.** Cum Leucippus dicat corpuscula moueri in uacuo: aut igitur mouebuntur a se. & hoc non: quia quicquid mouetur/ ut ab alio moueatur necesse est. Aut mouebuntur ab alio intrinseco mouente: & tunc diuidentur in partem mouentem & motam. quare eadem atomus erit partibilis & impartibilis. Et sic etiam materia non erit totum cōpositum & corpus naturale/ ut ipsi dicunt: sed ipsa solum erit substantia incompleta/ transmutationis susceptiua. Aut mouebuntur ab alio extrinseco: & hoc non: quia huiusmodi corpuscula sunt omnium prima: ergo nō habent priora a quibus possunt moueri. **Quinta conclusio.** Non fit passio per poros quāmodū dixit Empedocles. **Primo.** Quia aut pori sunt pleni: & tunc ad faciendam passionem sunt superflui: cum aequae per alterā partē plenam sicut per poros possit passio fieri. Aut sūt uacui. sed id non admittit Empedocles. Nō etiā apte uidet Empedocles diuise sensuale perceptionem per poros fieri: nā per plenum (ut concedit) non contingit transperare. At unusquisq; porus/eius confessione plenus est. igitur nec poros cōtingit transperare: quare nec uisionem (quae transparentia fit) per poros fieri contingit. Nec recta est solutio si quis dixerit poros illos esse uacua tam parua: ut non possint intra se corpus ullum recipere. Nam absurdum est paruum ponere uacuum & non ponere magnum. Na nihil aliud esset uacuum: q̄ corporum subuentium receptaculum. quanta igitur est corporis recipiendi magnitudo: & tantum esse uacuum necesse est. quare ut exigui corporis exiguum esset uacuum: ita magni/magnum. **Secundo.** Quia si passio non fiat corporum contactu: igitur pori sunt superflui ad passionem faciendam. Nam inducit Empedocles poros ad faciendum corporum contactum. Et si passio fiat contactu: etiam superflui sunt pori. Nam sine poris potest fieri contactus: ut aquae ad aerem aut globum non porosum. **Tertio.** Corpora sunt secundum dimensionem diuisibilia: & diuisione separari possunt pori & deperdi/ & aequae bene ut prius corpora pati: igitur non sunt ponendi pori ut corpora agant & patiuntur. **Noni cap. notae.** Pars secundum dimensionem sumpta pars q̄tatiua.



55

56

57

58

59

56

57

58

Onum caput continet quinque actionis & passionis conditiones / positionibus quinque explicatas, & tria correlaria. **Quinque** actionis & passionis conditiones. **Prima.** Patiens tale est potentia: quale agens actu. **Secunda.** Patiens non modo secundum hanc partem pati / & non secundum illam: sed secundum quodlibet sui. **Tertia.** Magis dispositum: magis patitur / fitq; magis tale: & minus dispositum / minus. **Quarta.** Omne patiens / continuum est: & non actu diuisum. **Quinta.** Agens / propinquum factum debet esse passio: ut tangat ipsum. Et si ignis / longe distans calefaciat: calefacit tamen sibi prius cōiunctum aerem / & aeris medio: distantia corpora. **Primum** correlarium. Vnde fit ut continuum pars quaelibet / diuisibile existat. **Nam** secundum quodlibet sui partem natum est. quod autem tale est: ut diuisibile sit necesse est. Est igitur continuum / secundum quodlibet sui diuisibile. non igitur erunt infecabiles superficies & indiuisibilia solida: continua / & physica corpora constituentia. **Secundum:** fit etiam ut inconuenienter credant nihil generari / nihilq; corrumpi posse non scissis corporibus. ut ubi sit corpus congregatum atq; segregatum. **Nam** uidemus idem corpus indiuisum manens & continuum: nunc humidum / nunc coagulatum / nunc durum. Neq; oportet (ut etiam fatetur Democritus) apponere / remouere / aut tactum conuertere & transmutare: cum ex humido fiat coagulatum. **Tertium** correlarium. Non fit etiam atomorum collectio. **Nam** non quaelibet pars / aucta redderetur. Et augmentatio non esset nisi quaedam iuxta positio: & neq; opus ullum esset transmutante: quae falsa sunt. His positis de generatione / corruptione / alteratione / augmentatione / actione / & passione: nunc. ad mixtionem nos transferamus.

Nonum caput primo continet actionis & passionis quinque proprietates / quinque principia explicatas. **Prima.** Patiens tale est secundum qualitatem potentia: quale agens est actu. ut aqua ab igne alteranda est calida potentia: & ignis est calidus actu. Et sumitur haec: proprietates ex illo principio communi: mobile tale est potentia quale mouens est actu. Est enim omne patiens: mobile / & agens: mouens. **Quod** ut intelligendum est de mutatione uniuocata & haec prima conditio de passione uniuoca intelligi debet: cum agens similem specie in se habet qualitatem: qualem in patiente producit. Et haec sicut & ceterae de agente totali & patiente completo intelliguntur: & non de incompleto ut materia aut forma. **Secunda** conditio. Patiens non solum secundum quamlibet partem integrale. ut aqua non solum secundum primam eius medietatem aut secundam patitur: sed quamlibet. Et intelligitur haec conditio de patiente per se suae secundum se: quod totum patitur & quaelibet eius pars secundum dimensionem sumpta: & non de patiente secundum partem / quemadmodum homo diceretur calefieri cum sola eius manus caleficeret. **Tertia.** Patiens magis dispositum / magis patitur: & minus dispositum / minus. Ut sint duo ligna unum siccum & alterum humidum: quorum siccum est magis dispositum ad recipiendum caliditatem q̄ humidum & virens: magis calefiet siccum q̄ humidum / & equali tempore maiorem acquirat caliditatem. Magis enim dispositum minus resistit: quare uelocius patitur / & equali tempore fit magis tale. Si enim subiectū dispositū patitur: & magis dispositū magis patitur / & maxime dispositū maxime patitur. **Quarta.** Omne patiens continuum est secundum magnitudinem & non in partes distrahitur: ut aqua cum calefit / manet continua: & non diuellitur in partes actu separatas. **Si** enim patiens esset actu diuisum: essent plura patientia & non unum. **Quinta.** Agens debet esse propinquum passio: ut ipsum tangat. **Quemadmodum** ignis calefaciens aerem est aeri proximus: & aqua frige faciens manum ei immerfam, & haec de agente immediato sive proximo intelligenda est: inter quod & corpus passum nullum sit corpus medium. Nam agens mediatum non debet esse passio mediato propinquum: ut ignis homini aliquantulum distanti & ab igne calefacto non est proximus. Tamen in rebus naturalibus quicquid est agens mediatum alicuius patientis / alterius est immediatum: cum omnia corpora naturalia eadem materia participant. quemadmodum ignis est agens mediatum hominis patientis et distantis: sed immediatum aeris / & aer hominis. Nam non agunt res naturales in remota: quin etiam agant in propinqua. Secus autem est de celo agente in aerem mediatum & non in caelum immediatum: cum caelum non sit qualitatum actiuarum & passiuarum susceptiuum / quare bene agit in remotum & non in propinquum. Et sumitur haec conditio ex illa propositione septimi physicorum / mouens primum & proximum simul est cum moto. **Primum** correlarium. **Quo** fit ut quaelibet pars continui sit diuisibilis. **Nam** quod secundum quamlibet partem natum est pati: secundum quamlibet partem diuisibile est. At continuum secundum quamlibet partem natum est pati / per secundam proprietatem: igitur secundum quamlibet partem est diuisibile. Non igitur ponendae sunt superficies indiuisibiles aut corpora indiuisibilia ad rerum naturalium compositionem / actionem / & passionem. **Secundum** correlarium. **Quare** etiam manifestum est q̄ inconuenienter dixerint antiqui non posse fieri generationem / corruptionem / actionem / aut passionem: nisi corpora reipsa diuidantur & in partes distrahantur / ut nisi fiat corporum cōgregatio / aut segregatio. **Quia** idē corpus manens continuum: percipitur primo calidum / deinde frigidum / durum / & molle / sine aliqua partium distractione. Neq; oportet partes integrales addere / aut auferre / aut secundum suum demutare: quando ex humido fit siccum. **Tertium** correlarium. Non etiam fit augmentatio aut passio ex atomorum congregatione. **Nam** si fictio quaelibet pars aucta redderetur / sed ea duntaxat cui aduenirent atomi. perinde atq; si glacie circumponeretur aqua quae continet in glaciem mutaretur: nunq; interiores glacie partes auerentur sed tantum exteriores. & si manui aduenirent atomi: manus tantum aueretur & non pes. Et augmentatio non est nisi partium eiusdē rationis iuxta positio sine generatioe & corruptioe: neq; esset opus forma substantiali expellere formā eib; & inducere similem formā corporis animati. quae falsa sunt: igitur & illud ex quo sequitur est falsū. **Decimi** cap. notae. **Virtus / species / forma.** Virtutes dicuntur aequae: quando unum / alterum non sufficit corrumpere. **Bene** terminabilia: quae male proprio clauduntur termino / sed bene alieno. suntq; facile diuisibilia. **Mixtum** est ex miscibilium temperamento aggregatum. **Secus** iuxta.



Decimum cap. continet septem conclusiones, & quæ sunt bene miscibilia post septemam. Prima conclusio. Scrutari oportuum est quid mixtio/quid miscibile/sit...

Neque hoc quidem. nam quod non est: misceretur. & miscibile ut consimiliter sese habeant / consimilis eademque ratio. Non videtur igitur quo pacto possibile existat / ut sit mixtio. Ita argumentatur: sed huius ex sequentibus prompta deprehenditur solutio. Secunda. Mixtio differt a generatione / alteratione / & augmentatione. A generatione quidem. Quia materia sue forme non miscetur. ut ignis cum exardescit lignum: ligno non miscetur. sed hic generatur / illud corrumpitur. Et enim generatio: forma potentie adueniente. Ab alteratione: quia passio suo subiecto non miscetur: ut albedo corpori / figura ceræ / tumor figure / disciplina animæ. Vniuersaliter enim passionem & habitum: rebus mixta esse impossibile est. Ab augmentatione itidem: nam cibum corrupti oportet / simileque aucto generari. Vnde fit ut male senserint qui crediderunt omnia quandoque simul fuisse mixta. Nam miscibilia sunt separabilia. Passionem autem a subiecto separari / impossibile est. Tertia conclusio. Mixta in tertio non actu manent: sed potentia. Nam quædam sunt actu & quædam potentia. & quæ miscibilia actu manere non debent: ut actu album: hoc præfactum conficiebat argumentum. Quod vero potentia manent statim est perceptum: quia sunt separabilia. Neque enim corrumpuntur ambo / nec alterum: sed saluatur virtus eorum. Quarta. Iuxta positio paruorum ut granorum hordei & tritici / neque secundum quantitatem minimorum / neque maximorum secundum sensum: mixtio est. Nam in tali positione paruorum: iuxta posita actu manent. non igitur sunt mixta. & quælibet pars mixtionem contemperati: homogenea est / non menque sortitur idem / & mixta dicitur. quod hic non fit. Et non est secundum quantitatem minimum: non igitur fiet per iuxta positionem talium. Neque quidem secundum positionem minimorum ad sensum. nam quæ debile visum habenti mixta essent: acute videnti ut lyncem habenti oculum non esset mixtio. Non fit igitur aliquo horum trium modorum. Quinta conclusio. Quæ non est eadem materia: non est mixtio. Diximus enim quædam esse actiua / quædam passiuæ. & quæ in eadem comunicant materia: adiuuicem esse actiua & passiuæ. quæ cumque autem sunt mixtionem contemperabilia: adiuuicem sunt & actiua & passiuæ. Eorum igitur est eadem materia. Etenim quibus eadem non communis existit potentia: non patiuntur adiuuicem / neque misceri. ut medicina facit sanitatem: sed neque patitur / neque miscetur sanitati. Sexta conclusio. Multa paucis & magna paruus apposita: non faciunt mixtionem. Nam alterum transmutat / corruptumque ab sit in dominas. ut gutta vini / mille milibus amphoris aqua non miscet. quia partim soluat species / transmutatque in aqua. Septima conclusio. Quæ potentia equat / contemperat habet / & bene terminabilia: miscibilia sunt. Quia cum potentia equat: non transmutabunt a sua natura. sed contemperabunt idem tertium / utriusque naturam quodam modo in se retinens. Et quæ contraria adiuuicem erunt & actiua & passiuæ. & quæ bene terminabilia: facile erunt diuisibilia / & facile se iuxta posita contemperabunt: & facilius pura puris. Nam pura puris secus facit: facilius se commiscet / & se diuidendo trahit. multum vero multo coniunctum: tardius id operatur. Quæ sunt bene miscibilia: Bene igitur miscibilia sunt hæc: bene terminabilia ut humida / non lubrica ut vinca / bene contra patientia. Quæ enim vnum fortiter contra patitur & resistit / & altere tenuiter: non sunt bene mixtionem apta. Hinc fit ut es stano non bene miscet. Nam stannum etiam debilitate contrapatitur resistendo / in tenuem fumos euanescent: solum color reliquit. Et ex his quæ dicitur mixtio / quæ miscibilia / quomodo possibilis existat / contemperatque non corrumpi / non actu manere / neque esse corporum compositionem / neque minimorum secundum molem / neque ad sensum: dicitur esse sufficienter. Primum de generatione & corruptione Aristotelis finis.

Notarum decimi capitis declaratio.

Nota in tertia conclusione dicitur / quod mixtorum salua virtus: ubi virtus proprie est forma substantiali sumit. quæ in mixtis post mixtionem manet æque sicut in mixtionem. Et virtutes dicitur æquales: quoniam forme substantiales mixtorum æque habent resistentiam vim. ut quædam una nitatur altera corrumpere: tunc altera sua resistat corruptioni: sic quæ unum mixtum non sufficiat alterum corrumpere. ut neque unum aquam / neque aqua vinum.

Lyncus oculi

luc.

Lync.

Lyncem oculum habere vulgo dicitur quæ acute videt. Neque lyncem animal est adeo acuta habens oculorum aciem in aere (ut ferunt) retrahit spiritus deprehendat in pinda atque homo in speculo. hinc prohibet aere ei esse speculum rebus visu dinoscendis. Bene terminabilia corpora sunt quæ sua superficie conexa male continentur sed diffundunt et se diffundunt: bene in alieno continentur termino seque concavo corporis continentis cui se aptat acco modo dat. ut aqua diffundit extra suum contemum quousque extrinseco cohibeat obstraculo. tunc dispartit se ad quælibet continentis figuram. Nam si ponatur in aere se spherico / spherica habet figuram. si in quadrato: quadrata. Et si transferatur eadem in uas cubicum: cubica. Mixtum non sumit hic per naturam ex tur mixtum. elementorum contemperatis consistit: sicut in 7. et 8. sequentis libri capite sumi dicitur sed est ex miscibilibus corporum contemperatio aggregata: ut totum ex vino quæ simul mixtis aggregata: mixtum dicitur. Et non est unum actu et potentia / compositum ex forma tertia / diuisibile a formis miscibilibus sed unum loco: quia uno loco continentur / et unum continentur: consistit ex mixtis simul in eis. a quo non diffunditur: tunc sit sua

Quæ miscibilia partes simul sumptæ. Cum enim vinum in aqua funditur: utriusque alterum in minutulas partes diuiditur / quæ sibi inuicem proxime esse contigunt: ut partem cula aqua iuxta vini particulam / et contra. Miscibilia autem sunt humida et fluida adiuuicem misceri nata: quæ interdum pluraliter mixta in litera dicitur. Quæ sunt mixta. Mixtio vero est miscibilem alteratorum unum. Secus iacencia dicitur quæ sunt iuxta posita. Secus enim hic iuxta significat.

Decimi capitis prima conclusio. Inuestigandum est quid mixtio / quid miscibile / an mixtio sit / & quomodo sit. Nam prius dictum est de mixto futuram esse determinationem: quæ nunc absolueda est. Siquidem nituntur aliqui ostendere non posse fieri mixtionem hoc modo. Si mixtio esset possibilis: aut miscibilia manent in mixto. & si sic: non potius post mixtionem dicentur mixta quæ ante. Aut utrunque miscibilem corrumpitur: sed hoc non. nam ea quæ non sunt mixta dici non possunt. Aut vnum secundum substantiam manet & alterum non: sed hoc non. quia quod non est alteri misceri non potest. Et utrunque miscibilem eodem se modo habere debet: ergo non videtur esse possibilis mixtio. Quæ quidem obiectione diluitur admittendo utrunque mixtorum manere in ipso tertio / potentiam nam partes secundum dimensionem simul non habent / natum est tamen habere: non tamen manere actu: cum non habeat partes integrales adiuuicem continuatas & unitas: sed abiuuicem sciuntias & discontinuatas. Diuiduntur enim partes vini a partibus aquæ: & aquæ particule partibus vini / & partes vini partibus aquæ interiacent medie. Et per huiusmodi partium distractionem totum priorem perdit denominationem: neque amplius vocatur vinum a / nec aqua b / quo prius nomine vocabantur. Nam corpus naturale continuum per solam partium integrationem diuisionem / priorem perdit denominationem: quæ & partes essentielles manent eadem: & partes integrales separate / eadem. Neque ideo sequitur vinum corrumpi quæ amplius non fit: nam ad corruptionem requiritur forma substantialis a materia separatio: quæ non fit in mixtionem. Præterea corruptum idem numero natura redire non potest. Modo partibus separatim subsistentibus rursum continuatis: idem redit vinum numero quod fuit ante mixtionem. sicut dicitur de aqua in partes multas diuisa: quæ tunc amplius non dicitur esse / cum sint multe aquæ totales. illis autem iterum coniunctis: eadem aqua numero est quæ fuit ante diuisionem. Quod si miscibilia in mixto manerent actu & partibus adiuuicem continuatis: non esset maior ratio quare potius post mixtionem quæ ante mixta dicerentur: nunc autem potior est ratio: cum alio modo sint miscibilia post mixtionem quæ ante fuerint. Itaque admittendum est: neque ambo miscibilia neque alterum corrumpuntur: neutrum secundum substantiam corrumpitur. Secunda conclusio. Mixtio non est generatio / nec alteratio / nec augmentatio / neque eduersio. Quod non sit generatio patet: quia forma substantialis non miscetur materie: nec materia forme: cum non sint corpora naturalia magnitudinem habentia / quorum vnum ab altero separari seorsum saluari possit: sed vna forma substantialis deperditur & altera acquiritur. In mixtionem vero nulla acquiritur aut deperditur substantia. Neque alteratio: quia qualitas & accidens non miscetur suo subiecto: cum prius separatim existens postea suo subiecto non coniungatur. ut caliditas non miscetur aquæ / nec frigiditas ligno: quæ antequam miscibilia debent quantitatem habere quæ se diuidunt. Accidentia enim rebus mixta esse impossibile est: cum solum substantia compositæ & totæ miscantur. Ab augmentatione autem differt mixtio: quia in augmentatione forma substantialis cibi deperditur & forma nutriti in eius materia acquiritur. In mixtionem vero nulla deperditur forma substantialis nec acquiritur. Quare perperam asseruerunt Anaxagoras & Empedocles omnia tum substantias tum accidentia simul fuisse aliquando mixta: ut in proposito hoc vocabulo vitium. Nam mixta a se inuicem separabilia sunt: & rursum in priorem statum reparabilia. At passionem a suis subiectis separari seorsum saluari est impossibile. Tertia conclusio. Mixta in tertio ex eis aggregata non actu manent sed potentia. Dicitur enim illa manere actu: quæ partes secundum dimensionem sumptas adiuuicem continuatas habent. ut aqua indiuisibilis vitium continent. Ea vero manent potentia: quæ si partes essentielles manent eadem: & partes integrales secundum substantiam eadem non tamen partes dimensionis adiuuicem coniunctas habent sed distractas. Prima pars conclusionis patet ex ratione ante primam conclusionem formata. Secunda pars patet: quia ipsa miscibilia a mixto sunt separabilia. & partes illæ vini quæ prius erant totæ res naturales & nullius rei naturalis partes: iterum inter se coniunguntur & sicut eiusdem numero / cuius ante mixtionem fuerit: totius partes. Neque enim ambo miscibilia corrumpuntur nec alterum sed utriusque substantialis forma saluatur. Quarta conclusio. Iuxta positio paruorum corporum ut granorum milij & tritici: itidem iuxta positio minimorum secundum quantitatem / aut minimorum secundum sensum non est mixtio. Primum patet. quia quæ miscentur: non actu manent. At granorum hordei & tritici commixta actu manent. non enim ipsa in partes diuersas distractuntur. Quælibet itidem pars totius mixtionem aggregatam eandem cum toto habet denominationem. Mixta dicitur: non autem quodlibet granorum dicitur mixtum / cum utriusque tritici & hordei naturam non participet. Et non potest natura dari minimum secundum quantitatem: cum omnis magnitudo in minores partes semper sit diuisibilis: igitur mixtio non fit per iuxta positionem minimorum secundum quantitatem. Tertium patet. quia si fortes debilem habens visum: videat quidem granum milij sed eo minus videre non possit: plato vero acutior habens oculorum aciem: videat mediocritatem granum milij. Tunc iuxta positio granorum milij esset mixtio: fortis enim illa sunt ei secundum sensum minima. Et tamen illa non esset mixtio: platonem: cum non sint ipsi minima secundum sensum. igitur idem esset vni mixtio & non alteri: quod est inconueniens. Quinta conclusio. Miscibilia eandem specie habent materiam: & quæ eiusdem nature materiam non habent / eorum non est mixtio. Patet. Quia miscibilia sunt adiuuicem actiua & passiuæ. At quæcumque sunt adiuuicem actiua & passiuæ conueniunt specie in materia: ut in septimo huius libri capite ostensum est. igitur & miscibilia in materia conueniunt. Consimiliter miscibilia adiuuicem agunt & patiuntur. Sed quæ in materia non conueniunt: non adiuuicem agunt & patiuntur: ut in eodem loco monstratum est. igitur quæ in materia non conueniunt / adiuuicem non miscentur. Sexta conclusio. Multa secundum numerum & virtutem paucis apposita / & magna secundum molem & uirtutem paruæ eodem modo apposita: non faciunt mixtionem. Nam oportet miscibilia secundum substantiam manere / & neutrum in alterum corrumpi. At qui quod uirtute minus debilius est / in excellentius uirtute corrumpitur. ut gutta vini copiose aquæ permixta in aquam conuertitur: tunc deperdit eius formam & acquiritur formam aquæ. igitur. Septima conclusio. Quæ actuum substantialium virtutes habet æqualiter contraria adiuuicem & bene terminabilia: miscibilia sunt. Nam cum virtutes sunt æquales: non corrumpuntur vnum in alterum / sed idem aggregatum consistunt ex eis contemperatum: quod utriusque naturam participabit. Et quia erunt contraria: adiuuicem agunt & patiuntur per contactum. Et quia erunt bene terminabilia: facile erunt diuisibilia. Et sicut parua facilius diuiduntur & magna difficilius: ita parua paruus facilius commiscetur magna vero magnis tardius. Bene itaque miscibilia sunt bene terminabilia: ut humida & fluida / non lubrica nec viscosa (nam illa ob nimis tenacem partium coherentiam se diuidi non possunt).

Quæ manent actu.

Quæ potentia.

Quæ sunt bene miscibilia.

mittunt; ut oleum non miscetur aqua / sed partes coniunctas seruans supernatat. Et bene contrapatientia siue resistentia, alterius uirtuti. Si enim duo sint quorum unum magis resistat & alterum minus: non possunt aduicem misceri / nam magis resistentis corrupet minus resistentis. Ut es magis resistentis non bene miscetur stanno minus resistentis: cum stannum aeri debiliter resistat & soluat in uapore: solum ex uaporibus colorem flammam in circumpositis partibus quos uapor contingit relinquens. Modo oportet miscibilia esse aequata secundum uirtutes. Sed de mixtione haecenus dictum sit.

Commentarij in primum de generatione & corruptione Aristotelis finis.

Primi cap. secundi de generatione notae.

Planities/superficies.



Secundus liber de generatione continet undecim capita. Primum continet tres conclusiones. De materiali principio nouem opiniones postprimam. tres rationes ad tertiam: & suam de materialibus principiis naturalium sententiam. Prima conclusio. Post ea quae de mixtione/facere/patitatu/augmentatiōe/alteratiōe/generatiōe/ & corruptiōe: quomodo fiāt: & quomodo differant dicta sunt: reliquum est de uocatis elementis considerare. Nam generatio & corruptio omnibus natura constantibus non sine illis conuenit sensibilibus corporibus. Nouem de principio materiali opiniones. Prima est ponentium ignem omnium esse materiale principium. Secunda est ponentium illud esse aerem. Tertia/aquam. Quarta/ponentium id ignis/aerisq; medium. & hi tantum unum ponebant principium. Quinta est ponentium duo: ut ignem & terram. Sexta/ponentium ignem & terram & aquam. Septima/ponentium itidem tria: ignem/terram & tertium aerem. Octaua est Empedoclis quatuor esse ponentis: ignem/aerem/aquam atq; terram: ex quibus aduicem congregatis & segregatis fit generatio & corruptio: & uniuersaliter ex primis principiis debere fieri generationem & corruptionem. Nona est Platonis: dictis quatuor elementis ab Empedocle nominatis ponentis in Timaeo materiam priorem (quam dicunt Pandexen) receptaculum rebus. Secunda conclusio. Peccant: corpus sensibile praeter quatuor elementa: medium ponentes. Quia illud ponunt infinitum. & nullum sensibile corpus sine contrarietate esse potest. crit igitur aut leue/aut graue/calidum/aut frigidum / aut aliquid talium: quod impossibile est. Tertia. Platonis determinatio in Timaeo insufficientiam habet. Primo. Quia non determinauit an sua ipsa materia differat ab elementis. Secundo. Quia dicit eam rebus subiectam: ut aurum operibus aureis. Et de ea ut ente actu & alterationis subiecto loquitur. at generationis subiectum: hoc aliquid & actu esse impossibile est. Tertio. Quia eam uidebatur uelle esse plantam: quae corpora in superficie resoluebat. At uero rerum matrem primordialeque materiam: plantam esse impossibile est. Aristotelis sententia de materia & rerum principiis. Nos dicimus esse rerum sensibilibus aliam materiam/inter parabilem: semperque uniuersaliter contrarium coniunctam/vicissim contrariis subiectam / & ex qua generantur uocata elementa: & neque calidum materiam esse frigidum/neque frigidum calidum: ens potentia. Et hinc fieri ut primo: primum rerum sensibilibus principium sit potentia: secundo contraria: ut caliditas & frigiditas. & tertio res sensibiles: ignis/aer/aqua/terra/que transmutantur aduicem. Non quidem ut uult Empedocles & alii. Nam semper generatio esset alteratio: sed quia subicitur vicissim eadem natura contrariis. Et haec alias diligentius sumus executi.

Notarum primi capitis secundi de generatione declaratio.

Cum dicitur litera in fine capitis: secundo contraria ut caliditas frigiditas: dat ibi exemplum in analogia. Quia cum loquatur in ueritate & de contrariis substantialibus: dat exemplum in umbra & de contrariis accidentariis.

Primi capitis secundi de generatione prima conclusio. Post ea quae in primo libro determinata sunt / reslat de uocatis elementis scilicet igneo/aereo/aqueo/ & terreo (quae nomine elementorum nuncupantur ignis/aer/aqua/terra) considerata. Nam generatio non conuenit rebus naturalibus sine elementis & eorum contemperamentis. At hic de rerum naturalium generatione determinare intendimus: igitur & de uocatis elementis determinandum est. Nouem de materiali rerum principio antiquorum opiniones. Prima est ponentium ignem/ut Heraclitus. Secunda/aerem. Tertia/aquam/ut Thales Milesius. Quarta/ponentium medium inter ignem & aerem: igne quidem densius/ & aere rarius: ut Anaximander. Et hi quatuor tantum unum ponunt. Quinta est ponentium duo: scilicet ignem & terram. Sexta/ponentium tria: scilicet ignem/terram/ & aquam. Septima/ponentium tria consimiliter: scilicet ignem/terram/ & aerem. Octaua est Empedoclis: ponentis quatuor: ignem/aerem/aquam/ & terram. quorum congregatione & segregatione generationem & corruptionem fieri dixit. Et supponit Empedocles (quod & Aristoteles admittit) ex primis principiis debere fieri generationem & corruptionem. Nona est Platonis ponentis in Timaeo materiam ipsis elementis priorem/uniuersis rebus receptaculum: quam graeca appellatione Pandexen quasi omnium parentem nuncupant. Secunda conclusio. Non recte dicunt abserentes esse corpus sensibile simplex praeter quatuor elementa: quod sit ignis & aeris medium. Quia nullum corpus sensibile sine qualitate habente contrarium esse potest. Videmus enim omne corpus sensibile esse aut calidum/aut frigidum/aut humidum/aut siccum/aut graue/aut leue. Si itaque esset huiusmodi corpus sensibile: ipsum aliquam huiusmodi qualitatem aduicem contrariarum haberet: & esset aut calidum/aut frigidum/aut graue/aut leue/aut aliquid talium. Et cum ipsum ponunt magnitudine infinitum & simplex/ quia principium: huiusmodi qualitatem tota magnitudine diffusam infinitam esse oportet: ut grauitatem aut leuitatem infinitam/ quod primus de caelo ostendit esse impossibile.

possibile: aut caliditatem aut frigiditatem infinitam/ quod aequum est inconueniens: cum tunc illius qualitatis vis infinita/ cetera corrumpere: ut tertius physicorum monstrauit. Tertia conclusio. Plato in Timaeo insufficienter de materia determinauit. Primo. Quia non clare expressit an sua materia esset corpus simplex quemadmodum elementa/ an mixtum & in hoc differat ab elementis. Secundo. Quia Plato haec uirtute similitudine. Sicut (inquit) aurum subicitur rebus ex auro factis: ita materia subicitur rebus naturalibus. At aurum est totum compositum & corpus naturale. Videtur itaque sentire materiam esse ens actu & totum completum/ quemadmodum subiectum alterationis est totum compositum. ut aqua frigida quae calescit / & paries albus qui nigrescit. At subiectum generationis esse hoc aliquid & ens completum impossibile est. Tertio. Quia cum Plato ponat corpora ex superficiebus componi & in superficiebus resolui/ & ex materia corpora naturalia componantur & in eam resoluantur: uidetur Plato innuere suam (quam ponit) materiam esse superficiem. At materiam omnium susceptiuam & subiectiuam principium: superficiem esse impossibile est. Qui enim fiet: ut superficies substantiam componat/ cum sit non substantia? Aristotelis determinatio de materia & rerum principiis. Praedictorum materiis alia & longentate diuersitate differens est rerum materia: in se parabilis/ ut quae sine forma substantiali esse non possit/ quae sine hac & illa possit subsistere/ semper uniuersaliter substantialium aduicem contrariarum coniuncta/ & nunquam simul ambobus in eadem parte/ contrariis tamen formis vicissim nata subijci. ex qua generantur uocata elementa (& si pura & omnino simplicia non sint) ignis/aer/aqua/terra. Neque totum completum alterius compositi est materia: ut calidum frigidum aut e contra/ ignis aquae aut ediuerso. Quae quidem materia est ens potentia & substantia in se completa: formis & transmutationibus subiecta. Quo fit ut primo materia sit rerum naturalium principium constitutum. Secundo. Formae substantiales scilicet una quae abijciuntur & altera quae deperditur sunt transmutationis rerum naturalium principia. quae aduicem contrariae sunt/ quemadmodum caliditas & frigiditas contrariantur. immo tanto uerius: quanto substantia accedente uerior est. Et tertio res naturales simplices scilicet ignis/aer/aqua/terra sunt mixtorum compositorum principia. alio tamen modo praedicta. Nam quae primo & secundo loco numerata sunt: substantiam eorum quibus sunt principia constituunt. quae uero tertio loco numerantur: contemperamenta suorum qualitatum ceteris rebus sensibilibus suggerunt: et hanc ob causam/ earum principia esse dicuntur. Et haec transmutantur aduicem & generantur/ non eo modo quo uult Empedocles secundum passiones calidum & frigidum: sed quia diuersis eorum formis eadem materia vicissim subijciuntur. quemadmodum in primo physicoium latius declaratum est.

Secundi capitis notae.

Congenea/ homo genea/ syngeneae. Aliena/ non naturales. Propria/ naturalis.



Secundum cap. continet tres conclusiones, & duas rationes ad tertiam. Prima conclusio. Qualitates tangibiles/ principia sunt & differentiae elementorum. Nam hic querimus ipsorum (ut sensibilia sunt) principia & differentias. Sensibile autem/ tangibile. & tangibile: cuius est sensus tactus. Eorum igitur differentiae secundum qualitates/ contrarietatem tactus facientes/ sumendae sunt. Unde fit ut neque albedo & nigredo/ dulcedo & amaritudo/ neque uilla talium sensibilibus qualitatum contrarietas: fit/ penes quam sumenda sunt elementa. Et quibus uisus tactus prior: & uisibiles qualitates tangibilibus priores: quia tamen sensibilibus (ut sensibilia sunt) generationi/ corruptioni/ obnoxia non conueniunt: neque secundum eas elementa sunt sumenda. Secunda conclusio. Secundum grauitatem & leuitatem hic non sumenda sunt elementa. Qualitates enim tangibiles sunt haec: caliditas/ frigiditas/ humiditas/ siccitas/ graue/ leue/ lubricum/ aridum/ durum/ molle/ asperum/ leue/ grossum/ subtile. Et quae non sumantur secundum grauitatem & leuitatem: hoc ideo est quia leuitas & grauitas non sunt tangibiles qualitates aduicem actiue & passiue: secundum quarum actionem & passionem elementa aduicem transmutantur. Elementa autem aduicem agunt/ & patiuntur / & transmutantur. Et eas qualitates secundum quas agant/ & patiantur/ & transmutentur/ querimus. non igitur secundum grauitatem & leuitatem sumuntur. Tertia conclusio. Secundum calidum/ frigidum/ humidum/ & siccum: sumenda est differentia/ numerusque elementorum. Primo. Quia secundum has tangibiles aduicem agunt & patiuntur: secundum illas igitur eorum differentia sumenda est atque numerus. Est enim calidum quod congregat Homogenea & Heterogenea se iungit. ut ignis (quemadmodum aiunt) congregat ea quae sunt eiusdem tribus atque cognationis: & quae alienigenae sunt naturae separat. Frigidum: quod et contrariae et Heterogenea cuncta et congregat. Humidum: indeterminatum termino proprio/ bene terminabile alieno. Siccum: bene terminatum termino proprio/ et male alieno. Secundo. Quia aliae contrarietates et tangibilibus qualitatum differentiae: ad has quatuor reducuntur. ut haec: subtile/ grossum/ lubricum/ aridum/ infusum/ coagulatum. subtile enim reducitur ad humidum: quod fit bene repletum/ quemadmodum humidum tangente sequens. Et grossum ad siccum humidum oppositum. Et lubricum/ humidum est. dicitur enim lubricum/ humidum aliquid passum/ ut oleum. Et aridum quod est humidum patiens defectum/ est siccum. Et durum ut coagulatum: est siccum. Et molle quod in seipsum cedit: est humidum. Multifarie tamen dicitur et humidum et siccum. Primo humidum quod alienam humiditatem in superficie tenet. Et id uero dicitur. Secundo quod humiditatem alienam tenet in profundo. et id dicitur infusum. Quod uero propriam in profundo tenet/ atque occultam: dicitur coagulatum. Et hi modi ad humidum simpliciter reducuntur: quod propriam et in superficie et profundo retinet humiditatem. Et tot modis oppositis dicitur siccum: qui modi ad proprie siccum habent reductionem. Sunt igitur calidum/ frigidum/ humidum/ et siccum primae contrarietates et tangibilem differentiae: quare et primis corporibus rationaliter accommodandae.

Quod sunt re in naturali um principia.

Notarum secundi capitis declaratio.

Con genea sunt que eiusdem sunt rationis & nature: sicut heterogenea que diversa sunt nature. Aliena humiditas est que non est naturalis sed ab extrinseco, propria vero que naturalis est & nature eius cui ad se conveniens. vt terra / humiditas aliena est: cum suapte natura sit sicca. Aquae autem propria est & naturalis. Quod humidum primo modo dicitur vdam ex eo Nam somis carmine constat.

Sic ubi fata vocant vdis abieclis in herbis Ad vada Meandri concinit albus holor.

Secundi capitis prima conclusio. Qualitates tactu perceptibiles sunt principia accidentaria & differentie elementorum: quibus vnum ab altero differre cognoscimus. Na in proposito queritur elementorum differentie vi sensibilia sunt: id est corpora naturalia ad invicem generabilia & corruptibilia. Omne autem huiusmodi sensibile est tangibile & tactu perceptibile. Si quidem tangibile est cuius vt obieclis est sensus tactus: siue quod tactu discerni natum est. Igitur elementorum differentie secundum qualitates tangibiles sumende sunt. Quo fit vt neq; albedo & nigredo que visu percipiuntur; neq; dulcedo & amaritudo que gustu; neq; vlla aliarum qualitatu sensibiliu contrarietas: ea se penes quam hic sumenda sunt elementa. Quod si quis dicat. Elementa sunt corporum naturalium prima: igitur secundum primas sumuntur qualitates. At qualitates tangibilibus sunt priores: sicut visus prior est tactu. Nam cuiuscunq; conuenit visus eidem conuenit tactus: non tamen diuerso vt conchilibus & vermibus. igitur secundum qualitates visibiles potius sumenda sunt elementa. Responso. Elementa sunt prima secundum ordinem generationis & nature: & sumuntur secundum qualitates hoc modo primas. Non autem sunt prima secundum perfectionem / immo postrema: quare non oportet qualitates secundum quas sumuntur esse hoc pacto primas. Qualitates autem visibiles sunt tangibilibus priores secundum perfectionem: non tamen secundum generationem. cum secundum qualitates visibiles vt efficiens instrumentales non fiat generatio elementorum & corruptio. Et sensus visus est per seclione prior sensu tactus: non tamen generatione: est enim sensus tactus generatione primus. quare non secundum visibiles sed tangibiles elementa sumenda sunt: vt prioribus secundum generationem / priora secundum generationem respondeant. Secunda conclusio. Secundum gravitatem & leuitatem in proposito non sunt sumenda elementa: tamen si qualitates sunt tangibiles. Sunt enim quatuordecim qualitates tangibiles in litera posite: quarum quatuor primo loco precedentes / primae dicuntur: quod ad alias posteriore positas non reducuntur. ceterae vero / secundae: q; ad aliquam primarum reductionem habent. Patet conclusio. Nam secundum eas solum qualitates sumenda est differentia & numerus elementorum: secundum quas elementa ad invicem agunt / patiuntur / & transmutantur. At secundum gravitatem & leuitatem elementa non ad invicem agunt / patiuntur / & transmutantur: cum non sint qualitates ad invicem actus & passus sed motus & secundum locum: igitur secundum gravitatem & leuitatem hic non sunt sumenda elementa. quare prima conclusio non debet intelligi vniuersaliter posita: sed particulariter de qualitatibus tangibilibus ad invicem actibus & passibus. Tertia conclusio. Secundum quatuor primas qualitates tangibiles: scilicet calidum / frigidum / humidum / & siccum sumenda est differentia & numerus elementorum. Primo. quia secundum has quatuor qualitates elementa ad invicem agunt & patiuntur: igitur secundum eas elementorum sumenda est differentia. Dicitur enim secundum eas qualitates debere sumi elementa: secundum quas ipsa ad invicem agunt & patiuntur. Si quidem calidum diffinitur id esse quod congregat homogenea & consimilis nature entia: & heterogenea / diuersaeque nature se iungit. vt cum lignum apponitur igni: coniungit igneum igneo vt fumo fumum / et aereum aereo: vt vaporem ex humore effluente exspirantem vapore / & aequum aequo: vt humorem per extremitates dissillantem humoru & terrenum terreo: vt cinerem cineri. Segregat autem summum vapore / & humorem acinerebus: quia diuersae sunt nature. quare ignis / ea que eiusdem sunt nature ad invicem congregat: que vero diuersae sunt nature / ab invicem segregat. Diffinitur autem frigidum esse quod & homogenea & heterogenea coniungit. vt si aurum / argentum / & stannum simul sint fusae / & comixta refrigerentur: simul in vnam massam per frigus consolidabuntur. quemadmodum terra & aqua in luto congelantur: ubi homogenea scilicet terra terra & aqua aqua & heterogenea scilicet terra & aqua coniuncta sunt. Et humidum diffinitur id esse: quod est indeterminatum (id est male terminatum) termino proprio: & bene terminabile termino alieno. vt aqua proprio conuexo egre continetur / semper diffuens: quo ad extrinsecum offenderit obstaculum. alieno vero termino bene continetur: quia cuiuscunq; continens sese figurae promptissime accommodat. Siccum vero diffinitur e contra id esse: quod bene terminatur termino proprio: & male termino alieno. vt terra proprio conuexo solide continetur; neq; partes eius huc vel illuc diffingunt: sed non facile sequitur figuram continens / propria impiciente soliditate. Secundo. quia aliae qualitates tangibiles: vt subtile grossum / lubricum aridum / molle durum: ad aliquas praedictarum quatuor reducuntur: praesertim ad humidum & siccum. Nam subtile reducitur ad humidum: q; sicut humidum facile replet continens: & eius concavum tangendo figuram sequitur: ita subtile / & multo facilius: quous id sensui minus sit compertum. Aer enim replet quodcunq; ipsum continens: & eius figurae sese accommodat. Grossum autem reducitur ad siccum quod est humidum oppositum. Si enim quatuor dentur accidentia quorum duo prima sint opposita / & duo etiam postrema: si tertium est in primis: & quartum erit in secundis. Praeterea. Lubricum reducitur ad humidum: nam lubricum est humidum / aliquid pinguedinis & viscositatis habens admixtum: vt oleum. Aridum autem lubrico oppositum reducitur ad siccum oppositum humidum. Et durum (vt quod coagulatum est) reducitur ad siccum: nam extrinsecam habet siccitatem. vt solidum metallum / tamen si intus humiditatem habeat qua solui possit et fundi. Molle vero vt visum reducitur ad humidum: q; in seipsum cedit. Multis tamen modis dicitur humidum. Primo. Quod extrinseca in exteriori parte se sibi non naturalem habet humiditatem: vt terra perfusa pluuia / herbae asperse rore. Et humidum hoc modo: dicitur vltim. Secundo. Quod alienam se sibi non conuenientem humiditatem habet in partibus interioribus. vt terra cum pluuia imberberit: & spongia aut lana aquae immersa. Et illud dicitur infusum. Tertio est quod naturalem se sibi conuenientem habet in profundo humiditatem: & dicitur coagulatum. vt metallum solidum intus latentem retinet humiditatem. Quarto. Quod naturalem se in superficie & profundo retinet humiditatem: vt aqua & aer. Et hic modus proprius est: ad quem ceteri reducuntur. Ita siccum dicitur primo. quod alienam in superficie

Obiectiones solutio.

Quid calidum.

Quid frigidum.

Quid humidum.

Quid siccum.

1 Hu. 2 Sic. 3 Sub. 4 Gros.

vt vapore ex humore effluente exspirantem vapore / & aequum aequo: vt humorem per extremitates dissillantem humoru & terrenum terreo: vt cinerem cineri. Segregat autem summum vapore / & humorem acinerebus: quia diuersae sunt nature. quare ignis / ea que eiusdem sunt nature ad invicem congregat: que vero diuersae sunt nature / ab invicem segregat. Diffinitur autem frigidum esse quod & homogenea & heterogenea coniungit. vt si aurum / argentum / & stannum simul sint fusae / & comixta refrigerentur: simul in vnam massam per frigus consolidabuntur. quemadmodum terra & aqua in luto congelantur: ubi homogenea scilicet terra terra & aqua aqua & heterogenea scilicet terra & aqua coniuncta sunt. Et humidum diffinitur id esse: quod est indeterminatum (id est male terminatum) termino proprio: & bene terminabile termino alieno. vt aqua proprio conuexo egre continetur / semper diffuens: quo ad extrinsecum offenderit obstaculum. alieno vero termino bene continetur: quia cuiuscunq; continens sese figurae promptissime accommodat. Siccum vero diffinitur e contra id esse: quod bene terminatur termino proprio: & male termino alieno. vt terra proprio conuexo solide continetur; neq; partes eius huc vel illuc diffingunt: sed non facile sequitur figuram continens / propria impiciente soliditate. Secundo. quia aliae qualitates tangibiles: vt subtile grossum / lubricum aridum / molle durum: ad aliquas praedictarum quatuor reducuntur: praesertim ad humidum & siccum. Nam subtile reducitur ad humidum: q; sicut humidum facile replet continens: & eius concavum tangendo figuram sequitur: ita subtile / & multo facilius: quous id sensui minus sit compertum. Aer enim replet quodcunq; ipsum continens: & eius figurae sese accommodat. Grossum autem reducitur ad siccum quod est humidum oppositum. Si enim quatuor dentur accidentia quorum duo prima sint opposita / & duo etiam postrema: si tertium est in primis: & quartum erit in secundis. Praeterea. Lubricum reducitur ad humidum: nam lubricum est humidum / aliquid pinguedinis & viscositatis habens admixtum: vt oleum. Aridum autem lubrico oppositum reducitur ad siccum oppositum humidum. Et durum (vt quod coagulatum est) reducitur ad siccum: nam extrinsecam habet siccitatem. vt solidum metallum / tamen si intus humiditatem habeat qua solui possit et fundi. Molle vero vt visum reducitur ad humidum: q; in seipsum cedit. Multis tamen modis dicitur humidum. Primo. Quod extrinseca in exteriori parte se sibi non naturalem habet humiditatem: vt terra perfusa pluuia / herbae asperse rore. Et humidum hoc modo: dicitur vltim. Secundo. Quod alienam se sibi non conuenientem humiditatem habet in partibus interioribus. vt terra cum pluuia imberberit: & spongia aut lana aquae immersa. Et illud dicitur infusum. Tertio est quod naturalem se sibi conuenientem habet in profundo humiditatem: & dicitur coagulatum. vt metallum solidum intus latentem retinet humiditatem. Quarto. Quod naturalem se in superficie & profundo retinet humiditatem: vt aqua & aer. Et hic modus proprius est: ad quem ceteri reducuntur. Ita siccum dicitur primo. quod alienam in superficie

tenet siccitatem. Secundo. Quod alienam in profundo siccitatem habet. Tertio. Quod propriam in profundo siccitatem habet: vt terra. Quarto. Quod propriam in superficie & profundo retinet siccitatem. Et hic modus proprius est: ad quem tres priores reducuntur. igitur differentiae elementorum secundum quatuor primas qualitates tangibiles: scilicet calidum / frigidum / humidum / & siccum sumende sunt. Tertij capitis nota.

Qualitatum coniugatio: est duarum qualitatum in aliquo eodem conuentio.

14 Tertium cap. continet vnam conclusionem, duas rationes ad eam, & sex elementorum proprietates. Conclusio. Numerus elementorum quaternarius est. Primo. Quia quatuor qualitates / calidum / frigidum / humidum & siccum: secundum quas diximus sumi debere elementorum numerum: solum quatuor coniugationes sunt inueniendae: quae sunt / calidum & siccum / calidum & humidum / frigidum & humidum / & frigidum & siccum. Nam calidum et frigidum / humidum & siccum / simul coniungi combinariq; non possunt in aliquo elementorum: sunt enim contraria. & experientia cognitum est quod libet aptare sibi duas: vt ignis apparet calidus & siccus / aer calidus & humidus / aqua frigida et humida / terra frigida & sicca. Est igitur numerus elementorum quaternarius. Secundo. Quia nullus antiquorum excessit quaternarium elementorum: & si aliqui tantum vnum / alii duo / alii tria posuerunt: & insufficienter quidem. Nam par est quatuor simplicium coniugationum differentias: quatuor simplicibus accommodare corporibus. Est igitur numerus elementorum quaternarius: Et qui vnum ponebant: densitate / raritate / caliditate & frigiditate / vt formis omnia gigni volebant: quibus id vnum quod ponebant vt subiectum & materiam suffitebant. Qui duo vt ignem & terram: duo dicebant ex vtriusq; simul contemperamento nasci: aerem & aquam. Et qui tria posuerunt: tantum vnum medium ex eorum contemperamento nasci voluerunt. Empedocles autem posuit quatuor. Sex elementorum proprietates. Prima. Vnum quodq; elementorum inuenitur non purum & non simplex. & si simplicia talia sunt: non tamen eadem sunt. vt quod simile igni / non sit ignis: sed igneum. Et quod simile aeri: aereum / quod aquae: aequum / & terrae: terreum. Secunda. Ignis est in excellentia calidus: vt glacies in excellentia frigida. Et vt glacies dici potest frigidi & humidum coagulationis. Ita & feruoris excellentia: ignis dici potest aridus. Et proprium est ex ipsis in suis excellentiis manentibus: nihil posse gigni. Tertia. Ignis & aeris loca sunt sursum: et semper sursum tolluntur. & aquae & terrae loca deorsum: & semper deorsum feruntur. Quarta. Media magis extremis mixta & impura inueniuntur: vt aer / & aqua. Ignis vero in summo / & terra in centro: sincerior atq; purior. Quinta. Secundum vtrancq; qualitatem: ignis aquae / & aer terrae abire / comperiturq; contrarius. Et hoc ex contrariis colliguntur qualitatum coniugationibus. Sexta. Vnum quodq; elementorum vnam quatuor qualitatum sibi primo & magis determinat. vt ignis est magis calidus q; siccus / aer magis humidus q; calidus / aqua magis frigida q; humidum / & terra magis sicca q; frigida.

Notarum tertij capitis declaratio.

Qualitatum coniugatio est duarum qualitatum ad invicem actuarum & passuarum in aliquo elemento conuinctio & combinatio. vt calidum & siccum in igne / calidum & humidum in aere / frigidum & humidum in aqua / frigidum & siccum in terra. Tertij capitis conclusio. Quatuor sunt elementa. Nam tot sunt elementa: quod sunt qualitatum actuarum & passuarum coniugationes natura possibiles. secundum has enim hic elementa sumenda sunt. At quatuor sunt qualitatum primarum tangibilium combinationes natura possibiles: scilicet calidum siccum / calidum humidum / frigidum humidum / frigidum siccum. Si quidem haec quatuor qualitates ordine digestae sex habent combinationes. prima: primum secundum: calidum frigidum / 1 calidum. 2 frigidum. 3 humidum. 4 siccum. secundum primum tertium: calidum humidum / tertium primum quartum: calidum siccum / quarta: secundum tertium: frigidum humidum / quinquies: secundum quartum: frigidum siccum / sexta: tertium & quartum: humidum & siccum. Quarum prima & sexta sunt natura impossibiles: cum sint ex contrariis: q; impossibile est esse in eodem / secunda vero / tertia / quarta & quinta sunt possibiles: cum sint qualitatum ad invicem non contrariarum. Et ex secunda: aer / tertia: ignis / quarta: aqua / quinta: terra colligitur. vt subiecta monstrat formula.

Et sensu compertum est quod libet elementum habere in se duas qualitates activas & passivas: vt ignis est calidus & siccus / aer calidus & humidus / aqua frigida & humidum / terra frigida & sicca. igitur quatuor sunt elementa. Secundo. Nullus antiquorum posuit plura quatuor elementis: & recte quidem: quous aliqui solum vnum / alij duo / & alij tria posuerunt sed insufficienter. Na rationale est quatuor qualitatum actuarum & passuarum coniugationes natura perspeclatas: conuenire quatuor simplicibus corporibus & elementis. Et si pauciora essent elementa: aliqua coniugatio possibilis esset / q; nulli concineret elementum. Et si plura q; quatuor: aliquid esset elementum non habens coniugationem huiusmodi qualitatum: quorum vtruncq; est impossibile: ergo quatuor sunt elementa. Qui aut vnum dicitur elementum ponebat: densitate / raritate / caliditate & frigiditate: formas substantiales esse dicebat: quibus vt formis substantiabilibus & propriis agentibus oia generari putabat. Et id vnum elementum quod ponebat / praedictis formis materia subiecta esse dicebat. Sed per aasseruerunt accidentia esse propria agentia / & rerum esse formae: accidentia substantia non componant / & solum agentia sunt in huiusmodi. Qui autem duo ponebat elementa scilicet ignem & terram: dixerunt duo corpora mixta ex eorum contemperamento fieri vt aerem & aquam. Et aer fuisse apud eos ignis & terra: & aqua terra & terra. Qui autem tria posuerunt elementa: solum vnum mixtum ex eorum contemperamento nasci dicebat. vt ponentes ignem / terram / & aquam: ex triu contemperamento mixtum posuerunt. Et ponentes ignem / terram / & aerem: aquam ex triu praedictorum contemperamento nasci dixerunt. Empedocles vero quatuor posuit elementa: mixtorum omnium materiam. de numero quod recte sentiens: sed q; diuersae naturae sunt rerum materiae / praeter aasserens. Sex elementorum proprietates. Prima. Vnum quodq; elementum inue-

| | | | |
|------|-------|-------|----------------|
| o | acr | ionis | Elementa. |
| 1 | 2 | 3 | coniugationes. |
| c.f. | c.h. | c.s. | qualitates. |
| f.p. | f.f. | f.s. | quantitates. |
| 4 | 5 | 6 | coniugationes. |
| aqua | terra | o | Elementa. |

Quid elementum simplex, Quid non simplex,

natur non purū ē non simplex. Elementū quidē purū & simplex est quod sit eōy gatiōis solū qualitates habet: Et ex aliorū cōtemperatis nō cōstat vt ignis elementaris/aer/aqua/terra. Nō purū vero ē non simplex: quod non vnus solū sed plurū cōtemperatis qualitates habet. vnus tamē elementi vj q. adeo insi gniter qualitates retinet: vt eodē quoq; nomine (sed homonymo) nācupetur. vt ignis q in vsū nostrū cedit aer quē aspiramus/aqua quā in potū sumūt animalia & vegetabilia/terra q vegetabilia pducit: nō purū elementū est. sed igneū/acreū/aqueū/terreū. Vnūquodq; tamē ppter qualitātū cōueniētī/elementū dominantis feruat nomē. Et quā simplicia elementa talia sunt secundū qualitātē/qualia elementa nō simplicia: nō tamē sunt eiusdē secundū substantiā naturę nec speciei. vt simile igni nō est ignis sed igneū/simile aeri/acreū/simile aquę/aqueū/ē simile terrę/terreū. Et elementum simplex vnicuiq; elemēto cōsimilis denominationis est idē speciei: vt omnis ignis simplex omni igni simplici eiusdē ratiōis/ sic aer acris/aqua aqueus/terra terrę. Elementū vero nō simplex nō omni eiusdē noīs elemēto cōsimile est specie: vt non omnis flāma omni flāmę est eadē nec aer acris/ cum perspectum habemus vnus aeris habitum nobis conueniētē/ alterū vero in salubritate esse. sic nec omnis aqua omni aquę cum pisci in vnus aquę cōtemperatiōe seruetur viuus: Et in altera non sit natus viuere. sic nec omnis terra omni terrę: vt plantę vno solo fecundę & alio loco steriles ostendunt. ¶ Secunda ppteritas. Ignis est in excellentia & sume calidus & glacies in excellentia & sume frigida. Nihil enim igne natura calidius/ nihil aqua frigidius. Et quę admodū glacies dicitur frigidi & humidi congelatio/a frigore procedēs: ita excellentia caliditatis igne vocari potest ipsius ignis arsis. Omniū autē elemētis cōmune est q; ex eis suas qualitates in excellentia seruantibus nihil gigni natum est. Vt ex igne in excellentia calido/aere sume humido/aqua sume frigida/terra maxime sicca/ nullum generatur mixtū: quoniā mixta requirūt elementorū qualitates cōtemperatas/ & ad mediocritatē reducās. ¶ Tertia. Ignis & aeris loca sursum/ ignis quidē/ sursum simpliciter/ & acris/ sursum secundū alterū. Terra vero & aquę loca sunt deorsū/ terrę deorsū simpliciter/ & aquę deorsū secundū quid. Sic enim ab ordinatissima potentia & sapientissimo rerum opifice cōstituta sūt. ¶ Quarta. Media elemēta scilicet aer & aqua magis mixta/ minūq; pura inueniuntur: q; extrema/ ignis & terra. Nā elemēta omnino simplicia nō sūt apta animalū/vegetabilūq; cōseruatōi & naturę. In medijs autē elemētis aer & aqua versatur animalia/ & magis ipsa cedūt ad vsū hominis. Pręterea per aerē & aquam transeunt exhalationes & vapores & cetera id genus spiramēta: quorum naturam aer & aqua suscipiunt & a sua simplicitate dimouentur. Ignis autē in cęli lunę cōcauo/ & terra in cętro ad vsū hominis minime applicatur: & a pmitiōe semotiora sunt. hinc maiorē sinceritatem & puritatem ibi seruant. ¶ Quinta. Ignis aquę secundū vtrāq; suam qualitatem scilicet calidum & sic cū est cōtrarius. sic aer terra secundū ambas qualitates cōtrariatur scilicet calidū & humidū. Ignis autē aeri sola siccitate/ aer aquę sola caliditate/aqua terra sola humiditate/ & terra igni sola frigiditate aduersatur. ¶ Sexta. Vnūquodq; elemētōrū vna tātiū qualitātē in excellentia retinet/ & insignis q; alteram. vt ignis est magis calidus q; siccus/ aer magis humidus q; calidus/aqua magis frigida q; humida/ & terra magis sicca q; frigida suapte natura. ¶ Quartū capitis notę.

¶ Symbola cōueniētia. ¶ Elemēta symbola sunt q; altera qualitate discrepant/ & altera conueniunt. ¶ Qualitates: calidum/frigidum/humidum/siccum. ¶ Non symbola: quę vtrāq; discrepant. ¶ Vnum alterum/vnum alterius rationis & naturę.



Vartum cap. continet quinq; conclusiones. duas rationes ad primam. & vnum correlarium post quintam. ¶ Prima conclusio. Corporum simplicium alterna est generatio. ¶ Primo. Quia id sensu compertum habemus: vt elementum ex elemento gigni cognoscamus. ¶ Secundo. Quia eorum est mutua alteratio: vt quę adinuicem agant/patianturq;. Igitur & generatio. Sed quęres an quodlibet gigni queat ex quolibet. ¶ Secunda. Elementorū quodlibet gigni potest ex altero quolibet. ¶ Nā omnia adinuicem contraria sunt: nata adinuicem agere & pati. Differentias enim habēt cōtrarias. igitur omnia adinuicem sunt transmutabilia. Transmutatio enim vt generatio/in contraria est: & ex contrariis. Et quęs quodlibet alteri cuiuslibet cōtrarietatem habeat: hoc tamen interest. q; vnum vni secundū duas sūc coniugationis qualitates contrarium est: alijs vero secundum alterum tantum. vt ignis/aque (est enim calidus & siccus. Aqua vero frigida & humida) & aer terra: nam aer calidus & humidus: terra frigida & sicca. sed ignis aeri altera vt siccitate: & terrę altera vt caliditate discrepat. & aqua aeri altera vt frigiditate: & terrę/humiditate. q; cū altera qualitate discrepant & altera conueniant: vocamus symbola. ¶ Tertia. Elementorū adinuicē symbolū habentiū cita transmutatio est: non habentiū autē symbolū/difficilis atq; tarda. ¶ Nā facilius est vnū q; multa transmutare. In habentibus autē symbolū: vnus est transmutatio. vt ex igne calido: transmutante/vincenq; humido: erit aer. & ex aere/aqua: dominante/superanteq; frigidō. Et ex aqua solo humido superato fiet terra. & ex terra ignis: frigidum superante calido. Erant enim hęc/altera semper qualitate conformia. Est igitur elementorū symbolū habentium velox/citāq; adinuicem transmutatio. At si ex igne debeat gigni aqua: quia symbola non sunt/hoc non fiet altero tantum vt calido transmutato aut sicco: sed vtrūq; superari/vincenq; necesse est. Est enim aqua & frigida & humida. itidem & si ex aere fieri debeat terra. Est igitur in non habentibus symbolum generatio tardior. ¶ Quarta conclusio. Ex duobus elemētis adinuicem non symbolis possunt reliqua generari. ¶ Vt ex igne & aqua possunt generari aer & terra/ & ex aere & terra: ignis & aqua. ¶ Nam ignis corrupta caliditate & aque humiditate: generabitur terra. Remanebunt enim siccum & frigidum/terre qualitates. Et ignis consumpta siccitate & aque frigiditate: generabitur aer. Nam superant calidum & humidum/aeris qualitates. Et similiter ex aere & terra generabuntur ignis & aqua. Aeris enim corrupta caliditate & terrę siccitate: generabitur aqua. Nam huius reliquum est humidum/ illius vero frigidum. & corrupta aeris humiditate/ & terrę

frigiditate: generatur ignis. remanentibus ex aere/ calido: & ex terra/sicco: ignis qualitibus. Et id fit: ignis generatiōe sensu perfecta/maxime in ignis flamma. est enim hęc: fumus ardens. Fumus autē ex aere & terra. Ex duobus igitur adinuicem symbolum non habentibus reliqua generantur elementa. Et supra hęc: alterutrius vtrāq; separata qualitate: fit reliquum. ¶ Quinta. In elemētis symbolum/cōsequentiāq; habentibus alterum ex altero gignitur: & non reliqua. ¶ Vt ex igne & aere/aere & aqua/aqua & terra/ itidem igne & terra: quę se ordine non consequuntur. Nam altera qualitate superata fit reliquum. vt ab humiditate aerea/ignis superata siccitate/ fit aer: remanent enim calidum & humidum. Et a siccitate ignis/aerea superata humiditate/ fit ignis: nam remanent calidum & siccum. Et ita in ceteris. est igitur manifestum in talibus alterum ab altero gigni. Sed q; non generentur reliqua ex igne & aere/aqua & terra/hoc ideo est. quia aut maneret caliditas in qua conueniunt/ & corrumpentur ignis siccitas & aeris humiditas: et tunc solum calidum manet/ex quo nullum generatur elementum. Aut corrumpitur caliditas/ & manet ignis siccum & aeris humidum contraria: quę nullius elementorum generationi apta veniunt. & ita de aere & aqua/aqua & terra/ igne & terra ostende. Manifestū igitur est ex duobus elemētis symbolum/ consequentiāq; habentibus: non generari altera. ¶ Correlarium. Vnde pariter fit notum/ q; cū conuenientia elementa in seinuicem transeunt/ alterum in alterum: vno corrupto gignuntur. Et cum ex duobus non symbolis fit vnum alterum: duo corrumpuntur. Hoc ex demonstratis cognoscitur. dictumq; est sufficienter quomodo ex quolibet contingat omnia gigni/ & quomodo adinuicem generentur. ¶ Notarum quarti capitis declaratio.

¶ Elementa symbola sunt quę vna qualitate actiua aut passiua conueniunt/ & altera contrariantur. vt ignis & aer conueniunt caliditate: sed discrepant siccitate & humiditate. Non symbola vero quę vtrāq; qualitate differunt & contrariantur: vt ignis aqua caliditate & siccitate est contrarius. Vnumquodq; autem elementum duobus sibi proximis & altris fecus iacentibus est symbolum. Vnū autē tantū vni est non symbolū: vt secundo loco ab eo distans/ & vno intermedio dimisso sumptū. vt hęc ostendit formula.

Table with 4 columns: Ignis, Aer, Aqua, Terra. It shows combinations of elements and their corresponding symbols (C, S, H, F, T).

Ex qua quidem patet quatuor esse elementorum symbolorum combinationes: & duas elementorum non symbolorum scilicet in medias/extremas vero vtrinq; symbolorum.

¶ Varii capitis prima conclusio. Corpora simplicia sensibilia siue elementa adinuicem generantur & corrumpuntur. ¶ Primo. Quia sensu cōpertū est ignē in aerē transmutari & interdum in aquam ita aqua in aerem transmutari & plerūq; in ignem videmus. igitur. ¶ Secundo. Elementa mutuo alterantur/ cum agant adinuicem & patiuntur: igitur etiam adinuicem generantur. Si enim posterior motus alicui conuenit: & prior eidem cōuenire natus est. Alteratio autem generatione posterior. Pręterea actio & passio & alteratio ordinatur in generationem vt in finem. ergo si in elemētis est alteratio: & generationem esse mutuatam necesse est. quia vbi inuenitur in finem inuenitur: & finem inueniri necesse est. Sed quęres possit quisq; an quodlibet elemētum ex quodlibet elemento generari possit. ¶ Cui quidem quęstioni respondet secunda conclusio quę est. Elementorum quodlibet ex altero quodlibet generari potest. Vnde duodecim sumuntur mutue elementorum transmutationes: sex directę/ & sex conuersę. Nam ex igne fit aer/ ex aere ignis/ ex igne aqua/ ex aqua ignis/ ex igne terra/ ex terra ignis/ ex aere aqua / ex aqua aer/ ex aere terra/ ex terra aer/ ex aqua terra/ ex terra aqua. ¶ Nam omnia elementa adinuicem secundum qualitates contraria / sunt nata adinuicē agere & pati. igitur omnia adinuicē sunt generabilia & corruptibilia. Neq; actio & passio gratia generationis rebus cōueniunt. Cū enim qualitates sunt cōtrarię: & formę substantiales illarū qualitātū pducunt sunt substantiāliter cōtrarię. Et quāto maior qualitātū actiuarū & passiuarū est cōtrarietas: tanto maior esse cōuincitur formarū substantiāliter repugnātia. Transmutatio autē substantiālis est in cōtrarias formas substantiales/ & ex formis substantiālib; adinuicē cōtrarijs. Differēt tamē quodlibet elemētū alteri cōtrariatur quia quoddā vni cōtrariat secundū duas q;itates. vt nō symbolū nō symbolo: quę admodū ignis aquę/ & aer terrę. Alijs autē duobus cōtrariat secundū vnā tantū qualitātē: & in altera cōuenit. vt ignis aeri sola cōtrariat siccitate: & terra sola caliditate. Vnde elemēta nō symbola/ magis cōtrariari cognoscunt q; symbola: cū magis adinuicē repugnēt. ¶ Tertia conclusio. Elemēta symbola facili; adinuicē transmutant & citius. Nō symbola vero difficilius & tardius. ¶ Nā facilius est vnā solā qualitātē q; multas transmutare. At cū elemēta symbola transmutant: solū vna q;itas transmutat scilicet illa in qua cōtrariatur/ altera in qua cōueniunt manēt eadē. vt cū ex igne fit aer: deperdit ignis siccū & acquirunt aeris humidū/ manēt calido. Licet enim calidū min; fiat: & cū ex aere fit ignis/ mai; & intēsus/ imbilomin; nō transmutat in suū cōtrariū. Sic cū ex aere fit aqua: sola deperdit caliditas manēt humiditate. Et cū ex aqua fit terra: sola deperdit humiditas manēt frigiditate. Et cū ex terra fit ignis: sola deperdit calidū & siccū/ & acquiruntur aquę frigidū & humidū. Et cū ex aere fit terra: deperditur aeris calidū & humidū/ & acquiruntur terre frigidum & siccum. igitur elementa symbola facilius adinuicem transmutantur: nō symbola vero difficilius. Symbolorū vero & non symbolorū generatio ex hac subiecta formula facile cōspicitur. In hac enim figura ex elemēto

Table showing the generation of symbols and non-symbols from elements. It lists combinations like Ignis, Aer, Aqua, Terra and their corresponding symbols (C, S, H, F, T).

Quid elementa symbola. Quid non symbola. C Calidū H Humidū F Frigidū S Siccum Elem. q;itates

1 Ignis. 2 Aer. 3 Aqua. 4 Terra.

Quo in elemē superioris elementum e directo inferius generando: aut ediuerso ex inferiori elementum directe superius constituendo: manifestū est in symbolis vnam tantum qualitatem transmutari in non symbolis vtrāq. Cōstat etiam in symbolis qualitatem manentē qua conueniunt ex summa fieri nō summa: aut ex nō summa summa. Et autē quae deperditur si summa fuerit: non summa deperdit. Et si non summa: summa. In non symbolis autē summa/maximāq. natura qualitatem a summa sibi cōtraria: & nō summa a summa corrumpi. **Quarta cōclusio.** Ex elementis non symbolis simul collectimq. sumptis: potest tertium elementū generari. **¶** Vt ex igne & aqua simul corruptis potest generari aer/aut terra. Similiter ex acre & terra simul deperditis potest generari ignis/aut aqua. Et id fit: cum unius elemētū vna qualitas est altera sui non symboli qualitate fortior/altera vero debilior. Vt sit caliditas ignis valētor q̄ aquae frigiditas: tamē siccitas eius debilior q̄ aquae humiditas. Quia caliditas ignis est maior: corrumpet frigiditatem aquae. Et quia humiditas aquae est maior: deperdet siccitatem ignis. Et sic manebit caliditas & humiditas/ aeris accidentia: & aer erit genitus. Cōtra ponatur caliditas ignis debilior destrui a frigiditate aquae maiore/ & siccitas ignis maior destruat humiditatem aquae debiliorē: remanēt frigiditas & siccitas/ terrae accidentia. Sic si ponatur caliditas aeris maior deperdere frigiditatem terrae minorē/ & siccitas terrae maior deperdere humiditatem aeris infirmiorē: remanēt caliditas & siccitas/ ignis accidentia: & genitus est ignis. Deniq. ponatur frigiditas terrae maior deperdere caliditatem aeris minorē/ & humiditas aeris maior deperdere siccitatem terrae minus potentem: remanēt frigiditas & humiditas/ aquae qualitates: & producta est aqua. Vt subiecta ostendit figura.

| | | | |
|-------|-------|-------|-------|
| Ignis | Aqua | Aer | Terra |
| G S | F H | C H | F S |
| C H | F S | C S | F H |
| Aer | Terra | Ignis | Aqua |

In hac enim figura ex duobus elementis non symbolis superne locatis sunt cetera elementa inferius constituta. primum quidē ad manū leuā vergens: si qualitates puncto signate suas corrumpant. cōtra vero sic ceterae duae agant & suas corrumpunt cōtrarias: secundū gignitur & ad dextrā collocatū elementū. Et istud sensu perspicimus in fumo: qui duorum elementorum non symbolorum habet contemperamentū scilicet aeris & terrae/ & ex ipso generatur flamma. Est enim flamma/ fumus ardens. Præterea unius elementis non symboli corrupta utraq. qualitate: ex ipso fit reliquū nō symbolū. Vt ignis corrupta caliditate & siccitate: ex ipso fit aqua/ & aeris corrupta caliditate & humiditate: ex ipso fit terra. Vt tertiā cōclusioni adiecta figura ostendit. **¶ Quinta.** In elementis symbolis siue cōsequentiibus/ siue nō cōsequentiibus vnum ex altero gignitur. Ex duobus tamen simul iunctis non gignitur tertium. **¶** Cōsequentiā elementa sunt quae ordine naturae sibi proxima sunt: vti ignis aer/ aer aqua/ aqua terra. Non cōsequentiā vero: inter quae secundū naturae serie aliquod intercipitur elementū: vti ignis & terra. Omnia igitur cōsequentiā elementa/ symbola sunt. At nō omnia symbola: sunt cōsequentiā. Vt ignis & terra. Primum patet: quia manētē qualitatem in qua conueniunt & ea corrupta qua discrepāt: ex vno symbolo fit alterū. Vt si ignis siccitas superetur ab humiditate aeris: ex ipso fit aer/ nā remanēt calidū & humidum/ aeris qualitates. Contra vero si aeris humiditas ab ignis siccitate destruat: fit ignis ex acre/ cum maneat calidū & siccū/ qualitates ignis. **¶** Secundū patet: quia si ex igne & aere simul ponatur fieri aliud elementū: aut manet caliditas in qua ignis & aer conueniunt/ & deperditur ignis siccitas & aeris humiditas: & tunc sola manet caliditas/ ex qua nullū generatur elementū: cū omne elementū requirat duarū qualitatum cōiugationē. Aut deperdit vtriusq. caliditas/ & manet ignis siccitas/ & aeris humiditas: quae qualitates sunt cōtrariae/ nullius elementum.

Quid flama nostri ignis.

Quae sunt elementa consequentiā & quae non.

| | | | | | | | |
|-------|-----|-----|------|------|-------|-------|-----|
| Ignis | Aer | Aer | Aqua | Aqua | Terra | Terra | Ig. |
| C S | C H | C H | F H | F H | F S | F S | C S |
| C | S H | C F | H | F | H S | F C | S |

de, ut subiecta ostendit figura. **¶ Correlariū.** Quo fit vti cū elemēta symbola in se inuicē transmutant: vni in alterū/ vna dūtaxat qualitate alicui aut passiuā deperdit/ generatur. At cū elemēta nō symbola transmutant: vnum in alterum/ duabus qualitatibus actiuis & passiuis deperditis/ gignuntur. Ex tertiā/ quarta/ & quinta cōclusionis tres manifestum est.



Vintum cap. continet duas conclusiones, tres rationes, & duo correlaria ad primam. **¶ Prima conclusio.** Elementa non sunt rerum naturalium materia: neq. elementum elemento. **¶** Primo. Non vnum. quia omnia vnum faceres: aut ignem/ aut aerem/ aut aquam/ aut terrā: hoc autem impossibile. sed transmutatio de contrario in contrarium. neq. duo/ aut tria. quia omnia: illa essent. **¶** Secūdo. quia cū ex aere fit aqua: illic non generatio/ sed sola alteratio esset. Nā aer maneret vt prius. Ponitur enim totius materia. & aqua esset aer. neq. valet dixeris tunc aqua: aerē frigidū. & cū ex aere fiat ignis: ignē esse aerē calidū. quia tunc solā confiteberis alterationē & nō generationē. **¶** Tertio. Si est aer ex igne calido: cum generatio sit in contrariū/ aliquis aer erit frigidus: & idem simul calidum & frigidum. immo & cum ex igne fieret aqua: ignis esset frigidus. maneret enim ignis. quae sunt impossibilia. **¶** Primum correlariū. Vnde fit vt cum ex duobus fiat alterum: materia altera sit vtriusq. cōmunitis. **¶** Nā vni ex quo fiāt omnia/ & ex quo fiat reliquū: materia esse non potest. **¶** Secūdū. Fit etiā vt horū mediū quoddā: vt mediū aeris & aquae/ ignis & aeris: his densius/ illis rarius (vt inquit) in finitū: aliorū materia esse nō possit. **¶** Quia ipsū & igni/ & aeri/ & reliquis contrarietate habere oportet: cum ex eo generarentur omnia. & sic cōtraria simul essent in eodē. Et cū priuatio sit alterū cōtrariorū: iterū nō maneret materia. Et illud ens: cōsimiliter vni quodq. esset/ aut nihil esset. Sed dictū est elemēta adinuicē transmutari: & quādo facilius/ & quādo difficilior/ & duas esse cōtrarietates ex quibus collegim⁹ plura esse oportere elemēta: nō tantū duo/ nō tantū tria/ sed ex quatuor illarū cōtrarietatum cōiugationibus: quatuor esse oportere reperimus. Duas vero (q̄ cōtrarietates) generationi ineptas q̄litarum cōbinatiōes reiecim⁹. neq. quod sit in extremo/ vt ignis aut terra: neq. quod in medio/ vt aer aut aqua: omnibus posse esse transmutatiōis principia iā ostēdim⁹. Sed plane cōfitebuntur quidam

media adinueniem transmutari posse: sed id nō posse extrema. **¶** Secūda conclusio. Elementa nō procedere in infinitum secundum refectionem: sed finita esse necesse est. **¶** Nam oportet idem infinitas habere contrarietates. quod sic ostendit. Sit a ignis. b aer. c aqua. d terra. quia b transmutatur in a: contrarietas aliqua est ipsius b & a/ quae sit albedo & nigredo. sit itaq. b album & a nigrum. & quia b iterum transmutatur in c (quia non idem a & c) ipsius b & c est vna altera contrarietas: quae sit siccitas & humiditas/ ita vt b sit siccum & c humidum. transmuteturq. b in c. si manet albedo: c aqua erit alba & humida. quare igni nigro a contraria. si non maneat: erit c aqua nigra. nā generatio in contrarium. Deinde intellige ex b generari a. si manet siccitas: a ignis siccus/ aquae humidae c contrarietas. si non manet: erit a ignis humidus & niger. quare si dicebas c non seruare albedinem sed esse nigrum: idem erit a ignis & c aqua. Nam vt vtrūq. humidum & nigrum. præterea transmutetur a in e: quia non reuoluitur sed semper secundum vna proceditur elementa. Cōsimiliter argumento probat idem & c (si volueris) esse contraria c. quia a transmutatur in e: est alia ipsius a & e/ a prædictis contrarietas/ quae sit f. ita vt a sit f. & e sit g. Cum igitur a ignis transmutetur in b: aut manet f/ ita vt b sit f & album: & tunc manifeste contrariatur e. vel non manet: & tunc b aer genitus erit albus/ siccus/ & g. generetur igitur ex a: c. vel manet nigredo. si sic manifeste contrariatur aeri albo & sicco b. si non maneat: cum generatio sit ex contrario/ & corruptio in contrarium: erit album & g. q̄ si b aer etiam g esset: non esset a ad b/ & a ad diuersa contrarietas: cuius suppositum oppositum. Et ita semper procedet de b aut quocunq. altero volueris: ostendendo semper altero superiore accepto ad sequens nouam habere contrarietatem: & infinitis idem vt b/ aut aliud quodcunq. retinere contrarietatem. At infinitis idem retinere contrarietatem impossibile est: quia non contingeret generatio. Oportet enim omnes has transire contrarietates. & aliquorum nunq. futura esset generatio. Nam si nulla dari queant extrema: media ipsa/ infinita erunt. immo & neq. ignis ex aere vnq. futura esset generatio: nam vt vtrūq. infinitas contrarietates haberet. & quae certe superiorum sunt: in inferioribus existerent/ & quae inferiorum: in superioribus. quare & omnia vnum essent. hæc impossibilia. Non igitur elementa in infinitum secundum refectionem procedunt, sed finita sunt oportet.

Notarum quinticapitis declaratio.

Elementa procederent in infinitum secundum refectionem: si diuersa specie a prius genitis/ infinita secundum numerū & multitudinem gignerentur. vt ex igne aer/ ex aere aqua/ ex aqua terra/ ex terra alterius speciei elementum/ & ita consequenter: nunq. ad consimiles species redeundo. **¶** Procedunt autem secundum circulum: quando ad eadem secundum speciem elementa fit regressio, vt fit in generatione elementorum.

¶ Vinti capitis prima conclusio. Elementa non sunt (vt antiqui dicunt) rerum naturalium materia: neq. elementum elemento materia est. **¶** Primo siquidem vnum elementum non est omnium rerum naturalium materia. Quia si sit: omnia essent id ipsum vnum elementum. Nam materia secundum substantiam manet in re cuius est materia. Si itaq. ignis omnium esset rerū materia: in omni re naturali esset ignis secundum materiā & formā/ quod est impossibile. immo omnia essent ignis/ quod itidē esset inconueniens. quia transmutatio omnis est de contrario in contrariū. Si autē tantū vnū esset: ipsū nō haberet cōtrariū/ cū nihil sibi ipsi sit cōtrariū: quare nō esset transmutatio. Neq. duo elemēta sunt omniū rerū materia: neq. tria: quia oēs res naturales essent huiusmodi elemēta. **¶** Secūdo. Cū ex aere fieret aqua: cū aer esset materia/ maneret aere & secundū substantiā in aqua: quare ibi nō esset generatio/ cū generatio sit mutatio totius in totū nullo scēibili manente eodē. sed esset ibi alteratio: quia manente eodē ante cōpleto in cōtrariū/ aut medijs passiuibus sit transmutatio: immo aqua esset aer. Neq. valet solutio quā quis daret/ in huiusmodi transmutatiōe aqua esse aerē frigidū. Et cū ex aere fiat ignis, q̄ tunc ignis sit aer calidus/ quia ibi aer manet idē secundū substantiā & secundū q̄litates variat. quare solū est alteratio facta & nō generatio. **¶** Tertio. Si ex igne calido sit aer: cū generatio sit in cōtrariū/ & calido cōtrarietate frigidū: si aer genitus erit frigidus. At aer suapte natura calidus est/ igitur idē est calidū & simul frigidū/ qd est impossibile. Et cū ex igne fieret aqua: cū ignis esset materia aquae/ materia autē subiecta est accidenti rei naturalis quā cōstituit: esset igitur ignis subiectū frigiditatis/ qd est accidēs scdm naturā conueniēs ad: quare ignis esset frigidus/ qd natura est impossibile. **¶** Primum correlariū. Vnde fit vt cū ex duobus elemētis alterū fiat cōpositū: altera ab ipsis elemētis materia sit ipsis cōmunitis in q̄ conueniūt/ scilicet substantia in cōpletat formis cōtrarijs vicissim subijci nata. **¶** Nā vni elemētū nō pot. esse materia vt ex eo omnia fiāt corpora naturalia: neq. ex vno elemento vt materia reliquū fieri potest/ vt prima ostendit cōclusio. **¶** Secūdū correlariū. Fit etiā vt corp⁹/ ignis & aeris aut aeris & aquae mediū/ igne densius & aere rarius/ aut aere densius & aqua rarius/ secundū magnitudinē infinitā/ nō possit esse rerū naturalium materia. **¶** Quia cū ex eo generarentur omnia: igitur ex eo generaretur ignis. Omnis autē transmutatiō est de contrario in cōtrariū/ esset igitur huiusmodi corpus/ igni calido & sicco cōtrariū: quare esset frigidū & humidū. Et eodē iure cū ex eo generaretur aqua: ipsū aqua frigidae & humidae esset cōtrariū/ quare esset calidū & siccū. Simul igitur calidū & frigidū cōtrarie/ & humidū & siccū cōtrarie esset: in eodē subiecto/ quod est impossibile. Et cū priuatio sine forma mediū corporis (q̄ altera adueniente forma a materia deperdit) sit alterū cōtrariorū/ a suo cōtrario vt a forma q̄ acquirit expellit a materia corporis mediū. Nō igitur maneret corpus mediū secundū substantiā in rebus naturalibus: quare nō maneret materia in re quā cōponeret/ quod est impossibile. Et huiusmodi corpus mediū cū omnia cōponeret/ aut simul vni quodq. cōpositorū esset: perinde atq. ligna & lapides sit ipsa domus/ & partes simul ipsū totū: aut nihil prorsus esset. Sed dictū est elemēta adinuicē generari & corrumpi: symbola qdē facilius/ nō symbola vero difficilior. Dictū est etiā duas esse cōtrarietates q̄litarū alicuiarū & passiuarū: primā calidū/ frigidū/ secundā humidū & siccū: ex quibus ostensū est plura esse debere elemēta vt potest quatuor/ secundū quatuor aptas illarū qualitatum cōiugatiōes/ q̄ sit calidū/ humidū/ calidū/ siccū/ frigidū/ humidū/ frigidū/ siccū. Duae vero qualitatum cōiugatiōes: primā quidē calidū

Et frigidū/altera humidum Et sicum reiecit sunt q. nullius elementū cōpositiōni ob cōtrarietatis repugnātia apte veniunt. O sensum est p̄terea neq. extremum elementum vt ignem & terram/neq. mediū vt aerē & aquā omnibus rebus naturalibus esse posse materiā. Sed in genuē cōcedunt aliqui media elementa aerē & aquā/ob vicinā adinūicē trāsmutari posse. Extrema uero elementa ignem & terrā nō cōcedunt posse adinūicē trāsmutari: propter magnā unius ab altero distantia/ Et naturae discrepantiā. Ratio tamen analogie & symbola extremorū natura offēdit unum in alterū posse aequē ut media elementa trāsmutari. ¶ Secunda cōclusio. Impossibile est elementa in infinitū secundū rectitudinē procedere/ non a speciei elementū semp̄ sumēdo: sed ipsa specie finita esse necesse est. ¶ Si enim possibile sit ipsa in infinitū procedere/ sit a ignis/ b aer/ c aqua/ d terra. Cū unūquodq. elementorū est natū in alterū trāsmutari: b est natū trāsmutari in a. Quācūq. autē ad inūicē trāsmutantur/ habēt cōtrarietatem adinūicem: igitur a & b habēt aliquā adinūicē cōtrarietate. Sit itaq. a nigrū/ Et b albū. Et quia b est natū trāsmutari in c: b aliquā habet cōtrarietate ad c/ aliā a cōtrarietate quā habet ad a: sicut Et c est aliud elementū q. a. Sit itaq. b sicū/ & c humidū: & trāsmutet b in c. Si albedo ipsius b manet in c: c aqua erit alba/ & igni nigro cōtraria. Si albedo b nō manet in c: cum generatio sit in cōtrariū/ c aqua erit nigra. Deinde intelligatur ex b generari a. Si siccitas ipsius b manet in a: erit a ignis siccus aquae humidae cōtrarius. Si siccitas b non manet in a sed deperditur: cum generatio sit in cōtrariū/ erit a ignis humidus. quare si prius dicebatur c factum ex b non seruare albedinem sed esse nigrum: idē prorsus elementum erit a ignis & c aqua/ cum utruq. eadē habeat qualitates nigredinem & humiditatem. quorum enim qualitates sunt eadē / & ipsa specie sunt eadē. Neq. alia esset b ad c q. b ad a cōtrarietas: cum b utriq. eorum secundum albedinem & siccitatem cōtrarietur/ quorum utruq. est oppositū hypothesi. ¶ Pro terea post d quartum elementum sumatur e quintū alterius speciei a p̄dictis: cū p̄ hypothesim non fiat regressus ad speciem prius acceptas/ sed semper ad nouas procedatur. Cum a natum sit trāsmutari in c: habet a ad e aliam q. cum alijs elementis cōtrarietatem (quandoquidem diuersorum elementorum diuersae sunt cōtrarietates) quae sit dulcedo & amaritudo/ bis literis s/ g designata. Sit itaq. a: s/ Et e sit g. Cum a trāsmutatur in b: aut f ipsius a manet in b. sic g b sit f Et album: et tunc cōtrariatur ipsi. c. quod est g. Vel non manet in b: & tunc b aer est albus/ siccus & g. Ex a igitur generetur e: uel nigredo a manet in e: & si siccitas e manifeste cōtrariatur b aeri albo. Si non manet nigredo a in e: cum generatio sit ex cōtrario in cōtrariū: e erit album & g. Quod si b aer esset etiam g: cum sit albus/ non haberet igitur a ad b. a ad e diuersam cōtrarietatem: cum utriq. cōtrarietur secundum nigredinem & f dulcedinem/ quod est oppositū hypothesi. Et ita semper procedatur altero ulteriore elemento accepto: ostendendo b ad ipsum nouam habere cōtrarietatem: & tamen propter alternam trāsmutationem ostendetur illa non esse noua cōtrarietas/ ut modo ostensum est. Et sic oportebit infinitis secundum speciem elementis idem ut b esse cōtrariū: Et infinitas habere cōtrarietates/ qualitatesq. quibus singulis elementorum cōtrarietur. At idem infinitas habere cōtrarietates impossibile est: quia tunc non posset fieri elementorum generatio. Nam si ipsa fieret/ oporteret omnes huiusmodi cōtrarias qualitates deperdi & pertransire. Modo corruptentem infinita pertransire impossibile est. Aliquorum etiam numerū fieri generatio. nam si nulla possunt dari extrema: media ipsa infinita erunt. At si elementa sunt secundum speciem infinita: nulla possunt dari extrema elementa. igitur media sunt infinita/ quare non possunt generatione pertransiri. Neq. unū ex aere posset fieri i gnis: nam ipsius aeris infinitas cōtrarietates oporteret corrupti/ & ignis infinitas generari. Et cōtrarietates quae superiorum elementorum sunt/ in inferioribus existerent elementis: & quae inferiorum/ in superioribus per mutua trāsmutationem. ut cōtrarietates a b ostense sunt esse in a: & cōtra cōtrarietates a c esse in a b. quare diuersa elementa eandem inter se aut ad alterum cōtrarietatem seruarent. Et oporteret deniq. omnia esse unum: cum omnia tandem haberent cōsimiles/ & unius elementū qualitates. Id autem impossibile est: igitur elementa specie finita sunt/ & nequaquā in infinitum procumbunt. ¶ Sexti cap. notae.

| | | | | |
|---------|---|--------|--------|---|
| Ignis | A | nigrum | bu. | F |
| Aer | B | album | Siccum | G |
| Aqua | C | bu. | nigrum | |
| Terra | D | | | |
| quintum | E | G | | |

¶ Compages cōiunctio/ cōpositio/ inuēctura/ compago. ¶ Extum cap. continet quinq. cōclusiones. & quatuor ratioēs ad quartam. ¶ Prima cōclusio. Errauit Empedocles ponendo elementa adinūicem manere intransmutabilia: sed adinūicem comparabilia/ vt omnia omnibus sint equalia. ¶ Quia aut intelligit ea cōmensuratione vt quanto: esse equalia. vt ex vno pugillo a quē sint decem aeris. aut secundum potentias: vt quantum aqua infrigidare/ tantum aer possit calefacere. Aut secundum passiones: vt quantum aer albus/ tantum aqua sit nigra. secundum quas nō proprie attenditur equalitas: sed potius similitudo. Nam in quāto est equalitas: & in quali simile. Sic autem faciens: videtur materiam elementis cōmuniem facere. Alioquin secundum quē cōpararet/ cōiunctio essent. ¶ Secunda. Empedocles non saluat augmentationem. ¶ Quia ponit additione ignē igne augeri/ aerē aere/ aquam aqua/ & unūquodq. sui generis appositione. sic autem dictum est augmentationem fieri non solere. ¶ Tertia. Quē de generatione secundum naturam tradidit: dura atq. inepta sunt. ¶ Quia quae natura sunt: aut semper aut plurimum eueniunt. vt homo ex homine/ triticum ex tritico/ oliua ex oliua/ olisum neruorum/ & membrorum compages. Hec autem tradit casu & quadam fortunē temeritate euenire. Et quē casu & temere eueniunt: extra semper & plurimum contingunt. Et certe horum omnium causa est non ignis/ aut aer/ aut aqua/ aut terra neq. lis quē solum diffundit/ & segregat: neq. amicitia quē solum cōiunct & congregat. Neq. fortuna: quē vt inquit/ ad rerum equalitatem et non ratio aduocatur. Sed horum omnium causa est vnūcuiusq. natura/ bonum quoddam & optimum. de qua nihil mem-



nit: laudans sua elementa/ litem/ & amicitiam: quē deo facit priora. ¶ Quarta. Empedocles de motu exte-
lis atq. infirma determinatio est. ¶ Primo. Quia dicit litem & amicitiam mouere: sed quis motus liti/ quis amicitiae debeat/ & quomodo: non determinauit. Debit enim hoc determinare cur hie motus sit liti/ hic amicitiae/ aut supponere/ aut demonstrare/ aut firme/ aut debiliter/ aut aliquo pacto. ¶ Secundo. Quia cum entia moueantur nunc vi, vt ignis deorsum: nunc natura vt ignis sursum: lis natura potius moueret/ & amicitia vnūcuiusq. vi quadam & p̄ter naturam. Et lite & amicitia non mouentibus: non fieret motus. hoc autem inconueniens. ¶ Tertio. Quia Empedocles ambiguas versat sententias nunc dicens non lite ignem sursum latum: sed vi latum/ fortuna sursum decidisse. Crebro vero fidei dicens ignem innatum sursum agi: vt cum in profundas detrusus sit terrē radices. ¶ Quarto. Dicit Empedocles aliquo tempore litem regnare: vt nunc mundo (vt est) existeret/ aliquando amicitiam. oportet igitur esse causam priorem lite & amicitiae: quē huiusmodi alternationis causa existat. Illius autem non meminit Empedocles. ¶ Quinta cōclusio. Inconuenienter Empedocles omnia ex elementis constituit voluit. ¶ Nam animę passiones vt scientię quemadmodum musica/ memoria/ obliuio/ & cōsimiles/ nequit saluare. Nam si anima sit ignis: passiones habebit quęcumq. sunt ignis. Et si ex elementis congesta: habebit quę plurimum. erit & anima corporalis. nulla autem corporalis. Sed hęc exactius exquirere: alterius cōtemplationis existit.

¶ Sexti capitis prima cōclusio. ¶ Non recte dixit Empedocles elementa esse adinūicem intransmutabilia: sed tamen adinūicem secundum equalitatem comparabilia. ¶ Quia aut intelligit ea secundum magnitudinis in eadem materia certam proportionem esse equalia: ut quantum materie est sub uno pugillo aquae tantumdem sit sub decem pugillis aeris. Et sic comparando habet concedere materiam elementis esse communem/ & eiusdem speciei & rationis. Si enim materia elementorum esset specie diuersa non posset materia unius ad alterius materiam secundum equalitatem aut inaequalitatem comparari. Cum quęcumq. comparantur/ debeant esse uniuoca & eiusdem naturae/ entia/ ut septimus physicorum ostendit. Quod si concedit materiam elementis esse specie eandem. igitur elementa erunt nata adinūicem trāsmutari/ quod est sui dicti oppositum. Aut eūuerso si non possunt adinūicem trāsmutari quia diuersam specie habent materiam: neq. possunt adinūicem comparari propter eandem rationem/ quod iterum est sui dicti oppositum. Aut intelligit ipsa esse equalia secundum potentias agendi: ut quantum ignis vim habet calefaciendi/ tantum aqua frige faciendi. Aut secundum passiones & qualitates sensibiles: ut quantum aer habet albedinis/ tantum aqua nigredinis. Id autem non recte dici potest: quia secundum potentias & passiones (cum qualitates sint) non proprie attenditur equalitas: sed potius similitudo. Nam equalitas secundum quantitatem attenditur: similitudo vero secundum qualitatem. ¶ Secunda cōclusio. Empedocles non conuenienter ponit augmentationē fieri. ¶ Patet. Quia ponit res ipsas additione similis secundum speciem ad suam simile augeri: ut ignem additione ignis. Et continuatione. sic aerem aeri continuando ipsum augentari dicit. hoc autem est si ad augmentationem requiratur: tamen non sufficit. nam p̄ter id requiritur illi maioris quantitatis acquisitioni cōiuncta esse nutritio/ & depulsa forma cibi/ forme corporis animati in eadem materia acquisitionem. quod minime in igne lis gnum corruptentem: aut ad alterum ignem continuato/ contingit. ¶ Tertia. Neq. Empedocles de generatione determinationem/ merito est cōsideranda. ¶ Patet. Quia ponit res naturales casu & fortuna generari: Et temere tali loco aut tali ordinari/ Et id absurde. Nam quae secundum naturam eueniunt: aut semper aut plurimum eueniunt. ut semper ex semine tritici nascitur triticum/ & ex semine oliuae oliua: modo impedimentum non interueniat ullum. Et ita ex certis causis sunt effectus a natura ordinati & determinati. Quae uero casu & fortuna temeritate eueniunt: non semper aut plurimum contingunt/ cum casus & fortuna sint corrum quae raro contingunt. igitur quae casu eueniunt/ non natura eueniunt: quare quae natura eueniunt ut rerum generationes & motus/ non eueniunt a casu. Neq. sane eorum causa est aliquod elementorum/ neq. lis/ neq. amicitia/ neq. fortuna/ quam solum ponit Empedocles ordinationis rerum esse causam: sed uniuscuiusq. rei naturalis forma substantialis: diuinae bonitatis/ & potestatis/ & pulchritudinis propinquius/ uel iugū: quae omnes efficiunt trāsmutationes. de qua non loquitur Empedocles sola extollens sua elementa/ quae cum prima ponat rerum principia/ deo facit priora. Et sane hoc loco Aristoteles Empedoclem notat impietatis. qui fortunam posuerit relicticem huius mundi quod est impium circa diuina. non enim omnia temeritati & fortunae attribuenda sunt: sed sapientissimae dei prouidentiae. ¶ Quarta cōclusio. Empedocles de motu locali non recte facit determinationem. ¶ Primo. Quia cum dicat litem & amicitiam mouere: non tamen specialiter declarat cuius motus lis sit effectiua/ & cuius amicitia. Debit tamen dicere quare hunc motum ut segregationem/ lis potius efficiat/ & illum scilicet congregationem amicitiae: & quod dixisset uerum esse supponeret/ aut ex principijs doctrinaliter demonstrare/ aut saltem uerisimiliter conari persuadere: quod minus fecerit. ¶ Secundo. Quia cum entia naturalia interdum moueantur uiolente ut ignis deorsum/ & interdum natura ut ignis sursum: lis quae ad ortum res deducit Et propriam uniuscuiusq. naturam accommodat/ potius natura moueret/ Et ut causa naturalis. Amicitia uero quae res deducit ad interitum: moueret uiolente/ Et ut causa p̄ter naturam in latione sicut in substantia. Et cum lis & amicitia non mouerent: non fieret motus. Nam sunt prima mouentia: quibus non mouentibus/ neq. posteriora mouerentur. id autem est inconueniens. Nam hoc est attribuere id quod bonum est scilicet motum naturalem Et rerum ortum/ principio malo scilicet liti: Et id quod est malum scilicet motum uiolentum & rerum interitum/ principio bono scilicet amicitiae. Et plane uidetur Empedocles sensisse litem esse negationem Et principium mali (sicut Et reuera est) cum dixit adueniente amicitia solum deum genitum esse. ¶ Tertio. Empedocles ambiguus habet sermones & sibiipsis dissidentes. Nam dicit interdum ignem non a lite sursum esse latum: sed uiolente motum/ in locum sursum casu incidisse. Aliquando uero dicit ignem suapte natura natum esse sursum moueri: ut cum sit in concantibus terrae Et apud eius centrum. Modo impossibile est ignem casu ferri sursum/ & natura interdum sursum moueri: cum adinūicem illa repugnent. ¶ Quarto. Dicit Empedocles aliquo tempore litem regnare/ ut

Hic arguitur Empedocles impietatis.

eum res extra se separate sunt quem admodum nunc apparent. Alio uero tempore dicit regnare amicitiam. Et eorum quae alternatim mutantur & cadunt necesse est causa esse stabilem & eternam. igitur oportet esse causam priorem lite & amicitia; quibus in modum vicissitudinis rerum causa existat. De qua cum non meminerit Empedocles: insufficienter determinauit de motu & causis eius. **¶ Quinta conclusio.** Non recte dicit Empedocles omnia & substantias omnes tum completas tum incompletas ex elementis componi. **¶ Nam** & animam rationalem oportet componi ex elementis: quod falsum est. Vnumquodque enim tale est: ex quibus ipsum est compositum. Si igitur anima rationalis esset ex elementis: solum haberet elementorum qualitates. ut si ex igne haberet proprietates ignis: & si ex pluribus elementis esset composita: plurium elementorum proprietates haberet. At musica / memoria / obliuio / nullius elementi sunt qualitates: non igitur haberet anima rationalis scientiam / uirtutem / memoriam / obliuionem: quod est inconueniens. Præterea quod ex corpore constat: ut corporeum sit necesse est. Si itaque anima ex elementis quae corporalia sunt componeretur: esset & anima corporalis. At nulla anima corporalis atque corporea substantia est: cum propria in se non habeat magnitudinem: igitur neque anima ex elementis componitur. Non ergo omnia ex elementis constituuntur: ut uult Empedocles.

Septimi capitis nota.

¶ Mixta: animalia / vegetabilia / mineralia. **¶ Lychmus pensilis** qui & candelula dicitur / lampas / lucerna: quae nocte seruari solet accensa. Hinc Ellychnium / funale: candelae aut lucernae appositum.



¶ Optimum caput. continet unam questionem, & eius solutionem. **¶ Questio.** Cum ex igne fit aqua / & ex aqua iterum fit ignis: quia eadem subiecta natura utriusque communis est: quomodo ex igne / aqua & reliquis elementis fit mixtum aliquod ut caro / os / neruus? Non enim dicere possumus ut Empedocles: qui dixisset sic fieri sicut paries ex lapidibus & laterculis. neque ex tota carne fieri posset ignis: quemadmodum ex tota cera fieri uidemus: si flamma / hac sphaerica Pyramide (quae nobis quotiens ellychnium accenditur: apparet) continuata / aut oleo aut cera subiecta. Et ex opposito scrupus nascitur & difficultas. cum faciamus omnium unam subiectam materiam: cum ex calido & sicco ut igne / frigido & humido ut aqua generetur caro: si caro non sit unum / nec alterum / neque ipsorum saluatorum mixtura atque compositio: quid ipsorum ergo nisi sola materia relinquitur? **¶ Dicimus** elementa in mixti generatione se contemperare: ut calidum / frigidum / humidum / & siccum remittit: eorum intensiones atque acumina obtundit: ita ut mixti naturae apta sint / & signaturque mixtum. Et tunc nec elementa ipsius materia sunt: neque horum extrema contraria: sed eorum medium ad mixti naturam conformatum: quod mixti natura & specie moderatur / dirigiturque. Hinc variae mixtorum oriuntur species ex varia temperamenti proportionem. ut hoc proportione dupla calidum ad frigidum / illud tripla. & ita de sicco & humido. Itaque mixta sunt ex contrariis elementis / & elementa rursum ex illis: non ut ex materia & quae acta sunt sed potentia: & quorum in medium redactae & contemperatae fuerint passiones.

Notatum septimi capitis declaratio.

¶ Lychmus pensilis est lampas ad trabem suspensa. Inde formatur ellychnium quod est funale illud cuius extremitas inflammatur & altera oleo immergitur. sic & in candelae id quod accenditur undique cera circumuolutum. **¶ Mixta** in hoc & sequenti capite pro mixtis perfectis sumuntur: ut pote animalibus / vegetabilibus & mineralibus. Porro mixta imperfecta sub elementis (quorum naturam propemodum imitantur) continentur. **¶ Contemperamentum** elementis est quod habet similes affectiones cum aliquo elemento. Ut contemperamentum ignis in mixto est quod habet similes qualitates cum igne: ut quod est siccum / calidum / leue / subtile / rarum. Et contemperamentum igneum in homine est cholera / acreum: sanguis / aqucum: flegma / terrium uero: melancholia.

¶ Septimi capitis questio. **¶ Quomodo** ex igne / aere / aqua & terra generatur mixtum: ut homo / equus / lignum. Non enim uidetur recte dici posse (quemadmodum dixit Empedocles) ex elementis secundum substantiam manentibus fieri mixtum, quemadmodum ex lateribus & lapidibus fit domus: tunc enim mixti acquisitio non esset generatio: sed multorum per se & actu existentium congregatio: quae non constituerent unum simpliciter sed aggregatione solum. Neque ex tota carne fieri posset ignis quia caro habet intra se aliquid aeris / aquae / & terrae: quod non potest in ignem transmutari: cum elementa ponat intransmutabilia. Quemadmodum ex tota cera fieri uidemus ignem: cum flamma / Pyramide sphaerica continuatur: habente amplitudinem in uno / lateralem superficiem rotundam / & acumen in summo: quae quidem Pyramidalis figura flammæ nobis apparet: quando lapidis funale accenditur / & cum oleum aut cera ipsi flammæ subicitur: quae tota / aulatum in flammam conuertitur. **¶ Et** ex opposito oritur questio: quando ex igne & aqua fit caro: utrum caro sit ignis / aut aqua aut mixtum: ex igne & aqua secundum substantiam manentibus aggregatum. **¶ Et** si nullum illorum sit: quid igitur ignis & aqua manet in carne nisi sola materia. **¶ Respondet** philosophus: elementa in generatione mixti se ad quandam temperiem reducere: & eorum qualitates in excellentia remitti: ad mediocritatemque temperari. ut ita contemperatae conueniant naturae ipsius mixti. & sic fiat mixtum. Nam proprium est elementis in suis excellentiis manentibus nihil posse gigni. Quare elementa non sunt materia mixti (ut dicebat Empedocles) neque qualitates elementorum in excellentia contrariae ipsius itidem mixti materia sunt. sed natura subiecta quatuor elementorum qualitatibus ad mediocritatem contemperatis: ipsius mixti materia est. quae medium uocatur: quia uniuersumque elementorum naturam participat / & qualitates habet elementorum remissas & medias in comparatione ad illas in elementis excellentes & extremas. Et haec materia per formam mixti substantialem regitur & informatur. Non tamen credendum est cum formatur mixtum: cuiuslibet elementorum aduenire particula / & eorum formam substantialem deperdi qualitatesque excellentes remitti: sed a generante inducitur contemperamentum in materia ipsi formae gignendae conueniens. Neque oportet sub materia mixti fuisse quatuor elementorum formas.

Nam in mundi exordio summus rerum opifex omnium rerum naturalium contemperatae determinauit: ex mixtis eorumque materiae indidit. Deinde eis reliquit vim eadem contemperamentum producendi in alijs subiectis. Idcirco ex diuersa qualitatum proportionem diuersa secundum speciem sunt mixta. quoddam enim habet calidum in proportione dupla ad frigidum / et ut duo ad unum: quoddam uero in proportione tripla habet calidum ad frigidum / & ut tria ad unum / & ita de ceteris. Mixta igitur ex elementis non actu & secundum substantiam manentibus sunt sed manentibus potentia & secundum eorum contemperamentum. licet ergo ipsius elementi nihil substantiale maneat nisi materia: tamen cum ea etiam manent qualitates ad harmoniam & mediū moderatae.

Octani capitis nota.

¶ Vegetes / uegetabilia. **¶ Mixta / mixta perfecta.** **¶ Optimum cap.** continet unam conclusionem, & duas rationes ad eam. **¶ Conclusio.** Quodlibet mixtum circa mundi medium existens: ex omnium concurrentia elementorum nascitur. **¶ Primo.** Ex terra: quia in loco terrae & unumquodque naturam illius (in cuius loco ortum est) participare uidetur: ex aqua quidem. quia terminatio eget. Aqua autem hoc modo optime terminabilis / prohibensque terram decedere / & eam ligans / & figens. Et si terra & aqua affuerint: & ignis & aer. Nam mixtum perfectum ex contrariorum temperamento nascitur. Ignis autem & aer aquae & terrae (ut contingit substantiam substantiae) sunt contraria. Omnia igitur simplicia in tali composito erunt concurrentia. **¶ Secundo.** Ex eisdem sunt & nutriuntur mixta: atque omnia pluribus nutriuntur: ut plantae (quae minus pluribus nutriri uidentur) nutriuntur terra & aqua. Hinc rusticus hortos irrigare uolentes aquam terrae admiscunt: quo uerius vegetibus alimentum ministrant. Et quod nutritur constitutum est speciei & formae: quae calore (qui ab igne est) plurimum eget. Est enim ignis maxime formae atque actionis: ut qui sit natus ferri ad terminum / & forma maxime terminus sit. Ignis igitur non abest. quare neque aer: ut qui transmutabili uicinior atque paratior sit. omnia igitur mixta ex omnibus simplicibus concurrentibus elementis contemperata sunt atque ordinata.

¶ Octani capitis conclusio. **¶ Quodlibet** mixtum perfectum circa terram (quod est mundi medium) existens: ex omnium elementorum contemperamento nascitur. Circa mediū quidem mundi existunt animalia: quae in terra aut super terram degunt. Vegetabiliaque radice cetera in fixa habent. Et mineralia: quae terra effodiuntur. **¶ Primo.** quodlibet huiusmodi mixtorum ex terra componi potest. quia unumquodque mixtum naturam illius participat: in cuius loco ortum est. Ut flumina illius terrae sapore retinet / coloris / & qualitates tangibiles in qua ducunt originem. At quodlibet mixtum in terra loco aut circa terram ortum est: igitur & terrae naturam participat. Ex aqua uero quia res mixta indiget terminatione / & suarum aduicem partium continuatione. Aqua autem optime terminabilis est a terra: & suo humore terrestria continens ne sua siccitate dissoluant. Siquid pulueres aridi ab inimice seuuncti / humore continentur. Et in ligno: exhausto humido a quo terrestria disperguntur / & sunt cineres segregatae: quae tamen prius per huiusmodi humidum aquae in ligno conuincta erant & continuata. **¶ Quia** aqua & terra in medio fuerint: & ignem & aerem in eo esse necesse est. Nam mixtum perfectum ex contrariis contemperamento nascitur. Non enim contemperamentum est nisi ex contrariis. At ignis aquae / & aer terrae contrariae: igitur & ignis et aer in mixto erunt / quare omnia simplicia corpora in mixto secundum eorum contemperamentum sunt concurrentia. **¶ Secundo.** Ex quibus nutriuntur mixta: ex illis itidem existunt. Id enim ex quo nutriuntur conuertitur in substantiam aliam. Quare ex ipsius eiusque materia ut parte substantialis post nutritionem constant mixta. Omnia autem mixta perfecta nutritionem habentia: pluribus nutriuntur elementis. Nempe plantae (quae minus pluribus nutriri uidentur) nutriuntur terra & aqua. hanc ob causam qui hortos irrigat / aquam terrae infundendo admiscunt: ut copiosius uegetabilibus alimentum praebent. Et corpus animatum quod nutritur: formam habet substantialem: quae calore ad conuertendum ebum in suam substantiam tanquam instrumento plurimum eget. Calor autem ab igne est: cum ignis plurimum habet formae & uirtutis agendi omnia in se conuertens. Est enim natus ignis ferri ad concauam lunae: quod terminus & perfectio est ceterorum locorum / & rerum naturalium locus est perfectissimus. Forma autem praecipuus est terminus & perfectio. Est igitur in mixto contemperamentum ignis: quare & contemperamentum aeris. Nam aer igni transmutabili conterminus est & proximus / similiter & ipsi mixto paratior. igitur omnia elementa sunt in mixto concurrentia.

Noni capitis nota.

¶ Sempiterna & prima / celli. **¶ Phedon** liber Platonis ita inscriptus / ubi Socrates lethale Pharamacum hausurus de immortalitate animae discribit.



¶ Optimum cap. continet quinque conclusiones, duas rationes ad tertiam, tres ad quartam, & duas ad quintam. **¶ Prima conclusio.** Expediit de causis generabilium et corruptibilium leterminatio. **¶ Nam** uniuersalis cognitio assecuta: quot de omni generatione & quae sunt principia / singula facilius perspicere poterimus. **¶ Secunda.** Tot & equalia numero / & genere eadem sunt: quae in sempiternis & primis. **¶ Est** enim illud hoc ut materia / hoc ut forma / & hoc ut efficiens. ita generabilium est materia: quae est ad esse & non esse quaedam potentia: est forma: & efficiens. Nam duo ad generandum sunt insufficientia. **¶ Quaedam** enim entium de necessitate semp sunt / quaedam uero / et quaedam quoadque sunt & quoadque non sunt: ut generabilia & corruptibilia. quae non in merito materiae habent: quae principia est ad esse & non esse: quod generatione & corruptione complectitur. Quod si materia: & causa gratia cuius habebunt: quae est forma / species / & ratio uniuersumque substantiae. Et tertium subiecti effectuum. Nam nihil efficit seipsum. neque materia efficit quicquid: vimque producenti habet nullam. **¶ Tertia.** Socrates in Phedone efficientem causam non tetigit. **¶ Alios** enim increpat ut nulla loquentes: supponens esse species (quas ideas dicunt) & entia specierum participata: fierique generationem suscepta specie / & corrupti-

ptionem speciei retractione. Sed qd id non verum sit patet. ¶ Primo. Quia quæretur a Socrate citi non semper generant: cum sint ipse speciei semper / & quæ ipsas participare possint. ¶ Secundo. Quia videmus alia efficiencia. vt medicus sanitatem efficit / doctor doctrinam / & vnumquodq; secundum operantis naturam. quid igitur introducunt speciem / separatamq; ideam? ¶ Quarta neq; ratio nabiliter dicunt materiam generare. ¶ Primo. Quia alterans & transformans / generationis efficiens causa existit. Hanc in omnibus & natura & arte factis efficientem causam dicere consueuimus: materiam autem est pati & moueri. Mouere autem & facere alterius. non igitur rationabiliter dicunt materiam generare. Et id profecto dicebat Democritus: Atomos seipsas mouentes / rerum materias ponens. ¶ Secundo. Aqua non efficit animal a seipsa aut aliud elementum quodcumq; / neq; lignum a seipso lectum: sed requiritur & producat & ars. inconuenienter igitur ponunt materiam generare. ¶ Tertio. Quia organa attribuuntur corpori per quæ generet hoc materiam ascribentes: principale actum speciem quod quid erat esse relinquunt: cuius proprietates est agere. ¶ Quinta conclusio. Neq; id verum est elementorum passiones calidum / frigidum / humidum / & siccum / & reliquas (q; secundum has adiuuicem agant & patiuntur) esse efficiens præcipuum. & per hæc omnia gigni & corrumpi. ¶ Primo. Quia quod habet nobilissimas & maxime actiuas passiones: debet potius semper agere: & alia corrumpere. videtur tamen ignis & motus. ¶ Secundo. Quia sic dicentes simile dicunt: atq; si dicant ferram principaliter effectiuam: & vnicuiq; instrumentorum agendi principalitatem attribuant: & vtens organo existimant deterius. Atqui hoc esse nequit. Incidente enim atq; ferram dirigente aliquo diuidi necesse est. sed quomodo organis vtentia moueant: non vident.

¶ Notarum noni capitis declaratio.

¶ Sempiterna & prima sunt substantiæ corporeæ natura perpetua: & que non possunt desinere vt cæli: neq; hic pro entibus sumuntur.

¶ Noni capitis prima conclusio. ¶ Expediensest de causis generationis & corruptionis rerum naturalium determinare. ¶ Nam cum vniuersalis cognitio habita fuerit: facile ex ea ad particularium cognitionem descenditur. Itaq; si in generari quot sunt & que generationis rerum naturalium principia cognoscamus: facilius quot sunt cuiuslibet sigillatim generationis rerum naturalium vt elementorum / animalium & vegetabilium principia dignoscemus. ¶ Secunda conclusio. Tot sunt generationis rerum naturalium principia / & in eodem genere cause: quot sunt principia in corporibus cælestibus / sempiternis & primis. ¶ Patet. Nam sicut in cælis est vnum principium vt materia: vt pote cæli potentia / que actus cæli dimensionum / & motuum eius subiectum est. Aliud est vt forma: scilicet actus substantialis cæli / omnium transmutationum cæli effectiuus & in materia subsistens. Aliud vero est efficiens: scilicet intelligentia cæli mouens. Ita generabilium & corruptibilium vnum principium est materia: alterum forma (substantialis) & tertium est causa efficiens. que equalia sūt numero in cælis & rebus naturalibus: nã tria: & in eodẽ genere cause scilicet materiali formali & efficiẽte. Siquidẽ rerũ quædã de necessitate existunt: q̃ sūt & nõ possunt natura nõ esse vt orbes cælestes. quædã vero nunq̃ nata sūt esse: vt Chimera / Gorgones / Harpie. qdã vero aliquando nata sunt esse & aliquando nõ esse: vt generabilia & corruptibilia. Habent igitur ipsa generabilia & corruptibilia materiam: que principium est ad esse / cum rerum formas tanq̃ subiectum suscipiat. & etiam principium est ad non esse: cum priuationi coniuueta sit / & inclinationem habeat ad alteram formam. quam cum acquirat / prior deperditur & res amplius non est. Esse autem rerum: generatione completur / & non esse: corruptione. Quod si generabilia & corruptibilia materiam habent: etiam habent & formam substantialem / actumq; præcipuum. Nam materia sine forma esse non potest. Si autem habent materiam & formam: & tertium habent principium / effectiuum scilicet & speciei productiuum. Nihil enim seipsum efficit: quare forma que acquiritur seipsam non producit. Materia etiam nihil efficit / & producendi vim non habet: ipsa igitur non producit formam que acquiritur. quare præter illas requiritur tertium principium & efficiens. ¶ Tertia conclusio. Socrates in phedone efficientem causam (sed non recte) prætermisit. ¶ Supponit enim esse rerum species & ideas: & entia huiusmodi species participantia. & cum species in illis entibus recipiuntur dicit fieri generationem. cum vero species retrahuntur: dicit fieri corruptionem. perinde atq; Socrate præfente speculo atq; se ei inspicuante: fit imago in speculo. cum vero uultum auert: euascent imago. Sed hæc non vera esse patet primo. quia posita causa sufficiens: necesse est poni effectum. Ipse autem species vt formæ / & entia specierum participantia vt materiæ / secundum Socratem causas sunt sufficientes generationis. ergo cum semper sint: & semper generare deberent / quod est manifeste falsum. ¶ Secundo. Videmus in arte præter formam & materiam / efficiencia longe diuersa ab idea. vt medicus sanitatem efficit / & statuarius statuam doctorq; doctrinam: neq; quicquam in arte ab idea sit. igitur neq; natura quicq; fit per ideam: sed præter materiam & formam requiritur efficiens. ¶ Quarta conclusio. Non rationabiliter dicunt ponentes materiam generationis effectiuam esse. ¶ Primo. Quia forma substantialis alterationem efficiens: & expulsa forma substantiali alteram in eadem materia inducens: causa efficiens est generationis naturalis: quemadmodum formam artis inducens / causa dicitur efficiens operis artificialis. Materie autem officium est pati / & transmutationes in se suscipere. Mouere autem & transmutare: proprium est formæ substantialis. non igitur recte sentiunt materiam generare. Quare irrationabiliter posuit Democritus corpora Atomalia (que seipsa mouerent) esse rerum naturalium principia. ¶ Secundo. Cum ex aqua fit animal: ipsa aqua seipsa non efficit animal / sed requiritur efficiens naturale. & cum ex ligno fit lectus: lignum per se non facit lectum / sed requiritur lectum faciens. igitur & cum ex materia fit res naturalis materia seipsa nõ agit re naturalẽ. Potius enim aqua & lignũ q̃ sunt entia cõpleta & vim agendi habentia: seipsis agere debent q̃ materia. ¶ Tertio. Data sūt a natura organa corpori / & instrumenta quibus pprias efficiat operationes q̃ (si materia vim agendi habeat) superuacua esset & ociosa. Qui itaq; materie agendi uirtute attribuit: actum substantiali et formã negligũt / cui agendi uirtus imprimis ascribenda est. ¶ Quinta conclusio. Neq; uerũ est elementorũ q̃litates adiuuicẽ actiuas et passiuas præcipua esse efficiencia.

¶ Patet. Quia si passiones principaliter agerent: ergo maiores virtute passioes: magis agerent. & maxime passiones / nobilissimæq; maxime agerent. quare ignis huiusmodi perfectissimas habens passiones: deberent maxime agere & alia corrumpere / & non passioes: neq; corrumpi. At ignis moueri percipiuntur & corrumpi: igitur passiones non sunt præcipue cause efficiens. ¶ Secundo. Quia sicut se habet terra ad hominem secantem: ita se habent passiones ad ipsas formas substantiales. Ponere itaq; passiones esse præcipua efficiencia / & formas substantiales minus præcipua: simile est atq; si quis dixerit ferram principaliter secare / & hominem vtentem terra dicat deterius & imperfectius agere: & vnicuiq; instrumento vim agendi præcipuam attribuat: vtenti autem instrumento minus præcipuam / quod manifeste falsum est. Nam vt quicq; diuidatur: opus est incidente & moderante ferram tanq̃ agente præcipuo. sic vt passiones agant: forma substantialis eas mouere debet. Verum qui elementorum passiones posuerunt esse præcipua efficiencia / non videntur recte considerasse: quomodo agentia que organis vtuntur / moueant.

¶ Decimi capitis nota.

¶ Obliquus circulus / zodiacus / signifer & animalis circulus. ¶ Periodus / durationis natura institutæ terminus. ¶ Est & periodus illa tota (que natura determinata est) durationis series. Et circuitum / comprehensionemq; interpretantur.



¶ Decimum cap. continet quatuor conclusiones. & vnum correlatum ad tertiam. ¶ Prima. Perpetua est generationum & corruptionum series. ¶ Nam latrones superiores / perpetuas esse monstratum est. Hæc autem sempiterno gyratu adducunt aut abducunt generans. erit itaq; perpetua huiusmodi generationum & corruptionum series. Et certe rationabiliter. nam latro illa / prima est / generationem præcedens / & semper existens. Et per rationale est primum / posterioribus esse causam: & semper ens / aliquando enti & aliquando nõ enti. ¶ Secunda. Vt sit huiusmodi perpetua generationum & corruptionum subsecutio: non satis est primi circuli afferre latronem / sed & alias vario modo incidentes ponere necesse est. ¶ Nam generatio & corruptio contraria sunt. & idem in quantum idem & consimiliter se habens: semper est natum facere idem. quare existente vnico circulo solum fieret aut generatio aut corruptio. Ponendi sunt igitur plures. qui vt contrarii: contrarios inducant effectus. Hinc fit vt supreni circuli latro non videatur generationis & corruptionis causa: sed latro ea que sub obliquo debeat circulo. nã continue duos varios motus continet. Et inclinationem habet que nunc sit presentis causa est / nunc absentis: nunc vt prope sit / nunc vt longe. ¶ Tertia. Tempus generationis est æquale tempori corruptionis. ¶ Nam equali existente distantia: equalis est motus. Distantia autem accessus ad nos equalis est abscessui. & accedente sphaera vt solis: omnia oriri / germinare / & pubescere videmus. abcedente vero: tabescere atq; marcescere. Est igitur tempus generationis equalis tempori corruptionis. ¶ Correlarium. Fit etiam vt vniuscuiusq; vita numerum habeat quo determinatur. ¶ Nam omnium est ordo: & omnium tempus / & vita clauditur periodo. Sed nõ omnium eadem est periodus: sed his quidem minor vt annua / his vero maior. Accidit tamen sepe sit periodi metam non attingere: sed citius occumbere propter causarum confusionem & materię inæqualitatem: que nõ vbiq; eadem / eademq; virtutes habens. ¶ Quarta. Non iterum præter rationem euenit continuas esse generationes & corruptiones: vt ne vnq; quidem defectus sint. ¶ Nam in omnibus compertum est melius semper desiderare naturam. melius autem esse q̃ non esse. Esse autem in omnibus continue existere: p̃terea q̃ longe a principio / rerũq; origine distare / impossibile est. Reliquo igitur modo vt fieri potuit compleuit deus esse: continuam faciens generationum seriem. Et rationabiliter res hoc pacto vt secundum circulum / sempiterna duratione trahuntur. vt in simplicibus licet intueri: ex igne generari aerem / ex aere aquam / ex aqua terrã / ex terra aquam / ex aqua aerem / ex quo iterum gigni tur ignis. Hoc enim pacto imitantur sempiternum cæli gyrum & circulationem: que ipsarum causa existit. dictum enim est prius quomodo est vnum primum continue mouens / in generabile / incorruptibile / inalterabile / & vnus primus motus: cuius numerus est tempus. & quomodo hoc / & quare.

¶ Notarum decimi capitis declaratio.

¶ Zodiacus / circulus obliquus dicitur: q̃ vnã medietatem habeat vergentem ad polum arcticum / & alteram deflexam / vt gentemq; ad polum antarcticum. Idem / animalis circulus dicitur: q̃ in duodecim signa diuidatur peculiaribus animalium nominibus designata: que sunt. Aries / Taurus / Gemini / Cancer / Leo / Virgo / Libra / Scorpius / Sagittarius / Capricornius / Aquarius / Pisces. ¶ Periodus primo est finis & terminus vite viuentium. ¶ Periodus secundo est totum vite spacium & duratio / que periodo primo clauditur. Et est periodus secundo: vt tota linea a b / Periodus vero primo: vt punctum finale b. Et latine Periodus dicitur circuitus siue comprehensio. ¶ Quod hic asserit Aristoteles generationum & corruptionum seriem esse perpetuam: minime verum est: neq; approbandum / cum sit diuino spiritu reuelatis repugnans: vt alio quoq; loco dictum est.

a b
Quid perio-
dus.

¶ Decimi capitis prima conclusio. ¶ Perpetua est generationum & corruptionum successio: vt ne vnq; quidem inceperint / nec desinent vnq;. ¶ Nam corporum cælestium circulationes perpetue sunt: sicut prius monstratum est / que sua latrone circuitu lari sempiterna solem adducunt ad nos: & vicissim abducunt. Sol autem generans est vniuersi: & omnium generationum vniuersalis causa. homo enim generat hominem ex materia et soli igitur. Et id nõ sineratice euenit. nã cæli latro: prima est & perfectissima / tempore generationem quamlibet et præcedens / continua & perpetua. generatio autem / mutatio est tempore posterior & imperfectior / sequens cæli motum / interrupta & non perdurans. Modo rationale est primum motum posterioribus esse causam /

pe fechtiffimum in perfectis/regularibus/continuum intercisit / & perpetuum caducis. **Secunda conclusio.** Ut sit perpetua generatio: non satis est primi mobilis pro causa adducere motum, sed prater illum/inferiorum spl. erarum motus & accidentarios & proprios inter se longe diversos ponere necesse est. **Nam eadem causa & eodem modo disposita eosdem effectus producere nata est: ut idem ignis in diversis aquis inducere calorem/aut diversa consumere ligna: modo cetera sunt paria.** Si igitur solum esset primi mobilis circulario: eosdem produceret & consimiles effectus: ut pote aut semper generatio nem/aut semper corruptionem. **Quare ponende sunt plures celorum circungyrationes: que tanq. contrariorum naturam habentes / contrarios faciant effectus: modo generationem/mo corruptionem.** **Quare primi mobilis circulario / non est generationis aut corruptionis causa: sed circungyrationis solis / sub zodiaco se semper agitantis.** **Nam sol semper duos habet diversos motus, unum quo mouetur ad motum primi mobilis: & viginti quatuor horarum spacio circum terram rapitur. Alterum quo motu proprio circungyratione ab occidente per meridiem in orientem: & vno anno aut circiter suum complet motum proprium.** Et hanc ob causam sol nostro hemisphario interdum est presens / interdum absens / interdum nobis propinquus / interdum remotus.

Quod est tempus accessus solis et quod abcessus.

Tertia conclusio. Tempus generationis viuientium vniuersi / qua ex semine sibi simile specie producunt: est equale tempori corruptionis. **Nam cum equalis est spaci per quod fit motus distantia: equalis est motus. & distantia accessus ad nos qui fit sole intrante arietem & cetera signa vsq. ad libram / est equalis distantie abcessus solis a nobis qui fit sole intrante libram & sequentia signa vsq. ad arietem.** Arcus enim accessus complectitur sex signa: Arietem/Taurum/Geminos/Cancerum/Leonem / & Virginem existentia citra equinoctialem / & ad polum arcticum vergentia. Arcus etiam abcessus continet sex signa: Libram/Scorpium/Sagittarium/Capricornum/Aquarium/Pisces: existentia ultra equinoctialem ad polum antarcticum. Et cum sol ad nos accedit omnia viuientia renouari videntur / arbores reuifescere & florescere/animalia vero fenescere. cum vero abscedit: tabescunt omnia / & quasi mortura deficiunt / arbores nudantur frondibus / & animalia sterilescent. **Correlarium.** Vnde fit ut vniuersi viuientia q. viuientia vita: certam habeat durationis metam qua determinetur. **Omnia enim certo constant ordine.** **Et que in tempore degunt viuentia: definitam habent qua clauduntur periodum. Non tamen omnia eandem habent & equalem periodum: sed aliqua minorem/ut ephemeram & vnius die/epycetam siue vnius anni. Alia vero maiorem. ut ceruus / cornix nongentos viuens annos. Ea itidem que eiusdem sunt specie: diuersam habent secundum diuersa contemperamenta periodum. ut homines aliqui octoginta annorum / alij viginti presinitam habent viuendi mensuram. Nunq. autem periodi metam excedere contingit: sepe tamen accidit ad eam non peruenire / sed citius extingui propter caloris naturalis & humorum disproportionem / & propter inequalitatem contemperamentorum in materia. que cum in abundantia aut defectu fuerint: interitum inferunt. **Quarta conclusio.** Rationabiliter enenit ut perpetua sint rerum generationes & corruptiones. **Nam natura semper melius / immo q. optimum potest desiderat: ut optimo suo auctori (quantum sibi concedatur) assimiletur / eiusq. q. optime potest bonitatem declaret & referat.** Melius autem est esse q. non esse. Esse enim vestigium est primi & summi entis: a quo omnia sunt. Non esse vero defectus est ab illius participatione & communicatione. At qui duplicia sunt que esse participant: quedam ipso primo enti propinquiora / & idcirco perfectiora: que dignius summam eius entitatem imitantur / scilicet esse continuo & eodem in numero. Alia vero sunt a primo ente remotiora / & idcirco imperfectiora: & hanc ob elongationem & distantiam a prima rerum origine: continue eadem esse non possunt. quare ut eorum natura & conditioni conuenit: imitantur primi principij entitatem per eadem in specie succedentia singularia. Hinc perpetua est rerum generatio / ut similibus similia specie succedant: & sic saltem esse habeant sempiternum / que perfectiori modo ob imperfectionem suam habere non poterunt. Et in his inferioribus consimiles secundum circulum sunt generationes & reuolutiones rerum: ut in elementis facile conspiciuntur / que alternatim ex seipsis sunt. sicq. mundus iste inferior per succedentes secundum speciem consimiles generationes imitatur motum celi semper eundem & consimium: qui huiusmodi generationum perpetuo succedentium causa est.**

Vndecimi capitis nota.

Essentia ordinata/ quorum prius est de essentia posterioris: aut quo non existente/ alterum non esse contingat. **Generaciones secundum rectum perpetuantur: si semper generatorum fuerint noue species: & nunq. relaberentur in priores.** **Secundum vero circulum: quando finitis & natura determinatis rerum speciebus semper reparantur: in consimiles reuoluendo species.**



Vndecimum cap. continet quinque questiones / & earum solutiones. **Prima questio.** Cum continue generationes generationibus succedant / & transmutatio transmutationis / & hoc ens generatum post hoc / ut non aliquando deficiat: an aliquid ex necessitate erit / an nihil / sed omnia non fieri contingat? **Responsio.** Alia de necessitate erunt / & aliqua no. quemadmodum enim incessurus potest ambulare & non ambulare: ita quod generabitur / potest non generari. Et generari & non generari: ut erit & non erit / se habebunt. **Secunda questio.** Cum sicut aliquid necesse est esse & aliquid contingit: ita aliquid fieri necesse sit ut celi conuersiones: an si sit prius: eius posteriorius esse necesse sit / an educto? **Responsio.** In essentia ordinatis posteriori existente & prius esse necesse est. ut domo existente: ut fundamentum sit necesse est. Et si fundamentum est: lapides / & intritum sunt. Non tamen retro agitur: nisi posteriorius de necessitate sit futurum. **Tertia.** An generationes secundum rectum: an ne potius secundum circulum perpetuantur? **Responsio.** Non perpetuantur generationes secundum rectum. Nam infinita non erunt hoc modo specie varia. Nam si posteriorius est in talibus: & prius esse necesse est. Et si prius de necessitate erit: & post-

rius. ut licet in rerum speciebus intueri. Neq. finita erunt. nam aliquando pertransita tota essent: ut cade rent atq. deficerent generationes. Sed perpetuantur generationes secundum circulum. Sic enim videtur orta secundum notas species reparari ac redire. & causa huius est motus celi qui in circulum voluitur / & motus solis: similia successionebus suis reparans tempora / menses / & horas / & genita genitis similia: eius gyrum / circum / (q.) lationem imitantia. **Quarta questio.** Quare si nubes est / oportet plueri: & si pluit / oportet iterum nubem esse. & non oportet homines aut animalia in seipsa reiterari? **Responsio.** Hoc est quia hec transmutatio ut pluuie & nubis aquosae & contra / magis imitatur circulum: animaliu vero minus. immo quodammodo videtur esse secundum rectum. **Quinta questio.** An omnia similitur iterentur / an non? **Responsio.** Quorum substantia mota / ingenta est / & incorruptibilis: eadem numero redeunt. ut sol / vt astra. Quorum vero corruptibilis: non numero sed specie eadem reparantur. vt cum ex aqua fit aer / ex quo iterum fit aqua: no eadem aqua numero sed specie reparatur. Corruptibilis enim aqua: & talis ut eam contigisset non esse.

Secundi de Generatione & Corruptione Aristotelis / finis.

Notarum vndecimi capitis declaratio.

Quedam sunt essentia ordinata quorum vnum est pars substantialis / vel essentialis / vel integralis alterius: ut materia rei naturalis / caput hominis / fundamentum parietis: & hanc per primam tanguntur definitionis particulam. Illorum enim pars: prius est / totum vero: posteriorius. Alia sunt quorum & si vnum non est de essentia alterius: tamen ab altero dependet ut imperfectum a perfecto / sic q. perfecto non existente / imperfectum existere impossibile est. ut accidens & substantia / veritas & vestigium / exemplar & imago. ut vultus hominis & imago eius in speculo / mundus sensibilis & celestis / mundus sensibilis & celestis ad intelligibilem. Et hanc per secundam immuntur partem definitionis: quorum quod perfectius est / prius dicitur / quod imperfectius: posteriorius.

Vndecimi capitis prima questio. Cum generatio generationi continue succedat / & corruptio corruptioni / & vnum ens sit generatum post alterum / ut nunq. deficiant rerum generationes / utrum aliqua res naturalis de necessitate nature erit vel nulla / sed omnes res naturales possint non generari? **Responsio.** De necessitate nature erunt rerum generationes: si vniuersaliter & generari notione explicentur. ut de necessitate nature erunt homines / oliua / leones. & post ea que nunc sunt: necessario consimilia secundum speciem generabuntur. A quoquin mundus suis numeris non esset perfectus. Speciali autem & singulari modo explicando hic homo futurus non de necessitate erit / quia seruata ordinatione nature poterit non esse: neq. hanc oliua de necessitate erit / quia potest interueniente obstaculo impediri a generatione. Et sicut ambulaturus potest ambulare & non ambulare. Ita singulare quod generandum est: potest generari / & non generari. Et quemadmodum res futura potest fore & non fore: ita corpus naturale quod futurum est: potest duci ad ortum & non duci. **Secunda questio.** Cum constet aliquid de necessitate esse / ut corpora celestia: aliquid vero esse quidem sed non necessario / ut hunc equum / hunc hominem. Vtrum eo modo necesse sit aliquid fieri / & aliquid contingat fieri quod itide possit non fieri. **Præterea.** Vtrum si prius est: eius posteriorius esse debeat / aut contrario modo. **Responsio.** Aliquid necesse est fieri: ut circungyrationes & circum medium celorum reuolutiones / ortus astrorum & occasus. Aliquid vero potest fieri & non fieri: ut hic equus ambulare & non ambulare / hoc lignum comburi & non comburi. Cum autem prius dicatur: quod esse altero existente est necesse. ut partem substantialem esse toto suo existente / & perfectum esse: existente imperfecto a quo dependeat. Posteriorius vero id / quo existente / alterum necesse est esse. ut toto existente eius partem esse / & imperfecto existente & eius perfectum a quo dependet: manifestum est si posteriorius est / & prius esse. ut si domus est: fundamentum est: ita imago in speculo est: vultus hominis est: non tamen aduerso si prius est / posteriorius esse necesse est: ut non si fundamentum est / domus est: non si vultus hominis est / imago in speculo est: quia in his posteriorius esse non est necesse. Vbi autem posteriorius de necessitate nature est: in his si prius est / posteriorius est. ut celum prius est / quia pars integralis: mundus vero posteriorius / quia totum integrale. At si celum est / mundus est: quia non potest mundus natura non esse. Ita si elementa (que priora sunt mixtis ex ipsis compositis) sunt: & vegetabilia & animalia (que sunt posteriora) erunt: cum ea esse natura necesse sit. Ex opposito autem si prius non est / neq. posteriorius: ut si fundamentum non est / domus non est: & si non est vultus hominis: neq. imago in speculo. Non tamen conuertitur: neq. oportet si non sit posteriorius / idcirco prius non esse (ut si non sit domus / non opus est ideo non esse fundamentum) nisi posteriorius de necessitate nature esse: ut si non est mundus / neq. est celus. **Tertia questio.** An generationes secundum rectum & nouas sepe species perpetuantur: an secundum circulum & noua eiusdem speciei individua. **Responsio.** Generationes secundum rectum no perpetuantur. Nam si sic. Vel essent infinita diuerse specie entia vel finita. Non primum: quia tunc infinita essent entia simul / inter se specie diuersa: quod est impossibile. cum natura impossibile sit esse aliquid infinitum actu. Præterea in corporibus natura constantibus si posteriorius est / & prius esse necesse est: & si prius est / posteriorius quod de necessitate futurum est. Et in infinitis neq. prius est neq. posteriorius: no sunt igitur corpora naturalia specie infinita. Neq. finita: quia si essent in numero quodam determinato ut ceterario: aliquando tota essent pertransita: eorumq. cum ad centenarium peruentum fuerit / perfecta generatio. At cum non possit ad priores species fieri regressio: neq. ulterius ad nouas species progressio: deficerent generationes & non perpetua traherentur serie: quod est contra hypothese. Sed perpetuantur rerum generationes secundum circulum: & noua secundum stas & natura determinatas species producuntur singularia: perpetua consimilium successione / celi motum circulare imitantia. **Quarta questio.** Quare ex nube fit pluuia / & iterum ex pluuia fit nubes: & frequenter illa repetitur alternatio. Sic tamen ex homine non fit cadaver / ex quo rursum fiat homo: immo per longam generationum seriem vix ex eadem materia fit homo. **Responsio.** Generatio nubis ex pluuia & eductio / pro prius imitatur celi circulationem. Nam sicut ea est ab oriente in occidentem & rursum in orientem: ita huiusmodi generatio fit ex aliquo in alterum / & rursum ex altero in primum. Animalium vero generatio ex propria conuenienteq. materia / minus imita-

tur motum celi: cum non fiat ab eodem in idem secundum speciem: sed ad diuersas progrediendo species videtur esse secundum re-
 dum. **¶ Quinta questio.** An omnia consimili modo iterantur & redeunt eadem: vel non. **¶ Responso.** Corpora natura conslan-
 tia quorum semper eadem est substantia/ indefluxa/ ingenerabilis & incorruptibilis/ cuius nihil per generationem accedit/ nihil per
 corruptionem substrahitur/ ut sol/ ut astraeadem numero redeunt & iterantur. Quorum vero substantia defluxa est/ caduca &
 corruptibilis/ non redeunt eadem numero sed eadem specie solum. Nam corruptum idem numero natura redire non potest. ut cum
 ex aqua fit aer/ ex quo iterum fit aqua: non eadem est numero aqua secundo genita & primo corrupta/ sed solum eadem specie.

¶ Commentarij in secundum de Generatione Aristotelis finis.

¶ Primi cap. primi libri Meteororum nota.

¶ Meteoros/ sublimis interpretatur. **¶ Meteorologia/ imperfectorum mixtorum disciplina: quorum quaedam sunt ignea/ hae**
aquea/ hae aerea/ illa vero terrea. **¶ Impressiones ignitae sunt stipulae/ ardentes/ aeges/ dali/ sydus volans/ candele/ trabes/ colum-**
nae/ teretes lanceae/ clypei/ globi/ faces/ ignitae pyramides/ draco volans/ & similes. **¶ Phantasmata sunt: hiatus/ colores/ illumina-**
tionis/ galacia. Ad duntur etiam cometae & galacia ignitis. **¶ Astrorum lacte/ via lactea/ galacia. Impressiones aquae sunt: va-**
por/ pluuia/ ros/ pruina/ nix/ grando/ fontes/ flumina/ mare. **¶ Aerea: venti/ terremotus/ flumina/ cenebias/ typhon.** **¶ Quae ra-**
diorum apparitione sunt: sunt halo/ iris/ virger/ parabelij. Impressio/ mixtum imperfectum.



Mixta Meteororum continet quatuor partiales libros: ignis/ aqua/ aer/ terra. Primum
 octo cap. Primum cap. continet vnam conclusionem: qua ea de quibus iam egit/
 & quae postea acturus est/ complectitur. **¶ Conclusio.** De primis causis naturae/ de
 omni motu naturali/ de caelis astrorum multitudinem perornatis/ de elementis quot
 & quae sunt/ de eorum adinuicem permutatione/ & vniuersaliter de generatione &
 corruptione dictum est. Nunc partem illam (quam Meteorologiam vocant) super-
 est absolueret. **¶ Nam haec sunt quae accidunt secundum naturam inordinatorem**
quidem: magisq; transmutationi per uiam/ & minus sibi constantem. Et primo de-
 terminabimus de impressionibus ignitis/ phantasmatibus/ cometis/ & astrorum lacte. de impressioni-
 bus aquae. deinde aeris: ut spiritibus/ terrae tremoribus/ fluminibus/ cenebias/ typhonibus. de his quae
 radiorum apparitione fiunt. & terrae/ ut quae congelatione procreantur/ deinde de animalibus & plantis.
 His enim determinatis: fere quae a principio propositum/ finem suum natura erunt & affecta.

¶ Notarum primi cap. primi Meteororum declaratio.

¶ Scientia de mixtis imperfectis dicitur graeco nomine Meteorologia: quae ea determinet quae in sublimi fiunt & apparent. Et liber
Meteororum: qui ea pertractat/ quae in sublimi gigni conspiciuntur.

¶ Divisio quatuor librorum Meteororum determinationem complectens.

| | | | | |
|---------------------------|--------------------------|-----------------------|---------------------------|--------------------------------------|
| ¶ Mixta imperfecta | Teretes lanceae | Ros | ¶ Radiorum appari- | ¶ De ignis autem in pri- |
| Ignea | Clypei | Pruina | tionis facta | mo determinatur libro |
| Aquea | Globi | Nix | Halo | quaeq; ignis naturam mai- |
| Aerea | Races | Grando | Iris | gis imitatur/ de aqueis in |
| Terrea | Ignitae pyramides | Fontes | Virge | secundo de aereis in tertio |
| 1 Ignea | Draco volans | Flumina | Parabelij | & de terreis in quarto. |
| Flamme | Cometa | Mare | 4 ¶ Terrea | quod denotant haec qua- |
| Phantasmata | ¶ Phantasmata | 3 ¶ Aerea | Aurum | tuor elementorum nomi- |
| ¶ Flamme | Hiatus | Venti | Argentum | na in fronte huius capis |
| Stipulae | Colores | Terremotus | Aes | is posita. scilicet ignis/ a- |
| Eges | Illuminationes | Fulmina | Stannum | qua/ aer/ terra: quibus |
| Dali | Voragines | Choruscationes | Ferrum | quatuor librorum Meteor- |
| Sydus volans | Galacia | Tonitrua | Cuprum | orum materia subiecta |
| Candele | 2 ¶ Aquea | Cenebias | Electrum | & ordo designatur. |
| Trabes | Vapor | Typhon | Plumbum | |
| Columnae | Pluuia. | | | |

Primi capituli primi Meteororum conclusio. **¶ Postquam de primis causis naturae in primo & secundo Physicorum/ & de omni**
motu naturali in caeteris libris Physicorum/ de caelis astriferis in primo & secundo libris de caelo/ de elementis & eorum
generatione in quarto de caelo & secundo de generatione & generaliter de generatione & corruptione determinatum est in pri-
mo & secundo libro de generatione & corruptione. Nunc de mixtis imperfectis determinatio absolucnda est. **¶ Nam ipsa fiunt**
secundum naturam minus ordinata q; caetera corpora sensibilia: cum minus habeant constantiae & ordinationis q; caetera.
Non enim diu permanet mixta imperfecta: sed cito in alia resoluitur: ut nubes in pluuia/ pluuia in vaporem/ nix in aquam. Hinc
eorum natura magis transmutationi per uia/ & minus sibi constantis dicitur. Et primo determinandum est de mixtis imperfectis/
 continentur in ignis in excellentia habentibus tam de flammis quae incenduntur/ q; de phantasmatibus quae solum lumine col-
 lustrantur. Deinde in secundo libro de impressionibus aquae. In tertio de impressionibus aeris & his quae radiorum apparitione fi-
 unt. In quarto de impressionibus terreis & quae intra terram coagulatione gignuntur/ & liquefactione soluantur. Deinde restat
 de animalibus & plantis determinationem exequi quae ubi determinata fuerint: completam rerum naturalium traditionem sensis-
 (ut in principio proposuit) Aristoteles videbitur.

¶ Secundi capituli nota.

¶ Aqueae & terrae nomine: aquea & terrea etiam complectimur. **¶ Theorema/ principium/ aut propositio in Geometria demonstrata**
 Secun-



Ecundum cap. continet duas conclusiones, & quatuor de continentibus inter caelum &
 terram diuersitate: opinioniones. **¶ Prima conclusio.** Caelum causa est efficiens impressio-
 num et apparentium de quibus intendimus, aqua autem & terra materia: materiam q;
 vnde fiant praestant. **¶ Nam idcirco mundus inferior quatuor elementis complexus:**
igne/ aere/ aqua & terra (quorum haec ad medium/ illa a medio feruntur: & quo-
rum supereminens & summus caelum tangens est ignis. terra/ subsidens & infima. a-
qua & aer/ media: aqua terrae vicinior/ aer vero igni/ caelo attiguitus est: ut ab eo recipiat
virtutem. Est autem ex necessitate superioribus latioribus attiguitus: ut omnis ipsius virtus inde guber-
netur. Caelum enim primam causam putare oportet: ut cuius motus perpetuus sit/ finem non habens/
sed semper in fine. Et aquam & terram apparentium materiam praestare: postea fiet manifestus. Hinc
enim elementi ab elemento ut ignis & terrae distantia finita. & omnia eiusdem materiae similitudine con-
uenire oportet/ quo possint subiecta elementa pati: materiamq; eorum quae in ipsis fiunt/ ministrare.
¶ Secunda. Terra comparatione corporum circumstantium parua existimanda est. **¶ Nam theoremati-**
bus astrologicis cognitum est terram multis astris esse minorem: quae punctotum instar ad circum-
ambientia corpora nobis apparent. Est igitur terra ad ambientia corpora paruula mole existimanda. Et
quid inter caelum & terram mediaret: fuit opinionum diuersitas. ¶ Quatuor de hac diuersitate opinio-
nes. ¶ Prima est antiqua opinio. q; mundus circa lationes superiores sit caelesti corpore plenus: dictus
ether (ut recte voluit antiquitas) quia sempiternae currat: & aliquid diuinitatis eius natura participet.
Quod & nos ipsi hoc nostro quo dicimus. Non enim putare oportet raro/ neq; semel neq; bis ab homi-
nibus (quae praesuerunt) iterari opiniones: sed infinitas. Anaxagoras autem ethera vocauit: quia semper
ternum ignem ipsum putauit. ¶ Secunda opinio est dicentium totum a terra ad sidera aere plenum esse
se. quia sic appareat. Sed haec puerilis est opinio: & mathematica non tenet ratione. Excederet enim ni-
mis equalitatem communis analogiae ad coelestia corpora. ¶ Tertia est dicentium illam totam di-
stantiam esse igne plenam. Sed si sic: olim destructum esset vnumquodq; elementorum. ¶ Quarta est di-
centium intercedentem caeli & terrae totam aere & igne plenam. Sed id esse non potest. Nam cum ex ter-
ra fit aqua/ & ex aqua fit aer/ & ex aere fit ignis/ videmus excessum inolum. & qualis proportio tantillae
terrae ad factam aquam: tanta & totius terrae ad totam aquam. Et qualis aquae ad factum aere: talis & totius aquae ad
totum aerem. Quare maior moles aquae q; terrae/ & quam oportet intercipi: & maior aeris q; aquae.
Et quamuis ex se inuicem secundum se tota non fiant/ neq; equalibus molibus se circumstent: eorum ta-
men equalis virtus. ut vnum alterum superare/ superuincereq; non possit. Et manifestum est neq; solius
vnum/ neq; duo/ sed tria: aquam/ aerem/ & ignem/ inter caeli & terrae contineri ambitum.

¶ Notarum secundi capituli declaratio.

Cum dicit philosophus aquam & terram praeslare materiam mixtis imperfectis nomine aquae/ corpora aquae intelligit: palus
designa/ fontes/ flumina/ quibus suscolluntur uapores. ¶ nomine terrae/ corpora terrea/ & in excellentia terrae naturam parti-
cipantia. ut sulphur & caetera corpora secca/ a quibus per calorem resoluntur exhalationes. Et recte haec duo/ aquam & terram
nominat pro mixtorum imperfectorum materia. Nam mixta imperfecta ignea & aerea/ exhalatione fiunt: aquae ex uapore/ ter-
rea exhalatione & uapore. quare omnia mixta imperfecta fiunt exhalatione & uapore. At exhalatio/ per calorem a terra & ter-
ra suscollitur corporibus. Vapor autem ab aqua & aqueis spirat. Aquam itaq; & terram nominans ea potissimum nominat cor-
pora quibus omnium impressionum materia uel caloris suscollitur. ¶ Theoria/ speculatio interpretatur. inde Theorema com-
muni ratione est discipline speculatiuae principium aut demonstrabilis propositio/ & praesertim Mathematicae: quae caeteris scienti-
is speculatio habeatur & contemplatio.

Secundi capituli prima conclusio. **¶ Caelum/ mixtorum imperfectorum causa est efficiens: ut quod suo calore in aerem produ-**
cat ab imis corporibus materiam suscollat/ & in loca mixtorum imperfectorum generationi apta subuehat. Aqua autem
& terra eorum sunt causa materialis ex qua. ¶ Nam mundus sensibilis & ex quatuor elementis constans (quorum quaedam mo-
uentur ad medium ut grauia/ quaedam uero feruntur a medio ut leuia, quorum etiam supremum & caelum contingens: ignis est)
terra autem omnium infima. aqua uero & aer sunt intermedia/ aqua quidem terrae propinquior: aer uero propinquior igni/ idcir-
co contiguus est caelo: ut ab eo uirtutem recipiat. Est enim ex naturae necessitate mundus hic inferior/ superioribus latioribus & ca-
lestibus corporibus utriusque: ut tota inferioris mundi uirtus a mundo caelesti regatur & gubernetur. Cum enim motus caeli per-
petuus sit/ non habens principium neq; finem/ sed semper in principio existens & semper in fine: motus autem rerum inferiorum
continui & perpetui non sint: merito caelum est motuum inferiorum prima causa. Quod autem aqua & terra apparentibus & mix-
tis imperfectis materiam subministrant: postea fiet clarum. Nam ob hoc: unum elementum ab altero/ finito determinatq; magni-
tudine distat spacio: & omnia ex eiusdem rationis & naturae materia componuntur/ ut adinuicem possit agere & pati/ & mate-
riam mixtorum imperfectorum quae in ipsis fiunt praeslare. ¶ Secunda conclusio. Terra comparatione corporum caelestium parua
 putanda est. **¶ Patet.** Quia terra minor est astris ut ex astronomia comploratum est. Ex qua quidem dinoscitur minimas stellarum
 fixarum quae aspectu nostro uideri possunt esse decies oclies maiores terra. At astra corporibus caelestibus longe minora sunt/ nam
 ad similitudinem punctotum in eis lucere conspiciuntur. igitur & terra corporibus caelestibus terram circumstantibus est minor.
 quicquid enim est minus minore: minus est & maiore. **¶ Quatuor de corporum inter caelum & terram interstitio opinioniones.**
¶ Prima est antiquorum opinio dicentium q; illa mundi pars ubi uidemus circulationem agi sit tota diuinitate plena: & dicta est
ether quia sempiternae moueatur/ & suo motu sempiternam imitetur/ diuinitatemq; uitam. Quod antiquorum dictum & ab Aristo-

Omnia mixta imperfecta ex uapore aut exhalatione gigni.

tele approbatur. Non enim semel tantum aut bis eadem que prius fuerunt redeunt opinionēs; uerū etiam infinitas. Anaxagoras autem celum/etheram nunciabat; quia ipsum ignem perpetuum putabat. Secunda opinio est dicentium totum spacium a terra ad celum esse aere plenum. Sed hec uulgaris est Mathematicæ disciplinæ rationem non habentium opinio; nullam afferens rationem nisi sensus apparentiam; quia id nostris uidetur oculis, que si uera esset; aer maiorem haberet molem ad cetera elementa/que recta analogia & proportio permittit; quia quanto aqua maior est terra/ tanto aer aqua/ & ignis aere/ & generatim proximum superius corpus/ proxime inferiori. At tunc aer maiorem haberet molem que ignis & aqua/ cum tunc igni et aqua nullus quo recipiuntur esset locus. Tertia est potentium illam totam intercapedinem esse igne plenam. Sed & hec falsa est; quia si uera potuatur: cetera elementa/ aer/aqua/ & terra calore ignis superuincente corrumpentur: & solus elementorum reslaret ignis. Quarta est potentium totum inter celum & terram spacium esse igne & aere plenum. Quæ licet si referatur ad eam terræ partem que aquis adoperta non est/ uera esse uideatur: tamen ad terram in suo naturali situ dispositam respiciendo non est ueritati consentanea. Nam cum ex terra sit aqua/ & ex inferiori elemento proxime superius/ uideamus elementi geniti que eius ex quo genitum est maiorem esse molem propter densitatis & raritatis diuersitatem. Et qualis proportio particule terræ ad aquam ex ea genitam: talis totius terræ ad totam aquam/ ut si ex pugillo terræ fiant duo pugilli aquæ/ terra corrupta ad aquam genitam est subdupla secundum molem: quare tota terra ad totam aquam est subdupla. Sic que proportio particule aquæ ad aerem ex ea genitum: ea est totius aquæ ad totum aerem/ ut si subdupla/ subdupla. At ex particula terræ sit maior pars aquæ que fuerit ea terræ pars que corrumpitur: igitur tota aqua est maioris molis que tota terra. Et maior est totius molis que aqua: quare inter terram & aerem oportet aquam intercipi. Et quæ elementa seinuicem totis non fiant: ut ex tota terra non sit aqua/ neque ex tota aqua sit aer/ neque aqua libris se molibus contineant: nam aqua est maior terra/ aer maior aqua/ & ignis maior aere: eorum tamen æqualis est magnitudo & resplendit uirtus/ ut unum elementum/ alterum totum corrumpere non possit. Nam quanta est uis æliua unius: tanta est uis resistens alterius. Quare manifestum est non unum tantum elementum/ ut secunda & tertia posuit opinio/ neque duo/ ut quarta dixit opinio intercipi inter celum & terram: sed tria/ scilicet ignem/ aerem/ & aquam. Tertij capitis nota.

¶ Sincerus purus.



¶ Tertium caput. continet tres quæstiones, & earum solutiones. ¶ Prima quæstio. Quomodo ignis & aer ad celum ordinentur? ¶ Secunda. Quare a superioribus astris in uicinia terræ sit calor: & quid ualētior que in uicinore/ & aeris media regione? ¶ Tertia. Cum ex aere sit aqua/ propter quid in summa aeris regione non fiat nubes: cum remotior a terra existat/ ubi uis illa reuerberata radiorum solis attingere nequeat: & uim caloris imprimere. quare uideatur esse frigidior/ & nubes generari uideantur: ubi desinit reflecti atque reuerberari solis radius. uidetur igitur a fortiore ibi debere generari: aut non ex omni aere potest fieri aqua.

¶ Prima solutio. Quia ignis purior est/ superior existit: in uicinore locum celum lunæ attingens. & aer minus sincerus inferior: ignem puriorem attingit. ¶ Secunde solutio. quæ celestia corpora medio circumferantur: illo motu sua astra mundo inferiori applicata: caliditatem imprimunt/ & causant. Nam tota materia que illis subest corporibus: potentia calida est: frigida/ humida/ & sicca. Et aer trifidus est/ tresque possidens regiones: hanc supremam/ illam infimam: & tertiam his duabus supremæ & infimæ mediam. ¶ Suprema est illa que (quia continetur ab igne/ & ei contermina existit) uim caloris ab ignis uicinia concipit. ¶ Infima uero reuerberatos a terra & solidis corporibus atque duris/ solis radios sentit. ¶ Media uero existit ubi a parte superiori uis illa ignea calorem suum imprimere desinit: & ex parte inferiori ubi radiorum reuerberata uirtus deficit. Suprema semper calet/ subtilis/ & pura/ & ignis naturam imitans. non tamen est ignis & ardor: & cum igne/ motu celi circumfertur/ agitaturque circulo. Infima ita dem calet: tum propter uapores & exhalationes quas in se recepat omnes. Est enim uapor calidus & humidus/ & potentia aqua: ut halitus aquæ. & exhalatio/ calida & sicca ut potentia ignis. quemadmodum ea que a terreis & siccis ut sulphure expirant: & leuitatis naturam participantia/ locum in aere queerunt. Tum quia (quia a solidioribus reuerberatur corporibus) in se radios recipit duplicatos: & quibus uis calefaciendi maior inest/ quia replicati. Reflectunt enim a solidis corporibus: ut que eorum uim longius in rectum se diffundendi superent/ præpedimentoque sint: colligiturque in unum uirtus. quare fortior: & se reflectendo multiplicat. Et media est semper/ frigida & densa magis: quæ prædictis (ut incalecat) caret occasionibus. ¶ Tertie. Nubes non solum ex aere generantur: sed ex uapore eleuato. qui in contactu frigidiusculæ mediæ regionis densatur: in nubem aptatur/ ut plarumque stillet pluuia. Nam frigidus est condensare: condensatumque ad grauiorum naturam preparare. ¶ Secundo. Quia supremæ aere regionis aer: calidus/ siccus/ & rarus est/ ignis naturam imitans: in quo non possunt consistere nubes. Disgregat enim calidum/ & dissipat. ¶ Tertio. Quia circulari motu agitatur. Unde fit ut congregari non possent/ atque in aquam conuerti: prohibente motu. ¶ Quarto. Quia uenti non uidentur altissimos montes transcendere: sed circa loca terræ stagnare. igitur & minus nubes. Nam nubes fit ex uapore humido & calido: exhalatione (ex qua procreatur uentus) grauiore. Et quæuis solem & astra calefacere diximus: non tamen debemus existimare ea esse calefacta. Nam calefaciunt hæc: quæ dum feruntur/ medium fortiter diuidunt/ & secundum rectum: ita ut aliquando lata ignita atque liquefacta soluantur. Non autem ita de sole existit & cæteris astris. Et sol maxime calefactus est: & uelocius inferioribus ut luna/ in suo orbe fertur. Et quæ sol adhuc non sit calidus/ indicium est: quæ appareat albus/ & non igneus.

¶ Tertij capitis prima quæstio. Quomodo ignis & aer ordinem ad celum seruati sita habent. ¶ Secunda. Quare a celo & astris in aere uicino terræ sit uehemētior calor que in media regione aeris que est celo uicinior. Quia enim a gens fortius in propinquum agit que distans: uidetur potius maior a celo calor debere in media que infima regione produci. ¶ Tertia. Quare in summa aeris regione non fiant nubes: & tam bene fiant in media. Uidentur enim potius in summa regione aeris debere fieri nubes. Nam ipsa distans est: remotior a terra que media regio aeris: ergo minus ad ea uis reflexa radiorum solis debet pertingere que ad media. igitur est frigidior: & per consequens potius in ea nubes generantur. ¶ Prima solutio. Ignis celo proximus est: & attiguus: aer uero proximus & subiectus igni. Nam ignis purior est: & perfectior: quare nobilior ei debetur natura locus. Aer uero minus purus & perfectus: binè inferior ei locus designatus est. Quæ autem supereminente igne non uideamus: facit eius maxima raritas & subtilitas. ¶ Secunde solutio. Celestia corpora motu suo circulari adducunt super nostrum hemispherium solis/ planetas/ & astra: quæ sua presentia calorē huius mundo inferiori inducunt. quædoquidē tota rerū sensibilibus materia nata sit caliditate/ frigiditate/ humiditate/ et siccitate suscipere. At iuxta terram calefaciunt aerē radio caloris directo & reflexo: quare uehemētior ibi a fortiore causa produci calor. Media uero aeris regione non ita duplici calefaciunt radio: quare non tanta ibi est uis caloristina radius reflexus citra mediā regionē deficit. Non ergo cetera utrinque sunt paria. Ad hæc autem sequētia clarius intelligenda notari oportet: quæ aer in tres diuidit regiones: supremam/ infimam/ & mediā. ¶ Suprema regio aeris est pars aeris igni proxima: quæ uim caloris sui diffundit. ¶ Infima uero est pars aeris terre aut aquæ proxima: quæ reflexos a terra solis radios suscipit. ¶ Media uero est pars aeris duabus prædictis intercepta: in qua a parte superiori ignis calor diffundi desinit: & a parte inferiori uis reflexa radiorum solis deficit. Ut sit a terra que proxime ab aere tangit. spacium a b est infima regio aeris: quia terra & proxima solis radios reflexos ut b i recipit. spacium autem b c est media regio aeris: quia ab eius inferiori parte deficit radiorum solis reflexio: & a superiori/ caloris igne diffusio. spacium autē c d est summa aeris regio. quia igni uicina calorem igneum in se diffundit ut e f. h i sentit. Et super semicirculum d/ intelligendus est esse ignis. Itaque summa regio aeris est calida/ subtilis/ & rara propter ignis uiciniam: & ad motum primi mobilis circulariter cum igne mouetur: cuius quidem naturam caloris uehementia imitatur: non tamen est ignis & igneus ardor. Infima etiam regio aeris est calida/ primo propter uapores & exhalationes quas intra se suscipit. Nam recipiens eorum que recipit qualitates retinet. At uapores & exhalationes sunt calidæ. Est enim uapor/ calidus & humidus: ut aer. Exhalatio uero/ calida & sicca: ut ignis. igitur aer infimus ita dem calidus est. Secundo. quia infimæ regionis aer intra se duplices habet solis radios. primo directos a superiore loco ad inferiorē procedentes: ut g b. Secundo reflexos ab inferiore loco ad suū tendentes principium: ut b i. Cum enim primi radij secundum directum amplius procedere non possunt/ a solidis corporibus impeditur eorum uirtutem in unum colligunt & se reflectendo multiplicant. Media autem regio frigida est: & densiuscula: prædictis (ut calida sit) destituta causis. cum neque a superiori parte ignem/ neque ab inferiori radiorum solarium reflexionem habeat: sibi calorem inducentem. ¶ Tertie solutio. In summa aeris regione non gignuntur nubes. Et quæuis ad eam non pertingunt radij solis reflexi: nihilominus frigida non est. Nam alteram habet cur incalescat causam: quæ media regio caret: ut pote ignis uiciniam. Nubes autem non tam ex aere generantur que uapores/ aeris quidem naturam participantia: qui ab humidis corporibus sublatus eum ad mediam regionis aerem peruenit: eius frigiditate densatur/ & in nubem cogitur. Frigidum enim congregat & condensat: quæque condensauerit ad grauiorū naturā ut pluuia disponit. Suprema autē regionis aeris est purior/ subtilior & rarior que ut ex eo fiat nubes. ¶ Secundo. Suprema regionis aeris calidus est: & siccus. igitur in eo non sunt nate. Motus autē congregationē impedit: igitur non possunt in eo nubes congregari & in aqua mutari. ¶ Quarto. Uenti sunt ex exhalatione/ & nubes ex uapore. At exhalatio est leuior uapore calido & humido: sicut ignis est leuior aere: igitur uentus est leuior nube. At uenti altissimos montes non transcendunt: neque ad supremam regionē perungunt: tanto igitur minus & nubes. Quæ enim leuiora sunt: altiora petere loca solent. Et quæuis dictū sit quæ sol & astra suo motu calefaciunt hæc inferiora: non tamē ipsa calefiunt. Nam ea solū mobilia cum mouentur calefiunt: quæ suo motu mediū fortiter & uolente diuidit/ & uolente diuidit/ ex cuius uolente distrahone in id quod mouetur calor inducitur: ut aliquando corpora a motu concepto igne ardeant/ & plumbea liquefacta soluantur. Sol autē & astra cum mouentur non diuidunt fortiter mediū. Non enim mouentur diuisione mediū: igitur cum mouentur non calefiunt: sed subiectis corporibus calorem inferunt. Et maxime omnium sol calefactus est: quia uelocius que luna in suo celo mouetur. & tamen calidus non sit patet: quia non apparet igneus sed albus cum uidetur sine caligine. ¶ Quartij capitis nota.

¶ Aeræ regis/ capra. ¶ Dalus/ torris. ¶ Interdum/ in die.

¶ Varium cap. continet causas flammarum in summo aere apparentium. earum generationes. & quando & ubi generentur. ¶ Flammarum causæ. Causa efficiens est celum: & materia est exhalatio calida & sicca. ¶ Earum generatio. Terra a sole calefacta duplicem emittit spirationem. Vnā calidam & siccam/ & hæc exhalatio dicitur: alteram calidam & humidam/ & hæc dicitur uapor. Et exhalatio quidem nata est supereminere quia leuior: uapor autem humidus subsidere: quia grauior. Et quia (ut diximus) ignis/ celo conuulsus est & conterminus: & pars aeris supremæ/ conuulsus igni & in igne locata: quædo illic exhalatio pertingit/ inflammatur facile/ paranturque incendia. quemadmodum fumum apud nos inflammari uideamus facile. Est enim flamma/ sicci spiritus ardor. Et differunt hæc flammæ & hæc incendia multitudine/ paucitate/ positione/ & figura. Nam cum inflammatio lata est/ & discontinua/ & longa: dicitur stipule ardentis/ & figuram illam imitatur. Et quando per globos accenditur & scintillat. Aegæ & capræ. quædo non scintillat: est dalus. Et quæ accenditur secundum longum & latum/ & transcurrit suo tractu aera post signans: sydus repentinum & uolans nuncupatur. Et hæc aliquando in summa aeris parte fiunt: ut cum materia calidior/ sicciore & rariore & magis ardentis naturam imitata fuerit. & aliquando in infima: ut quando densior fuerit & humida.



midior. Hinc fit vt syderum volantium motus/proiectioni similis esse videatur. Nam aliquando obuiat frigidus a summa parte: a quo repelluntur. que si debiliter: latera sequuntur. si valide vt detruat in imum valeant: deorsum ciatulata feruntur: aliquando in mare aliquando in terram decidentia. densum enim: deorsum reuerberare natum est. Et hac de causa deficiuntur fulmina. Si frigidum ex ima parte relinquunt: sursum emicant & natura quidem/vt autem atq; insuria deorsum. Ad latus autem plerunq; quia fit horum medium/quo motu sursum vt euolent exitum querunt. Sed quæres quomodo aliquando magna pars aeris: mira celeritate videatur incendia concipere? Dicimus sicut supposito facile inflammabili lucernæ vt puluere sulphureo: cum lucernam incendis totum tibi subito accendi videtur: ita & multa incendio parata in aere exhalatione leui occasione accensa: videtur aer subito/repenteq; exardescere. Et vniuersaliter hæc flammæ & hæc incendia (quæ epicaumata vocant) a similitudine figuræ quam imitantur nomina sumunt. vt candelæ/trabes quas docidas dicunt: columnæ / lanceæ/terretes/clypei/globi/faces ignitæ/pyramides: præterea Xiphie/Hippæ/Ceratæ/Bolides (quas dicere possumus gladios/equinas iugas / cornua & iacula ignita) & consimilibus appellentur nominibus. Quando & ubi fiunt. Et apparent tempore sereno de nocte / & aliquando interdiu. & omnes fiunt sub globo lunæ: cuius hoc indicium est. Nam cita velocitate moueri percipiuntur: quemadmodum ea quæ proicimus: & prætergredi solem/lunam & astra. hoc autem est quia prope sint. Notarum quarti capituli declaratio.

Ouidius.

Sydis repentini aut uolans/sydis non est. nam repentinum est uolans/sydis determinationes sunt distrabentes/ et id denotat: quod nostris apparet aspectibus. Nepe (ut inquit Ouidius) interdum de celo stella sereno. Et si no cecidit: potuit cecidisse uideri. Quartum caput primo flammaram (quæ impressiones sunt ignitæ) causas continet. Causa quidem efficiens est celum generans calorem in hæc subiecta corpora: qui exhalationem calidam & siccam sursum ducat. Materialis autem est exhalatio calida & sicca: quia ex ea corrupta fiunt flammæ/perinde atq; ex ligno: ignis/aut oleo flamma. Earum generatio. Terra a sole & astris calefacta duplicem emittit spirationem. Primo a partibus siccis spirationem calidam & siccam: quæ dicitur exhalatio/ similis quidem fumo qui spirat a ligno incenso. Secundo a partibus humidis spirationem calidam & humidam: quæ dicitur uapor/per similes itidem illi euaporationi quæ ab aqua igni superposita resolvente calido expirat. Exhalatio autem quia natura lenior & ignea/nata est supereminere: uapor aut quia minus leuis et aereus/potentiaq; aqua/natus est in loco inferiori consistere. Et cum ignis celo proximus sit / & suprema aeris regio proxima igni: cum ad eam peruenit exhalatio sursum per calorem ducta: ob ignis uiciniam inflammatur/ & fiunt flammæ/impressionesq; flammæ: sicut fumus candelæ aut ligni apud nos facile inflammatur. Est enim flamma fumus incensus & ardens: ignea est et sicca nature. Et huiusmodi flammæ abinuitem differunt multitudine materie & paucitate/ordine/ & figura. Cum enim exhalatio in latum est sparsa & discontinua: dicuntur stipule ardentes. Cum autem per globos & partes compactas incenditur/scintillaq; spargit: dicuntur capræ. quando uero non emicant scintillæ: est torris & stipis incensus. Exhalatio autem quæ secundum longum & latum accenditur / moueturq; per aeris sui incendij uestigia post se relinquens / & uiam qua transferit signans: dicitur sydis repentinum & uolans: q; repente appareat & euanescat/ celeriterq; instar uolantis mouetur. Hæc autem incendia interdum fiunt in suprema regione aeris: ut cum eorum materia calidior & rarior per mediam regionem ad supremam peruenierit. Aliquando uero in infima: ut cum minus calida & rara obstaculum in infima regione ne sursum conscendat ostenderit. Hanc ob causam syderum uolantium motus proiectioni est persimilis. Nam sydera uolantia interdum a superiori parte obuiant frigidus / ut corpori solido & denso in principio medie regionis consistente: a quo retruduntur/interdum quidem debiliter & lente: & tunc ad latus mouentur instar uentorum. interdum uehementer & ualide / tantq; impetu: ut in imum repercuti possint: & ita reflexa/refiliantq; deorsum ferunt. Nā densi supereminere: obuias mobile deorsum reuerberat sua soliditate/pinde atq; densi subfidēs pilā lusoria sursum reflectit. Et hæc ob causam (ut tertius ostendit liber) deiciunt fulmina. Si autem ex inferiori parte frigidus corpus reliquit: media transgressa regione sursum natura mouent/ & leuia sunt: quæ admodum uolente deorsum mouent. Ad latus autem interdum neq; oino uolente mouent: quia huiusmodi spaciū ad latus porrectū inferioris partis & superioris quodammodo est mediū. quo quæ motu cum impedita fuerint mouent/ ut sursum ferant exitū quæritia. Sed non ab re fieri possit quæstio: quæ interdum magna pars aeris subito uidet incendi. Cui hæc adhibet responsio. quæ admodum facile inflammabile ut puluis sulphureus aut tormētari/ candelæ iuxta positū aut flammæ: cui incēdit vna parte/ totū repetit et celeriter incēdit. Ita cum multa exhalatio passim per aerē sparsa/parataq; facili incēptioni accēdit: incēditio totā corripit materiam/ totus aer uidet ardere. Et hæc impressiones flammæ noia sumunt a reb; quarū figurā imitant. ut si gladiorū imitant figurā: dicunt Xiphie siue gladij/ si in barū equi referat speciem: hippæ siue equine iugæ/ si cornuū: ceratæ siue cornua/ si sagittariū incēsarū habeat figurā: dicunt bolides siue iacula ignita/ & ita in cæteris. Quæ ibi sunt impressiones flammæ. Huiusmodi flammæ apparet tpe sereno: nubes enim quo minus uideant/ impedito sunt. Apparet & nocte: nā solis lumen maius/ eorum aspectū impediret. Aliquæ tū etiā in die apparet. Et sunt oēs sub celo lunæ: aut in suprema aeris regione aut in infima. Cui signū est: nā celeriter moueri percipiunt/ solē & lunā ptereuntia: quare præ sunt. Nā quæ distantiora sunt: & si uelocissime mouent/ ita uideant ut sol & astra: igitur ex opposito/ quæ cito in sublimi moueri uidentur: ut sidera uolantia/ sunt prope nos: ut parua distantia illā motus celeritatem ostendat. Quinti capituli notæ.

Punicus/igneus/crocus. Purpureus/roseus/sanguineus. Crassior/densior. Caligo/exhalatio ut nubes suspensa. Cumbiatus ut uasium dolium existerit: Pitheetes nuncupant. Est enim Pitheetes/dolium. Vintum cap. continet causas phantasmatum vt hiatusum/voraginum/ & colorum. & quo modo fiunt. Phantasmatum vt hiatusum/voraginum/ & colorum causæ sunt eadem vt flammaram. Quomodo frant. sicut in noctis serenitate exhalatio calida & sicca (ut nuper dictum est) aliquando ardet/ & fiunt stipulæ/Aeges Dali/ & ceteræ flammæ: ita aliquando solum lumine colorantur: & tunc fiunt phantasmata. Aeræ enim exhalationes lumi-



nis refractione omnimodos colores ostendunt: & maxime puniceum & purpureum: quia hi colores ex igneo & albo apparent permixtis: sicut orientia sydera monstrant. præsertim cum eę talia specula sint: quæ non imaginem sed colorem suscipiant. Hinc colores in aere plerunq; representantur diuersi: nunc puniceus / nunc purpureus: nunc clariores vt qui rarior caligine suscipiantur / nunc subobscuri vt qui crassiore. Album enim in nigro multas facit varietates/ & flamma in fumo: ita lumen in caliginis nunc densitate nunc raritate/ colorum omnimodos diuersitates. Et hi colores non ita in summa die apparent: quia illos luminis abundantia impedit. nec in summa nocte: quia hos videri impedit noctis nigredo. Et non multo tempore perdurant: quia eorum materia euasida est/ & cito segregata disparet. Sed hiatus apparet: quando lumen (interueniente nigro) disrumpitur. vt lumine ambiente: quædam media appareat profunditas/ quam Batea dicunt. que cum fuerit magna & concretescens: voraginem et Chasma dicimus: & sæpe ex talibus Dali excidere videntur. Notarum quinti capituli declaratio.

Caligo ex exhalatione compacta consistit: perinde atq; nubes ex uapore. Vtraq; in aere apparet pendula/ caligo quidem rarior & clarior/ nubes autem densior & subobscurior/ ut secundus liber ostendit.

Vintum caput continet causas phantasmatum: eorumq; generationem. Siquidem phantasma / impressio est ignea ex exhalatione consistens/ non quidem incensa sed lumine perfusa: quod in ea incidens/ diuersorum colorum apparentiam reddit. Causæ phantasmatum. Efficiens: sol & astra suo calore materiam eleuantia. Materialis: exhalatio calida & sicca secundum substantiam manens/ & lumen in se suscipiens. Phantasmatum generatio. Sicut in nocte serena interdum exhalatio calida & sicca sursum ducta incenditur / & fiunt flammæ: ita interdum lumine solis & astrarum solum perfunditur: & tunc fiunt phantasmata & colores & illuminationes. Cum enim lumen in caligine susceptum non secundum directum procedere potest: refringitur / & in latus caliginis undiq; se diffundens: omnium generum colores apparere facit/ interdum clarum / interdum subobscurum/ & potissimum croceum & sanguineum. Nam hi colores ex igneo ut exhalatio/ & albo ut lumine permixtis apparere solent: sicut orientia sidera indicium præbent. Oriente enim sole: in partibus celi terræ propinquis croceus color in circulum ductus prope horizontem uidetur. & quanto sol est ortui propinquior: tanto ea pars crocea magis augetur/ & semotius ab horizonte extenditur. ita cum sol occidit/ huiusmodi croceus & interdum sanguineus circulus celum iuxta horizontem cingere uisus / paulatim imminuit. Sunt enim aeræ caliginis/ specula non astrarum imaginem sed colorem representantia. Propter hanc causam diuersi in aere colores apparent: aliquando clariores/ ut qui in rarior suscipiuntur caligine/ per quam manifestius lumen ostenditur. Aliquando uero obscuriores: quando suscipiuntur in caligine densiore/ in qua minus se prodit conspicuumq; reddit lumen. Sicut enim alba lumen in nigro multas facit uarietates: & flamma in fumo. In ima enim parte flammæ ipsa obscura uidetur propter eius densitatem in media parte: ignea aut alba ob sumi raritatem: & in suprema/ circumambientibusq; partibus celestem interdum refert colorem. Et flammæ in fumo rariore colorem ostendit clarum/ in densiore uero obscurum: ita lumen in caligine diuersos efficit colores pro caliginis secundum raritatem & densitatem diuersitate. Et huiusmodi colores neq; in summa die apparent: cum illorum aspectum luminis solaris abundantia impedit. neq; in nocte intempestata: quia noctis obscuritas illorum aspectum impedit: sed in die luculo diei aut crepusculo noctis. neq; multo tempore perdurant: quia eorum materia non diu permanet/ sed confestim disgregata disparet. Hiatus autem fit quando lumen interueniente corpore obscuro discontinuatur & disrumpitur: ut in extremitatibus minus densis lumen appareat/ in medio autem corpore denso propter eius densitatem non appareat: quare ibi profunditas quædam interbare uidetur. Nigrum enim apparet magis diffusum/ album uero minus: cum fortius uisum moueat. quemadmodum pictor res quod propinquius apparere uolunt/ album efficiunt: quod uero remotius & distantius uideri/ nigro colore depingunt. Et cum hæc profunditas/ uasita & ampla fuerit: dicitur vorago. ex qua sæpe flammeus torris emicare uidetur: quia exhalatio reuerberata incenditur/ & eius flamma nigro contra posita magis apparet. Siquidem album & flammeum nigro obiectum magis conspicuum est/ & uehementius mouet uisum/ seque præbet spectabilior q; si per se sine contra positione ad quicquid nigrum uideretur. Cuius plane causa est q; opposita iuxta se inuicem posita sensibilibus sunt/ magisq; patescunt q; ubi per se ponuntur.

Sexti capituli notæ. Cometa & cometes idem. Errantes stelle/ planeta. Canis/ celestis imago quæ in canis similitudine pingitur / posterioribus pedibus hyemali diuisa circulo/ capite occasum spectans ad Aequinoctialem circulum declinante: dextro pedi Orionis fere supposito. oritur cum Cancro/ in femore tres stellas habet. Canis/ canis maior. Orion est celestis imago quæ ut homo depingitur ense incinctus/ dextra clauam tenens/ occasum respiciens/ & cum Tauro decertans: quem Aequinoctialis circulus in zona diuidit/ oritur oriente Sagittario. Zona/ Orionis balteus. Medius Tropicorum locus/ Aequinoctialis circulus. Quinq; stelle: Mercurius/ Venus/ Mars/ Iupiter/ Saturnus. Tropicus hyemalis/ circulus Capricorni: qui & bruma dicitur.

Extum caput continet tres de Cometa opinionones. earum reprobariones. primæ tribus rationibus. secundæ duabus & tertie quinque. Tres de Cometa opinionones. Prima est Anaxagoræ & Democriti credentium Cometam esse congregationem stellarum errantium. quæ quia prope sunt/ lumen suum alternatim referunt/ & ad se dirigant/ seque tangere uideantur. Cuius signum est (inquit Democritus) quia dissoluto Cometa apparuerunt stellæ quædam. Sed id non esse uerum ostendimus. Primo. Quia non modo semel apparere debuissent stellæ plures dissoluto Cometa: sed semper. quod non uidetur. Secundo. Quia Aegypti dicunt errantes stellas adinuitem coniunctum in & aliis: & non facere Cometam. quod nuper nobis uidentibus factum est. Ioue stellam in Geminis subeunte / & (non facta Cometa) se separante. Tertio. Stellæ per se ipsas parti & pene indiuisibiles uidentur. Si igitur coniungantur



Quid hoc in loco sit phantasma.

16

tur & tangant: nihilominus maiores non videbuntur. ut neq; si indivisibile tangat indivisibile. Non igitur ex stellarum conuentu tam vastæ molis generatur cometes. **¶** Secunda opinio est vocatorum Pythagoricorum dicentium cometam vnam esse stellarum errantium quæ diu latuerit sub radiis solaribus: quæ modico excessu sole discedit. quod Mercurio accidit. Et ideo cometam visibus humanis se præbere conspicendum. **¶** Sed neq; id verum quidem est. **¶** Primo. Quia non modo circa errantes stellas apparent cometes: sed & circa alias. Quod & nos ipsi vidimus circa vnam stellarum quæ sunt in scemore Canis. Nec solum Aegyptiis (qui idem asserunt) credimus. Et coma illa debilis fuit: & magis in partibus astro adiacentibus. **¶** Secundo. Quia si esset vna stellarum errantium: semper appareret cometa sub signifero circulo. Nā illic semper meant errantia sydera. sed omnes qui adhuc temporibus nostris visi sunt, sine casu super horizontem disparuerunt consumpti: extra signiferum ambitum existentes. Et sub Astio principe apparuit vastus/horrendusq; Cometes rigente hyeme / & gelu / & serenitate: vespere ante solem occumbens. Et ideo prima die parum apparuit: postea magis. qui lumen suum ad tertiam cæli partem extendit: ideo nominatus est via. & ascendit vsq; ad zonam Orionis: & illic consumptus disparuit. Et hæc itidem rationes faciunt contra Democritum. **¶** Tertia opinio est Hippocratis Cui & Eschylli eius discipuli: suorumq; sequacium: dicentium corpus Cometæ stellam esse errantem: & comam accipere propter locum humorum a sole ad ipsum eleuato: & lumine refracto. & a medio tropicorum loco non attrahere aquam: quia consumpta est a solis latrone. ideoq; illic comam non gerere: & quando est in declinatione ad austrum: quia breuis est decisio circuli super terram relicta: & magna sub terra. Et quævis comam aquæ habeat: vitus tamen non bene pertingit: ideo illic non appareret. Cum vero ad Boream relicta fuerit: quia illic magna circuli decisio super terram relicta est: accipit comam & appareret cometa. **¶** Sed quæ non recte sentiant. Patet primo. Quia omnis cometa sub signifero circulo inciperet & deficeret. multi autem extra circulum visi sunt: & plures vno simul facti sunt. **¶** Secundo. Si per refractionem humorum eleuato appareret comam: deberet interdum comam relinquere: & interdum eam resumere. **¶** Tertio. Quia propter quinque stellas nullus appareret vnq; Cometæ. Id autem falsum est. sed visus est: & quinque præter ipsum super horizontem eleuata stelle. **¶** Quarto. Falsum est in medio Tropicorum loco & Austro non apparere cometam. Nam circa magnum terræ motum in Achaia (cum fluctus Burin & Elicen Achaicæ vrbes operuerunt) ortus est in Aequinoctio magnus cometes tempore æstiuo. Et iam multi facti sunt ad austrum. Sub Atheniensium enim gloriosissimo principe Molone facta est comata stella circa Tropicos hyemales: & sole illic existente/mense Gameleone: quem octobrem dicimus. **¶** Quinto. Tantam refractionem astri esse quantum comam visi sunt habere cometæ: impossibile est. Constat igitur omni ex parte Hippocratis & Eschylli determinationem non esse recipiendam.

¶ Notarum sexti capitis declaratio.

Ouidius:
Buris:
Elicen:
Quot sunt Tropici.

¶ Burin & Elicen Achaicæ vrbes aquis olim obrutas esse ut hic asserit Aristoteles: Ouidius quoq; attestatur hoc carmine. Si quæras Elicen & Burin Achaicæ vrbes: Inuenias sub aquis: & adhuc ostendere nautæ. Inclinata solent cum moenibus oppida mergi. **¶** Duo sunt tropici: prior æstiuus: qui est circulus a sole initium cancri tenente ad motum primi mobilis descriptus. Et hic circulus cancri/Tropicus solstitij æstiuus dicitur: & sol ibidem consistens conuertatur & rursum descendat. Alter est Tropicus hibernus: qui est circulus a sole principium capricorni tenente descriptus ad motum primi mobilis. Et hic tropicus/bruma & circulus solstitij hyemalis dicitur: & sol illic progressus iterum ascendat. Eorum medius est æquinoctialis circulus: quia ab utroq; æquidistat tribus signis sine nonaginta gradibus. Nam a Tropico æstiuo distat arietis tauro/et geminis: a tropico autem hiberno itidem tribus: cancri/leoni/et virgine. Hinc circulus æquinoctialis medius tropicorum locus dicitur. Et dicuntur prædicti Tropici terminum solis: quæ sol eos nunq; prætergrediatur nec excedat: sed recurrat ad æquinoctialem: & inter illos perpetuo sit eius via atq; motus. **¶** Sexti capitis prima opinio est Anaxagoræ & Democriti ponentium cometam esse congregationem stellarum errantium: quæ lumen suum ad se mutuo diffundunt: & adinuicem continue videntur: totumq; cometam constituere. Ad quod comprobandum Democritus hoc utitur argumento. Dissoluta cometa apparuerunt aliquando plures stelle disperse. Est igitur cometa illarum adinuicem propinquarum aggregatum. Sed facile hæc Democriti ratio diluitur. Esto enim quæ postquam euauerit & disparuerit cometa plures apparuerint stelle: idcirco non recte colligitur & insertur stellas illas sparsim apparentes prius cometam constituisse. Nam id accidit solum: & nihil ad cometæ rationem pertinentium: æque cometa dissolui possit non apparentibus passim stellis. **¶** Sed hæc opinio vera non est. Primo quia si cometa esset congregatio stellarum: quotienscunq; suis se dissolutus cometa/ deberent apparere stelle: cum ipse sit incorruptibilis. & quæ in cælis sunt: semper consimiliter sunt. At sæpe cometa dissolutus est: postea nullis apparentibus stellis: igitur non hoc modo fit cometa. **¶** Secundo. Si cometa esset stellarum congregatio: quotienscunq; essent plures stelle adinuicem congregatae: deberet apparere cometa. Posita enim causa sufficiente: ponitur effectus: At sæpius stelle adinuicem congregantur sine cometæ apparitione: ut Aegyptij attestantur: qui dicunt errantes stellas aliquando adinuicem coniungi: & interdum eas etiam coniungi alijs stellis non errantibus: & tamen non facere cometam. Quod & Aristotelis etiam experientia cognitum est. Visus est enim sol coniungi stelle quæ est in Geminis absq; cometæ productione: & se rursum ab eadem stella separare. **¶** Tertio. Sicut indivisibile adiuicem indivisibili non reddit aliquid diuisibilitatem paruum paruo adiunctum non efficit magnum. At stelle separatim & seorsum parue & pene indivisibiles videntur: igitur simul iunctæ non aliquid magnum efficiunt: neq; tante molis/quantæ nobis appareret cometa. **¶** Secunda opinio est Pythagoricorum dicentium cometam esse unam

stellarum errantium: quæ prius ob solis propinquitatem uideri non potuit: eius aspectum impediente insigniori lumine solis. sed aliquantum a sole digressa & distans bene uideatur. Quemadmodum Mercurius sub radiis solaribus delitescens non est nobis conspicuus: ab illis autem ad latus parum digressus: facile oculis nostris peruius est. Sed neq; hæc uera est. **¶** Primo. Quia non solum apparent cometæ circa stellas errantes: sed & circa alias: scilicet fixas quæ sunt supra planetas in firmamento. Visus enim est ab Aristotele cometa circa unam stellarum quæ sunt in femore Canis. Neq; id solum Aegyptiorum asseritio: (qui etiam dicunt flammaram apparitiones fieri non modo circa planetas: uerum etiam circa alias stellas) compertum habetur: sed etiam proprio Aristotelis iudicio atq; experientia. Et huiusmodi flammæ porrectio (quæ hic comæ dicitur) ab Aristotele conspecta debilis fuit: & magis uer gens ad partes adiacentes astro. **¶** Secundo. Sidera errantia mouentur sub zodiaco circulo: igitur si cometa esset una stellarum errantium: semper appareret sub prædicto circulo. Id autem falsum. nam omnes tempore Aristotelis uisi extra signiferum fuerunt circulum: & sine casu super horizontem manentes tandem euauerunt. Et sub Astio Atheniensium principe magnus apparuit cometa tempore hiberno/gelido: & sereno: tempore uespertino ante solem occidens: & ideo prima die parum apparens: postea autem magis apparuit. Et tantus fuit: ut lumen suum ad tertiam cæli partem: scilicet ad centum & uiginti gradus diffuderit: signaueritq; suo fulgore cælum: ideo uia nominatus est. Ascenditq; usq; ad zonam Orionis: id est ad æquinoctialem circulum qui Orionis in zona diuidit: quare sub zodiaco minime fuit: sed sub æquinoctiali consistens circulo disparuit. **¶** Tertia opinio est Hippocratis & Eschylli eius discipuli qui dicunt corpus cometæ esse stellam errantem. Et cum a sole eleuatus est uapor directe illi stelle suppositus: eius stellæ lumen refringitur in huiusmodi uapore: & apparet coma: quæ quæ uidetur continua cometa: & eius pars propter distantiam nimiam: non tamen est continua: neq; pars cometæ. Et quia sub æquinoctiali non eleuatur uapor: cum omnis humor illic ardore solis consumptus sit: ideo illic non appareret coma. Cum autem stella errans quæ est cometa uergit ad austrum: quia parua est cæli pars super terram relicta: & magna sub terra: ideo uisus non bene ad eam pertingit: neq; appareret coma: quæ uisus illic unde uapor eleuetur sit aquæ copia. Cum autem cometa ad boream uersus fuerit: quia magna ibi pars cæli super terram relicta est: & aquæ simul copia: apparet coma. **¶** Sed quæ hæc non recte dicantur: patet primo: quia si cometa esset una stellarum errantium: omnis cometa sub zodiaco deberet incipere: & solum unus eodem tempore appareret: cum stelle errantes omnes / moueantur sub zodiaco. At multi cometæ extra zodiacum circulum uisi sunt: & plures quæ unus simul facti sunt: & apparuerunt. igitur. **¶** Secundo. Si ipsius cometæ coma appareret per refractionem luminis in humore eleuato: igitur cum ille uapor esset directe stelle erranti suppositus: deberet cometa habere comam. cum uero non esset suppositus uapor in quo refringatur illius stellæ lumen: deberet relinquere comam & sine coma apparere. Id autem falsum est: cum semper cometes comam habeat a qua & nomen accipit: igitur. **¶** Tertio. Si cometa esset una quinque stellarum errantium: igitur præter quinque huiusmodi stellas nullus unq; deberet apparere cometa: sicut præter quinque stellas errantes nulla est altera stellarum errantium. Id autem falsum est: nam cometa interdum uisus est: & quinque præter ipsum super nostrum horizontem eleuata stelle errantes. igitur & falsum est cometam esse stellam errantem. **¶** Quarto. Falsum est in æquinoctiali circulo (qui inter utrumq; tropicū / æstiuum & hibernum medius est) & in austro cometam non uideri neq; apparere. Cum enim magnus ille fuit in Achaia terremotus (in quo exundantes fluctus Burin & Elicen insigne Achaicæ vrbes obruerunt) ortus est sub circulo æquinoctiali magnus cometæ: & plures cometæ ad partem australem tampridem uisi sunt. Nam sub Molone inclito Atheniensium principe factus est cometa circa tropicos hyemales & circulum capricorni: mense octobris: quem Græci Gameleone nuncupant. **¶** Quinto. Impossibile est tantam esse luminis sideris in uapore refractionem: quantum comam interdum uisi sunt habere cometæ. nam exigua esse potest luminis astri in uapore refractionem: ipsius autem cometæ coma: & uisus est in gens. Non igitur Hippocratis & sui discipuli probanda est opinio.

¶ Septimi capitis nota.

¶ Pogon pogonos/barba. Hinc Pogonia: cometes cui inferiore ex parte in speciem barbe: longe promittitur iuba. **¶** Est & uisus alijs sæculis inco gnitus sub Augusto Cæsare candidus cometes/argenteo crine ita resurgens: ut resurgente excellentia uix contueri liceret: speciem humana dei effigiem in se ostendens: ut prodit. C. Plinius. Sed quis non intelligit hoc domini prænuncium fuisse astrum: cum uoluit deus homo in terris uideri: & cum hominibus nostram sortem miseratus conuersari. **¶** Eleuantia exhalationes & uapores: sol/planetæ/ & astra. **¶** Hypercauma/Epicaua/incendium sursum apparens. **¶** Tropici termini uia solis. **¶** Eptimum caput continet causas cometæ, eius generationem, eius diuersitatem. Signa quæ sit calidæ & siccæ nature. Cur non multi passim / cur raro / & cur frequentius extra Tropicos appareant. Et præter litteram Aristotelis significationes cometæ. **¶** Cometæ causæ. efficiens. sol/planetæ/astra. Materia. exhalatio calida & sicca. **¶** Cometæ generatio. Cum eleuatur exhalatio calidæ & siccæ multitudo vsq; ad illam supremam aeris regionem in ignis confinio existentem/circulari motu agitatum: quæ quidem compacta sit & densa / bene inflammabilis: sic ut non multum exuratur: neq; cito extingatur/habeatq; subiectam dispositam exhalationem ascendentem ut aptum & conueniens pabulum: tunc fit stella comata. Facile enim propter ignis uiciniam & loci sui dispositionem inflammatur: & ad illius summæ aeris motum: syderis cursum imitatur. Et hic flammam in modum crinis circumquaq; dispergit / qui crinitus dicitur: hic deorsum demittit: & tunc pogonia est quem barbatum dicimus: hic uero in latus porrigit / & hunc dicunt caudatum. **¶** Cometarum diuersitas. Horum est duplex. Quidam per se apparet non in loco astri: & totus est Hypercauma. Alius sub astro / nunc sub erratico/nunc sub altero: & fit in modum Halonis circa solem aut lunam: nunc crinem / nunc Pogona / nunc flammam in latus porrigit. Sydus autem comam non habet. Hoc tamen interest. Quia Halon fit refractione / ut postea fiet manifestum: cometa



vero flamma & incendio. Hinc fit vt Hippocratis ad solem refractio parum fit probanda: quia frequen-
 tius per se fit: neq; circa solem neq; astrum aliquod: q̄ circa astrum. **Signa q̄ cometa calidē fit & sicce**
 naturę. Cometam igneę esse confidentię & naturę hęc sunt indicia. Quando apparēt cometę: validi
 perflant venti & siccitates sunt multę. Hoc enim ideo est, quia eleuatur exhalationis multitudo / humi-
 dum euaporans & soluens: vt in aquam concrefcere / densari / soluiq; non possit. Et cum cometa paucio-
 res / minores / & rariore: pauciores erunt venti ac siccitates. Cum vero maiores: validiores erunt venti / &
 anni sicciore. Et memoria proditum est aliquando sic inualuisse spiritum: vt magnus lapis sublatu
 fuisset in aera / qui in Aegyptios lac̄ claro die decidit. & circa noctem apparuit cometes horridus: hęc
 sicca fuit / Boreas in Nilum obtinuit: faciens fluctus & inundationem. & Ausfer extra fluctum impetu va-
 lido perflabat / & arida impetebat loca. Et sub principe Nicomacho circa circulum equinoctialem ex-
 ortus est cometes diebus paucis perdurans / a vespera ortum faciens: quo tempore insolitus ventus vexa-
 uit Corinthum. Hęc sufficientia præbent argumenta: cometem naturę esse igneę / calidę & sicce. **Et**
 si querat: cur non multi simul passim: cur raro: cur frequentius extra Tropicos fiant? **Hoc ideo est,**
 quia raro materia tanta eleuata est: vt sufficiat facere cometam vnum aut multos. Et propter difgregatio-
 nem & solutionem materię quę fit nunc a sole / nunc ab astris / & feruore solis semper illac discurrentis /
 sub tropicis fortius dispergitur atq; dissoluitur materia: q̄ extra illum cęli ambitum. **Præter litterę**
 Aristotelis sententiam cometę significat bonorum sterilitatem. ventorum impetum / bel-
 la / Principum lethum & seditiones.

Tu steriles agros & inania vota colonis: **Oppida. Tu bella sanguinolenta moues.**
 Siccus & efferuens scęue cometa facis. **Principibus lethum: tu seditiosa minaris:**
 Cum crinē ostentas: tunc ventorū impetus vrget **Sic variis mundus ducitur auspiciis.**

Notarum septimi capitis declaratio.

Cometem illum candidum sub Augusto Cesare usum cuius meminerunt huius capitis notę / nonnulli eam esse stellam conio-
 clant: in qua Sybilla Tyburtina Augusto Cesari ostendit candidissimę uirginis puerum sinu amplexę imaginem: cui dixit. hic
 puer maior te est: ipsam adora. Cui Mantuanus satis assilatur de prædicta Sybilla Tyburtina loquens.
 Hęc cum diuinos cultus & sacra pararent **Velle colit: pueroq; aras & templa relinque.**
 Augusto cum plebe patres cita Tyburis arcem **Ille regit celos: atq; immortalis olympi**
 Liquit: & ingentes ueniens ad Cesaris aulas **Possidet imperium & fatalia temperat astra.**
 Fulgentem nitido monstravit in æthere circum **Pone præcor Cesar fastus Auguste superbos:**
 Irideq; inclusam parua cum prole parentem **Teq; licet trahes in astra telluris habenas)**
 Atq; manum tendens / uultuq; ad sidera uerso **Esse sub immenso positum reminiscere summi**
 Ille puer deus est (inquit) tu desine Cesar **Principis imperio: cui rerum æterna potestas.**

Mantuanus.

Cometa di-
uisio.

Septimum caput continet primo causas cometę. Causa quidem eius efficiens est celum / planeta & astra: suo calore mātē
 riam eius eleuantiā. Materia autem est exhalatio calida & sicca / sursum a calore eleuata. **Cometę generatio.** Cum usq; ad
 supremam aeris regionem igni nichnam eleuatur exhalationis multitudo: congregata quidem & simul inuncta / facileq; inflamma-
 bilis: ut non multum eius simul consumatur: neq; statim eius flamma extinguatur: quo diutius cometa durare possit: perinde atq;
 candela in una eius extremitate accensa longiori tempore durat. & habeat ab inferiori parte succedentem continuo & aduenientem
 exhalationem: quę sit ipsius cometę conueniens alimentum: sicut lampas cui ab inferiori parte continuo subministraretur nouum
 oleum: quo nutrimento flamma diutius duret: tunc fit cometa. Nam huiusmodi materia propter igneam calorem per aera diffu-
 sum facile incenditur: & instar syderis circulariter mouetur / modo ad occasum tendens / modo super horizontem oriens: ad mo-
 tum supremę regionis aeris in qua consistit. Et trifariam cometa diuersus apparet. Aliquis enim flammā in modum crinis undiq;
 omniq; ex parte dispergit: propter sparsam circunquaq; exhalationē q̄ incenditur / & crinitus dicitur. Aliquis flammam ad infe-
 riorem partem protendit / deorsumq; porrigit: & dicitur barbatus. Alius uero flammam ad laus instar caudę extendit: q̄ ibi ex-
 tra compactam exhalationem / promineat in longum exhalatio incensa: & caudatus dicitur. **Cometarum diuersitas.** Quidam
 apparet per se / separatimq; & non directe suppositus astro: & hic ab astro nullam suarum partium sumit apparentiam / sed totus
 est mixtum imperfectum igneum. Alius autem apparet sub astro: aliquando erratico / aliquando fixo / directe illi suppositus: sicut
 Halonis circulus / soli aut lune (ut tertius liber ostendit) directe supponitur. Et utriusq; horum aliquis est crinitus / alius barbatus /
 alius uero comatus. Inter cometam tamen & halonem hęc est differentia: q̄ halo fit per refractionem luminis suscepti in nube sub-
 iecta astro lucido: & non per incendium. Cometa uero fit per inflammationem exhalationis calidę & sicce: & non per refra-
 ctionem. Quo circa non est probanda Hippocratis opinio / ponentis comam apparere cometę: ob refractiōnem luminis in subiecto ua-
 pore. Nam cometa frequentius fit per se & separatim ab astro: q̄ directe sub astro. Cum autem per se fit: non potest apparere huius
 modi refractione a lumine astris. **Signa q̄ cometa calidę sit & sicce naturę.** Quando apparēt cometę: validi sunt uenti & magne
 siccitates. Quod eo euenit: quia eleuatur exhalationis multitudo quę cum tota in supremam aeris regionem non perueniat / partim
 offenso obstaculo impedita & repulsa: illa ad laus mouetur / & copiosam præbet uento materiam. Talis etiam exhalatio calida &
 sicca: humidum uaporem in aere reperitum & futurę pluuię materiam soluit & dissipat / prohibetq; ex eo nubem fieri / & pluuiā
 gigni. Et eam pauciores sunt cometę & minores: pauciores sunt uenti & minoresq; tunc minus exhalationis eleuetur: quę uento-
 rum & siccitatis occasione præset. Cum uero maiores sunt cometę & plures: uehementiores sunt uenti & grauiore siccitates
 cum tunc plus exhalationis eleuatum sit: quę uentos impetuosos & siccitatem procreat. Memorant enim historie & perhibent ali-
 quando tam ualidum fuisse uentū: ut uicinus magnus lapis subleuatus fuerit in aera / & longo subuectus spacio tandē in Aegyptios

latus in claro die deciderit. Et circa noctem uisus est cometa horrorem intuentibus incutiens. Tempus hyemale tum siccum fuit.
 Boreas autem in Nilum Aegypti fluium nominatissimum suam uim infrens præualuit: & aquam Nili alneo excedere cogens /
 inundationem & stagnationem Nili fecit. Ausfer autem extra Nilum magno impetu insonabat: & arida loca inundans uiolentiā
 magnam inferebat. Et sub principe Atheniensium Nicomacho (ut annales referunt) circa equinoctialem circulum exortus est come-
 ta paucis diebus perdurans & tempore uespertino exoritur: quo quidem tempore uentus impetuosus Corinthum & Baia urbem
 uexauit. **Et si quis querat: cur non eodem tempore multi apparerent cometę passim / & sparsim in diuersis cęli partibus: præ-
 rea cur raro apparerent cometę. Deniq; cur frequentius extra tropicos: q̄ inter tropicos appareant.** **Responsio.** Raro tanta materia
 eleuata est: quanta ad cometę generationem requiritur. hinc non multi simul fiunt / & raro admodum fiunt. Sub tropicis autem ex-
 halatio consilens dissipatur & dissoluitur: propter feruorem solis semper inter tropicos discurrentis. Extra tropicos autem mate-
 ria manet compactior & integrior. hinc extra tropicos potius quam sub tropicis apparerent cometę. **Ex prædictis autem come-
 te proprietatibus facile est conieclare causam eorum quę præsignantur per Cometam.** Quia enim cometa sicce est naturę / sterili-
 tatem bonorum portendit. Nam siccitas est nouerca fructuum & ubertatis terrę. Ventorum præterea impetum designat: quia ma-
 teria ex qua fit cometa: est materia uenti. Deniq; mortem principum & seditionis præsignare dicitur: q̄ eo apparet / qui Cholericū
 sunt & multum habent contemperamenti calidi & sicci / suas affectiones & animi perturbationes sequentes excitant bella & com-
 motiones: quas plerunq; cędes principum & tumultuosa seditio consequitur.

O clauis capitis notę.

Lac primo: est circulus albus cęlum cingens (ut aiunt) per Geminos et Capricornum transiens / sub noctis serenitate conspicuus:
 de quo meminit Ouidius.
 Est uia sublimis cęlo manifesta sereno:
 Laclea nomen habet / candore notabilis ipso.
Secundo. lac est exhalatio sub ipso aggregata cęlesti circulo: eius candoris similitudinem representans. Et causatur candor in il-
 lis ut colores causari dicēti sunt. Cęlestis semper sub nocte serena apparet: impressionis / non semper. **Lac uia laclea / Galaxia. Ga-**
 la enim dicitur gręc lac. **Emphasis / demonstratio.**

Sporades / disperse.

Clauis cap. continet tres de lacte opiniones, earum improbatōnes, & propriam
 determinationē. **Tres de lacte opiniones.** **Prima est Pythagorice dicentium**
 Phetonē semel hac currus traxisse paternos: & hanc cęli partē exusta incanduisse:
 hincq; nobis adhuc lac apparere. **Sed inconueniens est nō intelligere hac de cau-**
 sa zodiacū circulū ita exustū esse debere: & magis q̄ lacteus circulus. Nā sub eo sem-
 per sol decurrit / & omnia errantia sydera. At nihil tale passus cōspicit / nobis enim
 totus manifestus est circulus: & qualibet nocte uidet̄ dimidiū / nisi ea ex parte qua
 contungit lacteo circulo. **Secūda est Democriti & Anaxagorę dicentū lac esse**
 propriū lumē aliquorū astrorū adiuuicē cōgregatorū. Dicebat̄ enī solis aspectu propriū lumē astrorum
 impediri uideri. sed terra interposita nō impediri uidet̄: & lac ipsū nūcupat. **Sed nō ita est.** **Primo.**
 Quia lactis circulus semp̄ apparet sub eisdē astris. At cōtinue esset alta & alia q̄ a sole nō inspiceretur: tras-
 lato igitur sole, oporteret & lac trāfferri. **Secundo.** Quia astronomicis theorematib; cognitū est solē
 esse multo terra maiorē: & astra multo magis a terra q̄ sol & luna / distare. conus igitur terrestris vmbraę
 deficit citra astrū. ad ea ipsa solarē aspectū nō impediēs. **Tertia est dicentū lac radiorū solis refractione**
 nēvt de cometa. Sed neq; hoc verū est. **Primo.** Quia nō semp̄ deberet apparere in eodē loco. vt impos-
 sibile est eandē Emphasim continue in eadē speculi parte fieri: si speculum aut res moueat. Mouent autē
 continue sol & astra. **Secundo.** Quia apparet nobis lactis circulus in aqua de nocte: ubi nō potest esse
 talis refractione. Non igitur fieri oportet hanc Emphasim atq; candoris manifestationē: ob radiorū refra-
 ctionē. **Aristotelis determinatio.** Virtute astrorū q̄ sunt in cęlesti lacteo circulo, eleuantur exhalatiōes
 multę / vt fit in generatione cometę: in qua quidē recipitur atq; refringitur lumē astrorū illic existentū /
 & illis ptis cęli. Fit itq; hūc in modū circulus magnus albus (vt sub astris rotū ditate fit circulus halo) q̄ lactis cir-
 culus dicitur. Et id quidē rationabile est. Nā si vnū astrorū sufficit materiam eleuare vnde possit prodire
 cometa: multo quidem fortius magna astrorum multitudo: quę in via cęli lactea late effulgent (quas
 sporades dicunt) materiam sustollere poterit: in qua hęc pars cęli formetur representeturq;. Adde hunc
 lacteum circulum non fieri inter Tropicos vt neq; cometes: sed extra / ubi exhalationū vis maiorē per-
 durare possit indistoluta tempore: & ubi esse possit maioris materię representationis commoditas. De
 flammis igitur apparentibus / de phantasmatibus / de cometis: & lacte hęc dicta sufficiant.

Primi Meteororum finis.

Notarum o clauis capitis declaratio.

Lac primo & in prima acceptione non est mixtum imperfectum: sed eius exemplar. lac autem secundo: mixtum imperfectum
 est / & speculum recipiens similitudinem candoris lactis primo: sicut caligo suscipit lumen solis & astrorum / & diuersos ostentat
 colores. Galaxia autem siue uia lactea cęlestis: cum cęlum non fuerit obductum nubibus / nocte semper apparet. Ea autem quę
 impressi est / non semper apparet: cum non semper sub lacteo cęli circulo sit parata exhalatio: quę illius candorem representet. per-
 inde atq; nō semp̄ colores & illuminationes apparet in aere etiā sereno. **Fabula de Phetonē Ouidius elegatissime in secdo libro suę**
 Metamorphoseos p̄sequit̄. Quę ad historię referre malū dicit̄ p̄ phetonē designari cometę ingētē et horredū: q̄ quodā uisū est. **Pheton.**
Ouidius.

Et eius tempore tantam fuisse siccitatem solisq; ardorem: ut & arbores & segetes arefacte fuerint & propemodum flumina exsiccata. Quam ualidum solis aslum per conflagrationem a phtonem factam designari dicunt.

Primum caput primo continet tres de laete opinionones. Prima est Pythagoricorum dicentium Phtonem filium Phoebi cui impetraisset a patre moderamen curru solaris in unum diem: exorbitante & expaciato duxisse curru paternum per hanc celi partem: & eam incendio solis exustam candidam effectam esse: & propterea nobis laeteum celi circuli apparere. Sed si hęc opinio uera esset: eadē ratioe zodiacus circulus deberet esse exustus: immo potiori iure. nam ad eam celi partem candida solē semel tantum puenisse dicunt: & eam exussisse: quanto magis igitur debuisset ambussisse zodiacū: sub quo non semel tantū sed semper decurrit sol. & non modo sol: uerum etiā oēs planetę. At zodiacus circulus exustione passus nō est: nam totus nobis conspicuus est et qualibet nocte/ una eius super nostrum hemisphæriū cōspicitur mediastasi: nisi ex ea parte qua laeteo circulo conuincit: ob illius candorē uideri phibetur. Secunda opinio est Democriti & Anaxagorę dicentiū laeteū circulū esse propriū lumē astrorum adiuuicē congregatorū: quod quidē in die impedit uideri ob insignis solis lumē: nocte autē cum terra soli p̄dictis astris interponit: non amplius impeditur: sed manifeste uidetur huiusmodi lumen: & lac dicitur. Sed hęc opinio ueritati non est cōsentanea. Primum. Quia cū ea impediatur uideri: q̄ soli propinqua sunt: ea uero nō impediunt: q̄ ab eo distant: cōtinue alia sunt & alia astra que ob solis uiciniā nō conspicerentur. ut si sol sit in oriente: astra partis orientalis nō uiderent: sed occidentalis bene cernerentur. Cōtra uero cum sol fuerit in occidente: astra occidentalia nō uiderent: & orientalia uiderentur. quare sole ab una parte celi in alterā translato: & lac transferri oporteret. ut cū esset sol in oriente: lac esset in occidente: & cum sol in occidente: lac esset in oriente: ubi lumen solis non impediret propriū lumē astrorū. Sed hoc falsum est: cum laeteus circulus semp nobis appareat sub eisdē astris: igitur illud ex quo sequitur. Secundo. Ex Astronomia cognitum est solē loge terra esse maiore: ut pote centies & sexages. Cognitū est etiā astra multo magis distare a terra: q̄ sol aut luna distent. Est enim luna in imo celo/ sol in quarto/ astra autem fixa in octauo siue firmamento. Cum itaq; sol est sub nostro hemisphærio: tunc terrę umbra in modum sphæricę pyramidis per aerem celi uersus porrigitur ex opposito corporis lucidi. At illa umbra terrę non diffunditur in altum usq; ad astra/ cum ob terrę ad solē paruitatem: tum ob nimiam astrorum a terra distantia. deficit igitur comas/ supremusq; umbrae uertex longe citra astra: quare nō impedit diffusionē luminis solaris sub terra existētis ad astra nobis supereminētia. Non enim potest opacū impedire lucidū: nisi per quantū spaciū sua umbra diffunditur. Si igitur non possunt astra uideri in die propter lumen solis: eadem ratione nec corū lumen nocte uidebitur. Tertia opinio est dicentiū lac esse refractionē radiorū solis in caligine aut exhalatione: sicut Hippocrates dixit de cometa. Sed neq; hęc uera est. Primo. Quia tunc laeteus circulus non semper deberet apparere in eodem loco: cum refractio fiat solum in caligine directe corpori lucido supposita: et sol continue transferatur de una celi parte in alteram. deberet igitur huiusmodi refractio modo in uno loco apparere: modo in altero. Est enim caligo ut speculum: sol uero ut res causans imaginem in speculo. Modo impossibile est eadē rei representationem in eadem speculi parte fieri: si speculum moueatur/ re quiescente: aut res representata moueatur/ speculo quiescente: aut utrunq; & speculum & res moueatur eduerso. At qui laeteus circulus eodem semper in loco apparet: igitur non fit per refractionem radiorū. Secundo. Quia laeteus circulus de nocte nobis apparet in aqua: ubi non potest esse radiorū solarium refractio/ cum sol sit sub nostro hemisphærio: igitur non fit huiusmodi candoris apparitio ob radiorū refractionem. Aristotelis determinatio. Astra que sunt in laeteo celi circulo / sua uirtute eleuant exhalationū multitudinē: in qua ipsorum lumen & candor illius partis celi per refractionem apparet. Et hoc modo fit magnus circulus albus in aere: qui laeteus circulus dicitur: quemadmodum sub luna fit balonis circulus. Et id non sine ratione evenit. nam cum unum astrorum sufficiat ad eleuare materiam unde fiat cometa: longe potius multa astra que in ea celi parte candida/ sparsa resurgunt: materiam eleuare poterunt in qua illius partis celi candor representetur. Neq; fit laeteus circulus inter tropicos: cum ibi propter solis feruorem materia eius diu consistere non possit: sicut de cometa dictum est. Sed extra tropicos: ubi materia eius diutius indissoluta perdurat & commodius lumen & candorem representat.

Primi capitis secundi Meteororum note.

Stilla gutta.



Secundus liber Meteororum continet nouem cap. Primum causas pluuie, eius generationem, & vnam caliginis & nubis differentiam. Et præter litterę Aristotelis sententiam vnum & viginti signa pluuie. Causę pluuie sunt. efficiens: celi circulus/ maxime solis: qui prope nos decurrens vapores eleuat / & disgregat, quos sua absentia congregat. Materia autem est vapor calidus & humidus sursum latus. Pluuie generatio. A sole & aliis astris eleuantur vapores ab aqueis locis (est enim vapor / aque halitus) qui diu in aere suspensus / & ob medię regionis frigidę contactum densatur infrigidatus / atq; iterum per stillas deorsum erumpit: fitq; pluuia. Quę si minoribus stillis crebra descendit: imber. Si maioribus: pluuia. Si impetuose / subito / & grossioribus totis simul labrocera dicitur. Differentia. inter nubem & caliginem hoc interest: quia nubes est crassior ille vapor visus in aere suspensus: qui tandem soluitur in aquam. Caligo autem itidem suspensa nebula est / sed quę non soluitur in aquā: quę dispergitur & dispersa uanescit. Est enim caligo velut nebula sterilis. Fit hinc ut caligo magis sit serenitatis signum. Et generatio nubis ex vapore / & pluuiarum & nube: imitatur solis circulum. Nam sole existente prope: eleuantur vapores / fiuntq; nubes. quo elongato: iterum descendunt. Calidum enim eleuat: & frigidum deprimat. Et hoc semper: vt fluuius effluens & relabens secundum ordinem. Et forte hunc semper naturę serie seruata indeficientem fluuium: vt diuinę prouidentię flumen/ priores sub enigmate & velata allegoria Oceanum terrę semper circumfluum vocare. Præter litterę Aristotelis sententiam vnum & viginti pluuie signa. Mercuriorum e fluminē celer volatus

atq; clamor. Fulcē in sicco ludentes. Ardea super nubem euolans. Sydera cadere visa. Albescentes flammarum sub obscura nocte tractus. Paleę & frondes eleuatę volitantes. Plumę in summa aqua colludentes. Ex parte Boreę: Euri/ Zephyriq; tonitrus. Grues in aere fugam agitantes. Vacca in celum suspiciens & captans naribus auras. Hirundo lacus circumuolitans. Ranę in limo quęrule. Formica oua extollens. Cęlestis arcus apparitio. Agmen coruorum e pastu rediens / & alis strepens. Fluuiates aues vndis telluris prata quere: se frustra lauare gestiētes. Garrula cornix. Cornix sola dispaciata harena: caput vndis obiectas & imergēs. Ignis in oleo scintillās. Et frigi crecētes: pluuias & tēpestates (vt cecinit Maro) plagitū. Iam sibi tum curuis male temperat vnda carinis: Aut arguta lacus circumuolitauit Hirundo. Cum medio celeres reuolunt ex equore mergi: Et veterem in limo ranę cecinere quęrelam. In sicco ludunt fulcę. Noctę paludes Defert: atq; altam suprauolat ardea nubem. Sepe etiam stellas vento impendente videbis: Sepius ex tectis penetralibus extulit oua: Pręcipites celo labi. Noctęq; per vmbas: Angustum formica terens iter. Et bibit ingens Arcus. Et e pastu discedens agmine magno Coruorum increpuit densis exercitus alis. Iam varias pelagi volucres (& quę Asia circum Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri) Certatim largos humeris infundere rores: Nunc caput obiectare fretis/ nūc currere in vndas: Et studio incaustum videas gestire lauidi. Tum cornix plena pluuiam vocat improba voce. Et sola in sicca secum spatatur harena: Aut caput obiectat quęrulum venientibus vndis. Nefciunt nocturna quidē carpentes pensa puellę Nesciunt hyemem: testa cum ardente viderent Scintillare oleum. Et putres concrecere fungos.

Primum caput secundi Meteororum de pluuia præcipiam agit determinationem. cuius imprimis causę declaratur. Causę pluuie sunt. Efficiens quidem: sol & astra suo calore & presentia vapores eleuant / & disgregant. Et potissimum sol: qui cum super nostrum est hemisphærium: vapores ab aqueis locis disgregat: cum uero abest: illos per accidēs congregat: cum desinat calorem in aerem producere: & calor absentia congregantur vapores. Materia autē est vapor calidus & humidus sursum ductus. Pluuie generatio. Virtute solis & aliorum astrorum vapores ab aqueis locis suscolluntur (Est enim vapor: halitus ab aqua per calorem segregatus) qui usq; ad mediā regionem aeris perueniens: per eius frigiditatem densatur in nubē & infrigidatur: deinde nubes in guttas resoluitur aqueas / & fit pluuia. Ea autē triplex est. quedā minoribus guttis dulciter & crebra descendit: ut in principio cū nubes incipit in pluuia resolui / & minutim / rarasq; decidit: & hęc uocatur imber. Alia est que maioribus guttis / moderate descendit: & terrā humectat irrigans: cū scilicet regulariter nubes et secundū maiores partes sensim in aquā resoluitur. Alia autē est que grossioribus guttis repente & impetuose descendit cum ingenti fragore: quando scilicet nubes tota simul ob uehemens frigus in aquā liquatur. Et hęc labrocera dicitur & nimbus: neq; diu durat sed uehemens est instrumentis & uitibus graue nocentum inferens. Nubis & caliginis differentia. Inter nubem & caliginem hęc est differentia: q; nubes est multus vapor simul congregatus & in aere pendens: qui tandem in aquam conuertitur. Caligo autem est multa exhalatio simul aggregata & in aere pendula: non tamen conuertitur in aquam / sed dispergitur & uanescit in subtiliorem aerem. Caligo enim est ut nebula sterilis. nam cum pluuiam productura uideatur: non tamen producta: sed hominū fallit expectationē. hinc potius est serenitatis signum: nam resoluitur in subtiliorem aerem sine pluuia. quare futuram indicat serenitatem. Hęc autem generatio nubis ex uapore / & pluuie ex nubis solis motū circularē imitatur. Nā cū sol est prope nos & super nostrū horizon: eleuantur vapores: & fiunt nubes. cū uero sol abest a nostro hemisphærio: nubes solunt in pluuia. Idq; cōtinua successioe fit: ut fluuius effluens ex terra & relabens in terrā secundū ordinē. Et fortasse antiqui p Oceanū (quę posuerūt terrā circūfluere) intellexerūt hęc cōtinuā nubis ex uapore / & pluuie ex nube gnationē: que est flumē diuinę prouidentię. q̄ uidet uegetabilib; ut moderate humectent: & quasi clepsidra irrigent aqua guttatim e sūmo descendēte / q̄ exundationē fluuiorū & aquarū terrestriū obruerentur. Circa carmina/ pluuie signa describētia (que ex primo georgicorū Virgilij sumpta sūt) id nosse oportet: undā tūc male temperare carinis: qm̄ nō est apte disposita ut carine p fluuios ducant. q̄ potissimū fit qm̄ uetorū & imbrū ingruit tēpestas. Pars boreę est plaga celi septentrionalis: nā ab ea spirat boreas. Sicdomus Euri: pars est orientalis / & Zephyri: occidentalis. Imprudentib; ignis / qbus nunq; obfuit imber: q̄ tāta sūt futurę pluuie signa: ut nō possit nō p̄cipi uetura etiā ab incautis: quare cis nō nocet / cū nūq; sit improuisa. Vterq; quęrela: aut q; humanā amiserunt formā ut scribit Ouidius: aut q; Hydrū regē habuerunt ut fingit Aesopus. Ingēs arcus / iris: q̄ bibere dicit cū vapores suscollit qbus fit pluuia. Asia prata sūt q̄ adiacent Asia paludi nō loge a Caystro Meonia fluuiio. Cornix dicit iproba: q; sinistra credebatur omnis in augurijs. Scintillare oleū / id est scintillas q̄ iniecta aq̄ emittere. q̄ signū est uaporū in aere subleuatorū. Putres sūt q; fungorū figuras / ex fuligine natus: & summitati lucernę herentes.

Quid est napor.

Ouidius. Aesopus. Caystr.

Secundū cap. notę. Serenitas est a nubibus: aeris puritas. Trāquillitas uero est in aere fluctuanti uentorū uacuitas. Ecundū cap. cōtinet causas rotis & pruine eorum generationes, tres eorū differentias: & duas conuenientias. Et præter litterę sententiā rotis & pruine eorum generationes, tres eorū differentias: & duas conuenientias. Et præter litterę sententiā rotis & pruine eorum generationes, tres eorū differentias: & duas conuenientias. Et præter litterę sententiā rotis & pruine eorum generationes, tres eorū differentias: & duas conuenientias. Et præter litterę sententiā rotis & pruine eorum generationes, tres eorū differentias: & duas conuenientias.



Fit enim: cum non fuerit estus sursum dicens & exsicicans: neq; frigus constringens & gelans. Et q; gignantur prope signum est: quia tum non longe suspenditur vapor. Pruinę generatio. fit vt ros: sed priusq; vapor in aquam versus cernatur: gelatur: Et fit hyeme/magisq; hycmalibus locis. Tres roris & pruinę differentię. Differunt primo. Quia cum fit ros: vapor non gelatur. quod facta pruina contingit. Secundo. Ros temperiem requirit: pruina autem non: sed frigus lapsum. Tertio. Quia ros fit flante Austro & non Borea (nisi in Ponto: vbi opposito fit modo) nam Austrini flatus temperiem parant, Boreas hyemem. Est enim frigidus/ & suo frigore exhalationis caliditatem extinguens: praterq; in Ponto. vbi Auster distans temperiem facere nequit. Boreas autem illic propter frigiditatem/ Antiperistatium faciens (quę contrariorum circumstantia est) calidum congregat & magis euaporat. Hinc fit vt in exteris locis id etiam percipiatur. & putei flante Borea plus effluent/halentq; q; flantibus Austris. Sed Borealia extinguunt antequam constent. Austrini autem congregare sinunt. Et pruina econtra fit magis flante Borea. Duce conuenientię. Conueniunt primo. Quia ambo fiunt tempore sereno/ & tranquillo. Non existente enim serenitate vapores apti eleuari nequeunt. & flante vento consistere non possunt. Secundo. Quia ros & pruina in altis montibus non fiunt. Primo. Quia vapor (ex quo gignuntur) densus est/ & parum caloris habens: vnde possit in preuptorum verticem montium sustolli: sed prope terram dimittitur. Secundo. Quia montium vertices vento agitantur. Non consisteret igitur vapor: vnde illic ros atq; pruina fieret. Prater literam: roris & pruinę accidentia. ros frumenta collecta putrefcere facit. Sereno fit tempore. Ex rore oues lethalem fluxum concipiunt. Pruina plerumq; foetet. descendens/serenitatem. ascendens/futurum indicat imbrem.

Rore feques collecta perit. Sunt rorida Temp: Cana pruina olida est. Descendens ipsa serenat: Rore & oues pastę ventre fluente cadunt. Sed si consendat, tempora pulla notet.

Secundum caput de rore & pruina determinat. cuius in principio assignantur cause. Efficiens quidem sol est astrat: calore in sinistram regionem aeris productio uaporem/ quę roris & pruinę sit materia/ eleuantia. Materia autem est uapor paucus & densus est iccirco grauior: qui non longe sursum mouetur: & caloris parum habens: ideo non in mediam usq; aeris regionem ducitur: ut materia pluinę. Roris generatio. Vapor in die aliquantum in aere eleuatus ob paucum calorem sursum ducentem: per noctis temperate frigiditatem in aquam conuertitur/ & deorsum per minores guttas instar imbris ducitur/ herbasq; & gramina (non autem terram) humectat. Is itaq; uapor in aquam conuersus: ros uocatur. Et fit: quando non est uehementis estus uaporem sursum ducens/ & eius humiditatem extinguens/ aut in aerem disgregans: & cum non est uehementis frigus/ uaporem illum constringens & congelans. Alioquin non ros sed pruina fieret. Quare neq; estate neq; hyeme fit: sed magis uere aut autumnio/ ubi calor & frigus temperata sunt. Quod autem ros prope gignatur/ signum est: quia non longe a terra suspenditur uapor ex quo ros gigni debet. Pruinę generatio. Fit pruina ex paucis uapore per modicum calorem in aerem aliquanto spacio eleuato: sed anteq; uapor in aquam conuertitur: congelatur/ & congelatus: pruina dicitur: summus herbas/ terram/ tecla/ ramos arborum quibus adhaeret candentes reddens. Et fit tempore frigidio/ & locis frigidis/ ut gelidę hyemis pronuncia. Tres roris & pruinę differentię. Prima. Vapor ex quo fit ros: non gelatur. Is autem qui pruinę materia est/ gelatur. Secunda. Ros caloris & frigus temperiem requirit: nam nimius calor/ humiditatem minimum uero frigus/ materię eius caliditatem extingueret. Pruina autem non requirit caliditatem: sed potius frigus congelantis uehementiam. Tertia. Ros fit flante austro uento meridionali: & non flante borea uento septentrionali. Nam auster temperiem caloris et frigus (quam ros requirit) efficit. Boreas uero inducit frigiditatem: cum uentus sit frigidus/ & sua frigiditate uaporis (qui rori materiam prestare debet) caliditatem extinguens: praterq; in Ponto (quę Scythię contermina regio est/ ad polum arcticum & septentrionem sita) ubi auster propter distantiam pertinere nequit.

Quid pont. Nempe haud minus meridies a septentrione/ & occidentis ab oriente distat. Boreas uero per ualidum frigus circumsans calorem in unum congregat ad loca aquea/ & imas partes aeris/ aquis uicinas/ & per accidens efficit q; huiusmodi calor magis euaporat/ & paratq; rori materiam. hinc in Poto ros (si quis fiat) fit flante borea/ & non austro. hanc ob causam in alijs quoq; q; in Ponto locis (ut apud occidentis celi plagę subiectos) contingit q; putei aquam continentes plus uaporis & aquei halitus emittunt flante borea q; austro. quandoquidem flante borea calor diffugit ad imas aeris partes/ & frigore boreali altiore aeris partem occupante. Et uirtus caloris unita/ fortius uapores resoluunt. Austro autem flante non sic calor in unum detrusus cogitur: sed liberior per totum aerem diffunditur. quare debitor calor aquis proximus/ minus uaporis eleuat. Sed in locis alijs a Ponto Borei flatus extinguunt uaporum calorem: anteq; congregentur uapores. Austrini uero magis sinunt ipsos uapores congregari. Contra uero pruina fit magis flante borea q; austro: cum requirat frigiditatem. Duce conuenientię. Conueniunt primo ros & pruina: quia ambo fiunt tempore sereno & tranquillo. Si enim non esset aeris serenitas/ uapores apti ad eorum generationem eleuari non possent: impediuntibus nubibus calorem eleuantem. Si uero non esset aeris tranquillitas/ sed commotio & agitatio a uentis: non possent uno in loco uapores consistere ex quibus ros & pruina generentur. Secundo conueniunt: quia neq; ros neq; pruina fiunt in altis montibus. Tum ob caloris/ uaporem ex quo gignuntur eleuantis paucitatem: qui sufficiens non est ut uaporem illum in altorum montium cacumina sustollat. Tum quia summa montium fastigia & uertices in sinistram regionem non excedentes uento perflantur atq; comouentur. Nam perflant altissima uenti. quis igitur ad eos perueniret uapor: non posset uno in loco quietus permanere/ ut ex eo ros aut pruina gignatur. Circa roris accidentia id annotatu non est indignum. Tempe nemus esse Emonie arboribus frequens placidissimam reddentibus umbram/ per quod Peneus amnis iucundissime decurrit/ marginibus gramine uirentibus/ autiq; concentu per amneus. De quo Ouidius. Est nemus Emonie pręrupta quod undiq; claudit: Silua/ uocent Tepe per quę Peneus ab imo Effusus Pindo spumosis uoluitur undis. hinc loca quę uis amoniat/ placida & temperata: Tepe uocamus. Pulla nigra/ nubila & pluuiosa. Tertij cap. nota. Epheuerus/ quotidianus: unius diei

Tempe. Peneus. Ouidius.



Uertium cap. continet causas nius, eius generatione, & vnam conuenientia, & pręter literę sententiã accidentia nius. Cause nius. cum p̄dictis eedem sunt. Nius generatio. Nix generatur. cum nubes (priusq; in humore stillet) congelatur. Et hoc est frigiditatis regionis (in qua fit) signum/ et tēporis. Non enim constringeret ac gelaretur: multa existente caliditate & non superuicente frigore. debet tantum aliquid caloris esse: nubem eleuare sufficiens. Conuenientia. Conueniunt pluuia/ ros/ pruina/ & nix. Nam fiunt ob infrigidationē omnia. Et pluuia & ros sunt idem. & pruina & nix/ idem: sola paucitate & multitudine distantia. Nam pluuia ex multo uapore/ multis locis/ & multo tempore collecto: generatur. Ros ex paucis ut Ephemero uapore. Et pruina ex gelato uapore. Nix uero ex gelata nube. Prater literę sententiã quatuor nius accidentia. Nix n̄m̄tū albet: fortiter uisū dispergēs. Per flocculos cadit. Messē auget. Semp̄ in altis saluat mōtibus. Candida nix nimium: tu fundis acumina uisus.

Tu cadis vt floccus. Messibus apta uenis. Hismaron/ & Rhodopen/ & Caucason/ Othrin/ & Alpes Pręruptos montes tu sine fine tegis.

Uertium caput de niue differit. cuius cause eedem sunt cum p̄dictis: ut pote efficiens sol & astra/ sua uirtute uapores eleuatum/ ad mediam usq; regionē aeris ducentia. Materia uero: uapor multus & rarus ut pluuia/ & satis caloris habens quo ad mediã regionē aeris perducatur. Nius generatio. Cū multus uapor ad mediã aeris regionē perductus in nubē densatur: & nubes anteq; in aqueas resoluatur guttas congelatur/ sensim per albos descendens floccos: fit nix. Cū e cū ex nube gelata fiat: in frigida regione fieri/ ut mediã: & in frigidio fieri tēpore/ ut hierno: facile conuincitur. Si enim multa esset in eo loco quo nix generatur caliditas & non superuinceret frigiditas: non congelaretur nubes/ quare neq; fieret nix. Debet tamē aliquid caloris esse in infima regione aeris: sufficiens uaporem ex qua nubes fiat generare. Conuenientia quatuor mixtorū aqueorū de quibus facta est determinatio. Conueniunt pluuia/ ros/ pruina & nix quantum ad generandi modū. Nā p̄dicta omnia fiunt ob infrigidationē aut nubis aut uaporis. Pluuia quidē & ros sunt idem: hoc paruū/ illud uero magnum. Vtrūq; enim fit per nō congelationē. Et pluuia est ut multus ros. Ros autē est ut parua pluuia. Similiter nix & pruina sunt idem: hoc quidem paruū/ illud uero magnum: cū utrūq; fiat per congelationē. & nix est ut multa pruina: pruina uero ut pauca nix. Pluuia enim ex copioso uapore multo tempore et ex multis locis congregato gignitur. Ros uero ex paucis uapore ut unius tantum diei: utroq; sine congelatione in aquā resolutio. Sic nix fit ex multo uapore ut nube cōgelata. Pruina uero ex paucis uapore itidem congelato. Et constituit quatuor terminis: quorū primus sit pluuia/ secundus ros/ tertius nix/ quartus pruina. Sicut se habet pluuia ad rorem/ ita nix ad pruina: ergo per conuersā proportionē sicut se habet ros ad pluuia/ ita pruina ad nix. Et per trāsmutatā proportionē sicut se habet pluuia ad niuem/ ita se habet ros ad pruina. Iterumq; per conuersā p̄portionē: sicut se habet nix ad pluuia/ ita pruina ad rorem. Et ceterę p̄portionalitatū species in hisce quatuor terminis inueniri possūt. Circa nius accidentia: animaduertere licet floccū esse exiguā lane p̄ortionē quę haeret dumetis & spinetis cum per illa transeunt oues. Inde flocculus diminutiū enascitur. Et in floccorū similitudinē (ut secundū eius accidēs ostendit) dicitur nix. Hismarus & Rodope/ montes sunt Trachię perpetua niue candentes. Caucasus/ mons est Indię conterminus Rodope. Scythis. Othris mons est Thesalię quę Virgilius niualē uocat. cum inquit. Descendunt Centauri Homolen/ Othring; niualē. Alpes sunt mōtes Italiã a Gallia determinantes: de quib; Virgilius. Alpinas ab dura niues & frigora Rhemi. Et in his editissimis Othris. montibus saluatur nix: q; calor solis etiã est huius nō sufficit cā liquet aere. quare diuino frigore tandē illa duratur in crystallum. Alpes. Quartij cap. nota.

Pluuia ros. Nix pruina.

Antiperistasis/ contrariorum circumstantia. Pontus/ regio ad Boream, est id mare quod a palude Meotide usq; in Tenedum protenditur. Labrocer/ nimbi.



Vartum cap. continet duas quęstiones, antequorum responsiones, earum improbabationes, secundę tribus rationibus, & proprias solutiones. Prima quęstio. Vbi generetur grando? Dixerūt sursum generari. & aquam ob stillarum paruitatem suspensam manere in aere/ quemadmodum cōtingit aurum/ & pleraq; terrea corpora ob molis paruitatem aque supernatare/ & illic congelari. & postea congregata multa simul: cadere grandines. Sed hoc esse non potest. quia congelata copulata nequeunt: quemadmodum humida. Secunda. Quo tempore magis generetur grando? Et uidetur hyeme. Nam grando est vt crystallus. Fit autem cōgelatio hyeme. maxime tamen uere apparet & autumnio/ tempore fructuū: & tranquillioribus locis. Dixerunt magis estate fieri. Et cū nubes ad tantę altitudinis aerē puenerit qui maxime fit frigidus: quia solaris refractionē radiorū nō amplius sētiat: illic aqua gelari/ fieriq; gradinē. & hoc maxime estate euenire cōtingere: quādoquidē copiosus sit calor/ nubes eleuare & sursum pellere sufficiens. Sed neq; hirote sentiūt. Primo. Nam in ualde altis locis nō fit grādo. Videmus enim eā quādamodū & niuem/ aliquādo in ipsis generari. Secundo. Quia sepe uisę sunt grandinosę nubes cū sono nō lōge a terra delatę: qui horrore & metu audientib; & uidentib; ingerebat terribile: tanq; aliquo alto maiore futuro. Tertio. Quia aliquādo mirę magnitudinis cadit grādo: oimodā gerēs figurā & nō rotundā. Signū igitur est ex nō ualde alto loco ruere: neq; in ualde alto genitā esse. Primę quęstionis solutio. Antiperistasis/ quę est contrariorū circumstantia/ ipsorū auget uehementiã. & hinc fit vt estate inferiora loca frigida sint & hyeme calida. quare

et in valido existit: media aeris regio frigidior est, sicut circūdata contrariis. Et ex nube citius aqua eliquat & grossiores guttæ (quas labroceras dicimus) fiunt: quæ impetuosa & totæ simul decidunt ob cōgelatiōis celeritatē. Ita circūstante cōtrario fiunt guttæ labroceræ/que (priusquā decidant) gelantur: que cōgelatæ grandines dicuntur. Et quādo propinquius fiunt: maiores apparent/ quia paruo ferant intervallo. quādo vero remotius: minores atq; rotundæ. ¶ **Secundū.** Minus estate & hyeme quæ vere & autūno & fructuū maturatione. quia vere/ & autūnus/ & maturescentiū fructuū tēpus/ calidū satis est & humidū: vt vapores eleventur/ & antiperistasis fiat. Adde q; quādo vapor elevari sufficit tēpore calido: medius aer ex contrariorū circūstātia valido concepto frigore: vaporē citius gelat. Multi enim cito aquā in frigidare volentes: primum eam ad solem ponunt. Et in Ponto circa calamos aquam calidā fundunt: vt illic citius gelatur. Vtuntur enim in piscium captura glacie vt plumbō: vt calami quiescant. Et hac ipsa de causa circa Arabiam & Aethiopiā estate ingrauescunt imbres/ & in die frequenter: & non in hyeme. ¶ **Præter litera** Aristotelis sententiam grandinis quinq; accidentia. Deorsum per globos ruit vt Crystallus. Messim enecat. Interdum cum sono & strepitu auditur. Cum pluuia cadit. Multimodæ existit figuræ: aliquando hominum/ aliquando ferarum effigiem retinens.

Grando globum vitrei Crystalli imitata: deorsum Decidit. & vitem strataq; farra necat. Horrendoq; sono mortalia pectora terret

Nubis: & euentu deteriora rata Mixta ruens imbrī. variis formata figuris: Et faciem visa est sepe habuisse feræ.

Quarti capitis prima q̄stio. In quo loco generat̄ grado. ¶ **Ad hanc q̄stionē respōderū** tantiqui gradinē sursum ḡnari: & recte nā in media regione aeris generat̄ quēadmodū pluuia & nix: cū horū quodlibet ex nube generat̄. Sed postuerūt nubes resoluui in guttulas adeo minutas: ut nō habētes vim diuidēdi aerē maneat suspēse in aere: perinde atq; minuta auri aut terre frustula ob diuidēdē aq̄e imbecillitatē supnatat aq̄. Deinde guttas aqueas ita segregatas dixerūt cōgelari: cōgelatas cōtinuari adinuitē cōgregari. Cōgregatas autē deorsū descēdere: q; sufficientē tūc vim habeat diuidēdi aerē: & sic dicit gradinē cadere. Sed hæc insufficienter dicit. Nā falsū est nubē ex qua fit grado resoluti in guttas adeo paruas q; nō sufficiat aerē diuidēdē illæ guttæ aquee sint plerūq; maiores guttis pluuiālibus. & si nō cōgelarent: descēderēt more pluuie. Falsū etiā dicit guttas cōgelatas adinuitē cōtinuari. Nā q̄ cōtinuant̄ adinuitē/ humida esse debet & fluida. At cōgelata nō sūt humida & fluida: ḡitur cōgelata nō sūt adinuitē nata cōtinuari. Nō enim posset quis duos gradinū globulos cōtinuare: nisi eos in liquorē resoluat. igitur si guttæ illæ ante cōgelationē nō copulabātur: multo minus post cōgelationē. ¶ **Secūda q̄stio.** Quo tēpore magis generetur grado. ¶ **Nōnulli** videtur q; hyeme. Nā grado fit ut crystallus: utriq; scilicet p̄ cōgelationē. At cōgelatio fit hyeme: cū tūc uehemēs sit frigus faciens cōgelationē. ¶ **Ne ergo** & grado fit hyeme. Sed hæc ratio diluēda est respōdēdo nō penitus eodē modo gradinē fieri ut crystallū. Nā crystallus fit p̄ diurnā cōgelationē q̄ fiat p̄ se a frigore: nullo etiā circūstante calido. Est enim crystallus/ aqua uehemētī frigore diutius cōgelata & indurata. Grado autē fit p̄ repentinā cōgelationē q̄ fiat a frigore aucto p̄ calidū circūstātū. Et quīs cōgelatio in infima regione aeris ubi ḡnatur crystallus fiat hyeme: in media t̄n regione aeris ubi generat̄ grado fit etiā cōgelatio tēpore uerno/ & autūnali. ¶ **Apparet t̄n potissimū** grado generari uere & autūno: tēporib; calore & frigore tēperatis (ut solutio q̄stionis ostēdit) & in locis minus a uento agitatis: nā uentus phibet materię cōsistētiā. Dixerūt autē antiqui gradinē magis estate fieri. Et cū nubes ad mediā aeris regionē puenit maxime frigida/ & solariū refractionē radiorū amplius nō p̄cipit: dixerūt t̄n guttas pluuiāles cōgelari/ & gradinē fieri. Id autē postuerūt potissimū estate cōtingere: q; eo tēpore copiosus sit calor/ uaporē eleuare sufficiens & sursum ducere. Sed hæc eorū minus efficax est ratio: nā uehemētior equo estate calor uaporē dispergit & dispergat/ neq; sicut cū in nubē desari: quare est impedimētō generationi gradinis. Itaq; nec hi quidē recte dicit. ¶ **Primo.** Quia si grado fieret in altis locis: uiderem; interdū gradinē in altis locis genitā. quēadmodū nūc in p̄ruptorū motū uerticibus inuenimus: q; in altis generat̄ locis. At nūc uidem; gradinē in locis editioribus p̄genitā ḡt nec in altis locis genitā. ¶ **Secūdo.** Quia nubes ex quibus statim futura fuerat grado/ interdū uise sunt nō lōgo interstitio a terra delata: cū tanto sonitu & fragore: q; is sonus horrore & metu audientib; incusserit: quasi aliquod grade malū immineret futurū. ¶ **Tertio.** Quia interdū cadit grado miræ magnitudinis habēs oimodā figurā: ut triāgularē/ quādrāgularē/ cubicā/ pyramidalē. igit̄ huiusmodi grado ex nō ualde alto cadit loco: neq; in multū sublimi loco genita est. Nā si ex altiore caderet loco: calor aeris p̄ quē mouet̄ immineret; molē/ liquefaciendo p̄tes extremas: & angulos/ acutasq; eius partes demens/ in rotundā redigeret figurā. Ex p̄pinq̄iori autē loco cadēdo neutriū accidit. ¶ **Primū q; q̄stionis solutio.** Cū cōtraria sententiæ circūstāt: ut unū claudat & alterū claudat: suā au gēt uim/ & se corroborat. tū q; ibi uirtus unū cōtrariū unita & nō potēs se undiq; diffundere/ fortior est. Tū q; ipsū cōtrariū undiq; a suo cōtrario circūdatū totis uiribus se nitit̄ defendere cōtra corruptiōis iniuriā: & ne a suo supuincat̄ cōtrario. Quod clare in calido & frigido cōtrarijs adinuitē actiuis & passiuis cernimus. Aestate enim cū calor totū occupat aerē terrę supeminēt: frigiditas in partes terrę inferiores fugiēs & se corroborās reddit inferiora loca frigida/ ut caueas & penaria. Hyeme uero cū frigus totā occupat infimā regionē aeris: calor in loca fugiēs subterranea & se ibi adaugēs/ inferiora loca reddit calida. hāc ob causā cū ualidus est in regione infima calor: media regio aeris suis circūdata contrarijs est frigidior/ & citius nubem in aqueas guttas cōuertit: & illæ guttæ abinuitē ex nube segregatæ/ ob uehementiam frigoris medię regionis cōgelantur/ & totæ simul impetuose & repente descendunt cum maiori celeritate q; guttæ pluuiāles: quia maiorem habent uim diuidēdi aerem. & cum ad terram descenderint: ob duritiem resiliunt & reflectuntur. Et quanto propinquius fit grado: tanto maiores eius globi apparent. quia paruo moueantur per aera spacio/ & tūc multimodam habent figuram etiā angularem. Quādo uero fit remotius: globi eius minores apparent & rotundū/ propter causam superius positam. Et si nubes in minores guttas aqueas resoluatur ut imbris: grado erit minuta. Si uere in mesdiocres ut pluuiāles grado est mediocris & mainseule quantitatis. Si uero in grossiores guttas & labroceras nubes conuertatur grado erit maior instar lapillorum/ ut parti corporis nudæ lesionem inferre possit: cum ingenti fragore cadens.

Quid crystallus...

Secūda q̄stionis solutio. Minus estate & hyeme q; uere & autūno cū maturescunt fructus fit grado: quia tēpus uernū & autūnale est satis calidū ad eleuandū uapores / & nō uehemētius. equo ad dispergendū. Et p̄terea satis est humidū: ut materiā eleuandæ exhalationi p̄beat. Cū tamē tempore estate & feruenti uapores ad mediā usq; aeris regionē eleuari sufficiunt: medię regionis aer ex sui contrarij iuxta positionē citius nubem in aquam conuertit: guttatimq; distillat cōgelat. Multi enim cum celeritate aquam in frigidare uolunt: eam primum ut calefaciant / ad solem ponunt. Et in ponto incolæ circa calamos aquam calidam fundunt: ut ibi citius gelatur. Vtuntur enim in piscium captura glacie pro plumbō ut calami quieti consistant. Hac quoq; de causa circa Arabiā & Aethiopiā (quæ loca sunt sub æquinoctiali / aut saltē inter æquinoctialē & tropicum cancri) estate frequentiores sunt imbres: q; tum uehementior ibi sit calor/ antiperistasis faciens: & citius nubem in pluuias stillas resoluens q; hyeme. Eadē quoq; ratione tempore diurno potius descendit pluuia q; nocturnoq; in die uehementior itidē sit q; in nocte calor. ¶ **Demum** quārti accidentis ipsius gradinis/ scilicet q; cum pluuia cadit: ea est ratio. quia interdum ima pars nubis resoluatur in aqueas guttas quæ ob debilitatē frigiditatis nō cōgelantur/ sed sine cōstrictione per frigus cadunt. Suprema autē nubis pars resoluatur quidem in aqueas guttas quæ cōgelantur: & gradinis more decidunt permixtæ aqueis guttis primæ partis. Quare ex eadē nube secundum diuersas eius partes fiunt grado et pluuia. Interdum etiam decidit grado quādā nūc respergat: q; nubes ex qua fit grado pars una cōgelatur anteq̄ resoluatur in guttas/ & ex ea fit nix: altera uero resoluatur in guttas aqueas quæ post resolutionem cōgelantur/ & ex ea fit grado: quæ cadit permixta nixi. Cum uero sola cadit grado sine admixto imbre aut nix: signum est totam nubē prius fuisse resolutam in guttas aqueas/ & illas omnes deinde cōgelatas decidisse. ¶ **Quinti capitis notæ.**

Aquam calidam citius gelari.

¶ **Meosis/ Scytharū maxima palus:** in Pontū defluis. ¶ **Parnasus/ Phocidis mōs** bicipstin quo Castalius musis sacer existit. Vntum cap. continet vnam conclusionem/ vnam de generatione fontium & fluuitorum opinionem, & eius impugnationem, fontium & fluuitorum generationē, & duo signa. ¶ **Conclusio.** Expediit de fluuijs & spiritibus aliqua determinare.



¶ **Nam** de his ab antiquis nihil dignum relictum est. Dixerunt enim aliqui uentum: aerem esse agitatū & fluentem. & idem esse nunc aerem/ nunc nubem/ nunc uentum. quia cum quiescens fuerit: uocant aerem. cum densus & multq; crassitudinis: nubem. & cum motus: uentum. Et omnes uentos eundem esse uentum/ sapienter credunt affirmare. Sed accidit multos uel sine inquisitione satis sic inquirentibus dicere. De uentis autem postea exquisitam facturi sumus determinationem. quid sit/ quomodo fiat/ quid moueat. utrum fluat quemadmodum ex uase: quousq; totum fustum sit. aut sicut ex utribus emissa sunt: ut pistores effingunt. Et de aquis consimiles pene habuerunt determinationes. ¶ **Vna** de fontium & fluuitorum generatione opinio. Dixerunt fluuios fieri multa aqua a sole eleuata; & iterum in terrę magno aliquo uentre cōgregata. a quo effluit oēs: aut alius ex alio: colligitq; in terrę susceptaculis hyberis no tempore hęc aqua. Et hinc fit ut fluuii & fontes estate q̄ hyeme maiores exuberent. Et horum fluuitorum hos perpetuos asserunt: quorum susceptacula multam copiam colligunt: & que non prius deficere possint q̄ ex hyeme nouos imbres & nimbos recolligant. Hos uero non perpetuos: quorum alius receptacula paruum continēt aquam: & que deficere possit priusq̄ ex hyeme nouos recuperēt imbres. sed quomodo ex susceptaculis terrę nascerentur aquę/ que per annum decurrere uidentur. cum magnitudine & mole: ipsius terrę superent magnitudinem? ¶ **Fluuiorum & fontium generatio.** Sicut super terram ex aere/ superante frigiditate fit aqua: ita & in terra eandem ob causam ex aere fit aqua / & continue quidem: que facta erumpit. Et sicut super terram ex multis paruulis stillis alitis tandem coeuntibus crebrior colligitur aqua/ fitq; aquę multitudō: sic in terra ex parujs colligitur. Et primo sunt scaturigines in principium fontis aut fluminis conuenientes. ¶ **Duo signa.** ¶ **Primum.** Aquę ductus parantes non longe defossa humo aquam reperunt: terra itidem a summo ueluti sudante reperta. ¶ **Secundū.** Quia ex magnis montibus maximū fluuiū & stagna oriuntur: q; libere omni ferme ex parte aerea attingant loca. que ut spongiosa/ fistulosaq; suspensat: multis ex locis concipiunt atq; produciunt aquam. In planitie autem campestri rari fluunt admodum. In Asia enim ex Parnaso ad hyemalem orientem monte maximo effluunt Bactrus/ Coaspis/ Indus & Araxes: cuius pars Tanais/ in Meotidem effluit paludem. Et ex Caucaſo maximo monte ad estiualem orientem (qui ob sui p̄ruptam magnitudinem a nauigantibus in imis stagnis uidetur. & cuius summitates ad tertiam noctis partem a sole illustrantur) effluunt plurimū & maximū/ & Phasis. Ex Pyreneo ad occidentē æquinoctialē in Celtica effluit Istrus & Tartessus. Istrus qdē p̄ totā Europam in mare Euxinum. & Tartessus extra colinas. Ex Aethiopicis montibus: Egon & Nias & Chremetrius. Ex Pindo: Achelous & Inachus. Ex Sombro/ Strymon/ Nestus/ & Hebrus. Ex argenteo monte: Nilus. Ex Rhodope/ plurimū. Sed qui adducti sunt: testimonijs gratia sufficiant. Absonum igitur esset existimare vnum terrę uentrem: ex quo omnes educantur fluuii. Et neq; quidem recipere sufficeret: neq; ipsas nubes. Et sunt hunc in modum fontes. Et sunt sub terra ut quędam stagna ex scaturiginibus in vno loco collecta: non tanta ut aliquid accidat incommodi. Et esse huiusmodi subterraneos meatus & aquarum voragines hinc sumitur indicium: q; sepe loca absorbentur cooperiente aqua. ut circa Peloponnesum & Arcadiam sepius accidit. Circa Helladem uero raro. Et sub Caucaſo stagnū est: quod illic uocant mare) quod plurimū & magnū ingreduntur fluuii/ apertum egressum non habentes: quos deficiens deriuat sub terra circa profunda Ponti. ubi nullius qui vnq; descenderit: potuit satis profunditatis terminum rimari. Et hinc distantia trecentorum stadiorum aquam potabilem redē

dunt terrę. Et circa Liguſticam: fluvius non minor Rhodano (qui fluvius eſt p̄navigabilis) abfora-
betur. Indiciũ igitur ſufficiens eſt terram lacunas & aquarum voragineſ continere.

¶ Notarum quinti capituli declaratio.

Scythia. ¶ Scythia/ regio eſt ſeptentrionalis: ad arcumq; declinat: cuius incolę/ ſcythę dicuntur. ¶ Phocis/ parva eſt gręcorum regio
delphis urbe & apollinis (quod ibi datur) oraculo clara. ¶ Bactrus/ ſcytharum eſt fluvius: cuius accolę/ Bactriani dicuntur.
Bactrus. ¶ Coaspis/ fluvius Mædorum: apud Perſas in Tigrim deſucns. cuius adeo dulcis eſt aqua: ut ea reges propotu uſi ſoleant. ¶ In
Coaspis. dus/ fluvius eſt India: a quo ipſa regio nomen accepit. ¶ Araxes/ Armenia fluvius: de quo Lucanus.
Indus. Armeniumq; bibit Rhomanus Araxem.
Araxes. ¶ Parnaſus/ mons eſt in medio orbis terrarum. Nã (ut refert Pindarus) cum Iuppiter ſcire uellet ubinam eſſet medium orbis ter-
Parnaſus. rarum/ aquilas duas alteram ab oriente/ alteram ab occidente miſit: ¶ ubi inuicem occurrerent: ibi medium orbis terrarũ eſſe inteli-
Caucaſus. ligeret/ occurrerunt autem in Parnaſo monte/ hinc appellatur umbilicus orbis. quod ¶ ſi Varro plane inſciatur: Virgilius tamen
Phaſis. ait: Delphos pythius orbis umbilicem. Hic mons biceps dicitur: q; duos habeat uertices ſeſe in altum attolentes. de quo Ouidius.
Colchoſ. Mons ibi uerticibus petit arduus aſtra duobus:
Pyreneus. Nomine Parnaſus/ ſuper atq; cacumine nubes.
Celtica. ¶ Caucaſus/ mons eſt India: quę Herodotus altiffimũ eſſe dicit: cui hic aſtipulatur philoſo- bus. ¶ Phaſis/ Colchorũ fluvius. Col-
Celtiberi. chos autę regio eſt iuxta Pontum/ cuius indigenę Colchib dicuntur. ¶ Pyreneus/ mons in Iſpania. ¶ Celtica/ pars Gallię/ Hiſpa-
Iſtrus. nię cõterminat: cuius populi/ celtę dicuntur. Ex quorũ nomine ¶ Iberi Hiſpanię fluij: Celtiberi dicti ſũt Hiſpanię populi. ¶ Iſtra
Mare. uel Iſter (ſicut Meandrus uel Meander) maximus eſt fluiorũ Europę/ et alio nomine Danubius uocatus. ¶ Mare Euxinum/ id eſt ma-
Euxinum. re quod alio nomine Pontum dicimus: fluens a Meotide ſcythię palude in Tenedum uſq; ſamata Porygię inſulam. ¶ Pynduſ/
Pindus. mons Theſſalię: ubi bacchanalia mulieres frequẽter celebrare ſolebãt: quę Menades dicitur a maionas: id eſt inſanio. ¶ Achelouſ/
Achelouſ. fluij9 Calidõie. ¶ Inacho/ fluij9 Achaię: ab Inacho Argiuorũ rege nomẽ fortit9. ¶ Strymõ Neſto ¶ Hebr9/ fluij9 ſũt Trachię.
Inachouſ. ¶ Niluſ/ fluij9 Aegypti: Cui9 incerta dicit origo: q; mũdo Phelõis incendio ſagrate/ origine ſua (ut canit Ouidius) occulſerit.
Strymon. Niluſ in extremum fugit per territus orbem
Neſtuſ. Oculuſq; caput quod adhuc latet: boſtia ſeptem
Hebruſ. Puluerulenta iacent/ ſeptem ſine flumine ualles.
Niluſ. ¶ Scombruſ ¶ Rhodope/ montes ſunt Trachię. ¶ Peloponneſuſ/ regio eſt inter duo maria: Aegęum ¶ Ionium intercepta: Pe-
Scombruſ. lope rege nũcupata. ¶ Liguſtica ſue Liguria/ regio eſt Italia: cuius populi/ Ligures dicunt. ¶ Archadia/ regio eſt Peloponeſi. &
Rhodope. pars Achaię. ¶ Rhodanus/ fluvius eſt Gallię Narbonenſis apud Lugdunęſe ciuitatē/ ¶ Burgundiã labę: tandẽ Arari p̄miſet.

Quinti capituli cõcluſio. ¶ De fontibus/ fluij9/ ¶ uentis nõnihil determinandũ eſt. ¶ Nã de his antiqui nihil cognitũ dignũ
reliquerũt. Dixerũt enim ¶ diſſimulerũt antiqui uentũ eſſe aerẽ motũ/ ¶ inſtar mobilis aquę fluentẽ. Hęc etiã tria aerũ
nubem/ & uentum poſuerunt reipſa eſſe idem/ ratione ſola diuerſa. Cũ enim ſubtilis eſt ¶ quieteſcens ¶ elementaris ſubſtantia q;
terrę ſupereminet: uocant eam aerẽ. Cum autę ſubtilis ſed de loco in locum agitata: dicunt eſſe uentum. At cũ eadẽ denſa ſit ¶ groſ-
ſa/ facileq; oculis intuentiũ cõſpicua: eam dicunt eſſe nubem. Et omnes uentos eſſe eiũdẽ naturę ſibi pulchre uidentur aſſerere: quod
tamen uero minime conſonat. Sed multi illiterati etiã ſine inqueſtitiõẽ melius dicerent: q; hi hoc pacto inquirentes. De uentis quidẽ
ſtea futura eſt determinatio quomodo ſiãt/ quid eos moueat. ¶ Vtrũ ex aliquo ſuant concano/ quemadmodũ aqua ex uale/ quõuſq; to-
ta effuſa ſit/ uel ſicut aliquod ſubtile corpus ex ueſicis emiſũ: ſicut piclores uentũ fieri eſſingũt. De fontibus uero ¶ fluij9/ eorũq;
generatione: antiqui cõſimilẽ pene habuerunt dicendi modũ. ¶ Vna de fontũ & fluiorũ generatione antiquorũ ſententiã Dixerũt
antiqui fluios fieri cum multis a ſole uapor eleuatus ¶ in nubẽ denſatus: deorũ per pluuiã deſcendit guttas/ & in ali-
quo magno terrę cõcauo ſpecu congregatur: a quo ruſũ omniſ effluit per diuerſos aluõs ¶ terrę trachũs: & ea aqua effluens
ubertim/ fluius dicitur. Et hæc tẽpore hiberno potiſſimũ in terrã ſuſceptaculis colligitur: quare æſtate q; hyeme maiores (inquinũ)
ſunt fluij9: tunc recens effluat. quod propter eam (quã aſſignãt) cauſã uerũ non eſt: ſed ſi cauſe per ſe ſolũ ¶ intriſecę reſpiciãt
tur extrinſecis ſecluſis: ut calore æſtate/ plus aquę fluiualis æſtate cõſumẽte/ ¶ nimbis atq; pluuiã ſemotis quibus hyeme reſpiciãt
fluij9/ maiores æſtate q; hyeme fierent fluij9: cũ tunc maior ſit interioris terrę per antipariſiſimã frigiditas. quare maior gignendẽ
aquę cõmoditas. At hyeme maiores ſunt propter cauſas extrinſecas ſcilicet incrementũ ex aquis pluuiãlibus ¶ niualibus/ & pro-
pter pauciorẽ aquę fluiualis in uapõrẽ per ſolis æſtum reſolutionẽ. Et hi duplices poſuerũt eſſe fluios. Aliquos quidẽ p̄petuos/ &
cõtinuẽ ſine intermiſſiõẽ fluentes: quia eorũ ſuſceptacula ampla ſunt/ & multã aquę capacia. quę quidẽ fluere nõ deſinit: anteq; ex-
ſequenti hyeme nouã aquã recolligat: quare ſecundũ eorũ ſententiã cõtinuus eſt illorũ fluxus. Alios uero fluios ponunt nõ eſſe p̄-
petuos: ſed eorũ fluxũ ne cõtinuo ſiat tempore per ſiccitatẽ interrumpi. nã eorũ ſuſceptacula parua ſunt ¶ modicę aquę capacia:
quę tota effluit anteq; ex hyeme nouos imbres recolligat. Sed nõ uidentur ex terrę ſuſceptaculis tanta flumina enaſci. Nã impoſſi-
bile eſt maius minore cõtineri. At flumina per totũ annũ circũ terrã decurrentia/ maiora ſunt q; aliqua terrę cõcauitas: immo q; tota
terrã. igitur non poſſunt terra cõtineri/ neq; ex ea effluere. ¶ Fluiorũ & fontũ generatio ſecundũ ueritatẽ. Sicut ſuper terrã ex
aere ſit aqua/ cum frigiditas caliditate ſuperuincit: ita etiã in terra propter frigiditatis maiorẽ nim ex aere ſit aqua. Suſcipitur enim
intra terrã concauitates aerũ: qui per frigiditatẽ terrę in aquã denſatur/ & grauior factuſ decidit/ deorũq; per guttas labitur/ &
gutte gutta cõtinuã: tunc multe gutte intra terrã cõueniẽtes ad principiũ ſotis aut fluminis ¶ ſcaturire/ ¶ effluere incipiãt. perũ
de atq; ſupra terrã multis guttis ſimul conuenientibus: copioſior aqua colligitur. ¶ Duo ſigna ¶ indicia/ q; fontes ¶ flumina ſi-
ant ex aere intra terrã ſuſcepto: ¶ in aquã cõuorſo. ¶ Primũ. Quia ſubterraneos aquarũ meatus parantes/ cum non longe hũmũ
defoderint aquã inueniũt: ¶ terrã ab extrema eius planitie deorũ uerſus guttas ſenſim ¶ per exiguas cõcauitates emittentẽ/ per
inde atq; ſudarã. igitur in interioribus terrę partibus hoc modo gignitur aqua. ¶ Secundũ ſignũ. Quia ex altiffimis montibus
& ſublimi uertice eminentibus/ maximi profuunt fluij9. Nam hi montes ex omni parte aerẽ cõtingunt/ & intra ſe ſuſceptũ in
aquam

aquam conuertunt: inde uiciſſim nouum ſuſcipiunt aerem ¶ ruſum conuertunt. perinde atq; ſpongia magnę molis et alie in aere
rem prominens: plus in ſuis poris aeris ſuſcepit. et ſi internam haberet frigiditatẽ quę huiusmodi aerem in aquã conuertendi num-
natura haberet: plurimũ aquę (quod cõtinuẽ diſtillarẽt) gigneret. In planitie autem campeſtris/ pauci fluij9 ¶ parui aut fluij9 aut
fontes: q; non libere ex omni loco aer ingredi poſſit: perinde atq; ſpongia paululum ultra terram extans/ non multum aeris quod in
aquam conuertat ſuſciperet. In Aſia enim ex Parnaſo maximo monte uerſus orientem hyemalem / eamq; terrę partẽ ubi ſol hye-
me oritur: effluunt Bactrus/ Coaspis/ Indus/ ¶ Araxes: cuius quidem Araxis/ Tanais pars exiſtens: in Meotidem fluit paludẽ. ¶ Ex
Caucaſo maximo monte ad æſtalem orientem ſito/ eamq; celi partẽ qua ſol æſtate oritur effluunt plurimi ¶ maximi fluij9:
preſertim Phaſis Colchorum fluius. Caucaſus adeo magnus eſt: ut propter ſuam magnitudinem in inſimis ſtagni partibus uis-
deatur a nauigantibus: & eius ſummę partes ad tertiam noctis partẽ a ſole illuminantur: quod phyſicum eſt ſuę magnę mol-
lis & efficaciũ argumentum. Si enim partes terrę inferiores ſunt/ ſolis ad occaſum tendentis radius citius ab illis ſubſtrahitur/ pro-
pter celeriorẽ corporum opacorum interpoſitionem. Ex oppoſito itaq; quanto partes alicuius montis ſublimiores ſunt: tanto diutius
uſ illuminantur a ſole. Et contra ab effectu ad cauſam procedendo/ quanto diutius alicuius montis pars nocte a ſole illuminatur: tan-
to mons ille eſt ſublimior. ¶ Ex Pyreneo ad eam terrę partẽ ſito: qua ſol occidit cum eſt æquinoctium/ in Celtica fluit Iſtrus ¶
Tarteſſus/ quorum Iſtrus fluit per totam Europam in mare Euxinum: ¶ Tarteſſus extra Herculeas columnas: quę ſunt in extrema
mis Hiſpanię ſinibus: ultra quas non eſt terra permeabilis. Ex æthiopię montibus fluit Egon/ Niſes/ Cremetrius. Ex Pindo: Ache-
louſ & Inachus fluit. Ex Scombro fluit: Strymon/ Neſtuſ/ & Hebruſ. Ex Argenteo monte fluit: Niluſ Aegypti fluius. Ex
Rhodope plurimi. Sed qui nunc numerati ſunt: exempli cauſa ſufficiunt. Valde igitur abſurdum eſt excogitare unam terrę con-
cauitatem: ex qua omnes oriantur fluij9. Nam huiusmodi terrę concauitas quãtũcũq; ponatur/ non ſufficeret tot ¶ tantos ſuſcipe-
re fluios/ neq; totam aquam: quę ex nubibus per pluuiã decidit. Concedendum tamen eſt ſub terra eſſe aquarum cõgregationes/ in
uno loco terrę cõcauo collectarum. Hęc tamen non tantę ponderis ſunt: ut ex eis omnes fluij9 trahant originẽ: quemadmodum
dum ipſi poſuerunt. ¶ Quę autem ſunt huiusmodi ſub terra concauitates: ſignum primum eſt/ quia loca illis concauitatibus ſuper
eminẽtia ſed per ruinã decidentia: abſorbentur in illas concauitates. ¶ aqua illis prius concanitatibus contenta: illa abſorpta loca
ca penitus obruit/ ut ne ullum quidem eorum uſtigiũ extet. Vt ſepius circa Peloponneſum ¶ Archadiã accidit ob terrę ſic-
citatem idcirco ad diſruptionem pronioris. Raro autem circa Helladẽ: propter maiorẽ terrę tenacitatẽ ¶ humorem ibi fir-
mius coherentis. ¶ Secundum ſignum eſt. ſub Caucaſo monte magnũ eſt ſtagnũ ob ſuam amplitudinem mare ab indigenis
appellatum: intra quod quidẽ ſtagnũ multi ¶ magni ingrediuntur fluij9: apertum ¶ grefſum/ effluuntq; non habentes: quos
ſtagnũ deliſcens ¶ profundum diſſundit ſub terra: circa loca profunda Ponti. Eſt igitur ſub Caucaſo/ terrę concauitas: intra
quam tot ¶ tanti fluij9 recipiantur. Et circa ea loca tanta eſt profunditas / ut nullus mũ hominum (quĩ id multi attentauerint)
potuerit ad illius profunditatis terminum peruenire/ aut fundum perſtingere. Hęc eo autem loco ad diſtantiã trecentorum ſtadio-
rum terrę reſtatuunt/ readuntq; in lucem aquam potabilem. ¶ Tertium ſignum. Circa Liguſticam fluius pernauigabilis abfora-
betur: non inferior nec minor Rhodano: quare eſt terrę aliqua horago (cum non poſſit natura fieri dimenſionum penetratio) quę
hanc fluium ſicut ¶ ceteros conſimiles abſorbeat: quod eſt propoſitum.

¶ Sexti capituli note

¶ Hellas/ Gręciã. ¶ Hellenes/ Gręci. ¶ Cataclyſmus/ diluuium/ inundatio.



C Extum cap. continet vnã queſtionem. Reſponſionem. Quomodo contingant Catacly-
ſmi. Cur aliqui fluij9 uidentur perennes: alii non. Et vnũ correlariũ. ¶ Queſtio. Cur
loca demutentur/ uarianturq; nunc terrę nunc flumina: vt quę prius arenã extiter: nunc
obruta ſunt aquis. & quę prius aqua operuit: modo ſunt arida. vt ubi nunc mare: prius ter-
ra. Et ubi nunc terra: prius mare fuerit. ¶ Huius rationem aſſignamus. quia omnia hæc na-
turę ſeriem ſeruat/ ſuaq; finiuntur Periodo. Et enim ex ſole & cęlo: plantę & animalia ſta-
tum habent & ſuę durationis rationem. vt adoleſcant/ vt iuuenta conſtent/ vt ſenectã tabeſcant. Ita eadẽ
ex cauſa uirtutem partes terrę accipiunt differentem. Et incipiũt humida fieri: & ad tempus aquoſa ma-
nent. Deinde exſiccantur atq; ſenectũ iterum. Et conſimili modo ſit maris permutatio. vt ubi nunc ex-
creſcit: terram relinquet arenã. & ubi nunc fluctibus uadat: aliquãdo ſtagnatum & exſiccatum iri nes-
ceſſe eſt. Et huius rei plurima ſunt argumenta. Aegyptus enim exundante Nilo cooperta: hinc ſtagnat/
hincq; reparatur: vt ſepe noua fieri uideatur. ¶ Et ora Nilũ omnia: manufacta uidentur excepto vno Ga-
nobico. Et olim Aegyptus (vt Homerus refert) Thebę fuerunt: nec dum Memphis erat. Et hæc rerum uĩ-
ciſſitudo/ per mutationumq; alternatio: Helladĩ Argiuorum regionũ & Myceneę Myceneorum/ tempo-
re Troiã accidit. Nam Argiũ ſtagnantem habebant Helladẽ: & quę paucos alere poſſet. Mycenea ue-
ro ferax & temperata. Et in oppoſitas uerſę naturas Mycenea ſtagnat. Illa uero ſicca & uilis nunc facta
eſt. ¶ Et ſi queſas. ſi ita ſint rerum uices / terrarum & aquarum permutationes: quomodo nos lateant?
¶ Dicimus cum incipiãt longis temporibus fieri: uita autem noſtra cita fugit & labitur. nunc fame/
nunc bello/ nunc inſirmitate cito abſumimur. Hi regiones permutant: & emigrant in alienas. Hi autem
permanent: ſed tempus fact; permutatiõis non attingunt. Illi autem cum regio non amplius alere ſuf-
ficiat: in alienas ſe tranſferunt oras. Hinc omniſ interit memoria & poſteritatẽ latet. Et ſi quando me-
morã factã eſt: longinqua deleuit antiquitas. Et qui has conſiderauerunt permutationes: dixerunt non
nulli mundum de nouo generari/ & mundi generationem harum cauſam eſſe. Sed hoc deridiculuſ eſt:
ob paruas ſcilicet & momentaneas permutationes: totum permutari cõtinuare oportere. Terrę autem
in uales & magnitudo circa cuius partẽ aliquam ſit permutatio: ad totum vnũuerſum nihil omnino eſſe

Argumentũ
magnitudi-
nis Caucaſi
montis.

videtur. Sed causa dicta est q̄ rerum a natura determinatus sit exitus / determinataq; periodus. **¶** Quomodo contingant Cataclysmi. Sicut anni quatuor sunt determinata tempora / vcr / cftas / autumnus / & hyems / finem / periodumq; seruat ordine retinentia, sic circa partes terrę & loca / consimilis nature lex obseruatur. Et cum ad hyemem vsq; suam deducta sint: ingravescent vnde: fitq; illorum Cataclysmus. Quemadmodum sub Deucalione Cataclysmus factus est circa antiquam Heliadem: quę est circa Dodonem & Acheloum: quam habitant Gręci / qui nunc Hellenes dicuntur. Et hę aquarum magnę eluiones / non semper circa eadem loca contingunt / sed euariant: & Cataclysmorum loca permutantur. **¶** Cur aliqui fluiui videantur perpetui / & alii non? **¶** Dixerunt id esse ob terrę amplam vel strictam receptacula. vt quorum magna sint / voraginum instar: hi sint perpetui. quorum veroparua, & quę suas paruo tempore efaculentur aquas: non perennes / sed decidui sint. **¶** Hanc non dicimus causam: sed locorum gignendis / conferuandisq; aquis aptitudo. vt loca alta / spissa / frigida: hęc sane multam continent aquam / multam suscipiunt / & multam sua frigiditate gignunt. Quibus vero suspensę sunt parua montium moles / sonoresq; argillosę: hęc inepta sunt (vt in ipsis diu perdurent aquarum fluxus) loca. Et ita si plus apta atq; disposita fuerint: perseverant magis. sin minus: itidem minus. Non tamen dixerim fluiuos esse perpetuos: sed suas seruare Periodos: ad quas vsq; perdurant. & non posse semper eadem præterlabi atq; persfluere loca: sed permutare. Non enim mari & flumine eadem semper hument loca: & eadem manent arida. Hoc manifestat Aegyptus: quandoq; tota inundans. hoc: ea quę circa rubrum mare sunt loca. quę Sesostris primus excogitauit fodere: vt totus fluiuus pernauigabilis foret. Hinc enim magnę pendebant vtilitates. Deinde Darius id attentauit. qui reperientes mare flumine altius / a fossione cessauere: ne flumen mari mixtum confunderetur. quod & circa Lybiam Ammoniam comperitur summissus. hoc Bosphorus non semper fluens. **¶** Vitis est enim ab Asia limositate fluxum dimittere / deinde sicari / deinde iterum stagnare / solitofq; cursus reparare. **¶** Correlarium. Vnde fit (cũ tempus non defecerit: sed totum sit æternum) vt neq; Tanais / neq; Nilus: semper fluxerint: sed vnde effluunt alia: aliquãdo sicca loca fuerint. & ita de ceteris fluminibus dicere conueniet. Habent enim & vt sint / & vt certis effluant locis: determinatas Periodos. & tempore permutantur omnia.

¶ Notarum sexti capitis declaratio.

Ouidius.

¶ Alternam terrę nunc aridę nunc stagnantis permutacionem Ouidius ex Pythagora sic attestatur. Vidiego quod fuerat quondam solidissima tellus Quodq; fuit campus: allem decursus aquarum Esse fretum / uidi factas ex æquore terras. Fecit / & eluie mons est deductus in æquor. Et procul a pelago conche iacere marine: Eę paludosa sicis humis aret arenis: Et uetus inuenta est in montibus anchora summis. Quęq; sitim tulerant / stagnata paludibus hument.

Canobicum.
Ombus.
Thebe.
Thebei.
Thebani.
Memphis.
Argini.
Mycena.
Troia.
Deucalio.
Pyrrha.
Ogigi.
Dodona.
Sesostris.
Darius.
Ptolomeus.
Bosphorus.
Lybia.
Ammonia.

¶ Permutatio alterna aquę & terrę de qua in prima questione loquitur philosophus: intelligitur circa maiora terrę loca: ut ubi / aut partem regionis. Diluuium uero est circa maiorem partem terrę / ut regionem / aquę natura facta inundatio: ut ea quę sub Deucalione in Thessalia fuisse commemoratur. Et additum est natura. quoniam uniuersale illud diluuium quod sub Noe contigisse sacre litterę commemorant: non natura contigit / sed diuina uolitione / in hominum peccata a deo copiosa aquarum inundatione animaduertente. Et id non circa unam terrę partem / sed totam terram fuisse constat: quare de illo non loquitur hic philosophus. **¶** Canobicum / hosiium & Nilid nominis sortitum a Canobo Menelai gubernatore: qui in Aegypto mortuus / in insula Nili quę Canobus dicitur: sepultus est. **¶** Thebes / uel Thebe arum / urbs est celeberrima in Aegypto: olim centum portis inclita. Hanc Gręci Heliopolim / hoc est solis urbem uocauerunt. De qua Iuuenalis. Atq; uetus Thebecentum iacet obruta portis. Inde Thebei populi / & Thebais Aegypti regio ab hac urbe denominata. A Thebis autem Gręcię urbe / populi dicuntur Thebani. **¶** Memphis / urbs Aegypti clarissima. Inde Memphitici / illius urbis indigenę. **¶** Argini / populi sunt Gręcię ab Argo insigni urbe nunc patit qui & Argolici dicuntur. **¶** Mycena regio est Mycenorum / qui etiam Gręcię sunt populi: in qua Mycena urbs clara olim fuisse dicitur. **¶** Troia autem urbs est phrygię: decennali Gręcorum obsidione / suiq; miserabili tandem excidio cantatissima. **¶** Deucalio / filius Promethei fuit: cui Epimetus patruus Pyrrham filiam suam dedit uxorem. Quorum tempore seuum diluuium in Thessalia contigisse tradunt historiet: ut neminem præter hos duos euasisse canant poete / & imprimis Ouidius in primo suę Metamorphoseos. Ante hoc autem Deucalionis diluuium / aliud longe maius fuisse sub Ogigio Arginorum rege scribitur historici in Achaia & Boetia: cum uastatione ferme totius regionis. Et hæc particularia sunt diluuii: de quibus loquitur hic philosophus. **¶** Dodona / uel dodō / Ionis / est oppidum Epiri. **¶** Sesostris rex Aegypti: qui teste Plinio libro sexto naturalis historie: conatus est nauigabilem alucum ex rubro mari in Nilum deducere. Post eum Darius rex Persarum idem tentauit: & deniq; Ptolomeus rex Aegypti / qui omnes cepto desisterit (ut ait Plinius) deterriti metu inundationis: cum rubrum mare tribus cubitis excelsum deprehensum est / q̄ terra egypti. Vel q̄ immisso mari corrumpere aqua Nili: quę sola Aegyptijs potum præbet. Idem hic sentit Aristoteles. **¶** Bosphorus / fluiuus est Thracię / a bouis transitu sic dictus: quia propter paruam eius profunditatem boues ab uno loco in alterum commode tranare possunt. **¶** Lybia ammonia / pars est Africę / arena sua quę Iouem sub specie arietis Libero patri apparuisse fabule tradunt. Inde Iupiter dictus est Ammon.

¶ Sexti capitis questio. **¶** Quare terrę & flumina sic alternatim demutantur: ut quę prius terrę aridę fuerunt: postea aquis obruantur. Et quę prius aquis obrute fuerint: postea sunt aridę. Similiter ubi nunc mare est: prius fuerit terra. Et ubi nunc terra: prius mare fuerit. **¶** Responso. Sicut ex motu celi & solis animalia & plantę determinatam habent periodum suę quidem pueritię / iuuentutis / adultę etatis: & senectutis. Ita ex eodem celi motu partes terrę suam habent determinatam periodum. ut primum incipiunt aridę fieri: et hæc earum est pueritia. deinde sunt fecundę atq; feraces arborum & segetum: & hæc earum est

iuuentus. postea fructum ferunt maturum: & hæc earum est etas adulta. Deniq; rursum sterilefcunt. **¶** Hęc earum est senectus. Ita & inceptio fluiuorum: ipsorum est pueritia / adauclio & accrementum: adolescentia / progressio & fluxus ipsorum aucliorum: illorum est etas matura / desiccatio uerosenectus. Hoc tamen inter periodum animalium & plantarum ex una parte / & terrę & aquarum ex altera parte interest: q̄ interitus et desitio animalium & plantarum tendit ad corruptionem. Terrę autem & aquarum / non ad corruptionem: sed ad prioris dispositionis deperditionem fit. Terra enim cum obruitur aquis non corrumpitur: sed humane habitationi & oculis sublata: corrumpi uidetur. Ita aquę cum terram prius occupatam relinquunt & dimittunt arentem / non simpliciter corrumpuntur: sed euanescentes ex oculis hominum corrumpi uidentur. Et huius rei plurima sunt signa. **¶** Primum. Quia Aegyptus effluente Nilo cooperta unam partem habet stagnantem: quę prius fuit arida. Contra uero unam partem aridam quę prius stagnauerat: ut tota interdum imouari uideatur. Et omnia septem boslia Nili per quę eius aqua effluit & refluit / manu esse facta. **¶** Studio artificis uidentur: excepto boslio Canobico. Et olim Aegyptus (si Homero creditur) solum Thebas urbem habebat: cum adhuc Memphis non erat. reliquaq; pars eius aquis obruta stagnabat. Hęc etiam permutatio contigisse dicitur circa Heliadem Arginorum regionem: & Mycena regionem Mycenaorũ tempore Troiæ. Tunc enim Argini Heliadem habebant aquis adoperiam Mycena autem ferax erat / sicca & temperata. Nunc uero contra Mycena regio aquis est obruta: & Hellas sicca / atq; habitationi humane uilis facta est. **¶** At si quis querat. si ita ut prædictum est alterna sint humectationis et ariditatis terrę permutaciones: cur igitur eas non percipimus / neq; experientia cognitas habemus? **¶** Responso. Id ob tres potissimum causas usu uenit: quarum quidam prima est uita nostrę breuitas / & temporis quo huiusmodi fit permutatio / diuturnitas. Cum enim uita nostra instar sumi deficiat: nunc suam consecuta periodum / nunc uero ante periodum aut fame aut bello aut peste absumpta: multi facti sustolluntur anteq̄ tempus permutacionis huiusmodi adueniat. **¶** Secunda est hominum ex una regione in aliam emigratio ob terrę statim aquis cooperiendę sterilitatem & alimenti penuriam / aut aliam quamcumq; causam: ob quam emigracionem ex ea regione in qua futura est huiusmodi permutatio: ipsa ab ijs qui emigrant non percipitur. **¶** Tertia causa est longinqua rei factę antiquitas: quę ad posteros non perferri illius memoriam. Nisi enim illa scriptis mandatur: uix ad posteros peruenit: & ea quę scripta sunt / aut uenustate disperiunt / aut ad posteriorum manus non perueniunt. Et nonnulli has contemplati rerum uicissitudines dixerunt mundum de nouo generari: & nouam eius generationem dixerunt huiusmodi mutationum causam esse. Sed ualde ridiculum est ob mutationem circa aliquantulum terrę partem factam credere totam mundi machinam demutari: quemadmodum propter domus aut aliquanti agri ab aquis submersionem credere totam urbem de nouo mutari: aut propter extremę partis digiti abscissionem credere totum hominem de nouo generari. Siquidem ea terrę pars circa quam huiusmodi fit permutatio: minorem habet proportionem ad totum uniuersum: q̄ domus ad urbem / aut extrema digiti pars ad totum hominem. Sed causa assignata est determinata terrę: ut humida sit aut arida / peridus. **¶** Quomodo contingunt diluua. **¶** Sicut quatuor sunt tempora anni adiuuicem determinata successione ordinata: scilicet uer / cftas / autumnus / & hyems. Sic circa maiores terrę partes ut regiones / eadem nature lex seruatur: ut suum initium habeant tanq̄ uer & pueritiã / suum incrementum ut estatem & adolescentiam / suum complementum sicut autumnum & adultam etatem / suum decrementum quasi hyemem & senectutem. Cum itaq; partes terrę ad suam hyemem peruenierint: inualefcunt aquę & ualde imbecillem oppugnantes hostem / ipsas defecias partes inundatione facta occupant. **¶** Quemadmodum sub Deucalione diluuium factum est circa antiquam Heliadem quę est circa dodonem & Acheloum. Quam quidem Heliadem habitant Gręci: qui nunc hellenes appellantur. Et hæc aquarum diluua non semper circa eadem loca contingunt: sed diuersa & euariata. **¶** Secunda quęstio. Cur aliqui fluiui uidentur perpetui / & alii non? **¶** Dixerunt antiqui illud esse ob ampla terrę receptacula aut stricta: quemadmodum paulo ante dictum est. Nam quorum magna erant susceptacula ad modum uoraginum: illos dixerunt fluiuos esse perpetuos. Quorum uero parua sunt susceptacula / ut paruo tempore suas emittant aquas: illos fluiuos non perpetuos / sed statim depercentes esse & deficientes dixerunt. Hęc autem uerba non est causa / sed loca apta ad gignendas & conferuandas aquas: & ex ipsis fluentes fluiui minus durant. Non tamen concedendum est fluiuos esse perpetuos: sed q̄ suam seruant periodum. Neq; possunt semper eadem præterfluere loca: tempore rerum uicissitudinem agente. Hoc enim primo manifestat Aegyptus / aliquando tota aquis operta. **¶** Secundo. Idem manifestant ea loca quę sunt circa rubrum mare. Quę quidem loca Sesostris Aegypti rex primum uoluit fodere: ut totus Nilus ad rubrum usq; mare esset nauigabilis. nam ex eo factio magne commoditates futurę erant. Deinde Darius idem tentauit. Sed reperientes mare rubrum esse altius Nilo flumine / ab ulteriori fossione cessauerunt: ne Nilus mari rubro mixtus confunderetur. quod quidem mare etiam circa Lybiam Ammoniam deprehenditur esse summissus & inferius. Deniq; hoc manifestat Bosphorus Thraciis: qui propter limi aduclum cum flumine copiam / interdum usus est cursum dimittere: deinde omnino sicari / postea uero solitos reparare cursus. **¶** Correlarium. Quare cum tempus sit perpetui secundum durationem: neq; Tanais / neq; Nilus semper fluxerunt. sed ubi nunc fluunt: loca interdum sicca fuerunt / & suas habent periodos: ut dictum est.

¶ Septimi capitis notę.

¶ Circa Theologiam uersatos uocat Hesiodum & alios Poetas: qui deos cecinerunt. **¶** Statarie / stationarie / stantes. **¶** Aclum maris (sic enim eius fluxum atq; refluxum nuncupamus) non prosequitur Aristoteles: nisi ut ex causa pendet inferiori. Tum q̄ syderum ratio a nostra contemplatione uideatur aliena: tum q̄ ipsa alijs & alijs reperitur uaria / & deprehensu difficilior: aut in fluctu hominis syrtibus. In Nilo: qui sole tenente cancrum: totam alluit Aegyptum. in Euripo: qui septies in die & nocte / in Euboiã renagos / refluxusq; fluctus agit. in Gaditano fonte: qui nunc fluxus / refluxusq; Oceano cœciores habet: nunc uero diffusos. Aclis tamen aquilonaris & nostri gallici Oceani exploratum / ratumq; habetur lunam in causa esse: ut quę ipsam certis in

terualis trahat & ad suam faciem propemodum effingat. Bis enim inter duos lune exortus effluit/reneatq; incipit enim una cū luna nostrum horizonta descendente intumescere; quo ad sydus ad meridianum perueniat. quo quidem ad occasum uergente; sena sum residet. Ab occasu uero ad ima cæli meridiano contraria sydere uergente: rursus inundat. hinc autem donec ortum reparet se cōtrahit & reuocat. nec mireris syderis subter terram labentis ipsam mare uim sentire. neq; obest quicq; terrenæ molis crassa densitudo: ut manifeste in sole & Heliotropio cognoscitur argumento: quod in nocte uim solis motricem persentientis ad orientem se gyrat. & in toto mari amplior lune uirtus colligitur q̄ in torrentibus & fluminibus: ut & ipsum sol amarore inficit / & non fontes & flumina. Quo fit ut ipsum potius q̄ fontes & flumina lune sydus mouere dinoscatur. Et a noua luna ad septimam / maris eflus minuitur. A septima ad ipsam suo orbe plenam argentur; effluentq; maxime ipsa plena aut prope. ut enim fulgur prius cernitur: tonitruum / fulminisq; motum præueniens. ita quoq; luna completa cernitur: priusq; uis illa aquarum motrix / maxime inundationis effectum / motumq; satis imprimat. A plenilunio ad ipsam decremento mediam decrescent. Hinc autem ad nouilunium una recrescunt. In plenilunio maria purgantur / limbum / algasq; expuunt. aiuntq; Aristotelem tradidisse nullum animal nisi recente eflui expirare.



Septimum cap. continet tres de maris generatione opiniones. Primę duabus rationibus reprobationem. Tres de maris generatione opiniones. Prima est antiquorum circa Theologiam veratorum: dicentium in terra esse fontes qui sint principia ac originis maris: existimantes forte terram esse maiorem uniuersę partem / & reliqua omnia ipsius gratia esse: & circa eam tanq; circa honorabilissimum / principium consistere. Sed fontes originem mari præstare non posse ostenditur. Primo. Quia aquarum hæ sunt fluentes: ut fontanae & fluuiales aque: hæ uero statariæ. Statariarum autem hæ sponte stant ut stagnales / alia industria & arte ut fontanæ manufactę / & puteales: quarum fontes existunt origo. Mare autem neq; effluxibile est: neq; arte & industria manufactum stans. Neq; sponte apparet fontium esse multitudo. Fontes igitur non præstant mari originem & principium. Secundo. Quia sunt plura maria adinuicem non commixta: ut rubrum mare / Hyrcanicum / Caspium. quę adinuicem separata sunt / & circūhabitata: circa quę non apparent fontes: a quibus deriuata trahere possint originem. Non igitur fontes mari præstant originem & principia. Mare tamen fluere uidetur ob aliquas causas. Primo. Quia cum in angustum locum recipiatur: refluit at / refluit / regurgitatq; ad amplum / ibiq; in maius se expandere atq; diffundere uidetur. Secundo. Quia in crebrentibus fluitiorum undis: ad profundius decurrat. ut Euxinum & Meotis in Pontum / Pontus in Egeum / Egeum in Siculum / Siculum autem mare in Sardonium & Tyrrhenicum. Est enim Pontus Meotide profundior / Ponto Egeum / Egeo Siculum / Sardonium autem & Tyrrhenicum omnium profundissima. Quod autem inter Herculeas columnas: totum in profunditatem fluit. Et sicut ex verticibus altis: fluuij apparent fluentes. sic ex arctis: mare plurimum fluere conspicitur: quia illic locus altus. adeo enim: ut aliqui sibi persuadeant illic Axe sub Hesperio sint pascua solis equorum. Et neq; sub terras subterlabatur & errat: altitudine ad Arctum terrę eleuata uideri prohibitus. Secunda est antiquorum qui de humanis plura senserunt: dicentium a principio terram fuisse totam aquis adoperatam: sed ex una parte spiritibus impetentibus / solis uersionibus & lune euaporatam atq; exsiccatam esse. quod uero superest / esse mare: futurumq; aliquando ut tota terra arida fiat. Tertia est dicentium terram olim sole incaluisse / calefactamq; sudorem emisisse: quod mare uocamus. Et hinc mare salsum esse: sudor enim salsum est. Alti uero salcedinis causam terram esse aiunt. Et mare hunc in modum esse salsum terrę admixtum: quemadmodum aqua per cineres colata.

Notarum septimi capitis declaratio.

Syrtes. Syrtes sunt loca quę a maris periculosa circa fines aphyricę uersus egyptum propter magnam maris & terre inaequalitatem. Nam in uno loco profundissima est aqua: in altero uero loco uadrosa. Etia uno in loco sunt uoragines: altero uero loco arena cum uilit: extrema nauigantibus pericula. Euripus pars est maris inter Phocidę boetię regionem: & euboia insula sita: quę alternis cursibus septies in die / totiesq; in nocte refertur. Et adeo impetuose conuertitur: ut uentos & plena uentis nauigantia secū rapiat. Gades insula est in sine Beticę prouincię: & in extremo nostri orbis ad occidentem. Fons autē Gaditanus est: qui est in Gadibus: de quo scribit Heliotropiū. Polybius Gadibus in tēplo Herculis fontē esse aque dulcissimę: cui fluxus maris contrarius esse uideatur. Etenim quotiens mare augetur / fontē deficiet: dñ uero mare defluit: fontē aqua coplet. Heliotropiū / flos est qui ad motū solis conuertitur: unde & nomen sortitur. Dicitur enim ab helios (quod solē significat) & tropos: quod conuersionē designat. latine is flos solsequi dicitur. so lē quocūq; se uerterit sequat. Oceanus gallicus / mare quod fluit per galliā: quod & aquilonare: id est septentrionale dicit. Mare hyrcanicū est quod fluit per hyrcaniam quę in asia est: scythiarū regio. Caspiū mare est illud: quod inter caspios montes & hyrcanos / immensum occupat spatium. Caspij autem montes in asia boreales sunt / maiori armenię contermini. Egeum mare est quod incipit ab initio Helleponti / usq; ad peloponnesum uersus occidentem terminatur: ab Egeo Athenarum rege denominatum. Mare siculum est quod per siciliam fluit. Mare sardonium est quod fluit per sardiniam: quę insula est in tyrrheni mari sita. Sardonium. Mare autē tyrrheniū sicut tyrrheniū est quod inter Tusciā & siciliā fluit. Herculeæ colūne in extremis Hispanię finibus sitę sūt: ultra quas nō est terra pedib; peragrabilis. Mare autē illic fluens id est quod inter herculeas est colūnas. Ferūt poete cū sol occidit ipsū mergi oceano: deinde equos phœbi a curru solui / & passū mitti. Rursū redeunte die: equos ad currum solis ducendum iungit. Neq; solem sub occulto nobis hemisphærio noctu moueri tradunt: quemadmodum in die super nostrum mouetur hemisphærium.

Et quia terra ad polum arcticum altissima est: cum sol ad oppositum nostri aspectus illic est: non potest uideri propter nimiam terrę altitudinem: quemadmodum nec arbor post altum montem. quare tunc sol occidat / creditur aliqui illic esse pascua solis quorum quę post occasum equi solis in grediantur: & carpant. Ex arctico / ex terra subiecta polo arctico. Aristoteles quidem fluxum & refluxum maris non tractat: nisi ut ex causis inferioribus: & intra concuum orbis lune existentibus sit. Nam uirtutis astrorum contemplatio qua agunt in hæ inferiora: a physica contemplatione aliena est. Neq; physici est considerare quomodo sydera mouent aquas aut flumina: sed altioris discipline. In diuersis etiam fluminibus: & diuersos habentibus motus / ipsa causa est uariata: & idcirco cogniti difficillima. Ut in syrtibus aquas uomentibus: & rursus ab sorbentibus alia est causa q̄ in Nilo egypti flumini: qui sole existente in cancro / inundat & aquis obruit totam Aegyptum. Similiter in Euripo qui septies in die & septies in nocte fluit & refluit / alia est causa q̄ in fonte Gaditano: qui aliquando fluxum & refluxum habet sicut oceanus: aliquando uero opposito modo. Attamen manifestum est q; luna est causa fluxus & refluxus nostri maris septentrionalis. nam ipsa mare certis temporum interualis hinc uno modo nunc altero mouet: & in diurna reuolutione completat: scilicet quatuor & uiginti horis (quibus super nostrum orta horizontem / completo ad motum primi mobilis circulo ad horizontem regreditur) bis ipsum fluere & bis refluxere facit. Nam cum luna nostrum ascendit horizontem: incipit mare crescere quousq; ipsa ad meridianum / id est circulum transeuntem per polos mundi & punctum uerticis nostri peruenit. reliquo uero diei tempore quo luna tendit ad occasum: mare decrescit. A tempore uero occasus usq; ad id tempus quo luna peruenit ad punctum medii / oppositum puncto medii diei: mare crescit & affluit. Ab eo uero tempore usq; ad tempus noui ortus se reuocat: & decrescit defluens. Et si quis inplet, tempore nocturno inter lunam sub nostro existentem hemisphærio & nostrum mare mediat terrę sua opacitate impediens uirtutem lune ad nostrum mare diffundi: ergo nocte non mouetur mare per lunam. Soluenda est ea obiectione negando q; media terrę moles impediatur uim lune. Non est enim simile de ea uirtute motrice lune sicut de lumine & calore qui impediuntur per opacum intermedium: sed sicut de sono & odore qui intermedio opaco & in tenebris bene percipiuntur. Et uirtutem syderum motiuam non impediri per terrę interiectionem: manifeste patet in sole & heliotropio: quod sicut in die ad motū solis paulatim se gyrat de oriente in occidentem: ita contra: uim solis etiā nocte sentiens sub nostro decurrētis hemisphærio: lente se cōuertit ab occidentē in orientē: æque tēpore nocturno sicut diurno solis motū sequens. Quod si quis rursū obieciat. Eadē ratione qua luna mouet mare: deberet mouere fontes & flumina: imitio maiore: nā flumina non sunt tantę molis: quare facilius moueri posse uidentur. Huic quidē obiectioni adhibēda est responsio: q; non eadem est ratio de mari & fluuijs atq; fontibus. quia in toto mari maior lune uirtus imprimitur & recipitur q̄ in fluuijs. quare potius mouet totū mare q̄ fontes & flumina: sicut potius mare & partes eius cōmūctas mouet q̄ unā aliquatā aquā maris separatā & uase contentā. Quod admodū sol inducit amaritudinē in totū mare: & tamen neq; fontes neq; flumina reddat falsa. Sicut autē motus maris sequitur motū lune diurnū & cōpletā eius circū terrā reuolutionē: ita quoq; propriū eius motū / quo totū percurrit zodiacū in octo & uiginti diebus / sequi deprehenditur. Nā a noua luna ad septimā / scilicet ipsā medio orbe illuminatā (quod quidē septimo post noua fuerit die cōtingit) maris fluxus diminiuitur. A septima uero usq; ad ipsā pleno orbe illuminatā (quę decimo quarto die post eius renouationē cernitur) fluctus maris augetur. & maxime feruescit: ita ipsa luna est plena aut prope. Sigdē quę admodū eborsio prius cernitur q̄ audiatur tonitruū: licet tonitruū prius fiat / ut sequens ostendit liber: ita luna prius plena conspicitur / q̄ sua uis aquarū motiua pleni fluxu effectū satis inducat. A tēpore autē plenilunij usq; ad eā medio orbe diminiuit rursū quare fluitus decrescit: quod quidē uicesimo primo post eius reparationē die cōtingit. At ab eo tēpore usq; ad nouilunij (quod uicesimo octauo die aut circiter contingit) iterum crescut. Et hunc alternum crescendi & decrescendi ordinem ad lune motum maris uindā semper seruat. At uero cum est plenilunium: maria se purgant: quicquid inquinatum infestumq; est / fluum simul & algas (quę spumę sūt marine) in litto eieciat. Dicitq; Aristoteles asserere q; nullū aial expiret & moriat: nisi cū est recessus maris fluxus & eflus.

Septimi capitis prima opinio est Poetarū qui deos insigni carmine celebrarūt: dicentium in terra fontes esse & flumina: a quibus mare suam sumit originem. Et hi fortasse existimauerunt terram esse maiorem mundi partem / & perfectissimā quiddam / cuiusq; gratia reliqua omnia posuerunt: quare circa eam tanq; honorabilissimum / posuerunt principium ipsius maris scilicet fontes & flumina. Sed perperam asserunt terram esse maiorem uniuersę partem: cum ipsa omnium elementorum sit minimum / & comparatione ad cælum (quod uniuersę etiam est pars) tanq; punctum: ut primus ostendit liber. neq; ipsa cæterorum corporum nobilissimum estimō postremum dignitate & infimum / ut quod cæteris a sapientissimo opifice tanq; scabellum pedum subiectum sit / proprietatesq; habeat & accidentia multo cæteris inferiora. Quod autem hæc non recte dixerunt patet primo. quia aquę terris interpositę geminę sunt. Aut enim ex montibus effluunt: ut fontes natura geniti / & fluuij longo tractu per terram decurrentes: aut sunt flantes / suoq; consistentes alueo. Et hæ rursus duplices sunt. quędam enim sponte & suapte natura stant: & hæ dicunt stagnales. Alie uero stant humana industria & arte: ut aque fontane manu paratę / & puteales. quarum quidem putealium uindiq; ambientibus ripis circumdatarum / fontes existunt origo. At mare non est effluxibile ex terra ut fluuij: neq; sponte sua stans: neq; arte. Non enim stat: igitur per sufficientem diuisionem mare non est aqua / ex fontibus & fluuijs in terra existentibus genita. Secundo. Quia sunt plura maria non in se uicem fluentia: sed magno terrę interstitio abinuicem distantia & separata: ut mare rubrum / Hyrcanicum / & Caspium. Circa quę quidem maria uindiq; in terra solida habitant homines: ut unum alteri confundi non possit. Neq; iuxta illa apparent fontes ex quibus hæc maria oriri possent: non igitur fontes præbent mari principium. Mare tamen ob aliquas causas uidetur inter propria litora fluere sine sui aluei egressu. Primo. Quia cum mare directo fluxu recipitur in strictum locum ex amplo / ut in portum aut consimilem angustiam: repercutitur a litore aut altero cui obuiat solidior: iterum reflectitur in amplum motu reflexo: & se liberius diffundit: quare fluit & refluit. Secundo. Quia cum uindē fluitior in mare decurrentium crebriores sunt & copiosiores: mare minus profundum fluit ad profundius / cuius declinior est locus: quo se in figuram apertisphæricam q̄ proxime potest / quod ipsi aque est proprium. Ut mare Euxinum & Meotis in Pontum fluit / Pontus in mare Egeum / Egeum in Siculum / Siculum in Tyrrhenicum et Sardonium. Nam Pontus est Euxino & Meotide profundior / Ponto profundius est mare Egeum / Siculum autem Egeo profundius. At Tyrrhenicum & Sardonium omni

Quod mare gallicum ad motum lune crescit & decrescit. Obiectionis diluio.

um hic nominatorum profundissima sunt. Id autem mare quod inter Herculeas columnas ad occidentalem plagam fluit: omnino in vastam/immensamq; profunditatem fluit. Et quemadmodum ex altissimis locis vberim fluere conspiciuntur fluy q; labantur in preceps/ & celeri cursu inferiora petant loca: ita ex terra polo arctico subiacente/ copiosissimum fluit mare: quia illic summum sit terrae fastigium/ ex quo pernicioso fluxu delabitur. Adeo enim altus est ille locus: q; multi credant sub eo polo & eius axe/ equorum solis pascua esse collocata: q; sol subter terram non moveatur per alterum celi occultumq; hemisphaerium / quia propter altitudinem terrae circa polum arcticum eleuatur in maximam summum: sol ne videatur prohibitus est. Sed haec poetica potius q; physica ratione dicta putentur. **Secunda opinio est antiquorum qui de humanis rebus melius locuti sunt: dicentium terram in principio fuisse totam aquis adoperatam/ vt sua fert natura. deinde validum inualluisse ventorum impetum / qui suo flatu aliquantam terrae partem detexerunt. Dixerunt etiam solem & lunam: sua continua circulatione magnam vaporum multitudinem suscipisse: & hoc pacto multum aquae absumpsisse. Hincq; factum esse vt haec terra (quam aridam cernimus) pars detecta fuerit. Et continua temporis successione deniq; futurum esse dicunt: vt tota terra aquis discooperata fiat. Sed hi non recte dixerunt: quia si mundum ponant perpetuum/ sicut semper fuit mare: ita semper homines et animalia. quare terra semper pro aliqua sui parte fuit discooperata in qua consisterent. Ita (si mundum inceperit ponant) argumentandum est: cum non recte ponere possint terram inceperit ante mixta perfecta. **Tertia opinio est dicentium terram olim a sole adeo fuisse calefactam: vt sudorem emiserit / quod vocatur mare. Propterea dicunt mare saluum esse: quia sudor saluus est. Alij vero causam salis dicitur assignant terram. Dicuntq; aquam maris terrae admixtam: et per eam motam / salis esse: perinde atq; aqua per cineres colata / salsa est: q; terrestre admixtum refinat. Sed quid haec postremae opinioniones veritatis habeant aut falsitatis: sequentia apertius declarabunt.****

De Elau capitis nota.

Reumata/ stille ille subterranea ex quibus colliguntur/ gignunturq; fontes & flumina.



Tantum cap. continet tres de loco maris opiniones. earum reprobationes: f. cum dicitur quinq; rationibus/ & tertia quinq;. **Q**uis sit locus maris. & quomodo flumina in mare labentia non videantur mare reddere maius. **T**res de loco maris opiniones. **P**rima est nonnullorum qui dixerunt mare esse principium aquarum: & ex eo fluere omnes & ad ipsum refluere/ & eius locum esse locum aquae: hac ratione vsi. sicut de aliis elementis comperimus: ita quoq; & de aqua comperiri rationale bile est. At ignis magna moles / magnaq; multitudo fursum: in suo loco congregata est: & aeris in suo loco / & terrae in suo: vt infimo. igitur & aquae in suo loco. Haec autem / mare esse videtur quod praestet aliis aquis omnibus originem & principium: & a quo fluunt & fontes effluunt omnes/ & ad quod iterum recurrant. Et cum quaeritur. quomodo igitur fluunt a falso mari egressum habentes: dulces sunt: Dicunt eos dulcescere: quia per terram sunt colata. Sed quomodo haec aqua salsa & grossa: aliis subtilioribus & simplicioribus (vt quae potabiles existant) erit principium? **S**ecunda est dicentium mare circa terram esse diffusum/ eius ambitum circumdans/ & circa mare sphaeram aeris / circa aerem sphaeram ignis: vltimum & supremum sensibilem locum possidentem. Et solem circumferri atq; circumuagari semper/ q; nutriatur humido. & in oriente stans aut vno loco: non inueniat sufficiens pabulum. eleuetq; subtile humidum & dulce: quo se pascat/ nutriat/ alat: alioquin corrumpere. sed quoadu habeat alimentum: vitare/ humidumq; soli esse alimentum: vt flamma. & solem flammam similem esse putarunt. Sed sic dicentes ridendos esse patet. **P**rimo. Quia illud subtilissimum & dulcissimum (quod per singulos dies sursum expirat: sursumq; ducitur) illic constat: & frigidum cogente iterum ad terram relabitur. Idq; ita semper agit natura circulum imitans: vt superius dictum est. Non igitur illo subtili & torido vapore nutritur sol. **S**ecundo. Quia flammam similitudo/ soli apta non congruit. Na propter continuum humidum & siccu: non alitur flamma. neq; manet eadem: sed continue fit noua. quare si de sole ita futurum esset: non modo in die (vt dicere consuevit Heraclitus) non esset sol: sed continue fieret nouus. **T**ertio. Quia sicut ignis aquam calefaciens euaporat: ita sol vapores extollit & eleuat. At ignis cum aqua calefacit vapores eleuat: non alitur illis. Igitur neq; sol. **Q**uarto. Quia in conueniens est soli solē nutriti: & non illam magnitudine & numero excellentē syderum multitudinē. Immo & ipsos celestes circulos alimento indigere/ pariter & pastu: & eius rei gratia non facere gyros: quoadmodum soli facere aiunt. Illa autē non alitur: igitur neq; sol. vnde enim tantum sufficere possit alimentum? **Q**uinto. Quia q; ex humidis corporibus sursum effluunt: iterum descendere (ipsis in aqua coactis/ conuersisq;) videntur: & p singulas se reddere regiones tanq; non alitis superioribus. non igitur alitur superiora. **T**ertia est scripta in Phedone. terrā esse p flosa/ & in illa terre voragine ac apertura esse Tartarū: originē & principium aquarū omnium/ & ipsius maris. Quis quidē vastę voraginis tartarus: se nunc extra diffudit/ & euomit aquas: nunc resorbet emissas. & ad ipsū (vt ad principium) oēs recurrunt aquae: nunc sursum/ nunc deorsum / nunc ad latus/ nunc sub has/ nunc sub illas elabens terras. Et aiunt aquas/ colores & sapes accipere secundum terrarū (per quas transeunt) naturas. Sed id non esse verum statim manifestum est. **P**rimo. Quia videntur non semper ad eundem locum fluere. quod tamen oporteret secundum eorum sententiam. **S**ecundo. Quia non minus effluunt supra terram q; sub terra: & quocūq; tenderit fluctuans tartarus. **T**ertio. Quia non est eorū aqua q; mota fuerit deorsum in tartaro: iterum sursum exurgat ac eiaculetur. **Q**uarto. Quia semper esset aquarū equalitas: & semper extra aqua equalē (ne se occuparet) esse oporteret. **Q**uinto. Quia non videntur flumina alicubi in terra terminari: sed omnia fluunt in mare ad quod terminantur. viderentur

nier vbiq; in terra terminari debere: quia illic euagaretur tartarus. Et si aliqui fluminum terraneos mentis subintrent: aliunde prodire videntur. vt Nilus & Istrus longo tramite sub terras labentes: multos altos in via colligunt fluyos & fontes/ & multorum fluminum ac fontium reumata. Hincq; in fluyos euadunt amplissimos. **Q**uis maris locus? **R**esponso. Sicut ignis proprius est locus: celi concuum/ Aeris proprius: concuum ignis. ita proprius est aquae locus: vt aeris concuum. Hinc fit vt quem locum nunc mare terram ambiens occupat: natura sit aquae/ & non maris. Nam quod dulce/ quod subtile est aquarū: sursum a calore eleuatum ducitur. grossum vero/ terreum & saluum: suo pondere subsidet in imo. quod quidem in loco aquae remanens: mare dicitur. Manet enim deorsum. quemadmodum cibo ab animalis sumpto: quod dulce & quod subtile est/ a calido spargitur ad vnum quoq; membrorum. quod vero grossum est/ terrestre & amarū vt hypostasis (quam substantiam dicimus) in alium pondere suo demittitur. Et veter totius locus erat: q; q; subtilia statim dissoluta sunt. ita de aqua & mari existit. Haec de causa omnes aquae fluunt ad mare: quia in loco sit aquae/ & locum maxime concuum possideat. **C**ur tot & tanta in mare labentia flumina: ipsum non videantur reddere maius? **R**esponso. Quia in mare recepta: ex arcto atq; angusto diffunduntur in latum. & ideo in latum diffusa cito resoluantur: vt pene vno die perducentur/ quemadmodum si supra latam mensam aquae fuderis Cyathum: praesentibus & respicientibus exterminabitur totum: ita quoq; de fluminibus accidit.

Octauo capitis prima de loco maris opinio est dicentium oēs aquas ex mari fluere: & ad ipsū refluere/ & concuum aeris (qui locus est naturalis aquae elementaris) esse locū maris. Quod posterius hac ratione comprobant. Sicut est de alijs elementis: ita & de aqua. Sed magna ignis multitudo in concavo celi lunae/ suo quidē loco congregata est: & aeris multitudo in concavo ignis vt suo loco: & terre in concavo aquae/ a natura sibi deputato loco. igitur & multitudo aquae in suo est loco. Haec autem aquae multitudo/ mare est: igitur mare est in loco aquae: sicut concuum aeris. & ab eo oēs aliae aquae suā sumunt originē: & ad ipsū redeunt. Et cum eis fit obiectio. Fluyi sunt dulces/ mare vero saluum: igitur fontes non habent principium a mari. Negant id quod concluditur. quia fluyi (inquunt) a mari fluentes & terras transeuntis fluendo per terrā/ suā deponit terrestreitatē. Sicut enim dulce colatum per terram (stre/ vicineres) amaratur: ita (aiunt) eduerso amarū colatū per terre/ redditur dulce. quia suam in terra relinquit terrestreitatē. Sed non videtur possibile q; ad maris salsa & grossa: aquis fontalibus & fluminalibus subtilioribus & simplicioribus principium prebeat. **S**ecunda opinio est dicentium mare circa terrā fluere/ & eius ambitū circū dare/ circa mare autē sphaeram aeris / circa aerem sphaeram ignis/ superius rerū naturalium locum occupantem. Dicunt pterea solem humido vapore qui ab aquis expirat locis nutriti: & ipsum circumferri vt comodius ex omni terrae parte vapore/ suū quidē alimentū eleuet. **Q**uod si in vno pmaneret loco/ sol non inueniret in illo sufficiens quo nutriretur vapore: sicut neq; pecus in vno pmanens fixū pascuorū loco. Propterea solem ad diuersas celi partes se trāsferre dicunt: quo facilius diuersos eleuet vapores. alioquin corrūperet: quod admodum equus palo terrae infixo alligatus ad diuersa traducit loca: quo vberiore inueniat decerto vnius loci gramine alimentū. Et hi solem flammam assimilant: vapore autē qui suscollitur oleo lapidis. **A**t q; non recte dicit/ patet primo. quia vapor dulcis & subtilis qui quotidie sursum eleuat: in media regione aeris congregat in nubē/ & deinde conuertitur in pluuia/ ad terrāq; relabitur. Et natura id perpetua successione agit: circularē celi motū (vt in huius libri principio dictū est) imitans: igitur illo vapore non nutritur sol: vt qui ad solē minime ptingat per ignis sphaerā: & ceteros inferiores. Nutrimētū autē debet ei quod nutrit applicari. **S**ecundo. Elame ad solē assimilatio non est conueniens. Na flama in diuersis partibus ipsis non manet secundū substantiam eadē: sed sicut conuenit aliquid materiae vt olet in suā conuersiōe substantia: ita aliquid continue substantiae deperdit. quod vel eo patet argumentō: quia semper eiusdem molis flama pmanet. Si enim tota hora diuidat in quatuor partes aequalē a/b/c/d/ & flama ptis a maneret simul cū flama bin fine ipsis b flama tota est & dupla ad flama a/ & ita in parte c tripla/ & in tpe d quadrupla: quod experientia repugnat. Sed cū in fine ipsis b non peipiat maior flama q; in tpe a: flama partia in a esse successiue deperdit/ dum flamma temporis b successiue acquirerebatur. Et id quidem manifeste deprehenditur extincto cereo aut candela. na tunc liquido videtur vnus fumus continue alteri succedere: qui quidē fumus futurus erat materia flamae. **Q**uod si ita de sole esset: non solū in toto die idē non esset sol vt dixit Heraclitus: sed continue fieret nouus / quod est inconueniens. **T**ertio. Sicut se habet ignis ad aquam a qua suscollit vapores: ita sol ad aquae loca a quibus itidē educit vapidū humorē. At ignis aqua calefaciens non alitur vaporibus ab ea eleuatis: na illi ab igne magis semper elongantur. igitur neq; sol eleuatis nutritur vaporibus. **Q**uarto. Eadē ratione quā solē ponunt vapore nutriti: habent concedere totam syderū multitudinē & ipsos ceteros itidē nutriti & circularē agere motū quo se pascat: quod admodum de cetero dicunt. At innumera illa quae in celi serenitate conspiciuntur sydera/ corporaq; caelestia: non aluntur vapore. Vnde enim tantus a terra & aqueis locis humor eleuari posset: igitur neq; sol. Et recte quidē. Est enim sol/ ita & celi indefluxae substantiae: cui neq; quicq; addi neq; auferri potest. **Q**uinto. Vapores ex humidis corporibus sursum elati in aqua conuertuntur/ & iterum descendunt: quod vel sensu constat. igitur illis non aluntur superiora. Debet enim alimentum/ in eis quod alitur substantiam conuertit. Et cum corpus nutritum suscepto alimento (modo non stet neq; diminuat) fiat maius: oporteret solē p senti anno maior esse molis q; fuerit anno proxime pcedente: quod falsū est. **T**ertia opinio est scripta in Phedone Platonis libro/ dicentis terrā esse hiantē & voraginosa: & in illa vasta terra apertura esse tartarū immensae profunditatis: q; quidē origo sit & principium fontium/ fluyorum & maris. Et hic immensae concavitatis tartarus: aliquando aquas intra se contentas euomit/ & in diuersos effundit terras: alioquando vero emissos ad se retrahit & resorbet: haud secus ac homo expirat aerē/ & rursum eundem attrahit. Et ad ipsum vt ad principium omnes recurrunt aquae & affluunt. Neq; semper in eodem permanet terrae loco/ sed ad omnes positionum differentias mouetur: interdum quidem sursum/ interdum deorsum/ interdum ad latus. Aliquando ad terras orientales/ aliquando vero ad occidentales. Et aquae (vt dicunt) colores & sapes accipiunt secundum terrarum per quas transeunt proprietates: quod postremum etiam admittit philosophus. **S**ed q; id non sit verum: patet primo. quia si aquae omnes a tartaro sumerent originem: deberent semper ad eundem locum fluere: ad quem scilicet se conuerteret tartarus/ & ad ipsū

u b c d
 Quae flamma continue deperditur sicut & acquiritur.

Arcadię fons semel haustus vini inducit odium: abstemiosq; hoc est a temeto abstinentes: bibentes red-
dit. Lynceus amnis vt vinum: bibentes temulentos & debacchantes relinquunt. Phenos Arcadię lacus
interdū innoxius: noctu potus mortifer phibet. Vt hęc eleganti carmine ex Pythagora cecinit Ouidius.
Ante bibebatur: nunc: (quas contingere nolis) Cui non audita est obsecrante Salinacis vnda?
Fundit Anigrus aquas: postq; (nisi vatibus omnis Aethiopesq; lacus: quos si quis faucibus haustit:
Eripienda fides) illic laete bimembres Aut furit: aut patitur mirum grauitate soporem,
Vulnera: clauigeri quę fecerat Hercules arcus: Clitorio quicunq; sitim de fonte letarit:
Quid: non & Scythicis Hypanis de mōtib; ort: Vina fugit/gaudetq; meris Abstemijs vndis.
(Qui fuerat dulcis) salibus viciatur amaris? Sine (quod indigenę memorant) Amithaone natus:
Pauca superferam. quid: non & lympha figuras Sine (quod indigenę memorant) Amithaone natus:
Datq; capiteq; nouos: medio tua corniger Ammō: Pretidas attonitas postq; per carmen & herbas
Vnda die gelida est: ortuq; obituq; calcscit. Eripuit furis: purgamina mentis in illas
Ad motis Athamantis aquis: accendere lignum Misit aquas: odiumq; meri permansit in vndis.
Narratur: minimos cum luna recessit in orbes. Huic fluit effectū dispar Lincestius amnis:
Flumen habet Cicones quod potum faxea reddidit Quem quicunq; parum moderato gutture traxit/
Viscera: quod tactis inducit marmora rebus. Haud aliter titubant q; si mera vina bibisset.
Crathis & hinc Sybaris nostris cōterminus oris: Est lacus Arcadię (Phenum dixere priores)
Hecstro similes faciunt/auroq; capillos. Ambiguus suspēctus aquis/quem nocte timeto:
Quodq; magis mirū: sunt qui non corpora tm: Nocte nocent potę: sine noxa luce bibuntur.
Verum animos etiam valeant mutare liquores. **Secundū libri Meteororum Aristotelis finis.**

Notarum noni capitis declaratio.

Palestina: puincia est in Syria Arabie cōtermina/sic dicitur a Philesti vrbe eius Metropolitana. Et alio noie Iudæa dicit. In eius vna
pte (q; pri) Pēapolis dicitur a qnq; vrbib; diuina vltioe flama q; sulphure cōstituta lac est Asphaltites: in quo nihil vniū subs
mergit/inde mortuū mare ab historicis nominat Dicitur Solino cū de Iudæa tractat. mare mortuū nihil pter bitumē gignit / aial
nullū habet nec in eo aliqd vniū mergi pot: qre tauri et cameli ipune illud trāferit. Et Iosep lib. v. captiuitatis Iudæicę. Vespasianus
(inquit) cū Iudæos viciisset: quosdā in suis natādū insecios manib; post terga ligatis in eā pūci q; et si iactū mersisq; sint / itaq; a vebemē
ti spū ad superiora veniētes stati repulsi euaserūt. Et tēse Iustino nani gari nō potūc in eo pūm? cūcūta vita carētia submergant. Et
iterdū ipse lac? Asphaltit dicit. **C**baribdis est vorago i mari multū piculosa iter Calabria et Sicilia. Nā a septētrioe i austrū sit
fluuiorū cō: ur? et ecōtra/et interceptorū quorūcūq; absorptio atq; collisio. **C**haonia p est alpestris Epiri: q; qdē regio est in Euro
pa. Interdū et pro tota Epiro sumit. **C**heraclea vrbs est in radicib; mōtis Oethę/in plano posita. **C**oetha autem mons est inter
Thessaliam & Macedoniam famosus morte/rogo/ & sepulchro Herulis. **C**hesopus/poeta gręcus fabularum scriptor.
Noni capitis q; lio. An semp erit mare/an aliq; deficit: vt ne vllū qdē sit futurū. **C**Dixerūt nōnulli mare simul cū mōdo
suppisse exordiu/ & simul cū eo semp duraturū. qre si mūd? ppetu? est: teorū sētētia et mare ppetuū est. Democrit? aut dixit
mare aliq; totā inūdāse terrā/ & ipsū p vaporū eleuatiōes paulatī defecari/terrāq; aridā reddere/et aliq; futurū vt totū mare
defecatiū sit: itaq; terra aq; discoopla. S; id pūle est fabulę Hesopi q; cōfinit Chariibdi primo tm forpisse aq; vt cū pri? tota fuerit
terra aq; coopla/ postea apparuerit mōtes. Sedo vero resorbēs adeo diminuit aquā. Vt fecerit apparere iusulas/ si tertio forbeat: totā
aquā epotabit. Sed is sermo poetis magis q; philosophis apt? est. Dicitur enim si sol semp circulariter mouea ē vapores eleuā/q; in
pluuia cōuersi deorsū cadāt: semp erit mare. Nā tūc semp manebit hęc vniuersi ordinatio/ q; sine mari cōpleta esse negt. Nō tm mare
semp eadē occupabit loca: sed q; pri? tenuit relinq; et noua detinebit vt pri? dicit est. Et quis ptes ei? demutenēt: totū tm mare dicit
manere id / q; cōsimiles figurā/ situ/ et ordine ptes cōtinne reparent. **C**Tres de falsedine maris opinioes. **C**Prima est dicitū terrā
i principio fuisse aq; oino obrūtāt solē vapores ex dulci/ subtili et potabili aquarū pte eleuāse et residū relictū esse mare/ grossū
et falsū. **C**Sed hęc icō. temēter dicit. Nā si aliquo ad alterū ad lito. eq; puenit effect? sicut eo remoto: ei? remotio nō est illi? effect? /
cā. Sed quāta multitudo vaporū sursum tollit a mari: tāta rursum cadit deorsū/ et restituta. eq; dulcis aq; multitudine: mare nō est dub
te s; amarū / igit? ppter aq; dī. is remotionē nō erat pri? factū amarū. **C**Sedā est dicitū fluuios ad mare decurrētes/ terrā p quā trā
seūt cōtrahere falsedine: et eos mare falsū reddere. **C**Sed neq; hi recte dicit. **C**Primo. qā cū ppter fluuiorū falsedine scdm corū se
tētia mare sit falsū: igit? fluuij sūt magis falsi. Nā ppter qd vniūquodq; tale: et illud magis. At falsū est fluuios ipso mari e: magis
falsos: igit?. **C**Sedō. modica dulcedo nō pot multū sellis dulcorare/ neq; modica amaritudo abūdātē lactis copiā amaricare. Sic mo
dica terrestritas nō pot magnā aq; multitudine reddere falsā. At modica est terrestritas q; cū fluuijs deserēt. h; q; aut marine ma
gna est multitudo: igit? modica terrestritas cū fluuijs delata nō pot tāta aq; multitudine quāta in mari cōspicitur/ amarā reddere.
CTertio. quita dicit: nihil aliud mare eē putāt nisi plurimorū fluuiorū collectionē. Totū enim nihil aliud est q; suę ptes sūt sūt pte:
sicut cumul? harenarū est multarū harenarū vno in loco collectio. Quare si mare falsū esse cōcedit: & fluuios ipsū mare cōponē
tes falsos esse cōcedat/ oportet. Nō enim pot totius maris falsedo nisi ex partiū falsedine enasci. **C**Tertia est Empedoclis dicitū terrā
a sole calefactā sudasse: & ei? sudorē esse mare. Vtrūq; enim & sudor/ & mare: falsū. Sed hic sermo trāslatit? / poetis potius q; phi
losophis aptus est. Quęcūq; enim ex dulci falsa facta sūt: aliquo intra se suscepto falsa sūt. vt cū aq; dulcis colat p cineres: terrestrē
adusū cinerū admisceat aq; / et exide reddit amara. Ita cū dulcis aq; colat p calcē: aduslo terrestris ipsius calcis admixto reddit falsū.
Sic cū dulce sumit poculū: admixto terrestris corporis animati cōuertit in vrinā amarā. In cuius signū in fundo vasis vrinā con
tinentis remanet quedā falsedo suo pōdere subsides/ & vrinę hypostasias. Ita cū humidū fuerit dulce quod deinde in sudorē cōuer
tiunt: cū ipso sudore abluuntur corporis terrestritates que sudorē falsū reddūt. quāmodū si aqua dulci carnes falsę abluantur:
obsterione carnum aqua prius dulcis contrahit falsedine. Deniq; cū dulce sūt pti est alimentū: cōiupto subtili & dulci/ ac per ca



Palestina
Pentapolis
Asphaltites
Solinus
Iosephus
Vespasianus
Iustinus
Asphaltus
Charibdis
Chaonia
Heraclea
Oetha
Aesopus:

lorem ad vniūquodq; membrum disperso remanet quedā terrestritas: indigestaq; substantia/ nutriendo corpori minime cōueniēs:
& hęc a natura depellitur ad aliu/ & est cibi hypostasis amara: Sic aliquo terrestris aduslo/ aque maris admixto: mare falsū est
38 Vt analogia a simili liquido monstrat. **C**Quęstio. Quomodo maris generatur falsedo. **C**Responsio. Maris falsedo (vt dictum
est) ex quodam aduslo terrestris/ ipsi aque admixto generatur: hoc modo. Cum duplex sit spirationis & halitus species: vna quidē
calida & humidat/ que vapor dicitur: alia vero calida & sicca/ que dicitur exhalatio. Pręterea cum mare semper idem specie ma
neat/ aquei elementū fungens vicequem admodum ignis idem/ flamma eadem / & aer idem. A summa parte maris eleuatur va
por/ ab eius autem fundo per calorem solis (sufficientem eleuatur exhalatio/ cum ea a terra & locis tereis eleuari nata sit. Ast a ca
lore solis aduritur fundum: a quo eleuata exhalatio primum per mare transiens ascendendo / deinde cum vapore aut pluuia rea
labens in mare descendendo/ inducit falsedinem: quem admodum cineres sepe per aquam transeuntes/ aquam prius dulcem reddunt
amaram. Est enim mare vt aqua: exhalatio adusla terrestris / vt cinis per aquam transiens. Cuius quidem rei multa sūt superius
adducta indicia: scilicet aqua per cineres aut calcem colata / vrinā/ sudor/ alimentū hypostasis: in quibus aliquid exustum relinquit
tur aut terrestrē non digestum. Neq; eadem ratione flumina debent amara videri: tum quia aqua fluminis subtilior faciliorem dat
exhalationē: transitum/ neq; manet ammixta aque fluminis exhalatio: tum quia ea exhalatio leuior est & subtilior/ hinc in altiore
conscendens locum & non ad flumini relabens. tum quia angustius est flumini orū aluens: quare si exhalatio paulum a loco suo per
uentum dimoueat: relabens extra flumini cadit. Deniq; cum fluuij continue in mare labantur: si qua fluuij pars amaritudinem
conceperit/ ea statim in mare defluct/ cūq; succedet aqua dulcis: quare minime falsedo ea percipietur. Aqua autem maris continue in
suo permanens aluoē manifestam habet falsedinem. Hanc ob rem dixerunt aliqui terram semel fuisse exustam & inde mare suam
habuisse amaritudinem: sed non attenderunt isti facilem ex fundo maris exhalationum eleuationem que vera est falsedinis causa:
ob quam itidem maris harenę relinquuntur adiuuicem dissociatę ob adustionem terrę tanq; parvula grana: perinde atq; cineres li
gno exusto disgregati manent. Calidum enim ea que humore compacta sunt seungit. **C**Septem signa q; mare ob exustas exhalat
iones terrestris ei admixtas sit falsum. **C**Primum. Quia aque australes & in australi/ meridionali q; terrę parte fluentes/ saliores
sunt: similiter & que in autumni principio fluunt. Primum quidem: quia auster ventus est calidus/ & a calido spirat loco: quare
plures eleuat exhalationes/ & plus falsedinis aque maris inducit. Secundum vero: propter adustionem terrę/ pręcedenti aestate fa
ctam: & exhalationes eo tempore eleuatas. que per autumnalis temporis varietatē & inconstantiam aliquando deorsum relabunt
tur/ aliquando aque admixtę permanent/ aliquando vero nouę subleuantur. De aquis autem borealibus opposito accidit modo.
Nam boreas ventus frigidus non eleuat exhalationes: quare boreales aque minus sunt falsę. Aestate autem nimium vehemens est
calor qui totā eleuat exhalationē/ nihil aque pmixtū relinquit: et eleuata sursum ducit neq; permittit deorsū cadere. quare tunc pro
pter teporis serenitatē et in calore regularitatē non sepius exhalatio per aquā trāsit. Hac quoq; ratione aque australes & australes
les/ grauiores sūt: & citius ob terrestrē admixtā exhalationē deorsū cadunt. Quęcūq; enim multi de terrę natura participant: cito
deorsū mouentur ob grauitatis naturā. **C**Secundū signū. Quia aqua maris ceteris potentia calidior est: q; imitetur & habeat na
turā exhalationis ignis. Quęcūq; enim naturā ignis participant: vim quādā calefaciēdi in se habēt. vt ostendūt calcem/ & ani
malū expurgamenta. Nā animalia quorum calidissimi sunt ventres: calidissima habēt excrementa: vt byrundines. Ipsius autē ma
ris ea pars que subtilis est et potabilis: in vaporem resoluta/ sursum a sole eleuatur. Quod si quid aque terrestris & falsę in vaporē
soluit: ipse quoq; vapor falsedine participabit. Et si plus aque falsę fuerit: plus falsedinis vapor habebit. Ipse autē vapor in pluuia
conuersus/ iterū redit deorsū: & a mari resumitur. Nam oēs aque fluunt ad mare. Quare non omnino mare defecere potest/ cum sit
de integritate vniuersi: ceteri autem fluuij qui non sunt de integritate vniuersi defecere quidem omnino possunt: vt nihil eorum
sit. Mare vero secundum aliquam solum partem corrumpitur. **C**Tertium. Si dimittatur vas cereum intus concauum bene claus
sum vt nulla parte intrare possint aque: per poros eius intrat aqua dulcis/ subtilis: & non grossa/ terrestris/ & amara: quia tenuis
similiter eā porū hanc ob suam grossitiem excludunt & non recipiunt. **C**Quartum. Aqua maris ob terrestrē exhalationem admix
tam ceteris grossior & pōderosior est: vt in ea tres remorum ordines habentes & alie magne ferantur naues onuste: & que in
flumine submergerentur. Et pleriq; fecerunt naufragium in fluminibus/ qui tamen incolumes mare transferant: non perpendentes
aquam maris ob suam grossitiem nauium pondus sustinere/ quas fluuij ob maiorem subtilitatem sustinere non possent. hanc itidē
ob causam si quis aquam valde falsam effecerit: in ea supernatant oua a terrestris grossitie sustentata/ que in aqua non falsa demer
guntur ad fundum: id etiam de ouis contingit/ salutaris & aquas falsas quibus carnes aut pisces dolijs conseruantur. Est enim
aqua illa salī admixta: spissa/ & grossa/ & limo per similes. **C**Quintum. Circa Palestinam (vt nonnulli referunt) stagnum est qui
Asphaltus dicitur: in quo si immittatur homo ligatus/ aut equus: supernabit aquę & non submergetur. quod ob exhalationē
terrestrē ipsi aque permixtam contingit: tantam in aqua spissitudinem inducentem/ que valeat iniectum hominem in sublime
sustinere. **C**Sextum. Vestimenta in mari lota sunt fordida: quia ex admixto terrestris aduslo sordem contrahunt. in flumine autem
lota & aqua dulci sunt munda: q; flumina non habeant admixtam exhalationem terrestrē que vestes maculet. **C**Septimum
In Chaonia fons est aquam habens falsam: in dulcem fluuium sibi propinquum decurrens: qui quidem fons ob suam falsedinem
nullos pisces enutrit. Obtinuerunt autem loci illius indigenę ab Hercule/ qui tum ab Heraclea illuc boues adduxit: vt quia pisces
nō haberent in suū vsū ex illo fonte sales facerent. quod eis Hercules amuit. Decoquunt enim partem aquę / & decoctam euapo
rare permittunt: deinde in fundo sales minatos/ candidosq; reperiunt/ alijs salibus falsedine debiliores / sapore pariter & calore
delectabiles. In Arabia autem sales faciunt ex quibusdam calamis & scirpis: quos per combustionem in cineres redigunt. Illos
deinde cineres in aqua decoquunt: que cum partim euaporata & exsiccata fuerit/ relinquitur in fundo salis multitudo. Et (vt in
summa dicatur) omnes fluuiorum falsę guttū: subterranę / & scaturigines: calide esse putandę sunt. Diffinitur enim sal q; sit
adusle terrę species: que frigido & humido in liquorem soluitur/ calido autem & sicco congelatur & induratur: opposto
penitus ad glaciem modo/ que frigido & humido congregatur: & calido & sicco soluitur. Propterea flumina que in locis ha
40 renosis fluunt/ cinerē aut calcē imitari cōspiciunt. **C**Quęstio. Vnde fontes & flumina diuersos habēt sapores/ colores/ & proprietates.

Quare flumina
na eadem ra
tione qua ma
re non sunt
falsa.

Quid est sal?

Responso. Hoc prouenit propter admixtionem terrarum per quas fluunt. Terrae enim quas praeterfluunt eis admiscuntur: sicut cinis aquae per eam transeunt. Cum igitur diuersae sint terrae per quas transeunt fontes & flumina: & ipsa earum quas transeunt saporem & conditionem retineant: & aquae diuersos habent sapes & diuersas naturas. Sunt enim aliqui flumines calidi: quia transeunt per meatus terrae calidos et sulphureos. Et in Sicilia fons est acetosus quo utuntur illius loci populi loco acetum in uorum cibariorum usum & condimentum. Similis naturae fons & apud Lingones esse perhibetur. Circa scythiam uero fons est amarus: qui in vicinum perfluens flumini / totum reddit amarum. Praeter hanc tamen causam scilicet terrarum quas transeunt diuersitatem: alia quoque est causa intrinseca cur fontes & flumina diuersos habent colores & sapes: ut pote eorum forma substantialis. Fons enim a fonte specie differt sicut aqua rosacea ab aqua violacea. **C**irca aquarum in litera posita miracula (quae ex decimo quinto Metamorphoseos Ouidij sumpta sunt: ubi ea ex Pythagora refert carminibus hic adductis) noscere oportet. **C**entauri. **C**entauri (qui & lapithae) sunt Thesalicae populi geminam formam / hominis scilicet & equi gerentes. binc bifformes / bini membra: & semiseri dicti sunt. Hi cum in nuptijs Pyriboi uino incalentes Hippodamem nuptam Pyriboi rapere adorirentur: ab Hercule **T**hesco ceterisque illustribus graeciae uiris uulnerati / profligati & in fugam conuersi sunt: ut refert Ouidius in duodecimo Metamorphoseos. **C**icones populi sunt Thraciae iuxta hebrum flumini habitantes. **C**onstris oris / Samo. Nam haec Pythagora fuit patria: ut Ouidius in Metamorphoseos testatur: de Pythagora loquens. Vir fuit hic ortu Samius: sed su generat vna / & Samon **D**ominos. Est enim Calabria pars Italiae. Samo autem insula est in mari Aegeo / Thraciae adiacens. **C**helestrum ea est motalli mixtura quae ex parte quadam auri & argenti conficitur. De quo Plinius. Aurum in quo quinta argenti portio est / helestrum vocatur. **C**Salmacis nympha fuit vna ex comitibus Dianae / ociosa tamen & ignaua: plus propriae formae quam uenustatis iudens. haec uisum Hermaphroditum Mercurij & Veneris filium amauit: & ipsum in fonte Cariae (in quo nympha suum numen & ius habebat) se lauante complexa est / rogauitque deos ut unum ab eo separari posset: quod & factum est. Nam statim uiriusque sexus uino corpore factus est. Quod ut uidit Hermaphroditus rogauit parentes quae uenirent in eum descenderent fontem: molles uenerunt / & effeminati animo redierunt: quod idem factum esse scribit Ouidius in quarto Metamorphoseos. **C**Amythaone natus / Melampus medicus insignis / Amythaonis filius. de quo Virgilius. Phyllirides chiron / Amythaoni / q. Melampus. **C**Pretides / accusatus pluralis nominis Patronimici pretis idis / quatuor pretis Argiuorum filias. quae cum se Iunoni praeferre pulchritudine auderent: insensa Iuno immisit eis mentis insaniam qua se vaccae esse credebant. Virgilius in bucolicis. Pretides impleverunt falsis mugitibus agros. Haec Melampus ex insaniam huiusmodi liberauit: & cum media regni parte unam earum duxit uxorem. **C**Praeterea miracula hic adducta refert Strabo Geographus libro decimo de situ orbis. Euboici autem amnes sunt Cereus & Nereus. e quorum altero si qua pecus potauerit: alba efficitur. Ab altero uero uellus atrum contrahit. At hoc idem & ad Crathim flumini accidere fertur. quod hoc disticho exprimi potest.

Centauri.

Cicones Samos.

Helestrum.

Salmacis.

Hermaphroditus.

Amythaon. Melampus.

Pretides.

Strabo.

Cereus.

Nereus.

Sunt & aquae: quaedam quae candida uellera nigro Candidaque ex nigro potae in contraria uertunt. **C**ommentarij in secundam Meteororum Aristotelis finis. **C**Primi capitis tertij Meteororum nota. **C**Ab vrsa polo arctico. **C**Etesiae uenti sunt ab vrsa post aestiuales uersiones boreae liquatis niuibz flantes: & de die spirant nocte uero spirare desinunt. **C**Ornithiae uenti sunt ex opposito flantes post solis hyemales uersiones. **C**Austri uero: a meridie spirant. **C**Aestiuales uersiones sunt: sole subeunte Cancrum / quae aestiuale solstitium dicuntur. **C**Hyemales: sole intrante Capricornum, quae brumae dicuntur solstitium. **C**Orietur Canis: sole Leonem subeunte.



Eritus liber Meteororum tredecim capita continet. **C**Primum. Ventorum causas. ipsorum generationem / tria quae exhalatione gignantur signa. **V**nde & quo tempore flent Etesiae / Ornithiae & austri. **V**bi uentorum incipit motus. **C**Ventorum cause. **E**fficiens: Sol & Astra. **M**ateria: exhalatio calida & sicca. **C**Ventorum generatio. **H**alituum (quemadmodum dictum est) duae sunt species. **H**ec calida & humida: quae vapor dicitur. **H**ec uero calida & sicca: quae nuncupatur exhalatio. **E**t sicut celo circulo eleuatur vapor: qui si gido densante ac constringente iterum recidit in aquam, quae hanc ob causam crebrior hyeme atque nocte fit / distribuiturque in omnem terram. Ita a sole & celo eleuata exhalatione gignitur spiritus. **E**t necesse est non modo humida & calida eleuari: sed & calida & sicca / naturaeque igneae: quorum copia in terra plurima est. **E**t apparet ad latus & transierit nunc hac / nunc illac (quemadmodum dicitur) agitari atque flare. **N**ecq; uerum est aeris spiritum & nubem: idem substantia esse. ut aeris in quiete: uenti ipso agitato & ad latus fluente: nubem uero cum defecerit / craffiorque fiat: in pedulo uisibilis apparet. **N**am vapor / calidus & humidus est: ut potetia aqua. huiusque symbolum habet: eleuatur facile stillat in aquam. **E**xhalatio autem calida & sicca: ex qua sumit spiritus. **N**ecq; potest esse aer fluens. **N**am ut de fluuio esse oportet principium aliquod unde fluere incipiat: ita de uentis. quod minimum quod diffinit eum aeris motum & fluere assignare possunt. **C**Tria quae ex exhalatione gignantur signa. **P**rimum. quia sicut multo eleuato uapore maior gignit pluuia / & minore minor: ita multa eleuata exhalatione: fit spiritus maior / & minore minor: & suis temporibus (ut fieri nati sunt) sunt. **H**ic autem pluuiofi / hic uetosi sunt / nunc haec pars anni / nunc haec regio. **S**ed quia spiritus cessare facit pluuia: ita de pluuia uenti. quia sunt contrarii: & contingit alterum in alterum uentum mutari. **E**t eleuato uapore: exsiccata manet terra. ex qua exhalatio expirat / & sursum ducit: uenti materia. quae saepe uapor superior & in frigidat reprimat. **T**ertium. quia plurimi uenti fit ab vrsa & meridie: quia sol inter utrumque meat: & multos eleuat vapores / & exhalationes multas: unde nubes & uenti fiunt. quas non distregat: quia remotus sit / & uirtutis ad hoc inualida. **N**ecessario tamen vapores multos & exhalationes (ut ex uiridibus lignis) eleuat. **E**t ab ortu & occasu & tropicorum loco nascuntur pauciores: quia

4 illic fortitudine materia dispregat & consumat. neque ualde frigidus tempore: quod frigus exhalatione extinguit. **V**nde & quo tempore flent Etesiae / Ornithiae & Austri. **E**tesiae flant ab arctico post solis aestiuales uersiones & Canis ortum: boreae liquatis niuibz & gelu. flantque de die & nocte desinunt. **D**icit enim calor exhalationem eleuare sufficit: & illorum inducere flatum. **N**ox autem frigida / niues in die liquatas regelat / flatumque reprimat: qui nisi orto iam sole & uentos reparante halitus / nouamque praebente materiam flare non incipiunt. **E**t Ornithiae post hyemales uersiones ab opposito nascuntur loco: **E**tesis debiliores / minusque continui. sed interpolles / ac intercisi / quod ad nos uenientes a sole (sub cuius latitudine ipsos ferri oportet) dissoluantur. **A**ustri uero post aequinoctialem uersionem a meridie oriuntur & spirant. **C**ubi incipit uentorum motus. **V**entorum obliquam esse lationem manifestum est: & sursum illius motus est principium. **N**am exhalatio a terra secundum rectum eleuatur: quae sursum (ne altius feratur) offendens obstatulum: ad latus conuertitur & in obliquum meat. **F**it autem id manifestum cum nubes aut caligo pendula fuerit: cuius motum statim spiritu / ut flabello agitante percipimus. ualentiorque fit circa terram: & materiam illic ex qua gignatur habet copiosior. **H**abet itaque deorsum & a terra materiam: sursum uero sic obliquae lationis initium. **E**t sicut flumina ubi ortus principia habent: parua sunt. longius uero procedentia: semper noua reuiuata & materias colligentia / in crescunt / maioraque euadunt: ita & uenti ubi ortum habent / modici / longe uero progredientes: insignes fiunt. **C**Notari primi capitis tertij Meteororum declaratio. **C**Boreae liquatis niuibz / hoc est: niues boreales siue septentrionales & arcticae in liquoribus resolutae fuerint per calorem solis tunc proxime ad poli arctici accedentis: quando est in primo gradu cancri & cum est aestiuum solstitium. **C**Austri uenti sunt a meridionali parte spirantes post aequinoctiales uersiones. **C**Aequinoctiales uersiones sunt sole subeunte arietem / itide libram. **N**epe sole intrante arietem sit aequinoctium uernale: uero subeunte libram: sit aequinoctium autumnale. **C**Canis / celestis imago: oritur cum leuatur sole Leonem intrante circa medium mensis Iulij: reuoluentemque inducit aestum istis inferioribus. binc dies quibus Canis soli coniungitur: Caniculares dicti sunt / ceteris feruentiores.

Canis. Dies canicularis.

1 **P**rimum caput tertij Meteororum primo uentorum causas & generationem continet. **C**Ventorum cause. **E**fficiens / sol & astra sua uirtute calorem in istis inferioribus producentia: quo eleuatur exhalatio calida & sicca / ipsius uenti materia. **M**ateria autem uentorum est exhalatio calida & sicca. non quae uenti forma intra se suscipiat: nam ipsa secundum substantiam manens reipsa est uentus: sed quae uenti ratione suscipiat. **E**st enim alia exhalationis / & alia uentis. **E**xhalatio enim dicitur quae sit spiratio calida & sicca a terra per calorem eleuata. **V**entus uero: quae sit huiusmodi exhalatio calida & sicca lateraliter mota. **C**Ventorum generatio. **S**icut celo circulo terrae circulariter aethere eleuatur uapor / qui in nubem densatus iterum stillat in pluuia: frigore potissimum uaporis in nubem constringente: & idcirco frequentius hyeme & nocte fit pluuia quam aestate. **E**t in die: quae tempore hyberno & nocturno maior sit frigiditas. Ita a sole & astris eleuatur exhalatio. uisq; ad mediae regionis aeris: ex qua gignitur uentus. **N**on enim solum humida & calida scilicet uapores eleuantur ex terra quibus sunt nubes & pluuia. **V**erum & calida & sicca / ignisque natura participantia: quorum in terra magna est copia. **A**t sublata (ut dictum est) exhalatio in media aeris regione perueniens inuenit corpora densa & solida / impediencia eam ne secundum directum sursum moueatur. **P**rohibita itaque recto tramite sursum moueri: ad latus & transierit se mouetur. **E**t apparet nunc ad unam partem agitari / nunc uero ad alteram. **N**ecq; uerum est antiquorum dictum asserentium aerem uentum / & nubem subiecto & reipsa idem esse: ratione uero differre. ut in quinto capite praecedentis libri dictum est. **N**am uapor est calidus & humidus / potentia quidem aqua: qui statim in aquam conuertitur: & aquae symbolus / quia uia qualitate habet ut humiditate aquae conuenienter: & altera scilicet caliditate quae ab aqua discrepat. **E**xhalatio autem est calida & sicca / ignis naturam imitans: & aquae non symbolus: ut a qua utraque qualitate discrepat. **E**xhalatio igitur non est uapor. **A**t nubes fit ex uapore & uentus ex exhalatione: igitur uentus non est nubes. **N**ecq; uentus est aer motus. **N**am sicut fluuius habet aliquod sui motus principium ut mouet illos in quibus oriuntur: & a quibus per fluxum abscedunt: ita uenti habent aliquod principium unde incipiunt flare: ut ea parte a qua eleuatur exhalatio: & ne sursum directe moueatur impedit: & ab illo per continuam flatum elongant. **Q**ui autem ponit uentum esse aeris motum: non possunt principium assignare aliquod unde uenti incipiunt flare: non enim potius in una quam altera quauis parte illud assignare possunt. igitur uentus non est aer motus. **C**Tria quae ex exhalatione gignantur signa. **C**Primum. **S**icut multo eleuato uapore fit maior pluuia / & minore minor: ita multa exhalatione subleuata fit maior uentus: & pauciore minor. **P**inde atque ex multa stupa copiosior fit ignis. & ex pauca minor. **S**ecundum enim materiae quantitate uel maior uel minor effectus producit. **E**t tu pluuia uentus certis / determinatisque temporibus uel nati sunt fieri / sunt. **H**ic ob causam interdum anni sunt uentis admodum abundantes / interdum uero exaridit pluuia. **P**lerumque uia anni pars aut uentos aut pluuias frequentiores habet quam cetera. **S**ic & una regio nonnunquam crebrescens habet spiritus aut pluuias amplius quam alia. **C**Secundum. **V**entus incepta pluuia cessare facit / & pluuia sinit uentum: quia sunt contraria / & uentusque alterum corrumpit / & uentusque uentum. **V**entus igitur ex exhalatione gignit. **E**t postquam uapor eleuatus fuerit quae pluuia sit materia: manet terra desiccata ex qua sustollit exhalatio / sursumque ducit / quae uento materia praestet: quae de exhalatione uapor superiori loco consistit & in frigidum primus saepe numero ne amplius sursum feratur impedit. **C**Tertium. **P**lurimi uenti sunt a parte septentrionali & meridionali: quia sol inter utrumque deccurrit multas sustollit exhalationes uel fiat uentus: quae non dissipantur quae ob nimiam distantiam uirtutis ad hoc sit nimis debilis. **Q**uia igitur radius caloris est distantiore: ita imbecillior. **A** parte autem orientali & occidentali / & loco tropicis intercepto nascuntur pauciores uenti: quia sol illic sua uirtute exhalatione dispregat. **N**ecq; ualde frigidus tempore flat uentus: quia frigus calorem exhalationis extinguit et ea corrumpat. **V**nde & quo tempore flent Etesiae / Ornithiae & Austri. **E**tesiae flant a polo arctico post aestiuale solstitium: cum niues boreae in liquoribus solutae sunt & post Canis ortum. **F**lant autem de die & nocte flare desinunt. **C**alor enim solis eleuat exhalationem: unde hi sunt uenti. **N**ox autem frigida exhalationum eleuationem impedit / pariter & illorum flatum. qui altero die exorto noua parata exhalatione sursum flare incipiunt: perinde atque aqua igni superposita exhalat uaporem: uero deponita est / uaporare desinit: & cum iterum

Quomodo differunt uentus exhalatio.


Quod uentus non est nubes.

Etesiae.

Ornithie. **Austri.**

supponitur / expirat (ut prius) vaporem. Ornithie vero post hibernum solstitium ab opposito celi loco nascuntur. Et estis tamen debiliores & minus continui sed interrupti: quia ab ea celi parte ad nos venire non possunt nisi sub ea celi parte per quam sol continue meat transeat. Cum vero eam celi partem transeunt a solis seruore dissoluntur: inde eos inualidiores & languidiores percipimus. Austri vero a parte meridionali spirant post equinoctialem uersionem aut uernam aut autumnalem. Vbi incipit uentorum motus. Venti neque directe sursum feruntur neque directe deorsum sed oblique transuerse & ad latus: medioque inter utrumque modo. Et a loco sursum scilicet summa parte infimae regionis aeris sui motus habent initium. Exhalatio enim a terra sursum ad mediam usque regionem aeris ducta: inuenit corpora densa & solida / obstantia ne ipsa amplius sursum ferri possit. hinc se ad latus conuertit & oblique mouetur: quod & sensu manifestum euadit / cum nubes aut caligo in aere pendula conspicitur: quae a uento ut flabello quodam ad latus impellitur. Ex obliquo igitur nubis aut caliginis motu: obliquum uenti impellentis motum haud difficile coniectamus. Habent igitur uenti a terra materiam: & a summa infimae regionis aeris parte sui motus principium. Et quemadmodum flumina ubi primum oriuntur parua sunt admodum: sed longius profluentia multas in uia secum aquas & guttas subterraneas colligunt: inde maiora sunt. Ita & uenti ubi primum habent ortum / modici sunt: & longius procedentes ex adiunctis exhalationibus sibiq; sociatis & continuatis maiores euadunt, hinc circa terram ualentiores sunt: q; materiam illis collectam habent copiosiore.

Inhabitabile / male habitabile. Prodrumi uenti octo diebus fere ante canis ortum exorientes. A d circulus cancri. b / circulus equinoctialis. c / circulus capricorni. d / zodiacus. g / circulus arcticus. h / circulus antarcticus. l / polus arcticus nobis apprensus. m / polus antarcticus occultus. Spacium a c d / zona torrida. Spacium a g d / zona media habitata. Spacium g l / zona arctica frigore inhabitata. Spacium c i f / quarta zona & media habitata opposita. k m. zona antarctica frigore ut g l / inhabitata. minor circulus terra est in qua secundum proportionem consimiliter & consimilibus litteris hae quinq; zone sunt signatae. o / mare Indicum. p / mare Gaditanum. q / maris Indici ad Gaditanum & herculeas columnas distantia.



Secundum caput continet cessationis uentorum & commotionis causas. & quinq; zonarum terrae declarationem. Cessationis uentorum causa. Primo. Sol: calore suo nimio spirituum materiam dissipans ac dissoluens / cito terram exsiccans priusq; multum halet exhalationem: uentos cessare facit. Quemadmodum si parum combustibile in magnam ignem proieceris: sepe priusq; fumum emittat aduritur. quapropter circa Orionis ortum & usq; ad Etesias & Prodrumos: maxime fit tranquillitas. Secundo. Idem facit validum frigus poros terrae constringens & nihil expirare sinens. Causa uero his opposita: uentorum faciunt commotionem. Quinq; zonarum uentorū declaratio. quinq; sunt in

terra zone. Vna ubi sol semper discurrens: feruentissima & inhabitabilis est. Secunda inter circulum nostri poli & primam intercepta: quae frigore & est temperata: habitata est. Tertia est arctica: quae sepe a sole plurimum distans: frigore riget: & frigore inhabitata. Quarta est ex opposito secundae inter illam torridam & sole supermeante uisam: & occulti poli circulum media. sic temperie se habens: ut quae est apud nos habitata. Quinta uero est antarctica & uerticis semper latentis. Vnde fit ut terra secundum circulum habitari nequeat. Nam secundum longitudinem quae de polo ad polum attenditur: prohibet nunc frigus / nunc calor. Et secundum latitudinem quae de oriente in occidentem & occidente in orientem existit: defendit aquarum multitudo. Et multum differt habitationis longitudo a latitudine. ut distantia maris Indici ad Herculeas columnas / & ex Aethiopia ad Meotidem & extrema Scythiae loca: est plus q; quinq; ad tria. Nouerunt haec qui navigationes & uias peregerunt: & itinera ipsa & spacia mensurauerunt. Et extrema horum locorum inhabitata manent: haec frigore / haec aestu / haec aquarum immensitate. Et sicut uentos in nostra habitabili collocabimus: consimiles ex parte alterius poli intelligere debemus. Vt sicut a nostro polo spirat Boreas & non pertingit alterum polum: ita quoque ex alterius poli parte alius flat Boreas: qui ad nos usq; nostrumque polum non pertingit. Neque auster ab altero flat polo: sed ab aestualiflat uersione & exusto loco. Ille enim locus propter solis uiciniam non habet aquas: neque pasqua / neque nitentem: propter quorum liquefactionem fieri possint Etesiae. Quia tamen locus ille maior / amplior / & expansior: magnus est auster & uerior Borea / & magis huc pertingens. Sed de his haec nunc. Nunc de uentorum positione dicendum est.

Notandum secundi capitis declaratio. Cum zona aliqua ut arctica / torrida / aut antarctica / inhabitabilis dicitur: particula in / non omnino negat sed difficultatem atq; molestiam habitationis designat. Est enim zona inhabitabilis: egre / male / & difficulte habitabilis. Et cum aliqua celi zona aut habitata / aut inhabitata dicitur: haec denominatio a simili zona terrae illi parti celi subiecta sumi intelligenda est. ut zona

celi habitata est: cui pars terrae directe subiecta / habitata est. Contra uero zona celi inhabitata dicitur: cui zona terrae respondens & supposita / inhabitata est. Prodrumi sunt uenti aquilonares: sic graeco nomine dicti quasi praecurrentes: q; canicule exoritur. Prodrumi tum dies fere octo antecedant. Sic Etesiae itidem aquilonares sunt: ita graeca appellatione dicti quasi anni (Etesiam annum signifi- cant) q; ex omnibus uentis hi maxime sunt: ita determinati / singulisq; & determinati / singulisq; annis eodem tempore redeant. Quinq; in caelo esse zone nascentis partes / & circulos / supponunt astronomide quibus Virgilius primo libro Georgicorum,

Quinq; tenent caelum zone: quarum una eborusco Semper sole rubens & torrida semper ab igni Quam circum extremae dextra leuataq; trahuntur:

Dextra: polo arctico. Leua: polo antarctico.

Cerulea glacie concretae atq; imbribus atris. Has inter / mediamque duae mortalibus agris Munere concessit diuum. Quibus quinq; in terra respondere / Zonas Ouidius in primo suae Metamorphoseos ostendit.

Viq; duae dextra caelum / totidemq; sinistra Parte secant zone: quinta est ardentior illis. Sic omnes inclusum numero distinxit eodem Cura dei: totidemq; plagae tellure praemittuntur. Quarum quae media est: non est habitabilis aestu. Nix tegit alta duas: totidem inter utraq; locant. Temperiemq; dedit mixta cum frigore flamma.

Quinq; prima caeli zona (quo bic notantur ordine) est pars caeli circulo cancri & capricorni intercepta: per quam semper meat sol. Et hinc torrida dicitur: ex illa nuncupatur / & clauditur circulus a d / c f. Secunda zona est pars caeli inter torridam zonam & circulum arcticum contenta: & media dicitur: quia inter feruorem & summo rigorem mediat: utriusque aliquid participans. hinc est uis frigore temperata / habitata est: & continetur circulis a d / g h. Tertia zona scilicet arctica est pars caeli polo arctico proxima & circulo arctico clausa. & haec propter nimiam solis distantiam / frigore inhabitata est: & clauditur circulo g h & parte circuli arctici g l h. Quarta caeli zona est pars caeli inter zonam torridam & circulum antarcticum clausa: & haec inter una uelut meior feruida / & altera admodum frigida intercepta / temperata est & habitata: clauditurq; circulis c f / i k. Quinta est antarctica: & pars caeli polo antarctico proxima & circulo antarctico comprehenditur: & propter nimiam solis elongationem perpetuo frigore riget inhabitata: & continetur circulo i k & parte circuli antarctici i m l. Quibus quinq; in terra respondentes zone in litterae expositione nominantur. Mare Indicum est quod fluit per Indiam / quae regio est orientalis: quare id mare orientale est. Mare autem Gaditanum est quod fluit in Gadibus / extrema Hispaniae insula: & in occidentia mundi parte posita: & ipsum mare occidentale est. Est ergo o p distantia orientis ad occidentem. Cum autem Aethiopia sit circa meridiem & torridam zonam: Meotis / extremaq; Scythiae loca circuli septentrionis & arctici: distantia ab Aethiopia ad Meotidem est a meridie ad septentrionem. Et cum haec sit pars terrae habitata secundum latitudinem / non compleret quartam partem circuli: illa uero q; p o p designat sit pars terrae habitata secundum latitudinem: q; fere continet semicirculum sine medietate circuli: & lat q; p s terrae secundum latitudinem a uentis habitata fere est dupla ad partem terrae habitatae secundum longitudinem. hinc recte dicit littera: q; habitatio terrae secundum latitudinem ad eius habitationem secundum longitudinem est plusq; quinq; ad tria. Est enim ut sex ad tria: paucis admodum excepta particula.

Secundum caput causas cessationis uentorum continet: q; duae sunt. Prima est nimia a sole in infima regione aeris producta caliditas: & exhalatione uentorum materia dispergitur: & dissoluitur: citoq; terrae exsiccata antequam nihil expirat exhalatione: perinde atq; paruū liquorū magno igni immixtus sepe coloritur: antequam fumū emittat. Quare circa Orionis ortum (q; sit oriente sagittario ut primo Meteororum libro annotatum est) usq; ad Etesiarum & Prodrorum ortum: maxima sit aeris tranquillitas & uentorum uacuitas. Secunda causa est ualida frigus: quod poros terrae & hinc uentus non sunt exhalationes expirare: quae futuris uentis materiae habeant. Causae autem oppositae scilicet temperatus calor & temperatum frigus sunt causa commotionis uentorum. quare frequentiores uere & autumno q; aestate aut hyeme sunt uenti. Quinq; zonarum terrae declaratio. Quinq; sunt in terra zone: ad zonarum celestium situm & numerum sumptae. Prima est torrida super quam sol semper mouetur: calidissima & ob ualidum aestum inhabitabilis: & nominatur a c / d f. Secunda est media inter circulum arcticum & primam zonam: frigore & calore temperiem habens: & a nobis habitata: ut spacium a g d h in minori circulo signatum. Tertia est zona arctica: polo arctico subiacens. Et haec a sole plurimum elongata: propter uehementiam frigoris inhabitata est. & est spacium minoris circuli g l h. Quarta est media inter zonam torridam & circulum antarcticum (qui occulti poli circulus est) & est temperata calore & frigore sicut nostra habitata: ut spacium minoris circuli c f / i k. Quinta est zona antarctica: polo antarctico nobis semper occulto subiecta. quae plurimum a sole distans inhabitata est: ut arctica sibi opposita. & est spacium minoris circuli i m l. Ex his manifestum euadit q; terra secundum circulum & totam eius circulearem ambitum habitari non potest. Nam secundum longitudinem eius quae attenditur de polo arctico ad polum antarcticum: prohibet eam secundum circulum habitari zona arctica & antarctica frigus: similiter & zona torridae calor. Secundum autem eius latitudinem quae attenditur de oriente in occidentem / dextro scilicet in sinistram: prohibet eam secundum circulum habitari aquarum multitudo: ut maris Indici & Gaditani amplitudo: quorum hoc occidentem illud uero orientem perluit. Et multum differt habitationis latitudo ab habitationis longitudine: ut distantia maris Indici ad mare Gaditanum & Herculeas usq; columnas: quae est habitationis latitudo de oriente in occidentem sumpta: ad distantiam quae est ex Aethiopia regione meridionali & adiacente torridae zone ad Meotidem paludem & extrema Scythiae loca: q; sit ad septentrionem q; quid est habitatio terrae longitudo est plusq; quinq; ad tria / siue in maiori proportione q; sunt quinq; ad tria: q; est suppositis: ternatur ex parte a habitatione q; terras et spacia dimensio. Horum autem locorum extrema / orientis / occidentis / septentrionis / meridies / inhabitata sunt: alii ob nimiam frigus ut septentrionem / alii ob aestum ualidum ut meridiem ad aequinoctialem uergetes: alia uero ob aquarum immensitatem: ut extrema orientis & occidentis.

Mare Indicum. Mare Gaditanum.



Et quem admodum venti in nostra terra habitabili collocantur: ita similes ex parte alterius hemisphaerii/poliq; antarctici intelligi debent. Vt sicut a polo arctico qui nobis semper apparet flat boreas: polum oppositum non pertingens ita ex parte poli antarctici alius spirat boreas qui ad nostrum non peruenit polum. Austere autem ab altero nobis occulto non spirat polo: sed a circulo cancri & torrida zona. Nam is locus propter solis propinquitatem non habet humorem neq; pasua neq; niuem propter quorum in liquores resolutionem possint fieri. Et hinc. Quia tamen locus ille terrae qui torridae celi zonae subiectus est: maior est: tior & amplior (est enim torrida zona zonarum celi maxima: quare & pars terrae ei supposita ceteris terrae partibus maior est) idcirco magnus ex illo loco flat auster: & copiosior boreas: magisq; ad nos usq; pertingens.

Tertij capitis nota

Oriens equinoctialis est ubi sol oritur quando intrat arietem. Aestiuus ubi oritur quando intrat Cancrum. Hyemalis vero ubi oritur quando intrat Aegocerotem. Et consimiliter occidentis equinoctialis/aestiuus/hyemalis ubi in illis signis occidit. Aegoceros/Capricornus.

- | | | | |
|---|-------------------------------|---|----------------------------------|
| a | Subsolanus/Apeliotas. | b | Fauonius/Orius. |
| c | Auster. | d | Boreas/Septentrio/Aparchias |
| e | Phenicias/cecias/belespontius | f | Africus/Libi/Notus |
| g | Eurus/uulturus | h | Corus/zephyrus/argestes/Olympias |
| i | Euroauster. | k | Trasceas |
| l | Libanotus | m | Aquilo/Meses. |

Meses simplo f dicitur: q. Boreae & Pheniciae medius sit.



tertium cap. continet ventorum situationem, & qui adiuuicem sunt contrarij. Eorum naturas & complexiones. Quomodo venti situentur, & qui adiuuicem sunt contrarij. Id hoc modo deprehendimus. Intelligatur circulus horizon (est enim is circulus: qui partem celi visam dirimit a non visa). Sitq; a oriens equinoctialis punctus, b. occidentis punctus ei oppositus. Et intelligatur recta a b. Sit iterum c punctus meridiei. d ad visam punctus oppositus. Et ducatur linea c d quae diametraliter secabit a b. Intelligo praeterea epunctum orientis aestiuale: & f punctum occidentis oppositum: eorum vero lineam e f. g punctum oriens hyemalis. h punctum occidentis oppositum: eorum lineam g h. Intelligo denique i punctum medium inter g oriens hyemalem & c punctum meridiei: & k eius oppositum; & eorum lineam i k. Et l punctum inter f occidentem aestiualem & punctum meridiei: m vero punctum oppositum: & eorum lineam l m. His itaq; duodecim punctis signatis & eorum ductis lineis: duodecim in ipsis ventos situamus in nostro hemisphaerio: & totidem & consimiliter sub altero hemisphaerio locare decebit. Ventus vero quem situamus in a oriente equinoctiali: & ab ipso flatum ducens: Subsolanus vocatur. Flans vero a puncto b occidentis opposito: Fauonius ei contrarius. Sumuntur enim secundum diametrum: secundum quam plurimum distant. Hos autem supponimus esse contrarios. Quem locamus in c: auster. Et qui in d eius opposito: Boreas ei contrarius. Qui in e oriente aestuali insurgit: Phenicias, ei contrarius in f africus. Qui in g oriente hyemalis: Eurus, ei contrarius in h: Corus. Qui in i: Euroauster. ei contrarius in k: Trasceas. Qui in l: Libanotus. ei vero contrarius in m: Aquilo. Et hi praecipui sunt venti: modo quo positi sunt adiuuicem contrarij. Vnde a & c Subsolanus & auster / & i vniuersaliter qui secundum eandem diametrum non sumuntur: contrarij non sunt. Et hi quatuor / Subsolanus / Fauonius / Auster & Boreas: omnium principalissimi sunt. Et australes sunt calidi / Boreales frigidi / Orientales minus austris calidi / occidentales vero minus borealibus frigidi. Et plures venti ex parte Boreae gigni videntur: quia illic plurima nix & aqua: quae vbiq; liquata spiraminum materiam praestet. Eorum naturae & complexiones. Venti contrarij: secundum diametrum se simul flare non permittunt: sed violentior debiliori obluatur / violentiamq; infert: & ipsum cessare cogit. Venti oppositi maxime flant circa tempora opposita. Vt Phenicias circa equinoctium veris / Africus circa Autumnale / circa aestatem Zephyrus / circa hyemem Eurus. Oppositi venti idem aut oppositum faciunt. Vt Eurus & Corus in principio sicant. Auster calet / Boreas algidus est. Et feriem sequendo: Subsolanus / Phenicias / & Eurus / tepidi sunt. Eurus in principio siccus / consumans aquosus. Subsolanus: minus siccus. Phenicias: non serenus. trahit enim ad se vapores & nubes. hinc exiit proventus. Trahit ad se malum: sicut Cecias nubem. & est humidus. Fauonius / Africus / & Corus / suffrigidi. Corus siccus in principio: aquosus in fine. Auster / Euroauster / & Libanotus / calidi sunt. Auster: noxius.

Libanotus / magis humidus: vicini Africi & noti naturam participans. Sereni sunt Boreas / Trasceas / Aquilo. alios cessare faciunt: prope flantes & vehementes. Aera purgant: hinc serenitatem adducunt nisi sint vehementia frigidi. tunc enim plus coagulant & cogunt q; propellant. Boreas grandinosus / Aquilo nituosus: frigidissimi / maxime corruccationem facientes. Et Corus cum his in natura conuenit. Boreas saluberrimus. Et de ventis tantula sufficiant.

Notarum tertij capitis declaratio.

Vbi sol oritur quando intrat libram: etiam oriens equinoctialis dicitur / sed autumnalis: cum autem intrat arietem est equinoctium vernum. At eadem parte sol oritur in equinoctio verno sicut autumnalis: quare hic alterum tantum nominatur. Et quem admodum oriens: ita & occidentis triplex reperitur.

Occidentis equinoctialis est vbi sol occidit quando intrat arietem aut libram.

Occidentis aestiuus est vbi sol occidit quando intrat Cancrum.

Occidentis hyemalis est vbi sol occidit quando intrat capricornum.

At quia quolibet anni tempore idem est meridiem & idem septentrio: non sumuntur venti meridionales & septentrionales per diuersitatem temporum sicut orientales & occidentales: sed medij per extremorum quibus intercipiuntur habitudinem: vti euroauster medius est inter orientem hyemalem & meridiem. k trasceas medius est inter occidentem hyemalem & septentrionem. l libanotus medius inter meridiem & occidentem aestiualem. m aquilo medius inter orientem aestiualem & septentrionem. Et pleriq; istorum nomen sumunt a ventis extremis: vti euroauster. Poetae praecipuum ventum orientalem: eurus dicunt / occidentalem vero zephyrum. Septentrionalē autē (vbi hic Aristoteles) boreā vocat / & meridionalē / austrū. Quod Manilius hoc carmine expressit.

Aster ab axe ruit boreas / fugit eurus ab ortu.

Auster amat medium solem / zephyrusq; profundum.

Eurus ad auroram / Nabaetheaq; regna recessit:

Persidaq; & radijs iuga subdita matutinis.

Vesper & occiduo quae littora sole tepescunt:

Notum esse nubiferum / & humidum atq; imbriferum pulchre describit Ouidius.

Madidus Notus euolat alis.

Terribilem picea telus caligine vultusq;

Boream itidem esse violentum & vehementem his carminibus idem innuit: in quibus eum vti loquentem describit.

Apta mihi vis est: hac tristitia nubila pello.

Hac freta concutio / modo saq; robora verto.

Induroq; nives / & terras grandine pulso.

Idem ego cum fratres caelo sum naclis aperto:

(Nam mihi campus is est) tanto molimine lucor

Et Ouidius in sua Metamorphosi.

Proxima sunt zephyro / scythiam septemq; triones

Horriser inuasit boreas: contraria tellus

Nubibus asiduis / pluuiosq; madescit ab austro.

Barba grauis nimbis / canis fluit vnda capillis:

Fronte sedent nebulae / rorant pennaeq; sinisq;

Vt medius nostris concursibus insonet aether:

Exiliantq; cauis elisi nubibus ignes.

Idem ego cum subij conuexa foramina terrae:

Supposuiq; serox imis mea terga lacertis:

Sollicito manes / totumq; tremoribus orbem.

8 Tertium caput situm & positionem ventorum continet quae hoc modo cognoscitur. Intelligatur circulus horizon in nostro hemisphaerio: in cuius circumferentia duodecim signentur puncta: & a puncto ad punctum oppositum ducatur linea recta diametralis: per centrum terrae transiens / & extremitates suas horizonis circumferentiae applicans. quae quidem puncta sunt haec.

- | | | | |
|--|---|---|---|
| 1 | A punctus orientis equinoctialis. | 2 | B punctus occidentis equinoctialis. |
| 3 | C punctus meridiei. | 4 | D punctus septentrionis. |
| Et linea c d duobus extremis & finalibus punctis clausa c & d / secet diametraliter lineam a b / hoc est secet eam in centro: & vtrinque duos angulos rectos constituat / immo & superius & inferius simul constituat quatuor rectos. Et ita de quibuscumq; alijs duabus lineis se orthogonaliter intersecantibus. | | | |
| 5 | E punctus orientis aestiuus. | 6 | F punctus occidentis aestiuus ipse oppositus. |
| 7 | G punctus orientis hyemalis. | 8 | H punctus occidentis hyemalis. |
| 9 | I punctus medius inter g orientem hyemalem & c punctum meridiei. | | |
| 10 | K punctus medius inter h occidentem hyemalem & d punctum septentrionis. | | |
| 11 | L punctus medius inter f occidentem aestiualem & c punctum meridiei. | | |
| 12 | M punctus medius inter e orientem aestiualem & d punctum septentrionis. | | |
- A puncto autē ad punctum oppositum ductis lineis / in vnoquoq; puncto vniuersus constituet ventus: & suo ordine constituti sunt ita diffiniedi.
- | | | |
|---|----|---|
| A | 1 | Subsolanus est ventus ab oriente equinoctiali ortum ducens. |
| B | 2 | Fauonius ventus est ab occidente equinoctiali exoriens. |
| C | 3 | Auster ventus est a meridie spirans. |
| D | 4 | Boreas est ventus a septentrione flatum ducens. |
| E | 5 | Phenicias est ventus ab oriente aestuali flans. |
| F | 6 | Africus ventus est flans ab occidente aestuali. |
| G | 7 | Eurus ventus est ab oriente hyemali ducens originem. |
| H | 8 | Zephyrus siue chorus est ventus spirans ab occidente hyemali. |
| I | 9 | Euroauster est ventus inter Eurus & austrum medius. |
| K | 10 | Trasceas ventus est inter zephyrum & boream c. llocatus. |
| L | 11 | Libanotus est ventus inter austrum & africum interceptus. |
| M | 12 | Aquilo est ventus pheniciae & boreae interpositus. |

Supponimus autem ventos secundum diametrum sumptos esse contrarios: ut subsolanum & fauonium/austrium & boream. Ros autem qui secundum eandem diametrum non sumptus non esse contrarios: ut subsolanum & austrum/fauonium & boream. quare cuilibet vento tantum vnus est oppositus: plures autem sunt non oppositi. Et hi quatuor: subsolanus/fauonium/auster/et boreas: precipui sunt & principales venti q. a quatuor precipuis nostris horis orientis oriuntur punctis: scilicet orientis/occidentis/meridiei/et septentrionis. Et habet vnusquisq. eorum duos sibi laterales & minus principales: subsolanus/eurum & pheniciam. Fauonium/africum & zephyrum/auster: euroaustrium & libanotum/Boreas: aquilonem & traieeam. Quare & principalem ventum & minus precipuos connumerando tres sunt venti orientales. Eurum/subsolanus/phenicias. Tres occidentales: Aphricus/fauonium/zephyrus. Tres australes: euroauster/auster/libanotus. Tres septentrionales: Aquilo/boreas/et traieeam. Quorum quidem haec est natura. Australes calidi sunt/quia a calido spirant loco scilicet torrida zona. Boreales autem frigidi: qui a gelido flat loco vt pote a polo arctico. Orientales sunt minus calidi australibus/occidentales vero minus frigidi borealibus: q. hi a loco nascuntur propinquiori soli q. sit septentrio: illi vero a loco remotiori q. meridies. Ex parte autem septentrionali plures venti gignuntur: ex alijs celi partibus: quia ibi multa est nix & glacies quae in humorem resoluta copiosorem ventis materiam praestant. Non enim solum ex exhalatione/verum etiam ex uapore venti gignuntur. Ventorum natura & conditiones. Prima. Venti contrarij secundum diametrum se simul spirare non permittunt: simul inquam/hoc est eodem tempore & secundum idem aeris spacium. Nihil enim prohibet eos secundum diuersa aeris spacia flare: vt vnum stagnare circa terram/et alterum in supra in fine regionis aeris parte: sicut duo flumines contrario modo fluentes non permittunt se simul fluere in eodem alveo sed valentior fluminis debiliorem a proprio motu cessare cogit & secum rapit: ita quoq. & ventus vehementior imbecilliori vim infert/et reuelantem secum abducit. Secunda. Venti oppositi potissimum flant circa tempora anni opposita: & quae oppositis respondent signis zodiaci. Vt Phenicias flat circa vernum aequinoctium/cum sol intrat arietem. Africus autem ei oppositus flat circa aequinoctium autumnale/cum sol intrat libram. Zephyrus flat circa aestatem sole intrante cancerum. Eurum vero ei oppositus flat circa hyemem & sole intrante capricornum. Tertia proprietates. Venti oppositi idem faciunt aut oppositum: hoc est eandem proprietatem/qualitatemq. produciunt aut oppositas. Vt Eurum & Corus oppositi sunt & idem faciunt: nam vterq. in principio siccat. Sic auster & boreas oppositi sunt & oppositum faciunt: nam auster calidus est/boreas autem frigidus. Et ventorum ordinem sequendo. Subsolanus phenicias & Eurum tres orientales tepidi sunt. Eurum in principio quidem siccat/consumans autem & in fine: aquosus. Subsolanus autem minus euro siccat est. Phenicias vero est non feruens sed nubilus: quia ad se vapores & nubes attrahit futurae pluuie materiam. Hinc frequens est ad agium/tritumq. prouerbum. Trahit ad se malum sicut Cecias nubem. Est etiam phenicias (qui & cecias dicitur) humidus: & proinde pluuiosus. Fauonium/africus/et Corus tres occidentales: sunt paululum frigidi: aliquid tamen habent caliditatis. Corus quidem siccat in principio/et aquosus in fine: sicut eurum ei oppositus esse prius dictus est. Auster/euroauster/et libanotus tres meridionales: calidi sunt. Auster quidem noxius & pestilens: Libanotus autem magis humidus est q. africi sine notis sibi vicinij immo proximi naturam participet/conditionemq. sequatur. Boreas/traieeam/et aquilo tres septentrionales: ferui sunt/et ventos alios sua violentia cessare faciunt/propere terram flantes/et multum vehementes. Purgant aerem/et serenitatem adducunt nisi sint vehementer frigidi: nam tunc frigiditate sua plus congregant exhalationes q. depellant. Boreas multum grandinis flatu afferens: Aquilo vero niuem copiosam producens/frigidissimi sunt & maxime choruscationem faciunt. Corus autem propter viciniam (vt qui traieeam sit proximus) cum bis in natura conuenit. Boreas autem saluberrimus est. Sed de his haec lenus.

Quarti cap. note.

Ruina/casus.



Vartum cap. continet tres de terrae motu opiniones, primae reprobationem, & tertiae tribus rationibus. Tres de terrae motu opiniones. Prima est Anaxagorae. Inquit enim Anaxagoras Clazomenus partem sphaerae quae sit pra nos est: sursum esse/ & quae sub pedibus: esse deorsum. & aerem natum sursum ferri. qui in eius inferiora concava incidens/immo vero ab inferiori parte totum quatens: facit terrae motum. Sed haec causa vsq. adeo exilis & parua est/ siumq. prodens defectum: vt vix reprobatione egeat. Stultum est enim putare ignem in altro horizonte non similiter ad caelum ferri: sicut in nostro habitato apparet. & illic caelum non esse sursum: terram vero in medio globosam vt hic deorsum. Et q. ab inferiori aere concussa tremat & moueatur: hoc terrae motus non conuenit accidentibus: nam vbiq. tremeret. Tremet autem certis in locis/regionibus/atq. temporibus. Secunda est Democriti. Dixit enim Democritus (sint) exuberans facit terrae motum: & terram in concava decidere. Tertia est Anaximenes Milestus. Inquit enim terram deplutam siccat/ & fortiter siccatam rumpit: & ab his frustis ruinam/precipitumq. facientibus concuti/ fieriq. terrae motum. Hinc quoq. fit in magnis siccitatibus fieri videri/ & etiam in pluuiosis: q. superhumectata ruinae iam praeparata cadat. Sed non ita esse videtur. Primo. Quia oportet terram iam multipliciter subuersam/ruinamq. fecisse: apparere. Secundo. Quia haec causa esse non potest circa aliqua loca frequenter tremantia: vbi talis excessus ad alia non est. Tertio. Quia oportet semper minores & pauciores terrae motus futuros expectare/ & tandem cessare: q. terra tantum decidit vt non amplius sit terrae tremor futurus. hoc autem esse non potest, quare neq. haec causa esse: existimandum est.

Quarti capitis prima de terrae motu opinio est Anaxagorae dicentis partem caelestis sphaerae quae supra nos est esse sursum: & quae in altero hemisphaerio sub pedibus nostris esse deorsum. Dicit idem alterius hemisphaerij aerem ibi deorsum

detentum/esse natum sursum ferri: qui in inferiora terrae antra incidens immo a parte inferiori totam terram concutens impediens tem ne recto spacio sursum feratur: facit terrae motum. Sed non recte sentit Anaxagoras caelum in altero hemisphaerio esse deorsum. Sicut enim in isto hemisphaerio caeli concuum/sursum est simpliciter. ignis concuum: sursum secundum quid/aeris: deorsum secundum quid/ & aquae: deorsum simpliciter. ita & in altero. Et quod ait aerem natum sursum moueri: id verum est in suo hemisphaerio. vt aer huius hemisphaerij in hoc hemisphaerio sursum mouetur/ & aer alterius in altero: sed non est natus aer alterius hemisphaerij moueri ad locum sursum istius directe: quia tunc prius deorsum moueretur scilicet ad concuum huius aquae & aeris. quare non oportet inferiorem aerem detrudere terram/et eam conari suo loco dimouere. Quae etiam terra ab aere inferiori agitata tremat: non conuenit ipsius terremotus proprietatibus. nam cum totus aer terram repelleret scilicet vnaquaeq. pars aeris partem terrae sibi respondentem: & id vbiq. semperq. faceret/ cum semper conaretur sursum moueri: tota terra vbiq. tremet & semper/ quod falsum est. Tremet enim terra in certis locis/ in vno scilicet & non simul in alio/ in certis regionibus/atq. temporibus. Secunda opinio est Democriti dicentis terram esse plenam aqua/ & in suis concavitatibus multam ex pluuia aquam suscipere: quae quidem aqua: cum plena sunt terrae susceptacula/exuberans & effluens: terram concutit/ & facit terrae motum. Inde contingit postquam effluerit aqua: terram in concava illa loca decidere et absorberi. Sed falsum est terram esse aqua plenam. Est enim solida suisq. partibus plena & non concava: quibus nonnullae sunt in terra voragines/ & lacum ab aquis exese. perinde atq. globum intellexeris solidum in aqua: quae rimas ligneo globo inducens/ in interioribus suscipiatur partibus. Sed quota portio terrae aquis oppletur: aut intra se aquam suscipit: falsum est etiam terrae motum fieri per aquam: quia interdum cum sit terrae motus effluit aqua/ vt sequens caput ostendit. Tertia opinio est Anaximenes Milestus dicentis terram pluuia humectata a sole desiccari/ & vehementer desiccata ambrumpi: perinde atq. glebae terrae prius humore conglutinatae per siccitatem disiunguntur. Ex illis autem frustis & terrae partibus violente deciditibus inquit Anaximenes terram concuti/ & fieri terrae motum. Hinc in magnis siccitatibus (inquit) videtur fieri terrae motus & in temporibus lociq. pluuiosis: quia terra pluuia aspersa & deinde desiccata iam parata vt corrumpat/decidit. Sed haec non recte asserit. Primo. Quia si terra tremet propter abruptam partium ruinam: apparere oculis nostris deberet terra multipliciter subuersa/ & facisse ruinam. Non enim possit ab ea ptes sepius abrupi: et tñ nos latere. At nihil tale passa terra conspicit: no igitur haec ob causa tremet. Secundo. Si terra propter asperione pluuie/ & siccitatem suam partium distractione/ pateat ret tremore: in locis frequenter tremetibus & crebrior pluuia/ deinde desiccatio/ & deniq. partium terrae abruptio fieri deberet. Vbi enim frequenter effectus: illic & frequenter causa. At in illis locis no conspicitur partium terrae separatio facta/ neq. ruina in praecipis. igitur illa non est causa terrae motus. Tertio. Quia si per subtractionem partium terrae fieret terrae motus/ cum semper minores restare deberent partes abruptendae: minores semper & pauciores futuri essent terrae motus. immo cum tandem tota decidit terra (nam finitum omne per finitae partis ablationem tandem consumitur) nulla amplius terrae pars futura tandem esset quae decidere posset. quare nullus esset amplius terrae tremor futurus. Id autem falsum est. nam quod huius mundi constabit ordinatio. futurum esse terrae motum necesse est/ sicut futuros ventos & fluuios. non igitur hoc modo (quo posuit Anaximenes) fit terrae motus.

Quinti capitis note.

Hellepontus/ Ilicium mare: quod a Tenedo famata in conspectu Troiae insula ad Propontidem protenditur. Euboia/percelesbris insula/ Atticae adiacens. Spasmus/corporis contractio. Tetanus/spasmi species.



Vintum cap. continet causas terrae motus, eius generationem. Decem q. ab exhalatione proueniat: signa. Et septem eius accidentia. Terrae motus causa se. Efficiens: sol & Astra/ & spiritus terra inclusus. Materia: exhalatio. Causa generatio. Terra naturaliter sicca est: atq. multitudinem in se continens: q. a sole calefacta & multis (quae in se tenet) igneis corporibus: multum spiritum intra se concipit: qui quia subtilissimus/oculissimus/ & vehemētissimus est huc/illuc euagatus & discurrens terra vehementer concussa: plerumq. eius motum & tremorem parit, quare enim exitum: & in suum locum euolare. At aliquando totus exit: flamma plerumq. ex collisione concepta. Aliquando vero sine flamma: aliquando pars exit/pars autem altera contracta atq. clausa manet. vnde fit vt neq. aer neq. aqua faciant terrae motum. Decem signa q. ab exhalatione & spiritu proueniat terrae motus. Primum. Quia plurimum fit tranquillo tempore: q. exhalationes pluri me in terra sint reclusae. Et q. to plures: maior fit: quanto vero pauciores: minor. Est enim spiritus contentus: quem oportet aut intra aut extra fluctuare. Secundum. Quia maxime fiunt de nocte & circa dilu culum: quia soleant tunc incipere flatus. & in meridie: si contingant in die. quia sol maxime obtineat/ & exhalationem declinet in terram. Tertium. Quia circa subter antrofa/subterq. inania loca (in quae defluit mare) sepe intremiscit tellus. Hac de causa sepe fit circa Hellepontum/Achiam/Siciliam/Euboiam/ & therme circa Epidisum factae sunt. Fit enim illic angustia. & maris multitudo in terram spiritum sterum repellit efflare nitentem: angustat/atq. premit. Quartum. Quia maxime fiunt terrae motus vere & autumno temporibus pluuiosis/ & in siccitatibus. quia enim haec tempora ventosa sunt & pluuiosa: prebent multam in terra exhalationis generationem & occasionem. sic autem illam reclusam monstrant/ & ad spirituum generationem aptitudinem. Quintum. Quia spirituum impetum/ vimq. agitant praualidam percipimus non modo in aere: vbi solidiora robora velluntur/ edificia funditus evertuntur. sed & in corporibus animalium: vbi sepe spiritus clausus facit tremorem/ quod & sepe accidit post vrinem emissionem: & sepe membrorum contractionem/ & spasmodum inducit & Tetanum. Et aliquando vsq. adeo membra valide agitat/ mouet & concutit: vt intremula & quieti teneri haudquaquam possint. Obtinere itaq.

in terra nonnunquam spiritum: verisimile existimare oportet. Sextum. Quia temporibus nostris accidit terrę motus: qui prius non desinit quę ventus egressus fuisse videtur. Septimum. Quia circa Heracleam in Ponto idem accidit. Factus enim extitit terrę tumor vt collis: quo tandem distentione rupto ingens & multus erupit ventus/ignem & cineres elens. & Lipareorum urbem non longe hinc existentem ambussit: vertitque in fauillas. Et flatum dirigens in Italiam: vrbibus Italicis multa attulit in commoda. Quod & prius accidit circa sacram insulam: quę est vna Eoliarum insularum. Octauum. Quia sepe soni ex exhalatione conficta causantur: quemadmodum longe sonus maris repercussus exauditur. Nonum. Quia paulo ante terrę motum sol obscurus sine nube videtur: hoc enim facit apparere egrediens spiritus. & ad auroram tranquillitas & frigus: ob spiritum calidum reclusum. Et post occasum serenitate existente: nubecula stricta & longa porrecta videtur vt terrę motus pronuncia. quemadmodum in maris fluxibus accidit precurere tenuem vnam: quam gens maris finitima: aquę filium nuncupat. Decimum. Quia sepe circa lunę eclipses contingunt terrę motus: quę tunc marcescat calidum & eo tempore flatus agitari soleant. Terrę motus septem accidentia. Primum. Terrę motum ad quadraginta dies se extendere contingit: & visus est aliquando per duos annos circa eadē loca perdurasse. Hoc enim facit spiritus multitudo & laterum terrę concussorum soliditas & præstata reluctantia: vt spiritus animalium corporibus clausus non repente cessat: sed longa mora fit marcidus. Secundum. Fiant soni in terrę tremoribus. Nam percussus aer & spiritus/omni modos emittit sonos: itidem & percussus. Nihil enim differt. Repercutitur enim repercutiens omne. Et præuenit sonus terrę motum. nam magis spiritus: per omne penetrat sonus. Et si exhalatio non sufficeret agitationem inducere: sonus sine terrę motu audiretur. quod sepe iam accidisse visum est. Offendens enim spiritus ad solidas moles/omni modorum figurarum: omni modos edidit sonos pro varietate cavernarum/cuniculorum/atque antrorum diuersos: vt aliqui aliquando prodigia enarrantes dixerint visam nonnunquam mugisse terram. Tertium. Cum terrę motu aliquando magna aquę multitudo erupit: quę exhalatio eam extra pepulerit: vt aquę fluctus nonnunquam extra terminos. Et circa Achaiam contrariis spiritibus/interiore: boreæ motum imitante/extra vero austro: factus est terrę motus & apertio: & tanta maris eruptio pellente austro: vt Cataclysmus factus sit. Et aquę: terrę motum non faciunt: Patiuntur enim solum. Spiritus autem illius (vt dictum est) causa est & principium: & vt spiritus sedimentum factus est Cataclysmus. Quartum. Terrę motus secundum modicam terrę partem fiunt: spiritus autem secundum ipsius amplitudinem. Quintum. Interdum fit multe exhalationis in latum (vt tremor quidam) agitatio: interdum in altum vt quidam pulsus. Et qui fit in altum plus agitatur: multamque a profundo enascentem manifestat exhalationem. Eum tamen qui alternatim in altum vibrat & alternatim residet tripudio assimilis: & cum concurrentia tecta contrarío actu ardeant (quod alter motus alteri renitit videatur) minus periculosum perhibent. Sextum. Vbi fit talis Scismus & spiritus eruptio: multi lapilli ebullire solent. Sic enim circa Sympolim euenit. cum Scismo euerfa loca fuere: & campus: quem Phlegreum dicunt. Idem & circa Ligusticam regionem euenisse memoria proditum est. Septimum. In Ponticis insulis minus contingit terrę motus quę in ceteris. Nam frigiditas & maris pondus exhalationes in ipsi reprimit. De terrę motu hætenus.

Notarum quinti capitis declaratio.

Propontis/ id est pars est maris Ponticis: quę ab Helleponto in Bosphorum vsque Trachium protenditur. Attica/ pars est Gręcię inter Achaiam & Macedoniam: Athenas urbem continens. Inde Atticus & Aelius denominatiua deducuntur: & significant idem quod Atheniensis. Secundum terrę motus modum in quinto accidentium terrę motus assignatum/ qui scilicet fit in altum.

Ouidius hoc carmine describit.

Vis fera ventorum cecis inclusa cavernis: Extentam tumefecit humum: ceu spiritus oris
 Expirare aliqua cupiens/ bulataque frustra Tendere vestem solet/ aut direpta bicornis
 Liberiore frui celo: cum carcere rima Terga capri: tumor ille loci permansit/ & instar
 Nulla foret toto/ nec peruia statibus esset: Collis habet speciem: longoque induruit euo.
 Campus phlegreus/ a crebris fluminum icibus sic dictus: in Thesalia est/ in quo Iouem cum gigantibus depugnasse fabulantur poete: vt Ouidius. Sparsaque phlegreis victricis fulmina campis.

Quintum caput primo causas terrę motus continet quę sunt. Efficiens remota: sol & astra/ sua virtute calorem in infimo aere producentia/ & etiam in partibus terrę interioribus. Propinqua vero est spiritus terra inclusus ipsam concutiens. Materia autem terrę motus/ est exhalatio calida & sicca. Terrę motus generatio. Sicut a terrę superiori & exteriori parte eleuantur a sole exhalationes: quę ad mediam regionem aeris eleuat: & offendentes obstaculum/ oblique moventur & fit ventus: ita ab interiori parte terrę calefacte a sole: & igneis vt sulphureis corporibus in terra contentis: eleuatur exhalatio intra terrę concavitatem contenta/ & a superiori parte ne sursum moueatur detenta. At quia leuis est & subtilis conatur sursum moueri: & hinc modo ad vnā terrę partem discurret/ modo ad alteram vt inueniat exitum: terramque impellens facit terrę motum. quia tamen terrę soliditas valide resistit non perfringit terram. perinde atque aries ligneis septis inclusus & exitum petens: modo hoc/ modo illud tabulatum capite agitaret & tremere faceret/ non tamen posset perfringere. Aliquando autem exhalatio locum apertum nã elat/ aut debitori parte terrę perrupta/ exit tota: idque bifariam contingit. Nam interdum cum incendio: quando ex vehementi collisione ipsa est inflammata. Nonnunquam sine incendio: cum non est vsque adeo valida collisio. Aliquando vna exhalationis pars exit/ & altera manet intra angustiam terrę clausa. perinde atque vna pars aquę dolio efflueret/ altera vero dolio contenta maneret. Et illa

Ouidius.

manens exhalatio nisi marcescat: futuri terrę motus materiam/ altera ei coniuncta præstat. Quo circa manifestum est/ neque aerem (vt dixit Anaxagoras) neque aquam (vt dixit Democritus) facere terrę motum. Decem signa quę terrę motus ab exhalatione terrę inclusa proueniat. Primum. Terrę motus sepius fit tempore tranquillo: & cum extra terram non fluctuant venti. quia tunc plus minus exhalationes terra sint conclusę: quę sufficientem terrę moti materiam præsent. Et quanto plures terra inclusa fuerint exhalationes: tanto maior fit terrę motus/ quanto vero pauciores: tanto minor/ sicut quanto plures super terram eleuate fuerint exhalationes: tanto maior fit ventus/ & quanto pauciores: eo minor. Fit enim terrę motus (in Analogia loquendo) a vento terra intrinseco. Venti enim continue materia eleuatur: quem aut intra terram/ aut extra agitari oportet. sed cum temporis est tranquillitas: non agitur extra terram: igitur oportet cum intra terram agi: & terrę motum fieri. Secundum signum. Maxime sunt terrę motus tempore nocturno & circa diei exortum: quia tunc soleant ventorum incipere flatus. Et si in die fiant terrę motus: potissimum sunt in meridie: quia tunc sol maximam vim habeat/ & exhalationem in terram descendere cogat. Secundum signum. Circa loca terrę concaua & voraginoso (in quę desinit mare) sepe tremunt tellus: quicquid locus sit recipiendis exhalationibus apertus: quę cum exire parant/ a fluctibus æquoreis repelluntur in interiora/ & intra terrę claustra redire coguntur. Hanc ob causam circa Hellespontum/ Achaiam/ Siciliam/ Euboiam/ frequentius fit terrę motus: & Therme/ id est balnea calida ob exhalationem aquis oclusa circa Edipsum/ & Eletheruntur. Est enim prædictis regionibus locorum strictudo & angustia: quare non potest productus spiritus libere exire. Et vnda maris terram influens concauatam: nitenti exire exhalationi obuiat ei/ & viam præcludit/ & in angustiorum quę prius tenebatur locum cogit. Quartum signum. Potissimum fiunt terrę motus vere & autumnus/ temporibus pluuiosis/ & ventorum flatu abundantibus & in magnis siccitatibus. Ver enim & autumnus ob temperatum calorem tempora pluuiosa sunt & ventosa: & ergo præbent occasionem generandi multam exhalationem in terra. Pluuia enim terram conglutinans & eius poros claudens non sinit genitam exhalationem exire. Ventus autem ostendit calorem a sole & astris productum esse sufficientem ad eleuandum exhalationes ab interiori parte terrę sicut ab exteriori. Quare pluuiosa tempora & ventosa exhalationem in terra clausam esse ostendunt: & tempus esse dispositum ad exhalationum generationem & ad terrę motum. Quintum signum. Non solum in aere percipimus ventorum violentiam & vehementem vim: quia interdum solidę arbores radicitus eruantur/ & edificia funditus subuertuntur. Sed etiam virtutē huiusmodi spirituum percipimus in corporibus animalium: quibus inclusus spiritus exitu petens tremore incutitur/ & interdum membrorum contractionem inducit. Et plerumque spiritus ille inclusus tanta violentia membra mouet: vt non possunt sine tremore quę etiam teneri. quare verisimile est exhalationem similiter in terra nonnunquam præualere & validam exercere vim/ terrę motumque efficere. Sextum. Tempore Aristotelis accidit terrę motus: qui non cessauit priusquam ventus terra fuisset egressus/ quem Ethesiam nominant. Signum est igitur inclusam exhalationem huiusmodi motum effecisse: & cum exierat causam tremoris terrę desuisse/ & idcirco terram a tremore desuisse. Septimum signum. Circa Heracleam urbem in Ponto consimile accidisse memoratur. Nam exhalatione non discurrente/ sed collecta simul vnā terrę partem sursum impellente factus est cedentis & in altum se attollentis terrę tumor instar collis. qui cum per distentionem ruptus esset: ingens exiit ventus/ ignem secum elens. Et urbem finitimam Lipareorum (qui populi sunt habitantes Liparem vnā insularum Eoliarum) exussit & in cineres redegit. Eadem flamma vento agitata in Italiam motum dirigens/ vrbibus Italicis infesta & noxia fuit. Quod etiam prius accidit circa sacra insulam/ quę a Gręcis Hiera id est sacra vocatur/ quę est etiam vna insularum Eoliarum. Sunt enim insule Eolie in freto Sicilia Italiae conterminę: quas Itali Vulcanias dicunt: quę ille instar Ethnei montis soleant interdum flammam emittere/ & eructare incendia. Inde quę illic multa sunt corpora ignea vt sulphurea: copiosa ventis & terrę motui materia paratur. hinc vehementes venti & frequentes terrę motus ibi fiunt. Quare Eolum ventorum deum poete finxerunt. Octauum signum. Sicut cum fluctus æquorei impelluntur littori fit fremitus maris & vehemens sonus: ita cum exhalatio inclusa impellitur contra latera terrę fit sonitus. At non fit sonus sine aere aut corpore aereo in quo recipitur. Signum est igitur ibi exhalationem clausam latera. Nonum signum. Antequam fit terrę motus: sol nobis subobscurus nulla tamen interiecta nube apparet. cuius apparentię causam præbet exhalatio terra exiens/ & inter solem & nostrum visum medians: quę ostendit copiosam in terra exhalationem superesse futuri terrę motus materiam. Circa auroram etiam paulo ante terrę motum videtur tranquillitas extra terram/ & frigus constringens & prohibens inclusam exhalationem exspirare. Post occasum vero tempore sereno videtur nubecula quędam in longum porrecta: futuri terrę motus pronuncia. quę causatur ab exhalatione paulatim per aliquam stricturam terrę exeunte/ & longo tractu se extendente: quemadmodum in fluxu maris antequam procellę & tempestates oboriantur præcurrit tenuis vnda quę in longum instar filii extendatur) a maritimis et in maris vicinia habitantibus aquę filii dicitur. Decimum signum. Circa defectus lunę plerumque sunt terrę motus: quia tunc deficiat calor eleuata iam intra terram exhalatione: quę ob exterioris defectum caloris neque vim manens neque aperturam aliquam inuenit quę exeat: neque etiam caloris vehementia dissipatur/ quare intus manens facit terrę motus. Tempore itidem priuationis luminis in luna venti solent agitari qui fiunt ab exteriori exhalatione. & indicium præbent etiam intra terram esse paratam futuri terrę motui exhalationem. Terrę motus septem accidentia. Primum. Terrę motus interdum quadraginta dies continue fit: & visus est plerumque duos annos durasse. quod euenit propter exhalationis inclusę copiam tardius deficientem & vehementer pellemtem: & partium terrę conuersarum soliditatem & resistentiam. Quod si pauca esset exhalatio & magna terrę resistentia: aut contra multa exhalatio & modica terrę reluctantia: non diu duraret terrę motus. Quemadmodum spiritus corporibus animalium inclusus non subito cessat: sed longa temporis mora tandem deficit. Est enim in analogia spiritus in animalibus clausus: exhalatio terrę inclusa/ corpus autem animalis: terra. Secundum accidens. In terrę motibus fiunt soni ob impulsorem exhalationis contra latera terrę. Aer enim percussus/ omnium generum edit sonos. Aer etiam percussus & impellens sonum producit: quod quidem nihil differt. cum omne percussus/ itidem repercutitur: quando primo percussus sua soliditate resistit percussenti. vt si globus violente in terram proiciatur: globus est percussus & terra percussa/ rursum cum globus resistit: terra est percussus & globus percussus. Ita cum exhalatio terram impellit: exhalatio quidem percussus est/ terra autem percussus: cum vero contra pellitur deorsum exhalatio a terra: terra est percussus & exhalatio percussa. Quis autem ab eodem fiat

sonus & terræ motus scilicet ab impulsione exhalationis contra latera terræ. ambilominus prius auditur sonus q̄ percipiatur terræ agitatio. Nam sonus longe maris penetrat q̄ impellens spiritus. Cū autē exhalatio minorē habet pellēdi virtutem q̄ terra resistit: & idcirco non sufficit exhalatio efficere terræ motum: auditur sonus sine terræ tremore. nam manet adhuc causa sufficiens soni: scilicet impulsio exhalationis contra latera terræ. Si quidem spiritus se impellens ad saxas moles & diuersarum figurarum: diuersos secundum concavitatum terræ & locorum subterraneorum varietatem facit sonos. perinde atq; aer inclusus lateribus tubæ: secundum diuersitatem figuræ tubarum diuersos reddit sonos. Hinc nonnulli tanq̄ prodigia memorantes/dixerunt & literarum monumentis tradiderunt terram aliquando visam mugitum edere. **¶ Tertium.** Cum terræ motu interdum effluxit magna aquæ copia ab exhalatione efflante expulsa: sicut interdum pellit ventus fluuios extra proprios alueos & limites. Circa Achaiam enim cum contrarij flarent venti: intra terram boreas/extra vero austrer: factus est terræ motus/ & tanta impellente austro maris inundatio: vt diuinum factum sit/ & vrbes Elice & Buris fluctibus operte: vt in primo Meteororum dictum est. Aquæ autem terræ motum non faciunt: sed solum patiuntur & propelluntur ab exhalatione. sed spiritus inclusus/ ipsius terræ motus est causa & principium. Inundatio vero aquarum quæ interdum fit cum terræ motu: est vt ipsius exhalationis sedimentum & hypostasis. Nempe vt sedimentum grossius est/ q̄ id cuius est: & expellitur natura/ ita aqua spiritus impulsu effluens: densior est & grauior q̄ ipse spiritus expellens. **¶ Quartum.** accidens. Terræ motus sunt secundum modicam partem terræ: scilicet eam quæ sua soliditate non sufficit adeo resistere exhalationi quin tremat. Spiritus autem inclusus fit secundum ipsius terræ amplitudinem: nam huc illucq; longe lateq; discurrit. **¶ Quintum.** Bisariam contingit terræ motus. Primo cum terra ab exhalatione in obliquum se agitante modo hac parte modo illa agitur & tremat. Secundo. cum ab exhalatione pertinaciter vni parti terræ impellēda insistente/ terra in altum pellitur. Et motus qui fit in altum/ violentior est/ soliditq; multam exhalationem & valide virtutis a terra expirasse: quæ tanta viterram impellat. terram autem minoris esse resistētē quæ pellenti exhalationi in altum cedat: & interdum disrumpitur ob nimium timorem: deciduntq; vrbes & tecta domorum intra terræ hiatus/ & idcirco periculosior est. Is autem qui alternatis vicibus in altum terram pellit & statim residet/ reuertiturq; in inum similis tripudians: & cum tecta domorum se mutuo concutunt instar arietum se mutuo inter concurrendum cornibus impetentium/ minus est periculosus. nam & exhalatio minus habet virium/ & terra plus resistētia. Vbiq; sunt duo motus. Primus quo terra in altum paululū tollitur ab exhalatione: in quo exhalatio mouet/ & terra mouetur. Alter quo exhalatio rursus reuertitur & reprimitur a soliditate terræ: vbi terra est mouens/ et exhalatio mouet. Et hic secundus primo renititur: neq; tota in hoc terræ motus genere exhalatio circa vnum locum certatim insilit. **¶ Sextum.** Vbi fit talis disruptio terræ & exhalationis efflatio multi lapilli solent erumpere / a spiritus violentia expulsi. Ita enim accidisse memorant circa Sympolim cum terræ diuisione loca finitima subuersa fuerunt / & campus itidem Phlegreus tum euersus. Idem etiam circa Ligusticam regionem contingisse referunt. **¶ Septimum.** In insulis Ponti (quæ regio est septentrionalis/ & ad boream accedens) minus contingit terræ motus. Nam vehemens frigiditas nō sinit in terra exhalationes eleuari. Contra vero in regione Siciliae & Insulis Eolijs frequentius sunt terræ motus/ tonitrua & coruscationes: q̄ ibi corpora sunt ignea: vt bituminea & sulphurea a quibus eleuatur exhalationis multitudo. Hinc Vulcanum & Cyclopes finxerunt poete: ibidem Iouis fulmina fabricare. **¶ Sexti capitis nota.** **¶ Coruscatio/fulgur/fulgor/fulguratio.**



Extum cap. continet tres de tonitruo & fulguratione antiquorū opinionones. Earum reprobationes, primē duabus rationibus, & secundē tribus. **¶ Tres de tonitruo & coruscatione opinionones.** **¶ Prima** est Anaxagoræ dicentis ignem a sua sphaera in nubem decidere: & eius emicationem/fulgurationem esse: eius vero extinctionem/imo extinctionis stridorem esse tonitruum. Sed id non esse verum/ cognitu deprehendere difficile non est. **¶ Primo.** Quia ignis natura est sursum conscendere: non autem descendere. Causam igitur disturus erat quo pacto a summo æthere (vt ait) in nubem se præcipitem dedat/ & illabatur. **¶ Secundo.** Dicit Anaxagoras cur potius ignis ille se tempore nubilo demergit q̄ sereno. Videtur autem nunq̄ in temporis serenitate se in præcipitum demittere: neq; igitur nubilo tempore. **¶ Secunda** est Empedoclis dicentis ignem in nube extraditis in se inuicem concurrentibus & se sepe replis cantibus segregari: eius emicationem/fulgurationem esse: & eius extinctionis stridorem & crepitum esse tonitruum. Sed neq; id quidem verum apparet. **¶ Primo.** Quia æque fieri deberet in qualibet nube: cū radii in qualibet inter se consimiliter incurrant. hoc autem falsum. **¶ Secundo.** Quia eadem ratione dicere liceret nitrem/grandinem/imbrem & consimilia (q̄ a nube segregarentur) fieri. **¶ Tertio.** Quia cū a sole aut igne in calet aqua: nunq̄ talis segregatio apparet. consimili tamen ratione id fieri oporteret: igitur neq; fit in nube. **¶ Tertia** est dicentium fulgur non apparere propter ignem. sed quemadmodum percussa aqua de nocte fulgere videtur: ita quoq; se collidentibus nubibus fulgorē emittere. Sed hi consuetudinem non traxerant ea cognoscere quæ refractione fiunt. Fit enim fulguratio de die: non autem aquæ percussæ fulgor. Ea enim fulgere videtur percussa: refracta ab ea visu ad aliquod fulgidorum. Et de nocte & non de die videtur: q̄ diei maius lumen/minus exterminet/obtundatq;.

¶ Sexti capitis prima opinio est Anaxagoræ dicentis ignē ex suo loco scilicet cæli lunc concavo in nubē cadere humidā & illius ignis emicationē ponētis fulgurationē esse: stridore vero extinctionis eius esse tonitruū/dixit enim ignē sicū (cū a nube humida extinguitur) terribilē stridore sonū edere: ut dare ferrū igne rubēs plerūq; solet: quod forcipe curua cū sabet eduxit: lacubus demittit. at illud stridet/ & in tepida submersū sibilat vnda. **¶ Sed** id verū nō est. **¶ Primo.** quia cū ignis lenissim⁹ sit: natus est ascendere & nō descendere. Et nō est natus extra suū locū moueri: nisi vi extrinseca ipsū pellēte. Debuit igitur assignare causā Anaxagoras propter quā ignis deorsū in nubē caderet. Et cū nullā assignari recte possit: nō videtur eius dictū rationabile. **¶ Secundo.** Non

est ratio efficax quare potius tempore nubilo & cum cælum nubibus obducitur/ descendat ignis: q̄ tempore sereno & cum nullo in aere sunt nubes: quare a rationibus æque pugnantibus æque tempore sereno descendere deberet sicut nubilo. At nunq̄ tempore sereno visus est ignis descendere & in terram (nullo intercedente obstaculo) cadere: igitur neq; tempore nubilo. **¶ Secunda opinio** est Empedoclis dicentis ex concursu & multiplicatione radiorum solarium intra nubem: ignem segregari a nube/ & illius fulgoris esse coruscationem: stridorem autem extinctionis eius & sonitum esse tonitruum. **¶ Sed** neq; id recte dictum est. **¶ Primo:** quia in qualibet nube concurrunt radij solares: ergo eodem iure in qualibet nube deberet fieri ignis segregatio/ coruscatio/ & tonitruum. Id autem falsum est/ quia sensu cognoscimus aliquas nubes (cum sit tonitruum) in aere pædere in quibus nō fit tonitruū: igitur & id ex quo sequitur. Eadem enim causæ nate sunt eosdem producere effectus. Etiam solum in die fieret tonitruum: cum nocte non contingat fieri concursum radiorum solis in nube. **¶ Secundo.** Quia eadem ratione quis dicere posset nitrem/grandinem/imbremq; fieri quia per concursum radiorum a nube segregantur: immo potiore. Nam nix/grando & imber magis ad naturam nubis accedunt q̄ ignis. quare potius a nube segregari deberent q̄ ignis. At falsum est nitrem/grandinem & imbrem fieri per segregationem a nube: igitur & coruscationem & tonitruum per separationem ignis a nube. **¶ Tertio.** Sicut se habet sol aut ignis ad aquam ab eis calefactam: ita radij solares ad nubem in qua concurrunt. Sed cum sol calefacit aquam aut ignis non fit segregatio ignis ab aqua: igitur neq; cum radij incidunt in nubem/ fit separatio ignis a nube. **¶ Tertia opinio** est dicentium q̄ quemadmodū aqua percussa de nocte fulgorem emittit: ita nubes inter se collidentes fulgorem apparere faciunt: & ille fulgor/ coruscatio est. Sed non recte ducti sunt analogia. Nam coruscatio fit tempore diurno. Aquæ autem percussæ fulgor nō apparet in die. Et si dicant id euenire q̄ maius lumen solis impedit aquæ splendorem videri: eadem causa impedit & nubium fulgorē videri in die: quare nunq̄ in die deberet nobis apparere fulguratio: quod falsum est. Cum autem visualis radius ab aqua ad aliquod fulgidum refringitur: tunc aqua mota fulgere videtur. Nam si fulgidum aliquod vt luna aut astrum suam in aqua similitudinem format: aqua percussa & species illius fulgidi fit tremula/ & inde aqua videtur fulgere. Et huiusmodi aquæ fulgor nocte videtur & non die: quia maius lumen diei impedit minus lumen fulgoris videri. sicut imbar solis/ lumen astrorum & vehemens sonus minorem audiri. **¶ Septimi capitis nota.**

¶ Et si fulmen/nomen commune sit ad oem exhalationē q̄ e nube erūpit/ ei aculaturq; ardēs: peculiare tamē ipsum faciunt ad eam quæ nubem perrumpit. & fulgetrum nuncupant eam quæ longiore tractu nubem fundit.

¶ Eptimū cap. causas tonitruū/fulgurationis/ & fulminis, & illorū generationē cōtinet. **¶ Tonitruū/fulgurationis/ & fulminis causæ.** Efficacis: sol/ & astra. Materia: exhalatio. **¶ Tonitruū/fulgurationis/ & fulminis generatiōes.** Duplici existēte spiratiōe: hac humida/ hac vero sicca/ & vtraq; simul eleuata & consistente in nube: quæ cū sursum magis fuerit eleuata/ ob loci frigiditātē densatur: & magis quidē a summa parte. Exhalatio autē clausa: e denso exitū querēs/ valido motu fertur in nube: & densæ nubis latera valde cōcutiēs/ sonū edit: qui dicitur tonitruū. Et secundū naturā causæ nubis/ & densi/ & rari varietatē: varij eduntur soni. Et (si licet maagna cōponere paruis) similis est illi sono: qui in flāma fit/ cū ht vulcanū/ hi vesā rīderē astunt. & in lignis siccis cum spiritus exitū querit/ lignū rūpēs crepitū edit: ita & nubis exhalatio. Et cum superiōri densi obuiat: valido ipetu vibrata subtiliter incēdit. & illi inflāmatiōis apparitiō fulguratio est. & plerūq; de truditur in imū. quæ si cōcepta flāma: detrusa/ ei aculaturq; fuerit: fulmen est. Si vero sine flāma: Ecnephæ & Typhones (de quibus statim agemus) fiunt. Et fulguratio fit post plagā / & collisionē: estq; tonitruo posterior/ prius tamen visu percepta: quia visus anticipat auditum. Id enim intueri licet inferentibus a longe. Cum enim referentiū reducant instrumentū: primū sonus ad nos pertingit. vt in tritremiū ducti remos eleuari videmus/ vt secundo seriant: priusq; primæ plagæ sonus ad nos pertingat. Et secundū substantiam idem esse (vt multa paucis complectamur) dicimus super terram faciens ventum / in terra terræ motum/ & in nube tonitruum: exhalationem scilicet siccam/ fluentem/ mobilem/ & agitatum. Et de tonitruo quidem hætenus. **¶ Notarum septimi capitis declaratio.**

¶ Fulmen primo sumitur communiter: & est exhalatio e nube erumpens/ quæ inflāmata deorsum præcipitatur. **¶ Secundo** species liter: & est exhalatio nubem perrumpens & penetrans ampla fractura/ quæ incensa cadit deorsum. **¶ Fulgetrum** autem exhalatio est/ quæ fissura in longum ducta: & facta rima nubem diuidit. **¶ Coruscatio** autem est exhalationis calidæ & siccae in latera nubis valide impacte inflammationis/ illiusq; inflammationis apparitiō. Et magis fit quando incensa exhalatio deorsum non præcipitatur: sed sursum manens consumitur.

¶ Septimum caput de tonitruo/fulguratione: & fulmine determinat: quorum causæ sunt. Efficacis quidem: sol & astra/ suo calore cum vaporem tum exhalationem eleuantia. Materia autem est exhalatio: sub qua & vapor intelligitur nonnihil ad tonitruum/ coruscationem / & fulmen faciens. **¶ Eorum generatio.** Cum duplex eleuata simul fuerit spiratio scilicet humida quæ vapor/ & sicca quæ exhalatio dicitur: vapor cum ad mediam aeris regionem peruenit/ condensatur: & magis quidem a summa parte/ q̄ illic vehementius sit frigus q̄ in parte inferiori. Vnde & frequentius perrumpitur nubes in parte inferiori q̄ superiori. Exhalatio autem clausa intra nubem & exitum querens: quia nata est ascendere supra nubem cum sit leuior: latera nubis vehementer concutit/ & sonum efficit qui dicitur tonitruum. Et secundum concavē nubis naturam & dispositionem similiter secundo dum rari & densi diuersitatem/ sunt diuersi soni. Nam cum nubes est densior: grauiores/ cum vero rarior: acutiores & clariiores sunt. Et si magna paruis cōparanda sunt: sonitus tonitruū similis est illi sono qui fit in igne cum ignis stridet/ quem quidem stridorem nonnulli vocāt Vulcani & Vesle rīsum. Vulcanum enim ignem esse dixerunt antiqui & (si Ouidio credimus) Nil aliud Veslanam q̄ vīnam intellige flammam. Simile est etiam tonitruum illi sono qui fit in lignis siccis/ cum inclusus spiritus exitum querit & disrumpens lignum: facit crepitum & fragorem. ita & exhalatio in nube. Cum autem exhalatio obuiat denso ex parte superæ

rriori/valide repereffa incenditur: & huiusmodi inflammationis apparitio/coofufatio dicitur. Et interdum manet in summa infle-
 me regionis parte vbi inflan. matur: & tunc peculiare sibi fulguris nomen sortitur. Aliquando vero exbal. tio violente repulsa
 in imum detruhitur. Et hae si flammam conceperit: fulmen dicitur. Est enim fulmen/exhalatio nubem perrampens: & incendio cen-
 cepto deorsum ruens. Si vero sine inflammatione fuerit. Enephias & typhones venti admodum impetuosi sunt/de quibus mox futu-
 ra est determinatio. Porro fulguratio quidem posterior tempore est tonitruo. Nam tonitruum fit simul cum collisione exhalationis
 ad latera nubis. Fulguratio autem fit post collisionem/ & quando ex collisione concipitur incendium: prius tamen percipitur eboru-
 scatio q̄ tonitruum. quia visus celerius percipit quicq̄ q̄ auditus. Nec id quidem ab re euenit. Nam species visibilis non per motum
 sed subito diffunditur per totum medium. Hinc aequo cito distans vt propinquior lumen solis percipit. Species autem soni vt diffun-
 datur motu eget: quo in propinquior medij partem prius: & deinde in remotiorem diffundatur. Hinc propinquior citius eun-
 dem sonum q̄ distantior percipit. Citius igitur ad oculum peruenit species fulgurationis q̄ ad aures species tonitruo. Simile aut acci-
 dit in his audiendis quos aliquis a longe ferientes cernit. Nam cum primo ictu facta eleuauerint instrumentum vt secundo feriant:
 primi ictus sonus ad aures nostras peruenit/cum ante perceperit oculus contactum mallei ad lapidem: & tamen simul fuit conta-
 ctus ferientis instrumenti ad percussum/ & soni editio. Sic in nauium gubernatione/remi videntur eleuari vt secundo percitant:
 anteq̄ primae percussiois sonus ad nos perlingit. Et (vt in summa dicitur) idem est reipsa & subiecto quod super terram facit ven-
 tum/in terra terrae motum/ & in nube tonitruum: scilicet exhalatio sicca/agitabilis/ & in obliqua mota. habent enim haec tria eun-
 dem materiam: & mutuam analogiam.

¶ Typhon/turbo. ¶ Angiporum/vicus inter domos haud facile peruius. ¶ Arges argetos/clarus.



¶ Otium cap. continet Enephias & Typhonis causas. eorum generationem, eorum
 differentias, & species fulminu. ¶ Enephias & Typhonis causa. Eedē quae modo
 dictae sunt existunt. ¶ Eorum generatio. Cū multus spiritus & spissus in nube eleuatus
 sit (subtilior enim magis edit tonitrua: & incendio concepto fulmē elidit) luctatus
 sursum ascendere: deorsū repellitur. & fit Enephias: ventus quidē violētus/tumul-
 tuosus & pcellosus. post cui⁹ casū Ingrauescere solēt pluuię. Nā ex relicta nube hu-
 mida fit imber: ex spiritu vero demisso/Enephias. & cū fracta nube elidit atq̄ se
 gregat spūs/cōnoluit & detrudit rotat⁹ in imū: in arctis decidēs locis vt angipor-
 ti: in viis circulos ducēs & vortices: vt pars alterā pellere videat: hic spūs/Typhon dicitur. ¶ Enephias &
 Typhonis differentie. Differūt. quia Typhō discōtinu⁹ est. Enephias aut magn⁹ & cōtinu⁹. Typhon ro-
 tatus deorsū excutitur: idcirco circulo vertitur. Enephias recte. & Enephias magis Typhone colorari
 videtur. Typhon non fit fiantibus aquilonibus. Et Enephias tempore nivali/iacentibusq̄ niuib. Ty-
 phō aliquid nubis fecū cōnoluit simul deducēs: a quo nō potest se explicare. cuiusq̄ incidit vim infe-
 rens: arbores & nauigia retorta confringens. a quo plerūq̄ cum detractus & subtilior factus igniatur:
 incensio nominatur. alii Presterē nuncupāt. ¶ Fulminū species. Fulmen diximus cū subtilior spūs flam-
 mę vi concepta: de nube elisus eiaculatur deorsū. Cuius vna species est quā Argeta dicitur: nos vero ful-
 men clarum dicere possumus. quod non vrit: sed vis eius stupenda atq̄ admirabilis. Vbi reluctamē/ressi-
 stentiāq̄ offenderit vt in solidis corporibus/vim suam inducit: & clypei cramen liquat illefo ligno. & per
 vestimenta corpus affiat: & ossa consumit: inatritus vestibus. Est enim rarissimum: quod tenuis pruenit
 spiritus penetrans & transiens. Alia est quā dicitur Geranon Pfoloenta: nos fulmen fumans & ardens.
 & hoc adurit: non adeo vt alterum rarum. Et nos ipsi vidimus circa templum in Epheso combustū: con-
 tinuam flammam ad multas partes serpere atq̄ ferri. Et sepe talia se prebent videnda spectacula. Et flāmā
 diximus spiritū siccum ardentē. Hinc fulmen semper precedit spiritus/semperq̄ assequitur: sed non vi-
 dentur spiritus pcedere & sequi: quia sine colore sunt. Quo fit vt omne percussū fulmine/prius moueatur
 q̄ pcutiatur: tanq̄ pcedente spū. & fulmina nō nubē frangūt & dissipāt sono: sed plaga: & sonū faciente
 spiritu. Et quod spūs percussit: diuidit/nō vrit. De igit Enephias/Typhōe/incensioe & fulminis specie-
 bus tanta sufficiant. ¶ Propter litterę Aristotelis sententiam: tredecim de fulmine portenta. Dura cōsumit.
 Nō lēdit mollia. Ferrū intacto forulo liquefacit. incolunt carne ossa mollit & cōsumit. Dolio cōsumpto vi-
 nū in mobile gelatū relinquit: quod reliquatū bibentē aut furere facit aut necat. ediuerso vinum afflat il-
 lefo dolio. Martia Rhomanorū princeps pregnans: partu in vtero fulmine afflato/illefa remansit. Vene-
 nata tacta purgat. Vigilans percussus: clausos oculos moriens habet. Dormiens vero percussus: aper-
 tos. Ex opposito iacens conuertitur. Omne animal ictum fulmine (homine excepto) interit. Non ferium
 tur fulmine laurus/vitulus marinus/ & aquila. Quercus autem vel arborum maxime feritur.

Accipe miranda flammę portenta trifidę
 Dura domat. damnū mollia nulla ferunt.
 Intacto forulo ferrum consumitur intus:
 Carne quidem sana: ossa incinerata cadunt.
 Vtreq̄ consumpto vinum sine vase gelatur:
 Fulmine, vel sano deperit vtre merum.
 Forte die sexta mox liquitur: hocq̄ caueto:
 Aut firit epotans/aut sua fata bibit.
 Martia Rhomanę princeps clarissima gentis

(Afflato partu in viscera) vitia manet.
 Et quęcumq̄ tument (inflato ventre) veneno
 Purgat: & innocui corporis icta iacent.
 Percussus vigilans: moriens sua lumina claudit:
 Aperit e summo, versum et in oppositum est.
 Cetera cum feriat viuentia morte resolut:
 Solus de tanto vulnere restat homo.
 Laure manes securo. tibi est contraria quercus:
 Bos maris intactus & Iouis ales eunt.

22 Otium caput de Enephias & Typhone tractat: causas eorum primū assignas quę sunt. Efficiens quidē sol & astra. Materia
 23 vero: exhalatio calida & sicca/vt de tonitruo dictū est. ¶ Eorum generatio. Cū multa exhalatio & densa in nube eleuata fue-
 rit. (Nā quę subtilior est & rarior: magis facit tonitrua/ & fulmini materia p̄st) ipsa conata (vt sua fert natura) sursum ascendere:
 deorsū a corpore solidior repellitur/ & fit vātus impetuosis/tepehuosus/ & pcellosus qui Enephias dicitur: post cuius in imū
 detrusioē sequi solēt pluuię. Nā ex deiecta exhalatioē fit huiusmodi vātus: ex nube aut relicta in aquā cōuersa/ sunt pluuię. ¶ Cū
 aut nibe prupta deicitur exhalatio & dispergitur/ & acta vertigine detruditur in imū: in angustis locis cadēs & ibi circumgire
 24 tones agēs/vt pars sequēs pcedentē pellere videatur: huiusmodi ventus tumultuosus/ & turbulētus/ vocatur typhon. ¶ Enephias
 & typhōis differentie. Differunt primo. quia typhon dispersus & discōtinuus est: quia nō cōtinuato ordine pot exhalatio nube egres-
 di. Enephias aut sine interruptione cōtinuus est: quia liberiore via deorsū puenit absq̄ sui distractione. ¶ Secūdo. Quia typhon vio-
 lente in orbē actus deicitur: & hinc circulo vertitur. Enephias vero directe. ¶ Tertio. Enephias magis q̄ typhon coloris particeps
 esse videtur: q̄ ex spissiore fiat q̄ typhon exhalatione. ¶ Quarto. Quia typhon nō fit flāribus aquilonibus & ventis borealibus. Ene-
 phias vero nō fit tpe niuoso/ & niuib. in terra iacentibus. ¶ Quinto. Typhon quia liberū nō habet exitū: aliqua nubis partē secū
 rapiēs deducit/ a qua nō se potest eximere nec eripere. quę admodū turbo circa terrā stipulas secū inuoluit/ a quibus nō potest se expli-
 care. Et cuiusq̄ rei incidit vim validissimā infert: arbores & nauigia contorta frangēs. Ab ea tamē parte nubis cum separtus fuerit
 typhon plerūq̄ subtilia & incendit. & tunc fegetes/ sūmas herbas & arborū frōdes cōburit/ & inflātio sive incensio nomina-
 25 tur: Gręci autē p̄sterē nūcupant. Enephias autē nō inuoluitur nubī nec incenditur. ¶ Fulminū species. Quid sit fulmē prius dictū
 est: scilicet q̄ sit exhalatio inflāmata q̄ de nube elisa deorsū detruditur. Cuius duę sūt species. Vna est quā Gręci Argeta vocāt: latia
 ni vero fulmē clarū. & est fulmē quod non vrit nec inflāmat res contactas/ sed afflādo durissima quęq̄ cōsumit. Nā vbi resisten-
 tiā nō inuenit: ea ille sa pertransit/ vt mollia. Vbi vero offēderit resistentiā ob duritiē aut soliditatē corporis cui obuiat: virtutē suā
 inducit: & afflati suo ea penitus cōsumit. Hinc quicquid aeris in clypeo est cōsumit: ligno intacto/ sic gladiū liquefacit: vaginā non
 ledens/ & corpus afflat: nō læsis vestibus/ immo ossa consumit: carne illa sa manēt. Est enim id fulminis genus rarissimū & maxie
 penetrās: cuius afflatū pcedit subtilis ventus/ penetrās/ & per omnia sua raritate trāsiens. Alia fulminis species est: quā Gręci
 vocant Ceraunō Pfoloēta/ latini vero fulmē fumās & ardens: q̄ res cōtactas fumare & ardere cogat. Et illud adurit/ incenditq̄: ea
 quibus incida tñō tāte (vt alterū fulminis genus) raritatis. Et cū tēplū in Epheso insigni Asia vrbe/ fulmine ab̄ruptū est tpe Aristo-
 telis/ vbi afflāma cōtinua agitante vento (qui hoc fulmē pcedit & sequit) ad multas partes agitari & spargi. Et sepe numero hu-
 26 iusmodi ex fulmine incēdia p̄cedēta se offerūt. Et quia (si prius dicta mēte nō exciderim) flāmā est fumus ardens: hęc ob causā ventus
 semp fulmē pcedit/ sempq̄ fulminis ictum sequitur: ex exhalatioē nō incēsa/ ante fulmē & post fulmē deorsū tendit/ p̄creatus: non
 tamē videtur ventus aut pcedere aut sequi: quia sine colore est/ & nimia subtilitate nostros fugit oculos. Hinc quod nō videmus. nō
 persuademus nobis esse: fulmen autē luce & fulgore insigni se prębet conspicuum. Ex quo euenit vt omne percussū fulmine/ prius
 moueatur a vento fulmen pcedens: q̄ a sequente fulmine percutiatur. sic & quod fulmine percutitur: postq̄ fuerit percussū a sequente rur-
 sū vltō mouet/ & in oppositā partē q̄ vbi percussū fuerat versū inuenitur. Fulmina autē ipsa nubē nō frangūt p̄. sonū/ sed per colli-
 sionē exhalatioē ad latera nubis/ & ipsa exhalatioē facientē sonū: nā sonus nō est natus quicq̄ p̄ripere. Sic & arbores frangunt/ &
 & findunt saxa aut edificiorū parietes/ nō sono tonitruis: sed spiritu qui fulmini cōmiscetur: & ipso fulminis ictu. Hos tamē effect⁹
 27 tonitruo ascribere solēt: q̄ facile p̄cipiatur/ spiritus autē subtilis dinosci haud leniter potest. ¶ Circa tredecim fulminis portenta atq̄
 prodigia (q̄ tū ex Seneca: tū ex Plinio depropta sūt) animaduertēdū est: flāmā fulminis trifidā dici aut trifidā/ propter tres eius
 proprietates: scilicet q̄ vrit/ findat/ & afflet. Intacto forulo/ illa sa vagina. ¶ Innocui corporis icta iacent/ id est animalia innocua &
 non venenata fulmine percussa intereunt. ¶ Solus de tanto vulnere restat homo: quia nō semper homo fulmine contactus interit vt
 cetera animalia. Anchisen enim fulmine afflatum fuisse legitimus: cum ipse apud Virgilium de se dicat. Me dānum pater atq̄ homi-
 28 num rex Fulminis afflavit ventis & contigit igni. Et tamen longo post tempore superstitem permansisse. ¶ Bos maris i vitulus
 marinus. ¶ Aies iouis/ aquila/ quę iouis armigera dicitur & eius fulmina ferre: eo q̄ fulmine non feriatur vt ceterę aues.
 ¶ Noni capitis note.

¶ Halonem nostri dicunt coronam. Halon autem aream & planitiem significat. Et dicunt Gręci Halos & Halon. Interest tamen
 q̄ Halon: Halonos inflectitur ad nosrorum nominum tertię inflexionis normam. Sed Halos: accusatiuum Halon habet/ & ceteros
 singulares casus abiecto s terminali nominatiui & vocatiui in o. Hinc nos cum eam dictionē inflectamus: Halon/n/ nominatiuum
 terminante dicere debemus. ¶ Visualis radius est dissipa species/ qua vnaquęq̄ res videtur: qui & nōnunq̄ visus dicitur.

27 Onum caput continet Halonis accidentia. Eius causā, & eius generationē. ¶ Ha-
 28 lonis tria accidentia. ¶ Primum. Halon semper apparet integer circulus. ¶ Secun-
 29 dū. fit circa solē/ circa lunā/ & splēdētia sydera. ¶ Tertium fit diluculo/ fit meridie/
 fit vesperī/ fit in nocte. diluculo & circa solis occasum: minus. ¶ Halōis causa. Ra-
 diorum refractione: & eadem est iridis/ & Virgarum/ & paraheliorum causa. q̄ secundū
 diuersa (a quibus enascuntur & fiunt) fulgida: diff. runt. ¶ Halōis generatio.
 fit Halon vniiformi & equali nube sub astro (vt luna) consistente. Incidens em̄ in eā
 luminos⁹ radi⁹ refringit: appetq̄ sub astro magn⁹ circulus/ quē halonē & coronā
 dicim⁹. Visualis em̄ radius (vt ex p̄spectiua cognitum est) ab oibus planā superficie habētib⁹: vt aere/ vt
 aqua refringit: & in dēstioris mediū occurrit. Et speculorū q̄dā figurā replētāt: vt cōtinua & dēsa. q̄dā fo-
 los colores: vt quę plurimis speculis pene in cōsistib⁹: ibus diuisionem habentibus constant. in talibus
 enim aliquid apparere oportet: imaginem autem apparere impossibile est. coloribus itaq̄ demonstran-
 dis apta relinquuntur. Et clarorum color clarus videtur. Aliquando vero propter alterius ammixtionē:
 vt visualis radi⁹ speculū: aut propter debilitatem/ diffusus radius: alterius coloris facit apparitionem.

Anchisesi
 Virgilius.

Notarum noni capitis declaratio.

Haló: littera n nominatiu terminatē apud Græcos peritofyllabū est id est supercrefcēs / & obliquos nominatiuū syllabis excedentes habens: nam genitiuo halonos facit / & accusatiuo halona. Et quia latini eandē dictionē more latino cōsimiliter inflectū / di-centes in genitiuo halonis / & accusatiuo halonē: debēt eundē retinere nominatiuū / & recte in nominatiuo singulari dicere halon seruata n littera: sicut Græci. Halos autē apud Græcos isofyllabū sive equisyllabū est obliquos recte in syllabarū numero equales habens: & in accusatiuo halon habet / in vocatiuo autē sicut & nominatiuo halos / seruata littera s / quæ extrema est & terminans nominatiui & vocatiui: quam remouet in cæteris casibus singularibus genitiuo / datiuo / & ablatiuo: in quibus habet o.

Notum caput primo tria halonis ponit accidētia quæ sunt. Primum. Haló semp̄ apparet circularis figuræ / & quidē in te- græ. Secundū accidens. Halon fit sub sole / luna / & planetis. Tertium. Halon fit in diei principio / in medio diei / & tempore vesperino / & de nocte. tamen circa solis oriū / & occasū minus: tunc minor fit luminis in nube respēctādi ob horizontis pp̄in- quitatē comoditatē. Halonis causæ. Efficiens: sol / luna / & sidera / lumē in nubē diffundentia: & radij luminosi refractio in nube facta. Cōsimilis est iridis / virgarū / & parabolorū causa. quæ quidē differunt inter se secundū diuersa corpora celestia fulgentia a quibus sunt: vt iris quæ fit a sole differt ab halone qui fit a luna. Immo iris quæ fit a sole differt specie ab iride quæ fit a luna. Non tamen quibus ab eisdem fiant astra. consequens est illa esse eadē specie. vt halo quæ fit a sole non est eiusdem speciei cum iride quæ fit a sole / aut eum parabelio. quia vt eadem sint specie præter id quod ab eisdem fiant astra requiritur: vt eodem modo fiant. Materia autem halonis est vapor in nubem densatus. Halonis generatio. Cum nubes vniformis & omnibus in partibus equam raritatem aut densitatem habet: directe sub astro (vt exempli gratia luna) consistit: incidit in eam ab astro luminosus radius / & nubes o- cursu refringitur. prohibitus enim directe ulterius procedere: vndiq; ad extremitates nubes diffunditur: & per hanc refractionem apparet sub astro magnus circulus lumine collustratus / qui halon dicitur. Nam visualis radius (vt probat inspectus) refringitur a corporibus planam habentibus superficiem: qualia sunt aqua / & aer / modo aerea subtilitas non impediāt refractionem. Similiter & radius visualis in occurſu medijs densioris refractionem patitur. Nubes autem medium est densus in aere consistens: igitur cum in eam incidit luminosus radius / refringitur. Speculorum autem naturalium quædam rei eis obiectæ figuram representant. vt aqua per lucida / & ea quæ continua sunt & densa: cuiusmodi sunt metalla fusæ. Quædam vero representant solum rei colorem: vt ea quæ componuntur ex plurimis speculis ob sui paruitatem pene insensibilibus / & abinuitem diuisis. quemadmodum vitrum speculi in minutissimas partes iuxta se inuicem positas diuisum: vultus humani solum colorem refert. Nam cum in talibus speculis ali- quid debeat apparere: & non possit perfecta apparere imago / & figura / solus restat color qui illis demonstrat. Clarorum autem speculorum color videtur clarus: vt in rara caligine clarum lumē. Obscurorum vero color obscurus: vt in densiori caligine sub- obscurius lumen. Interdum autem propter alterius commixtionem: vt permixtionem radij visualis speculi cum radio visuali rei visæ per speculum / aut propter debilitatem ipsius radij visualis: ipse radius diffusus facit alterius coloris apparitionem. vt inter- dū sol & luna videntur sanguineo colore aut igneo: & inuentiunt metū speculorū. In iride autē propter debilitatē radius lumino- sus diuersorum facit colorum apparitionem.


Cathetus oculi in principio in secunda & tertia syllaba / solū aspirato in scda: græcū est / perpendiculari. Catheti hic vocat rectā quancunq; a circumferentia ad punctum directe perpendicularis: aduclam in nubis planitie. Directi perpendicularis a b.



Ecimū cap. ostendit cur halon sit circulus. duas rationes: naturalem & mathemati- cā adhibēs. Et interserit quid halō nunciet. Cur halō circa solē / lunā / & astrū ap- pareat circulus. Diximus refractionē fieri aere coactō & vapore in nubē consistēte: dū regularis & minutarū partiū extiterit. Hinc si consistat & defertur: pluuia nūciat. Fit enim pluuia vapore defato: si marecessit et euanidus diffaret: serenitatē. Id enim facit calidū / ipsū cōcrescere & defari nō sinēs. Si distrahit & discerpitur ex vna par- te recedit: spiritū p̄nunciat. Facit enim hanc distractionē exhalatio: ventusq; ea ex parte (qua diripitur) oriatur. Et fit refraçtio nube circa solē / lunā / aut astrū consisten- te / & non ex opposito: quæadmodū fieri cōspicitur iris. Hinc ratio deducitur cur halō circulus appareat. quia ab eodē signo ad idē signū vndiq; & cōsimiliter refractio: radio: circulū esse necesse est. Vniformis autē et equalis consistētē nubis: vndiq; & cōsimiliter ab eodē ad idē quales radij refringuntur. Est itaq; halō circulus. Et idē p̄spectiui mōstrant. vt si sit a b visualis radius: a quo ceteri refringantur ad nubis ex- tremam / vltro citroq; directus. Intellectusq; in circumferentia tribus signis c d / f / & a / ostē- dunt esse quales. Et similiter rectas c b / d / b / & f b quales. Quare tres magni trianguli a c b / a d b / & a f b / eadē basi a b cōmunicantes: sūt quales. Triangulos enim equalitū laterū & eandē aut equalē basim ha- bentes: quales esse necesse est. Ducantur præterea Catheti ab angulis triangulorū: c d / f / ad e punctū re- ctæ a b in plano constitutę nubis: qui sint c e / d e / f e / quos probant quales. Nam in equalibus triangulis in vno plano ad rectam a b omnes in signo e copulantur. Est igitur circulus / cuius centrum est e / vt pote a quo oēs rectę ad circundantē lineam eductę sint quales. De quibuslibet enim altis lineis eodē patere potest iudicio. Et in a ponitur oculus: in b sol. Et (vt dictum est) intelligenda sunt cōtinua specula parua: quę (quā cōsequentiā) videntur vnū facere. & in vno quoq; videtur sol vt albus. & circa extrema magis nigredo: quia album sit iuxta positum. Et sepius circa lunam q̄ solem fit Halon. Nam sol feruore suo materiam disgregat & dispergit: quam neq; diu consistere permittit. Et circa astra eadem de causa: sed nubes existente debili & infœcunda. vnde fit vt ea non significant quę solis & lunæ coronę: sed serenitatem potius indicant. De halone hæc dicta sunt.


Notarum decimi capitis declaratio.

Cathetus in presenti littera est recta linea a circumferentia nubis ad punctum directe perpendicularis in contactu nubis signa-



um / ducta in nubis superficie. lineæ ce / d / e / f / est cathetus hoc modo. Directa autem perpendicularis est quæ ab astro per nubem ad visum vsq; nostrum porrigitur: vt a b / quæ a sole exordium sumens: per nubem ad oculos nostros ducitur.

30 **D**ecimū caput ostendit primo quid halon futurū significet. Dicitur quidē est halonem fieri cum vapor congregatus fuerit / & per frigiditatem mediæ regionis in nubem densatus: in qua refringitur luminosus radius / dum ipsa nubes regularis & paruarum partiū sibi proxime iacentiū fuerit. Idcirco si halon consistat quietus & densatus: futuram indicat pluuiam. Nā plus- nia fit ex vapore condensato in nubem. Si vero halon paulatim disparet / & euanescit: significat serenitatem. Facit enim illam euane- scentiam solis calor: non sinēs ipsum halonem condensari / & nubem eius in pluuia conuerti. Quæ si halon distrahitur / & vna pars ab altera diuelliunt: significat ventū futurū. Nā sursum ducta exhalatio & in obliquū se mouēs / hæc facit partiū halonis distractionē: & ventus ex ea parte / qua halō disserpiet / exorietur. Fit autē refraçtio halōis cū nubes est directe sub sole / luna / aut alio quouis astro: & non quā nubes est ex opposito solis aut lune / quæadmodū ea est nubes i quæ appetit iris. Duæ rōes q; halō sit circularis figuræ. Quæ- rā prima est naturalis scilicet ista. Cū ab eodē signo ad idē signū vndiq; & æquiter refringit radij circulū esse necesse est. Nā refraçtio æqui- ter radij ab eodē signo ad idē est vt linea ducta a cetro ad circūferentiā. mō cū lineæ a cetro ad circūferentiā eductæ sūt æquales / est circū- lus igitur & cū ab eodē signo ad idē signū vndiq; & æquiter refringunt radij. Sed in nube vniformi et equalis materie ab eodē ad idē vndiq; & cōsimiliter æquales radij refringunt. Nā a medietate nubis ad eius extremitates. Et cū mediū rei sit quod ab extremis æquidistat: necesse est huiusmodi lineas oēs / æquales esse: igitur halō est circulus. Scda vero rō est Mathematica: et ista. Sit a b visualis radius: a sole p̄ nubē ad oculū vsq; in terra consistētē porrēctū a quo p̄ medietatē nubis trāciunt ceteri radij refringantur ad nubis extremitates: scz a p̄cto e quo nubē tāgit / cuius vna ps e b sit supra nubē directā: altera vero ps a sit sub nubē. Signentur præterea in circūferentiā nu- bis tria p̄ctā / c / d / f / atq; ab a p̄cto istimo directe p̄pendicularis ducant lineæ: a c / a d / a f / q; ex p̄spectina supponant æquales: ga a signo p̄pendiculariter sub nubē consistētē ad eius extremitates ducunt. Præterea ab eisdē p̄ctis i circūferentiā signatis ducant tres lineæ ad p̄- ctū b in supremū directe p̄pendicularis: scilicet c b / d b / & f b / q; etiā ex p̄spectina supponunt æquales quia ab eisdē nubis extremitate ad idē signū illi directe & p̄pendiculariter supeminēs ducunt. Deinde intelligantur tres magni trianguli ex p̄dictis lineis & directā per- p̄pendiculari constitutis: qui sint a c b / a d b / & a f b. Qui pbantur inter se esse æquales. Et primo probat̄ triangulus a c b esse æquili triā- gulo a d b. Nam lineæ a c primi est equalis lineæ a d secundi / & lineæ c b primi equalis lineæ d b secundi / & basi a b primi equalis basi a b secundi: nam eadem est vtriusq; basis. igitur & toti trianguli a c b & a d b inter se sunt quales. Quorum enim latera sunt equalia: & trianguli sunt quales. Secundo probatur triangulum a c b esse equalē triangulo a f b eodem modo. Nam latus a c primi est equalē lateri a f secundi / & latus c b primi equalē lateri f b secundi / vt suppositum est: & basi a b primi equalis basi a b secundi: nam eadem est vtriusq; basis: igitur & toti trianguli a c b & a f b inter se æquantur. Triangulos enim equalium laterū & eadem basim comunicantes: quales esse necesse est. Tertio probatur triangulum a d b æquari triangulo a f b per idem / aut potius sic. Triangulus a d b æquatur triangulo a c b vt primo probatum est: et triangulus a f b æquatur triangulo eidem a c b vt secun- do ostensum est: igitur trianguli a d b & a f b eisdem triangulo a c b quales inter se æquantur. Nam quæcunq; vni & eidem sunt equalia: illa inter se sunt equalia. Equatur igitur tres trianguli a c b / a d b / a f b / quod est propositum. Ducantur præterea a prædi- storū triangulorum angulis in extremitate nubis existētibus scilicet c / d / f / lineæ rectæ ad e punctum lineæ perpendicularis a b / in contactu nubis signatis: quæ lineæ sint c e / d e / f e / quæ p̄spectiui probant inter se quales. Nā ab angulis triāgulorum equa- lium sese respicientibus in eadem superficie ad basim illis tribus cōmunē ductæ: omnes in puncto e in basi signato copulantur. Et huius- modi lineæ ducantur ab extremitate nubis / vt circumferentia ad punctum e in medio nubis signatum vt centrum circuli. igitur a circumferentia ad centrum ductæ sunt quales: quare educto & lineæ ductæ a centro ad circumferentiā æquantur: igitur per- distinctionem circuli halon est circulus quod est propositum. De omnibus enim alijs lineis a puncto e ad alterum in circumferentia punctū ductis / idem est iudiciū. Et in directe perpendicularis a b puncto finali a ponitur oculus: & in b sol. Et intelligenda sunt in nube parua specula adinuitem contigua: quæ quia sunt adinuitē proxima / videntur vnū facere cōtinuū. Et in vnoquoq; eorū sol vt albus videtur: & circa nubis extremitates magis nigredo videtur: propter albi iuxta positionē / & radij refracti in extremitate te quæ medietate debiliore virtute. Sepius autē circa lunā quæ solē fit halon. Nā sol feruore calore suo materiam nubis disgregat: neq; diu eā sub se consistere permittit: luna autem non tantā materiam disgregandæ vim: quare diutius sub ea consistit halō. Et circa astra eadē de cā sepius apparet halō quæ circa solē: sed cū nubes debilis est / & vt pluuia pariat aut ventū sterilis. Quare astrarū halōes nō ea significant quæ solis & lunæ halōes significare dicunt: sed imbrē aut ventū / sed potius serenitatē significant.



31 **V**ndecimi cap. notæ. Cathurgoni / Purpura / græcum est. hinc Cathurges. purpureus ducitur.

Xanthos / aspirato flavus / sitidem græcum. Cath color puniceus. b viridis. c purpureus.



32 **V**ndecimū cap. continet quatuor Iridis accidētia. Iridis generationē. quatuor Iridis & Halonis differentias. Iridis colores. Quo pacto duc simul apparētēs Iri- des suos colores representent. Et quæ Xanthus color non sit a puniceo alius. Qua- tuor iridis accidētia. Primum. numq; iris / completus & integer est circulus: neq; decisso semicirculo maior. Secundum. Sole oriente aut occidēte videtur arcus ma- ior. & quæto sol magis eleuatus fuerit: minor. Tertium. Post autumnale quæto strū breuioribus existētibus diebus: qualibet diei hora apparere potest arcus. In lon- gioribus autē diebus: circa meridiē nō apparet. Quartū. non cōtingit plures duabus in colorū positioē differentes irides fieri. & earū vtraq; tricolor erit: eodē secundū numeros colores ha- bens: puniceū / viridē / & purpureū: educto tñ positione respōdentes. & alteri existūt subobscuriores. 33 **I**ridis generatio. in rorida nube e regione soli opposita radij solis refringuntur: & imaginem solis male exprimunt / red dunturq; visibus nostris tricolor cōspicendus arcus: qui iris nuncupatur. Sunt enim (vt dictum est) illa stillandi proxima rorida vt parua specula: quæ rei colorem & non plane figuram re-

presentant. Et q ab ipsis radii visui refringantur: multa sunt indicia. quia visus ab omnibus corporibus planis (qualia sunt aer & aqua) refringi videtur. Ab aere quidem: quia hanc ob causam Antiphonti semper videbatur praecedere idolum ad se conuersum. Id enim faciebat refraçtio & visus debilitas / vt ei aer speculum fieret. Et hanc iterum ob causam nauium trabes: curuiores / grossioresq; in mari se monstrant. Et flantibus Euris rerum maiores moles. Et sol & astra orientia & occidua: maior videntur. q caligines & vapores medii / visuos fortius frangant radios & dispergant. Quod si aer & aerea illa corpora refringunt: multo fortius aquam refringere per manifestum est. Quatuor iridis & halonis differentia. Differt primo iris ab halone. q iris semper fit ex solis aut astri opposito: Halon autem sub astro. Secundo. iris nigrior: Halon autem fulgidior atq; albiior apparet. Fulgidum enim per nigrum aut in nigro conspectum: puniceum apparet. Viridia enim ligna multum fumum candidę flammę miscntia: ignem ostendunt rubeum. Et sol per fumum & caliginem visus se puniceum ostendere videtur. qualis & prima iridis refraçtio conspicitur: cum a paruis roridis guttis fit refraçtio. Tertio. Quia circa solem halon non tanta consistit mora: q; ta arcus ex solis opposito potest. Nam statim soluitur aut pluit. Quarta. Quia iridis similitudo circa lucernas flantibus austris apparet: circa reinos torantes: aspergentes aquas / & si quis manu e regione solis vmbroso loco: subtiliter aquas aspergat & irroret. Et potissimum purpureum colorem habet & non puniceum: & hoc radiorum refraçtione euenit. Et paruule guttae fiunt specula. non autem hoc pacto halonem effingi contingit. Iridis colores. Tricolor iris apparet. puniceum habens colorem: q; fulgidum in nigro aut per nigrum conspectum / tale appareat. Viridem quidem: quia radius protensus / magisq; fit vmbre particeps. & nigrum vt negatio quaedam est: cuius multa sunt indicia. In deficiendo enim visui nigrum apparet. Et hinc euenit vt omnia a longe visã: nigriora appareant / minora / & plantiora. & in speculis imagines: & nubes in aqua se præbent intuentibus nigriores. Nec iniuria: nam propter refractionem paucos / debilesq; aspiciuntur radio. Et plerumq; accidit: nubem (quæ prope solem existit) respicienti nullum apparere colorem / sed incoloratam nubem videri. eandem autem in aqua prospicienti: aliquem colorem. Iridis se putare videre. Est itaq; notum / radiatum fraçtum propter debilitatem: nigriorem videri / & album minus: tandem per ductum tri ad nigrum. Hinc qui radius fortior puniceum habebat colorem: debiliior factus permutatur in viridem. Qui & iterum debiliior: abst in purpureum quem Alurgea dicunt. Aliorum enim colorum insensibilis est permutatio. hinc Iris tricolor conspicitur. Quopacto duæ simul apparentes Irides suos representent colores? Cum duæ simul fiunt Irides: debiliior fortioris est imago. Quo fit (quia debiliior ex primæ refraçtione / debiliiorq; radio existat: & oppositos & secundum positionem eductos locatos colores habens) vt primæ: sint puniceus / viridis purpureus: & secundæ: purpureus / viridis / puniceus. Et quando tres apparent: tertia vsq; adeo debilis est vt vix videri queat. Nam ex secunda debilitate admodum radio ea nascitur refraçtio: positos colores primæ consimiliter habens: puniceum / viridem purpureum. Et præter assignatos colores alium apparere credunt: quem Xanthum dicunt: nos autem flauum dicere possumus / qui color est puniceus / viridisq; medius. Verum alius ab assignatis non est: quo minus Iris tricolor dicatur. Propter enim puniceus & viridis iuxta positionem apparet. Nam puniceum iuxta viride situm: alboris / flauitatisq; est emulum. Et ex iuxta positione tales fieri representaciones: multa produunt indicia. Primo. Quia nigerrima nube existente: factę Iridis Xanthus color potius q; puniceus apparet: ex forti nubis obscuratõe / & coloris viridis iuxta positione. Facit enim circumstantis nigrum quod puniceum est albescere / apparereq; flauum. Secundo. Quia cum soluitur Iridis puniceum: nubes alba iuxta viride permutatur in Xantum. Tertio. Quia hanc ob causam in iride luna Xanthus color vel maxime apparet. Huius enim causa est obscura nubes / & noctis opacitas: apparetq; valde alba. Quarto. Quia hanc varietatem licet plane conspiciat in texturis: cum variis colores iuxta se inuicem intexuntur: plerumq; ex situ & iuxta positione / alterius coloris apparentiam faciunt: ita quoq; & in floribus. Hinc fit vt ad lucernam operantes in variorum colorum lanis sepius peccent: colorem pro colore accipientes. Et in nocte legentibus flores idem accidit: vt flores pro floribus legant / decerpantq;. Est itaq; tricolor Iris: nec hoc impedit Xanthi coloris apparentia.

Vndecimũ caput primo qdẽ iridis accidẽtia cõtinet. Quoruũ primũ est. Iris nõq; apparet integer circulus neq; portio semicirculo maior: sed aut semicirculus / aut vnã eiũs extremitas in vna pte horisõtis. et altera in pte opposita cõssistit: arcualis circuli ferentia totum occupat nostrum hemisphærium: aut portio semicirculo minor. Secundum accidens. Sole existente in parte orientali aut occidua: videtur iris maior: vt quæ centrum ex solis opposito habeat super nostrum hemisphærium relictum. quando autem sol magis super hemisphærium eleuatus fuerit: apparet iris minor. Nam quanto sol fuerit super nos eleuatus: tanto iridis centrum ex solis opposito constitutum depressius est: & sub nostro hemisphærio remotius. Tertium accidens. Post æquinoçium autumnale (quod fit sole libram intrante: cum contractiores & correptiores sunt dies) qualibet hora diei apparere potest iris propter solis a nobis distantiam. In prolixioribus autem diebus vt circa æstiuum solstitium iris circa meridiem non apparet propter maximam solis ad nos propinquitatem. Quartum accidens. Non contingit plures q; duas apparere irides in colorum positione differentes: quis enim interdum tres appareant: tamen tertia suos colores eodem habet ordine dispositos vt prima. Cum autem duæ apparent: atum vtraq; est tricolor / habens eundem colorum numerum & eosdem secundum speciem colores: scilicet puniceum / viridem / & purpureum: educto tamen sitos. cum prima puniceum habeat supremum / viridem medium / & purpureum infimum.

secunda vero purpureum habeat supremum & primum / viridem medium / & puniceum infimum. Et secundæ iridis colores sunt aliquanto obscuriores q; primæ: quia secunda primæ est imago. quare ex prima debilitate per refractionem radio nascitur: vt mox amplius declarabitur. Iridis generatio. In nube aquosa vt in imbrem soluatur parata: e regione opposita soli aut lune refringuntur radij luminosi solis aut lune: & eius imaginem obscure & imperfecte expriment propter nimiam distantiam & vaporum inter solem & nubem interiectionem: & inde apparet in ea nube arcualis figurę iris / tribus coloribus speculabilis. Partes enim guttę vt in aqua stillent proxime: sunt vt parua specula non figuram rei sed colorem solum representantia. Aliqua quidem perfecte: cum non est nimia nubis ab astro distantia / aut vaporum interieçtio / vt in halone. Aliqua vero imperfecte & exiliter: cum est nimia ipsius nubis ab astro distantia / aut vaporum interpositio. Quod autem ab huiusmodi guttis aqueis radij visui refringantur multa sunt signa / quia radius visualis (vt prius dictum est) ab omnibus planis corporibus refringitur: & qualia sunt aer & aqua. De aere quidem patet. quia propter hanc causam Antiphon semper visus est videre suam imaginem se præcedentem / & ad se conuersam: & cum Antiphon directa via ambulabat: retro grado passu se mouentem: cuius causa erat aeris refraçtio & radij visualis debilitas: q; aer ei speculum esset. Hanc itidem ob causam nauium trabes vt malus & antennę curuiores & grossiores apparent in mari q; extratq; aer mari supereminens multis vaporibus mixtus sit qui maiorę faciunt refractionem. Etiam flantibus euris & austris maiores rerum moles apparent: q; plures tunc vapores aeri permixti sunt q; flantibus zephyris aut borea. Deniq; sol & astra orientia & occidentia maiora videntur q; cum medium nostri hemisphærij tenent fastigium: q; in ortu & occasu mediũ vapores & caligines: visuales radios fortius refringant & dispergant. qui quidem vapores ob debiliorem astrorum orientium & occidentium virtutem non dissipantur. In meridie autem cum increuit solis seruor mediũ vapores dissipantur & dispergantur. bis itaq; quatuor signis manifestum est ab aere & corporibus aeris refractionem fieri: quare multo valentiore iure & ab aqua fit radij visualis refraçtio. Est enim aqua densior & ad refractionem faciendam aptior: propter quam basculus integer & reclus partim aquę immisus / fraçtus & curuus videtur. & nummus in fundo aquę positus maior q; extra aquam videtur. Quatuor iridis & halonis differentia. Differunt primo. Quia iris fit ex solis aut astri opposito: halon autem fit sub astro directe. Secundo. Quia iris apparet nigrior propter longiorem radij luminosi porrectionem & virtutem debiliorem. Halon autem apparet fulgidior propter breuiorem radium qui refringitur & virtute maiorem. Nam si fulgidum per nigrum conspiciatur aut in nigro: apparet puniceum / sive flammeum. vt si candela flamma per fumum conspiciatur: apparet rubicunda: & candida ignis flamma per multum fumum a viridibus lignis halantem visa / videtur rubea. Sic sol per caliginem & vaporem conspiciatur / apparet puniceus: haud secus radius luminosus in nube refractus a paruis guttis aqueis / apparet puniceus. Tertio. Circa solem halon non tanto tempore durat quanto iris ex solis opposito. quia halon soli est propinquior: idcirco eius nubes virtute solis citius dispergitur. iris autem remotior: idcirco tardius a sole disgregatur. Quarto. Quia iridis similitudo circa multa apud nos effingi potest. Apparet enim circa candelas aut lampades flantibus austris: cum tunc aer magis vaporosus esto & radij visui magis refringatur. Secundo apparet circa remos aqueis guttis humectatos & aquam concutientes. nam in guttulis huiusmodi colores iridis conspiciuntur. Tertio. Si quis ex opposito solis & in loco vmbroso (ne nimirum solis lumen impediatur colorum apparentiam) manu subtiliter aquas aspergat: in roridis guttis efformabitur / iridis effigies / cuius paruule guttę sunt specula. Et habet huiusmodi effigies iridis imago postissimum colorem purpureum & non puniceum. Ita cum guttatim aqua per radios solis distillat: quia per ea videtur transparen radius solis / sunt colores iridis. Deniq; in tenuissimis aranearũ filis & oculis huiusmodi colorum fit representatio. non sic autem contingit halonem effingi apud nos. Iridis colores. Iris tres habet colores. Primo puniceum: quia (vt dictum est) fulgidum in nigro aut per nigrum conspiciatur apparet puniceum. At radius luminosus qui fulgidus est / in nigro & per nigrum conspiciatur vt in nube densa: igitur apparet puniceus. Secundo. Iris habet colorem viridem. quia radius luminosus quanto longius protenditur: tanto fit debiliior: & minus habet luminis. At radius luminosus qui in iride refringitur longe protensus est: nam ad oppositum corporis lucidi igitur deficit / & aliquantulum ad vmbraam & nigredinem accedit. Est enim nigrum in negatione: cuius signum est quia vbi visus deficit: apparet nigrum. quo fit vt omnia a longe conspiciantur: nigriora appareant q; si prope conspiciantur. minora itidem apparent procul visa q; prope: itidẽ & plantiora. nam quæ in medio tumorẽ habet & minime plana sũt: ob longã distantiã plana apparet. Præterea imagines in speculis nigriores videntur / et nubes in aqua obscuriores apparet: quia propter refractionẽ debiliore aspiciunt radio q; si directe conspicerentur. Hinc nubes q; prope sole existẽs multã videntur hęc colores: in aq; conspiciuntur aliquę iridis colorẽ hęc putat. Itaq; his indicijs manifesta est radij refraçtio: propter debilitatẽ apparet nigriore et minõs albu videri: itaq; ad nigrũ colorẽ pducit. Propterea radij fortior q; priõs puniceũ habebat colorẽ: factũ debiliior conuertit in viridẽ. Rursũ factũ debiliior mutat in purpureũ tertiu iridis colorẽ. Et quis alij colores pter p̄dictos tres etiã in iride trãsmittit: eorũ in pmutatio nõ est sũspicibilis: idcirco iris cõspicitur tricolor. Quomõ duæ simul apparentes irides suos representent colores. Cũ duæ simul apparet irides: ea q; sit proxime a radio luminoso refraçto fortior est / & alteriõ ex plariõ altera vero ex primæ refraçtioẽ debiliore radio efformata primæ est imago / et debiliior. Et scda colores extremos opposito ad primæ colores ordine hęc dispositos. cuiõ hęc est rō. Nã si qd in longũ porrectũ supemineat aq; q; speculũ est naturalẽ: ps extra aquã inferior / apparet in aq; superior: et ps extra aquã superior / apparet inferior. Vbi grã / scilicet mero versõ aquã vertat et manubriũ versõ celi: in aq; cultri mero et ferrũ supeminebit. et manubriũ subsidabit. Itaq; sumat lignẽ stipes in tres ptes itelleçtu diuisõ: supremã puniceã q; sit a mediã viridẽ q; sit b / et imã purpureã q; sit c / et aq; clarẽ supemineat: in aq; ps purpurea c: apparebit supma / ps viridis b: mediã ps punicea a / infima: erũtq; colores extremi imaginis oppositi ad colores extremos ex plaris. Per lignẽ ergo stipitẽ extra aquã intelligat quare secundæ iridis colores apparent opposito ordine ad colorem primæ.

Cur baculus in aqua apparet fraçtus.



a b c

c
b
a

Quare secundæ iridis colores apparent opposito ordine ad colorem primæ.

Et quia huiusmodi tertia iris est imago secundae: colores habet oppositos ad colores secundae: primum scilicet puniceum / secundum viridem / & tertium purpureum: quare colores habet consimiliter ad primae colores dispositos. Quod si quatuor apparerent irides: quarta esset imago tertiae / & debilior q̄ tertia: colores opposito ad tertiam ordine seruantur. quare eundem colorum ordinem cum secunda seruetur: sicq; nunq; plures duobus in colorum positione differentes contingit irides apparere. **¶** Preter autem colores duobus putant nonnulli alium apparere colorem scilicet flauum: qui inter puniceum & viridem color medius est / vtriusq; aliquid participans / & ad albedinem instar segetum maturarum accedens. Sed flauus hic (quem ponunt) color non est alius ab assignatis coloribus: neq; propter eius apparitionem sequitur iridem non esse tricolorum. Nam propter coloris puniceum et viridis iuxta positionem apparet in iride color flauus: cum puniceum iuxta viride positum / colorem flauum imitetur. **¶** Ex iuxta positione autem diuersorum colorum / alterius coloris fieri apparitionem: multa ostendunt signa: **¶** Primo. quia cum nubes iridis densa fuerit & atra: in ea potius color flauus q̄ puniceus apparet propter vehementem nubis obscuritatem / & coloris viridis iuxta positionem. Nigrum enim puniceo / circumflans / facit ipsum apparere quodammodo album & flauum. **¶** Secundo. Quia cum puniceus color iridis dissoluitur & evanescit: nubes alba viridi iuxta posita mutatur in flauum colorem. **¶** Tertio. Quia propter hanc causam in iride lunae potius color flauus apparet / tum propter nubis obscuritatem quae a radio lunae sub obscuriore minus illustratur: tum propter noctis opacitatem. **¶** Iris lunae apparet valde alba. **¶** Quarto. Cum varij colores per mixti eidem vesti intextuntur: & iuxta positione vnus ad alterum saepe colores / alterius coloris faciunt apparentiam: ita & flores diuersi coloris eodem orto crescentes / alterius coloris florem q̄ sit apparere faciunt. Ex quo fit vt ad nocturnam lampadem aut candelam textentes / in diuersorum colorum lanis saepius errant: vnum pro altero colorem capientes. similiter qui nocte flores legunt multi colores: interdum vnum pro altero florem decerpunt. igitur flauus coloris apparitio non impedit iridem esse tricolorum.

¶ Duodecimi capitis nota.

¶ Meridianus est circulus intellectus transire per punctum verticis capitis nostri & polos mundi.

¶ Punctum verticis capitis / vertex nostri horizontis.



Vodecimum caput continet quinque Iridis proprietates. **¶** Prima. Iris est circuli portio / nunq; semicirculo maior. Et q̄ semicirculus apparet: hinc liquere potest. Posito enim horizontis nostri Hemisphero c / & horizontem circulo a b. centro solis in occidente b: centrum Iridis erit in orientis puncto opposito vt a. quare sola medietas super horizontem a b: in hemisphero c relicta est. & vbicunq; fuerit alibi sol supra horizontem: erit Iridis centrum sub horizontem. quare vbicunq; alibi sole existente: Iris semicirculo minor apparebit. **¶** Secunda. Sole existente in ortu & in occasu: maxima quae fieri potest procreatur Iris. **¶** Tertia. Quanto sol supra horizontem altior ascenderit: tanto minor apparebit arcus. Vnde fit vt sole meridianum tenente: q̄ fieri potest euadat minimus. **¶** Quarta. Post autumnale aequinoctium Iridem omni hora se demonstrare contingit.

¶ Quinta. Circa aestiuas versiones non contingit Iridem in meridie apparere. Et omnia haec Mathematicis rationibus Aristoteles ostendit. quae quia difficultatem & laborem q̄ plurimum habent: neq; capi valeant nisi a plusq; mediocriter eruditis & in elementis Geometricis & perspectiua disciplina: apponere solent alteram. quam quia nihil eorum (quae Aristoteles intendit) sonet: neq; vicio careat: consulto relinquimus.

¶ Notarum duodecimi capitis declaratio.

¶ Meridianus est circulus maior: sphaeram in duo aequa diuidat: qui intelligitur transire per polum arcticum & antarcticum & per punctum verticis capitis nostri. sic dicitur: quia quotiens sol ad illum peruenit quocunq; anni tempore & apud quoscunq; semper est meridies: quia equidistat tunc sol ab vtraq; parte horizontis & occidentali & orientali. **¶** Punctum verticis capitis nostri est punctum in caelo directe capiti nostro superpositum. vt si a vertice capitis intelligatur educi linea recta sursum in caelum vsq; punctus in caelo qui talis linea esset finalis & extremus: punctus verticis diceretur. **¶** dicitur vertex nostri horizontis: quia est polum nostri horizontis / vndiq; ab horizonte equidistans.

Duodecimi capitis prima iridis proprietates. **¶** Iris est pars circuli nunq; semicirculo maior: non quidem secundum existentiam sed apparentiam ad nos. quia nunq; nobis apparere potest maior semicirculo: quis bene semicirculus apparet. quod patet. Sit hemispherium nostrum horizonta supereminens: horizon autem circulus a b: a quidem punctus orientis / & b punctum occidentis. Cum centrum solis est in occidente b: centrum iridis (quod punctus est diametraliter centro solis & eius radio perpendiculari / oppositus) erit in puncto a orientis / opposito ipsi b. quare sola iridis medietas super horizontem a b relicta est in hemisphero c. Vbicunq; autem sol alibi fuerit q̄ in oriente aut occidente super nostrum hemispherium: centrum iridis erit sub horizontem. quare in quocunq; altero nostri hemisph. vj puncto existente sole q̄ in puncto orientis aut occidentis: iris apparebit minor semicirculo. **¶** Secunda. Cum sol est in ortu vel occasu: maxima quae fieri potest nobis conspicitur iris. Nam tunc centrum eius est super nostrum hemispherium: quare nobis apparet q̄ maxima. **¶** Tertia. Quanto sol super horizontem magis eleuatur: tanto minor apparebit iris. quia tanto centrum iridis est remotius sub horizonte & distantius a nobis: quare tanto contraclior apparet iris. Hinc cum sol meridianum occupat: fit maxima. tunc enim centrum iridis est in puncto mediae noctis / ab vtraq; parte horizontis remotissimum. **¶** Quarta proprietates. Post autumnale aequinoctium: iris omni hora se demonstrare potest. **¶** Quinta. Circa aestiuas versiones (quae sunt sole cancrum intrante / cum scilicet est solstitium aestiuum) iris in media die non apparet: vt praecedenti quoq; capitulo dicitur.

¶ Decimertij capitis nota.

¶ Parabelius iuxta solem interpretatur: q̄ sol iuxta solem apparere videatur. Et sub Parabelio solis eum qui luna est comprehensum: quem nonnulli solem nocturnum appellant. prodit enim Plinius tres lunas. Cuius Domicio & L. Annio consulibus simul apparuisse. De aliorum autem astrorum apparentibus imaginibus non ita comperit est. **¶** Cadmia / lapis ex quo aes paratur. **¶** Chrysofocla in metallicis venis crasso humore coactio in duritiam puniceis rigente / gignitur: estq; vt vena putris. **¶** Quid vernix vocetur: quam nonnulli Sendaracha vocant: notum est. Sendaracha tamen proprie extimatur quidam cibus apu quae recodunt / durus vt ceras inueniturq; saepe in fauorū inanitatibus sepositus. **¶** Minium ex fodinis argenteis vt harena rubra eruitur: quod subinde purgatur. Vocantq; medici Cimabarim. Attamen Cimabaris proprie censetur sanguis draconis una cu Elephatino sanguine concretus.



Ecimūtertij cap. cōtinēt causas virgarū & Paraheliorū. Eorū generationē. Paraheliorū accidētia. Et breuē eorū q̄ duplici halitū in terra gignunt / expeditiōnem. **¶** Virgarū & paraheliorū causae. vt halonis & iridis. **¶** Virgarū & paraheliorū generatio. Cū nubes fuerit irregularis: hac defior / illa rarior / hac magis aquosa / illa minus refringit radius solis / & p̄ multas nubis partes radii porrecti videtur: speculis colorē & nō figurā representantib; hūq; cadētibus stillis radii: virgę dicuntur. qui iridis colores nūc puniceū / nūc xanthū / viridē / purpureū (remissiores tñ q̄ in arcu) imitantur atq; representant. **¶** At Parahelius apparet nube dēsa cōtinua ad latitudinem solis existēte: p̄ in aqua cōuertat / nō dū cōuersa. in qua sol fracto radio ob debitā dēsitatē / regularitatē / & cōtinuitatē: suā afformat similitudinē / quē admodū in aere polito: hęc autē solis ad eius latitudinem imaginē Parahelius nuncupatur. **¶** Paraheliorū accidētia. Parahelius apparet albus: & hoc quidē ideo est quia sol albus est. paraheliorū magis q̄ virgę / aquę signū est. Nā paraheliorū nubē magis ad aquā parari oportet. Et maxime quidē australis aquosus est. Circa solis ortū & occasū fiūt Parahelii: neq; e regione solis vt iris: neq; sub sole vt halo / sed ad latus. idētidē & virgę. Neq; admodū p̄ se solē fiūt: nā nubis consistentiā dissolueret. Neq; penitus distantes: hoc enim refractionis effectus impedimento. Longius enim protensus radius a paruo speculo: fit debilis. Hinc neq; Halo fit ex astri opposito. Ad latus igitur sic distans: vt sol nubis consistentiā dissoluere nequeat / multusq; ad ipsos simul veniat radius. Neq; fiūt in medio caeli: quia radius sursum dispergitur. Neq; ex latere mediū celi: nam radius ad terrā fertur: & paucus ad speculū pertingit: fitq; reflexio debilis. **¶** De his itaq; q̄ supra terrā eminentia spectacula p̄bent. q̄ sint. & quot sint / determinasse videmur. Determinare reliquū est de his q̄ intra terrā ex duplici corporū differētia: ex halatione & vapore pariunt. Sicut enim ex illis sursum fiūt q̄ diximus: ita ex illis suo modo in terra nūc fusa: bilia / & liquabilia & illiquabilia: vt lapides / metalla: vt aurū / argētū / c̄s / stannū / ferrū: vt Cadmia vernix / miniu / chrysofocla / sulphur / pulueres colorati: & ex his cōgestū vt miniu / quod Cinnaberim nōnulli vocant / & cōsimilia p̄creantur. Exhalatio enim terrestris atq; sicca / lapidibus ortū p̄stat. & vaporosus halitus metallicis corporib; / cogēte atq; dēfate frigore vt fit in rore / gelu / gradine / & nne. Hinc euenit vt quęcumq; in metalla cōstringantur atq; durecant: ductilia aut liquabilia sint: vt c̄s / aurū / atq; ferrū ductilib; sint naturę. Fit itē vt nonnulla sint vt potentia aqua: nec iniuria profecto. quando quidem eorum materia / aqueus halitus fuerit. Sed tunc neq; aurum / neq; c̄s erant. sed in concretione atq; gelatione: sicca amixta exhalatione: vnum quodq; sic nature moderatricem accipit speciem. Quapropter omnia metalla (vno auro excepto) igniuntur. Nam omnia (dempto auro) igni siccum spiritum exhalabilem p̄creant. Sed communiter hęc dicta intelligantur. Sigillatim autem de vnoquoq; exquisitam determinationem facere: alius exigitur locus.

¶ Tertii Meteororum Aristotelis finis.

¶ Notarum decimertij capitis declaratio.

¶ Para prepositio gręca iuxta significat: & helios solē: quare Parabelius iuxta solem significat. Tāta autē est Parahelii cū sole similitudo / vt imago nomē retineat exemplaris / & sol vocetur. Et quis inter Parabelium in media aeris regione existēte & solem magna sit spacij intercapedo: quia tamē illa a nobis nō percipi ē: apparet Parabelius iuxta solē. Et quē admodū sol in nube ad latus existēte suā efformat imaginē: ita quoq; & luna. Scribit enim Plinius tres interdū lunas apparuisse: quę tamē verę nō erant lune / sed vna erat luna: & due reliquę erant lune imagines in nube efformate: quę propter convenientiam cum ipsa luna idem seruant nomen. Sicut tempore natiuitatis p̄ssimi saluatoris nostri perhibentur visi fuisse tres soles / tandem in vnum conuenientes: qui trini & vnus dei cultum tunc exordium sumere insinuarē putati sunt. Vbi vnus erat sol: & duo Parahelii. qui ad solem accedentes sub eo consisterunt / disparuerunt. Vocati tamen sunt tres soles propter mutuan similitudinē: quia vnus ab altero inter nosci non potuit. Alia autem astra debilem admodum habēt radiū & non potentem sui astri in nube imprimere imaginē. hinc aliorum astrorum non ita representantur imagines. **¶** Pamex lapis est leuis / prorsus instar spongie & erosus: poliendis libris & membranis aptus. qui ex Ethnei montis & Eoliarum insularum incendio ei aculatus: crebrior in illis inuenitur. **¶** Vernix / puluis est albus qui papiro aut membrane superpositus delendis lituris aptus est.

Plinius.

Decimūtertij caput primo virgarum & Paraheliorum causas continet: quę sunt. Efficiens: sol / & radiorum in nube refractio. Materia: vapor multus in nubem densatus. **¶** Eorum generatio. Cum nubes fuerit irregularis / difformis / & in equalis: in vna quidem parte rarior / & in altera defior similiter in vna eius parte magis ad pluuiam parata: in altera vero minus: refringitur in ea radius solis / & per multas nubis partes vt pote rariore in longum deorsum porrectus longo tractu videtur: cum ille partes nubis & stille pluuias talia sint specula q̄ non imaginem sed colorem representant. Et cum guttę aque etiam soluta nube decidit / radij solares in eis refracti virgę dicuntur: quia multi sūt / & cōtinui et in longū a media aeris regione deorsū porrecti.

Et radij illi colores iridis imitantur & referunt nunc punicum/aliquando viridem/ & aliquando purpureum, sunt tamen hi in virgis apparentes colores obscuriores & debiliores q̄ in iride, quia in minore fiunt speculo. & materia virgarum non adeo refractio apta est, vt iridis copiosior nubes & amplior. ¶ Cum autem nubes densa/quo melius refractionem faciat/ & continuat vt integriorem solis suscipiat imaginem/ fuerit ad latus solis: regularis omnino & vniformis vt magis vniformem & vniorem referat imaginem: & propinqua vt in pluuiam conuertatur (quo commodius in ea representetur solis imago: sicut in aqua perlucida (nondum tamen conuersa: nam si conuersa foret/ discontinuatis iam partibus non susciperet solis imaginem, in illa sol per suorum radiorum refractionem suam format imaginem: ob debitam nubis densitatem/regularitatem/ & continuitatem, sicut suam similitudinem effingit sol in ere polito & terso. Et hæc imago solis ad eius latus consistens: dicitur Parabelius. ¶ Parabeliorum accidentia. ¶ Primum, Parabelius apparet albus, Nam in nube Parabelij non solum imago: verum etiam color refertur: sol autem albus apparet, igitur & Parabelius eius imago. ¶ Secundum, Parabelius magis est signum pluuiæ q̄ virgæ, quæ representantur in nube, Nam Parabeliorum nubes pluuiæ gignendæ paratior est q̄ nubes virgarum: cum virgarum nubes, vna quidem parte densior sit & altera rarior/vna magis aquosa & altera minus, Parabeliorum autem nubes vniformis est & continua, Et maxime Parabelius australis aquosus est: propter multitudinem vaporum illic eleuatorum. ¶ Tertium, accidens, Circa solis ortum & occasum fiunt Parabelij: quia tunc debilior solis virtus non sufficit nubem dissoluere: quem in meridie facile solueret & dissiparet. ¶ Quartum, Non sicut Parabelij ex opposito solis vt iris: neq; directe sub sole/ vt halon. Quia hic sol suam virtutem disperget: illic vero propter nimiam distantiam refractionem admodum debilem efficeret. Sed fiunt Parabelij ad latus solis: vbi neq; nimia est distantia: neq; dissoluendæ nubis tanta occasio. ¶ Quintum, Non fiunt Parabelij in nube admodum prope solem existente: nam huiusmodi nubis materiam sol protinus dissolueret: neq; in nube multum a sole distante: quia hoc sufficientem impediret refractionem. Radius enim luminosus ad magnam distantiam porrectus: sit admodum debilis, propter radij autem debilitate non potest tanta fieri refraçtio: quanta ad imaginem solis effingendam requiritur, Et hæc etiam ob causam halon non fit ex opposito astris. Tunc enim nõ sufficeret longe porrectus radius verum astris colore in nube referre atq; representare: quem admodum in iride ob nimiam distantiam debilitate color solis exprimitur. Sic itaq; medio modo ad latus distant Parabelij: vt sol nubis materia nimia propinquitate dissoluere nequeat/ & copiosius ad nubem perueniant solis radij. ¶ Sextum, Non fiunt Parabelij in medio caeli: quia illic radius solaris sursum dispergitur/ & perceptibiliter non incidit nubis. Neq; indem sicut Parabelij ex latere medij caeli: illic radius solis ad terram fertur/ & paucis admodum ad nubem peringit/ sitq; tunc in nube reflexio debilis: & non sufficiens ad faciendam imaginis solaris apparitionem. ¶ Breuis eorum quæ duplici halitu scilicet exhalatione & vapore in terra gignuntur expeditio. ¶ De impressionibus igneis/ aqueis/ & æreis quæ supra terram aut in supræma/ aut media/ aut infima regione aeris fiunt: hæcenus determinatum est. Nunc de mixtis imperfectis terreis quæ in terra ex duplici spiratione scilicet exhalatione & vapore fiunt/ determinandum est. Nam sicut prius determinata supra terram ex vapore & exhalatione gignuntur omnia: ita & ea quæ infra terram generantur, ex vapore itidè et exhalatione tanq; materia progenita sunt: vt lapides & metalla/ & ea quæ consequenter in littera numerantur. Fiunt enim lapides ex exhalatione sicca & terrestri/ metalla vero ex vapore per frigus coactio & condensatione/ quem admodum frigore condensatur vapor in pruina/ niuisi/ & grandinis generatione. Quare quæcumq; per vaporis condensationem indurantur in metalla: aut ductilia sunt/ vt crebro icli possunt aspidumidine non ampla duci ad amplitudinem non spissam: qualia sūt es/ ferrum & plumbum, aut sunt liquabilia: vt in liquorem solui possunt/ qualia sunt stannum & plumbum. Et cum multorum in terra mixtorum materia sit vapor/ aqueæ naturam participas: ipsa quoq; nata sunt in humorem solui & instar aque fluere. At cum vapor humidus adhuc secundum substantiam fuerit: non est aurum aut es actus: sed solum potentia/ quia scilicet ex eo fieri potest es aut aurum. Cum autem admixta exhalatione ipse vapor gelatur & cogitur: vnumquodq; metallum formâ substantialem suscipit in materia rite disposita. Quo fit vt omnia metalla excepto auro igni consumi possint: nam omnia dempto (vt dictum est) auro resoluuntur in fumum/ qui flammæ materiam præstat. Sed hæc generatim & in summa de mixtis terreis dicta sunt. Speciatim autè de unoquoq; eorum & peculiariter determinare/ ad alterum spectat locum: vt pote ad librum de fodiis & minoris, quem Aristotelem quidem fecisse dicunt: sed eum nondum in latinum sermonem traductum esse.

¶ Committarij in tertium Meteororum Aristotelis finis. ¶ Primi capituli quarti Meteororum Aristotelis nota. ¶ Terminant: quæ diu dissolutionem impediunt. ¶ Permutant/ generant/ & corrumpunt/ & alterant. ¶ Humectant: vt cum calidum coagulata fundit/ & frigidum: a calido coadunata liquat. Quæcumq; enim frigido concrescunt: calido soluantur. & contra/ quæcumq; calido concreta sunt: soluantur & frigidum. Liquata enim & fusæ: humidata esse videntur. Coagulata autem & concreta videntur esse sicca. Et multis etiam alijs modis humectant atq; siccant. ¶ Simplex generatio dicitur: pro quantum eam ex proportione qualitatum simplicium corporum provenire consideramus. Naturalis quidem: quæ naturæ seriem ordinatam seruet. Itidè & corruptio. ¶ Quis/ aer/ aqua/ terra/ ignea/ ærea/ aquea/ terrea.



Vartus liber Meteororum Aristotelis duodecim capita complectitur. Primum novem conclusiones, duas rationes ad primam, & quatuor correlaria ad tertiam. ¶ Prima conclusio, quatuor qualitatum quæ principia sunt & differentie elementorum (vt alio loco determinatum est) & secundum quarum coniugationes quaternarius elementorum sumitur numerus: duæ calidum scilicet & frigidum/ actiue sunt: duæ vero humidum & siccum/ passiuæ. ¶ Quod calidum & frigidum actiua sint/ & humidum & siccum passiuæ: ex his primo potest esse manifestum qd calidum & frigidum terminant/ copulant & permutant. & tam Homogenea q̄ Heterogenea: nunc humectant/ nunc siccant/ nunc mollificant/ nunc vero cogunt & indurant. hæc autem sunt agere. Et humidum & siccum terminantur/ copulant/ permutantur/ humescunt/ siccantur/ mollificantur/ coguntur/ atq; durant. hæc autem sustinere: est pati. Sicut igitur calidum & frigidum agentia: humidum vero & siccum patientia.

¶ Secundum

¶ Secundo hoc idem ex eorum diffinitionibus est manifestum. Nam calidum est quod disgregat Heterogenea/ & congregat Homogenea. Disgregare autem Heterogenea & quæ diuersi sunt generis/ & sumi liter congregare ea quæ sunt eiusdem tribus & generis: est agere. Et frigidum est quod congregat & Heterogenea & Homogenea. Sunt igitur agentia calidum & frigidum. Et humidum est quod facile alieno terminabile est terminatio. Siccum vero contra: quod alieno difficile terminatur/ clauditurve termino. Terminari autem pati est. Sunt igitur humidum & siccum passiuæ. Est itaq; manifestum harum quatuor qualitatum/ secundum quas & quarum combinationes sumitur differentia/ numerusq; elementorum/ duas calidum & frigidum actiue esse: & duas humidum & siccum esse passiuas. ¶ Secunda, simplex & naturalis generatio: cui naturalis corruptio opposita est: harum qualitatum est opus. ¶ Nam ita & animalia/ & plantæ/ & ipsorum partes generantur. Cum enim hæc qualitates rationem/ cõtemperamentumq; vniscuisq; nature aptum in subiecta materia habeant: ab hæc virtutibus simplex/ & naturalis proficiscitur generatio. Ab his quidem agendo: ab illis autem patiendo. Permutant enim & generant calidum & frigidum: cum materiam obtineant. Cũ vero partim non obtineant: incoctio/ indigestioq; fit quædam. Est igitur simplex & naturalis generatio: harum qualitatum opus. ¶ Tertia, simplici & naturali vniscuisq; rei generationi: maxime & commune cõtrarium putrefactio existit. ¶ Nam omnis secundum naturam corruptio hac via procedit: quod senectus & vetustas ostendunt. Vnumquodque enim natura constans: putredine finem suum consequitur: nisi violentia corrumpatur. Vt nihil prohibet & carnem/ & os/ & vnumquodq; putribilium comburi: & hoc pacto sine putrefactione corrumpi. ¶ Quæ suapte natura: putrefactione suum finem nancisci nata sunt. ¶ Primum correlarium, hæc fit/ vt quæ putrescunt: primo humida appareant/ & deinde sicca. ¶ Nam compositum his terminatum erat: terminantibus quidem calido & frigidum, cum autem corruptio fit: quæ terminatur/ suis terminantibus obtinere incipiunt: & humidum suo quoquo pacto continente superato se dissociat: quod dissociatum facile resolubile tandem siccum relinquit. Et cum secundum partem compositum putrescit: hæc putrefactio/ particularis & secundum partem dicitur. Cum autem simpliciter & totum putrescit: & ea putrefactio/ simpliciter & tota dicitur. ¶ Secundum correlarium, ex his item notum esse potest: omnia præter ignem quodammodo putrescere posse. Et enim & aer/ & aqua/ & terra putrescunt. ¶ De perfectis autem mixtis: nulla surgit ambiguitas. Ignis autem solus non putrescit: cum maxime actiue sit/ & vt aliorum forma. Aer enim/ & aqua/ & terra ad ipsum sese habent vt materia. At putrefactio a qualitibus passiuis nascitur. Est enim putrefactio/ in vniscuisq; humido proprie & secundum naturam caliditas: ab extranea caliditate vt ambientis & circumdantis facta. ¶ Tertium, fit iterum vt propria frigiditas cum humido: putrefactionis/ communis causa habeatur. ¶ Nam quod putrescit: propria caliditatis indigentiam sustinet & defectum. Omne autem tale/ frigidum: & interna eo valentior frigiditas habetur. Et si quid naturalis caloris residui fuerit: exterminat/ aut exterè circumdantis caliditate coadiuuat. Cum humido igitur propria frigiditas: putrefactionis communis causa habeatur. ¶ Quartum, quapropter demum aduenit: vt sicciora tandem euadant putrefacta omnia/ sicut deniq; finis/ puluis/ atq; terra. ¶ Nam proprio exhalato calido: proprium & secundum naturam/ euaporat humidum. Non enim naturalis calor adest: ipsum retinens. imo vero ipsa secundum naturam caliditas expirare coacta: ipsum secum rapit/ trahitq;. Nimirum igitur si putrefactum: proprio consumpto calido & humidum/ sicca maneat: & finis/ puluis/ & terra tandem euadat. ¶ Quarta, res minus in frigore q̄ estu putrescere solent. ¶ Nam in frigore vt tempore brumæ: paucis in ambiente aut aere aut aqua calor inexistit, quare propriam caliditatem eorum (quæ tabescere possunt) consumere non valet: sine quo putrefactio nulla parari potest. In estu autem vt estiuo tempore: multus in continente calor habetur: huiusmodi dissolutionis faciendæ potens. Res igitur in frigore quam aestu (& non ab re quidem) minus putrescere solent. ¶ Quinta, quæ a frigido concreta/ coagulataq; sunt: minus putria fiunt. ¶ Nam hæc nimia frigiditate: circumdantis vt aeris debiliorem calorem obtinere non sinit. si autem non obtinet: corpora putredinem non admittunt. Minus itaq; talia putrescunt. ¶ Sexta, quod natura feruente/ calensq; sit naturæ: minus item putrescit. ¶ Nam internus ille & naturalis calor qui humidum terminat: valentior est/ quam quem circumdantis exterior & ad exteriora trahens: dissipare sufficiat. minus igitur quod tale fuerit/ putrescit. ¶ Septima, quæ fluunt: & quæ mota/ agitataq; sunt: minus putredinis contagione sentiunt. ¶ Hoc enim ideo est: quod circumdantis caloris minor fiat impressio quâ possit calor: qui internus/ propriusq; habetur. Motus enim: exteriorum impressiones impotentiores efficit. Quæ igitur fluunt/ & quæ mota/ agitatae sunt: minus huiusmodi labem sentiunt. ¶ Octava, eadem quoq; de causa: maiora minoribus minus putrescunt. Nam maiorum: maior proprius calor/ & proprium frigus habetur, quem quidem calorem idcirco circumstantis corporis virtutes: minus obtinere queunt. At in minoribus/ proprius calor minor est: & quem externa facilius obtineat caliditas. Merito igitur maiora minoribus/ minus putrescunt. Et hæc de causa mare secundum partem diuisum/ cito putrescit: totum autem putrescit nunq;. ¶ Nonna, ex his quæ putrescunt vt plurimum animalia scaturiunt/ gignunturq;. ¶ Nam dissociata caliditas: gignendi animalis nature apta/ naturalis/ & propria: constare facit segregata/ gigniturq; animal.

¶ Notarum primi capituli quarti Meteororum nota.

Opposite calidū & frigidū de natura.

Calidum & frigidum terminant corpora: quādiu ipsis concretā dissolui impediunt. ut calidum terminat lutum: quādiu eius per frigidum impedit dissolutionem. & frigidum terminat glaciem: quādiu ne a calido dissolatur impedit. Copulata autem: quia coagulant & coadunant corpora. calidum enim congregat & coniungit lutum & frigidum glaciem. Eadem calidum & frigidū permittunt: cum generant, corrumpunt. ut calidū ignis aquam corrumpit: & ignem gignit. aut eam abterant: ut cum ignis feruor aquam calefacit. Non autem augent/minuunt/aut loco mouent: quia hoc per accidens efficiunt: illa uero duntaxat in animatis. Calidum & frigidum humectant: calidum quidem eum a frigido coagulata fundit ut glaciem frigore concretam: nam humorem aqueum/potentem manifestumq; reddit. Frigidum uero, cum a calido concreta liquefacit. ut lutū calore compactum & siccitate, frigidum eum humido liquefacit/idecirco dicitur humectare lutum. Nam quae eumq; frigidum coaguntur, calido soluantur. ut nix/grando/glacies. Contra uero quae calido coaguntur, frigidum soluantur. ut lutum/sals & lac igni iuxta positū inspissatur & concreuit: quod ab igne remotū liquefit. Quae autem liquefacta sunt & in humorem resoluta, uidentur humida/quod eorū humor exterius conspicitur. Quae autem coagulata sunt & coacta, uidentur siccata: quod exteriori parte siccitatem habeant/suoq; (quod siccitū propriū est) bene contineantur termino: quamuis latentē habeant humorē. Eadem generatio & simplex est & naturalis: diuersis rationibus. nā dicitur simplex: pro quanto consideratur provenire ex proportione & contemperamento quatuor qualitatum: calidi/frigidi/humidi/& siccitatis: quae quidem primae sunt simplicium corporū/elementorūq; & propriae qualitates. ut generatio pulli ex ouo: simplex dicitur: quatenus consideratur procedere ex contemperamento quatuor qualitatum corporibus simplicibus primo conuenientū. Dicitur autem generatio naturalis: quae debetū naturae ordine seruet. ut cū ex ouo gallinae fit pullus: determinata naturae series ibi seruatur. Sic corruptio simplex dicitur: quia fit ex actione quatuor qualitatum/earumq; disproporitione. & naturalis: quod fiat seruato ordine naturae/ & deficiente uirtute seruatiua/contemperamentoq; rei.

Primi capitis quarti Meteororum prima conclusio. Quatuor qualitatum aduicem actiuarum & passiuarum (quae sunt differentiae elementorum) & secundum quarum combinationem sumitur numerus elementorum: ut secundus liber de generatione/tum in secundo/tum in tertio capite luculenter ostendit. duae calidum & frigidum actiuae sunt: duae uero humidū & siccum passivae. Primo, quia calidum & frigidum terminant/copulanti permittunt/aliquando humectant cū soluit/aliquando siccant cū siccitū coagulat/interdū mollescunt scilicet cū liquefaciunt/interdū indurant cū coadunant & congregant. Haec autem septē efficere/est agere. igitur calidū & frigidū sunt qualitates actiuae. Humidū uero & siccū terminantur/copulantur/permittuntur/humectantur/siccantur/mollescunt/& durantur. Haec autem septē alijs ordine respondentia sustinere/est pati: igitur humidū & siccū sunt qualitates passivae. Secundo. Idē ex eorū diffinitionibus secundo capite secunda de generatione declaratis manifestū est & clarū. Calidū enim est quod congregat & heterogenea/ & congregat homo genea. Frigidū autem quod congregat & heterogenea & homo genea. At disgregare heterogenea/ & disgregare homo genea/est agere. igitur calidum & frigidum sunt qualitates actiuae: quod est primū. Humidū autem est quod facile alieno termino est terminabile: ut aqua. Siccum uero quod difficile alieno clauditur & continetur termino, ut terra. Terminari autem & claudire/est pati: igitur humidum & siccum sunt qualitates passivae. Quae quatuor primarum qualitatum: calidi/frigidi/humidi/ & siccitatis primae calidū & frigidum actiuae sunt: duae uero reliquae sunt passivae. Secunda conclusio. Praedictae qualitates generationis simpliciter rerū natura constantium & naturalē (cui opponitur corruptio naturalis) efficiunt. Nō quidem ut praecipua agentia: sed ut praecipuorum accidentaria instrumenta. Patet in animalia/plante/ipsorumq; partes per ipsarum qualitatum actionem/proportionemq; sunt. Nā cum praedictae qualitates debitam proportionē: & aptū formae substantiali rei generandae contemperamentum habent in materia: ab ipsis simplex & naturalis generatio provenit. ut cum in materia oui est quatuor qualitatum contemperamentum/aptum formae pulli: tunc forma pulli inducitur in materia, & cū in materia seminis oliuae est apta proportio harū qualitatum/ & formae oliuae conueniens: tunc generatur forma oliuae & acquiritur in materia. Et faciūt duae qualitates calidū & frigidū ad generationē agendo/duae uero humidū & siccū patiendo. Nempe calidū & frigidū generant: quando maioris sunt uirtutis in agendo quā in resistendo. Cū uero nō uirtute excedunt neq; ceteras superant: nō perfecta generatio sed indigestio quaedā inchoa fit: ut cibi in stomacho nō conuertitur quaedam congeries. Tertia conclusio. Simpliciter & naturali generationi/putrefactio contraria est. Nam omnis secundū naturā facta corruptio (cū scilicet res ad suam peruenit periodū/ & exhaustis uiribus intrinsecis tabescit) per putrefactionem fieri conspicitur: ut senectus & uetustas manifestum praebent argumentum. Quandoquidem senectute res putrescere uidentur/ & uetustate atteri: ut solidi arborum trunci carie excavati/solidi lapides & arma rubigine/ ferrugineq; obducta monstrant. Et (ut in summa dicatur) unaquaeq; res naturalis putrefactione finem suum claudit: si modo uolentia nō corrumpatur. Tunc sane quicquam uolentia corrumpitur, quando nondū perfecta periodo neq; propria deficiente uirtute ab extrinseco interit. quae quidem corruptio/bic naturalis nō dicitur/quod naturae seriem non seruet. Quae autem uolentia corrumpuntur, non oportet putrefactione deficere. ut si os/caro/lignum iniiciatur igni & consumatur: sine putrefactione quidem corrumpitur. Quod libet autem illorū si propriae relinquatur naturae, putrefactione finem suū consequitur. Primum correlarium. Unde fit ut quae putrescunt, primo appareant humidā & deinde sicca. Nam compositum/cum perfectum consistat/humido & siccū terminatum erat: & calidum cum frigido suae erant qualitates terminantes. Cum autem fit corruptio, qualitates terminatae incipiunt maioris esse uirtutis quam qualitates terminantes. quare debilitato calore naturali qui prius terminabat humidum, ipsum humidum iam calori praeualens se dissociat/ & dispergit/apparetq; exterius. Deinde dissociatum humidum facile ab extrinseco calore euaporat & resoluitur, & tunc corpus putrefactum apparet siccum. igitur quod putrescit primo humidū apparet, & deinde sicca. Cū autem ipsius compositi solum una pars secundū quantitatem sumpta putrescit/ea putrefactio particularis/ & secundum partem dicitur. Cum autem totū secundum omnes partes putrescit/ea putrefactio simpliciter & tota dicenda est/ut & de corruptione dici solet. Secundum correlarium. Quo fit ut omnia praeter ignem quodammodo putrescere possunt. Nam quod mixta perfecta putrescant notū est. Praeterea aer/aqua/ & terra putrescunt: quia aut frigiditatem habent aut humiditatem/quae duae sunt potissime putrefactionis causae. Ignis autem neutram earum habet, cum sit calidus & siccus/ & maxime uirtutis actiuae: se ad alia habens

elementa ut forma ad materiam. Alia autem elementa ad ignem se habent ut materia ad formam. Putrefactio autem a qualitatibus passiuis & materialibus nascitur scilicet humidū & siccū: quemadmodum conseruatio a putrefactione oritur a qualitatibus actiuis & formalibus: calido & frigido. Diffinitur enim putrefactio/quod est in uniuersisq; humidū naturalis caliditatis conseruatio: ab extrinseca caliditate facta. Cū enim intrinseca & naturalis deperit caliditas/minuiturq; a caliditate externa/corpora risq; circumstantis: tū deniq; res ad putrefactionē disponitur. Tertiū correlarium. Fit iterū ut intrinseca corporis frigiditas cū suo humidū/comunis & omnibus conueniens sit causa putrefactionis. Nā per diffinitionem quod putrescit/naturalis caliditas patitur defectū. Quod autem caliditatis patitur defectum: est frigidum/ & quanto minor est interior caliditas: tanto ualentior est interior frigiditas. Quod si quid proprii caloris in eo quod putrescit superest, interna frigiditas illud corrumpit: aut externam caliditatem ad illius caloris consumptionem simul adiuuat. Perinde atq; in domo existens non satis potens alterum domo depellere adiuuat/existentem extra domum: ut hic trahendo/ille uero expellendo: tertium illum domo depellant. Quod autem humidū causa sit, primum ostendit correlarium. igitur interna frigiditas cum humidū est causa communis & uniuersalis putrefactionis. Quartū. Hinc etiam fit ut omnia putrefacta tandem sicciora fiant & in terrā/cineremq; & fauillā redigantur. Patet, quia humidum a calido terminabatur & continebatur: cū igitur exhalatum est calidum, proprium amplius humidum non continetur sed dissipatū resoluitur cum ei non amplius asit calor cōtinens. imo ipsa naturalis caliditas cū expirat/humidū secum extrahit, quare relinquuntur frigidum & siccum qualitates terrae: & hinc putrefactum terra fit & cinis. Quinta conclusio. res minus putrescunt tempore frigido quā calido: ut hyme quāestate. Nam tempore frigido ut hiberno aut nullus aut paucus est calor in aere circumdante: & propria caliditas rerum fortius constringitur intus propter frigus circumstantis. quare nō potest paucus calor exterius/internum ualentiorē consumere & putredinem inducere. In tempore autem calido ut aestiua multus est calor in corpore circumdante: & sufficiens dissoluere calorem internum debiliore, igitur tunc fit putrefactio. Quinta conclusio. Quae a frigido concreta sunt & congelata: minus putrescunt. Quia ea propter nimiam frigiditatem qua congelata sunt, non permittunt calorem extrinsecum debilem dissoluere calorem intrinsecum. Si autem extrinsecus calor non agat neq; obtineat in internū: nō fit putrefactio. igitur non facile illa putrescunt. Sexta, quod ualida habet & uehementē caliditatem naturalem: minus putrescit. Nam si interior caliditas sit uehemens: exterior caliditas eā dissipare & consumere non potest. Et si interiorē exterior caliditas non ualet dissoluere, non fit putrefactio. igitur cū magnus est interior calor/minus res putrescit. Septima, quae mouentur & fluunt, minus putrescunt. Nā motus secundum locum/exterarum rerū impressiones facit debiliores: ut in aqua fluentem minus imprimatur calor solis quā in stante: & res quae mouetur non ita imprimat suā speciem in oculo ut quiescens. igitur in res motas & agitatae minus imprimatur extrinsecus calor quā requiritur ad putrefactionē: cum calor internus debilem calorem extrinsecū facile superet & uincat. igitur ea quae loco mouentur/minus putrescunt. hinc fluuiales aquae suo decurrentes aluco/minus putredinis habent aquis stagnantibus aut paludibus: quarū aqua stat immota. Octaua. Eadē de causa mole maiora minoribus secūdit molem & eiusdem quidem speciei: minus putrescunt. Nā supposita ea caloris ad calorem proportionē quae est magnitudinis ad magnitudinem: maiorum corporum maior est calor naturalis. quare non poterit illum circumdantis corporis calor debiliore euincere & trahere ad exteriora: non igitur fit in illis putrefactio. Minorum autem corporum minor est calor proprius: in quem idcirco facile poterit obtinere calor extrinsecus/ & putrefactionem efficere. igitur maiora corpora minoribus minus putrescunt. Et hanc obrem maris particula a toto diuisa/cito putrescit: totum autem mare natura putrescere nequit. Nona. Ex his quae putrescunt animalia/caturire/serpentes & uermes nasci. Nam caliditas ad exterioraeducta & dissipata: apta est & conueniens ad gignendum animalia. ea autem facit segregata congregari & concrefcere/materiam fouens: igitur gignuntur ex rebus putrescentibus animalia.

Secundi capitis notis.

Pepans/maturatio. Epesif/elixatio. O ptesif/assatio. O motes/cruditas/ & (quae pepansi opponitur) immaturatio. Sunt praeterea duae incoctiones: inelixatio opposita Epesif/ & inassatio quae opponitur O ptesif. Proprium/naturale. Humidum & siccum naturale: uniuersisq; mixtorum natura dicuntur. quod natura ex elementorum contemperamentis: secundum materiam omnia gignantur mixta. Et cum materiae sit passiva/ & compositum: ex calidorum/frigidorum/humidorum/ & siccorum contemperamentis pariter coalitum: quorum duo calidum & frigidum potissimum sunt ad agendum/ & duo humidum & siccum a se patiendum. Hinc potius humidum & siccum uniuersisq; mixti: natura materia dicuntur/contemperamentaq; passiva. A postema/recolleccio, græcum est. Nos huiusmodi in uno loco humorum recollectionem/aggregationēq; panos & uomicas nominamus.

Secundum caput continet vnam conclusionem. duas diffinitiones: earum declarationes: & vnum correlarium post primae declarationem. Conclusio. Digestionis & indigestionis species determinandae sunt. Nam ea determinare expedit: quae diste uirtutes calidum scilicet & frigidum in natura constantibus humidis & siccis operantur ad digestionem operantur & indigestionem. Est enim digestio/calidū: indigestio autem/frigidū. Digestionis igitur & indigestionis determinandae sunt species. Et digestionis species sunt tres: maturatio/elixatio/assatio. Et indigestionis tres oppositae: cruditas/inelixatio/ & inassatio. Et apta non habemus nomina quibus ipsas nominare possumus. sed quaedam similitudine trahenda sunt haec: ad omnes digestionum & indigestionum species: tum in his quae arte tum quae natura fiunt. Prima diffinitio. digestio est a naturali calido: in oppositis passiuis obtinendo: facta perfectio. Hæc enim passiuā/humidū scilicet & siccū: uniuersisq; mixtorum propria inueniuntur: ipsorumq; natura sunt materia. Cum enim quicquā digestum fuerit: perfectum iam factum est.



Et talis perfectionis principium: naturalis & propria existit caliditas, tamen ab externis ut alimento/ ut balneo/auxilium plerumque sumat & vendicet: precipuum tamen est que interna possidet caliditas. Et huius digestionis: natura, species & substantia finis est. ut vnum quodque tale sit: quale optime natura sit natum: aut maturum/coctum aut totum, tunc enim vtile est & digestum dicimus. Quemadmodum mustum digestum dicimus: cum feces resederint/ & propria obtineat caliditas. Et panos/apostemataque natura: cum sanies simul consistat proprio congregante calido: quales sunt & lacrymæ cum ex oculorum lippitudine inspissantur/ densanturque vt limus. Et est: quia proprium humidum obtinetur a naturali calido, que quandiu nature rationem/ & contemperamentum seruant: hoc euenit. ¶ Correlarium. 16 Hinc euenit vt vrine sedimenta/egestiones & omnino corporeæ superfluitates: que digestæ apparent: sanitatis sunt signa. ¶ Apparent enim digestæ: cum proprium calidum iam in terminato humido atque sicco obtinere insinuent. Tunc enim constant & crassiora & calidiora sunt. Tale enim: efficit laudabilium calidum/siccum/crassius/meliorisq; molis. Superfluum enim & innaturale resoluit humidum. Sed quid digestio sit: satis/ apprimèque dictum est. ¶ Secunda diffinitio. Indigestio est imperfectio ob indigentia 17 proprie caliditatis: in oppositis passibus proueniens. Et certe vbi proprie caliditatis indigentia fuerit: frigiditas est. Erunt itaque indigestio a frigiditate in humido & sicco: que vniuersumque mixtorum natura materia sunt. Sed quid digestio & quid indigestio/ satis dictum est: hinc autem earum species/quid vnaqueque earum sit exequamur.

¶ Notarum secundi capitis declaratio.

¶ Humidum & siccum naturale non dicuntur vniuersumque mixtorum materia: quod ex eis ut parte substantiali mixta consistunt/ sed quod materie analogæ sunt & æmula. Vt enim materia ad patiendum est: ita & duæ prædictæ qualitates, quare hoc ipso quod est passuum esse/ cum materia conueniunt: & in analogia materia dicuntur. Sic calidum & frigidum quod ad agendum sunt ut forma substantialis/ vniuersumque mixtorum consimili analogia forma dici possent/ cum consimilem præcipuis actibus seruent conditionem.

¶ Secundi capitis conclusio. ¶ De digestionem & indigestionem/ earumque speciebus determinandum est. ¶ Nam ea conuenientia 18 determinat: que a calido & frigido virtutibus agentibus sunt in humidis & siccis. Nam præcipua intentio est in hoc libro de harum quatuor qualitatum effectibus determinare. At digestio & indigestio sunt a calido & frigido in humidis & siccis. Fit enim digestio a calido: & indigestio a frigido/ igitur de digestionem & indigestionem/ earumque speciebus determinandum. Digestionis quidem species sunt hæc tres: maturatio/elixatio/assatio. Indigestionis autem tres sunt species oppositæ: cruditas sive immaturatio/ inelixatio/ & massatio. Et quia conuenientia nobis desunt nomina ad omnes digestionis & indigestionis species peculiari nomine designandas: idcirco hæc que dicta sunt nomina trahenda sunt ad omnes digestionum & indigestionum species: sive natura sive arte factas. Natura quidem: ut natura/ iei/ concoctio. Arte vero: ut elixatio/assatio. ¶ Prima diffinitio. Digestio est a naturali & interna caliditate in humidum & siccum opposita passiva agente/ facta perfectio. ut maturatio pomii/ aut cerasti. Siquidem hæc qualitates passivæ humidum & siccum vniuersumque mixtorum propria & naturales inueniuntur: cum mixtum omne ex quatuor qualitatum admixtum contemperatis consistit. ¶ Sicut vniuersumque mixtorum materia. recte igitur dicitur est digestionem fieri in passibus humidis & sicco. Et cum quecumque digestionem fuerit, iam perfectum est/ antequam vero digestionem fuerat, erat imperfectum. Digestio igitur perfectio quædam est. illius autem perfectionis causa efficiens est propria & naturalis caliditas rei in qua fit digestio/ quare digestio recte dicitur perfectio facta a naturali calido. Nam quamuis interdum digestio ab externis ut alimento aut balneo iuuetur/ tanquam auxiliariis & minus præcipuis causis: sicut maturatio a calore solis/ tamen præcipua efficiens eius est interna caliditas. Finis autem digestionis est rei perfectio & naturalis dispositio: ut vnum quodque tale sit/ quale natura esse natum est. h. t. natum: si vnum quodque summam que sibi natura conceditur/ a seque perfectionem: quam non consequitur res quandiu est indigesta. per digestionem igitur ut conueniens medium nititur peruenire ad suam naturalem perfectionem. Quam cum assecuta fuerit: tunc rebus humanis utilis dicitur/ & usui accommodata. Quemadmodum mustum dicuntur maturum quando feces & admixtae terrositate suo pondere depresso/ in imo subsederint fundo: & propria musti caliditas in humidum & siccum dominium/ virtutemque habuerit. Si etiam apostemata dicimus matura quando humor indigestus & noxius uno in loco consistit: a propria caliditate congregatus/ & in illo loco consistere insus. Vt etiam lacrymas dicimus maturas: cum oculorum lippitudine/ que infirmitas oculorum est/ assiduum humorem lacrymantium/ desflentes inspissantur: & condensantur in lar limi. Quod quidem eo euenit: quia proprium humidum a naturali calido terminatur & continetur: & quandiu calidum & humidum debitam nature proportionem & contemperamentum seruauerint: consimile semper eueniet. ¶ Correlarium. Vnde contingit ut ipsius vrine hypostases/egestiones & cæteræ corporis que a natura expelluntur superfluitates: cum digestæ apparent/ sanitatis sunt indicia. Tunc autem digestæ apparent, quando significant naturalem calorem in terminatum humidum & siccum virtutem habere. ad enim cum contingit, naturales & rei conuenientes sunt operationes: quare animal est sanum. Nam humidum & siccum cum a calido hoc modo terminantur: & crassiora & calidiora sunt. que d quidem fit a calido animalis nature conuenientiori/ sicciori/ crassiori / & maioris copie: resoluente superfluum & innaturale humidum. ¶ Secunda diffinitio. Indigestio est imperfectio ob defectum naturalis caliditatis in oppositis passibus humidis/ scilicet sicco 17 proueniens. Vbi autem proprie caliditatis indigentia est: illic frigiditas est. quare indigestio est a frigiditate ut causa efficiens in humido & sicco: que vniuersumque mixtorum materia esse dicta sunt.

¶ Tertij capitis nota.

¶ Humida/ liquores. ¶ Aulicocium/ quod coquinaria arte ad eam aqua molitur/ digeriturque. ¶ Serum/ aqua lactis. ¶ Timeæ rotundæ/ vermes qui in animalium alio giuntur.

Cuid dige-
lio

Cuid indig-
estio



18

Et tunc caput continet sex diffinitiones: earum declarationes. vnum correlariū ad primam. quatuor ad secundam. vnum ad quartam: & duo ad quintam. ¶ Prima diffinitio. Maturatio est digestio circa fructuum alimenta & ipsos fructus facta. que tunc perfecta habetur: cum semina que aut folliculis aut pulpa/ circumclusa tenentur: talia sunt vt ex ipsis aliquid simile vegetibus ipsis: gigni possit. Est enim digestio/ perfectio quædam. & alia perfecta dicimus: que qualia sunt/ alia quædam efficere possunt. Et illa circa fructus maturatio a naturali completur calido. Dicuntur & alia multa matura/ quædam translatione ad hanc maturationis specie: quod apta nomina nobis non concurrant quibus ipsa vocemus. Vt apostemata matura dicuntur cum consistit sanies: & a naturali obtinente calido naturalis humidi facta est digestio. Cum enim calidum obtinet: ipsum consistere facit & terminat: non obtinens autem terminare impossibile est. Et cum hoc pacto maturantur: ex magis spumosis & aeris sunt aquea/ & ex aqueis terrea/ moxque consistunt. Calor enim aerea & subtiliora resoluunt/ & humiditatem superfluum: propriam autem & terrestria retinent: terminat: & consistere facit/ ducitque in naturam. ¶ Correlarium. hinc omnia maturationem sustentia: ex subtilioribus grossa facta sunt. ¶ Secunda. cruditas/ maturationi contraria est: & est circa fructuum alimenta & fructus ipsos: quædam indigestio. ¶ Primum correlariū. hinc fit vt immaturi fructus: spumosi/ si/ aquosi/ aut vtrunq; simul existant. Nam ipsorum interminata est humiditas. ¶ Secundum. fit etiam vt cruditas/ imperfectio sit quædam. ¶ Nam maturatio/ quædam perfectio est. erit igitur cruditas ei opposita/ quædam imperfectio. Et treuera hæc cruditatis imperfectio prouenit ex naturali caloris indigentia & incomensuratione/ in debitaque ad humidum proportione: quorum neutro indiget maturum. ¶ Tertium. fit iterum vt que sicco admixta non sunt: non maturecant. ¶ Nam que maturantur/ ingrossantur: humida autem sine sicco ingrossantur minime. Hinc aqua humidorum sola ingrossationem non sustinet. Et accidit cruditas: aut quia calidum paucum sit & frigidum multum: aut quia humidum terminabile/ sit multum. ¶ Quartum. quo fit etiam vt crudorum expressi humores/ sibi tales sint: & magis frigidum quam calidi/ esui & potui parum apti & conuenientes. ¶ Et sicut maturatio multis modis dicitur & ad multa transfertur: ita quoque & cruditas. Vrinæ enim animalium/ expurgamenta/ & pituitæ/ crudæ dicuntur: quod caliditas non obtineat: & quod vna/ pariterque non consent. Et remotius/ minusque prope later & lac cruda dicuntur: quod possibile sit illa a calore passa/ permutari & consistere: vt in duritia fit & arte. Et sicut aqua maturationem non admittit: ita neque cruditatem. Nam non ingrossatur: quamuis forte quoquo pacto elixationem/ (de qua nunc agemus) admittat. ¶ Tertia diffinitio. Elixatio est secundum totum ab humida circumstante caliditate: interminati inexistentis humidi digestio. Quod enim elixorum spumorum/ aqueumve fuerit: ab eo calore qui in humido existit coquitur/ molitur/ digeriturque. Que quidem elixa a frictis in hoc differunt: quod fricta ab extrinseco calido patiuntur: ad se humidum (in quo fricta iacent) rapiunt: & ipsum siccum/ aridiusque reddente: idcirco hic exterior humiditas trahitur. Elixorum autem non ita est: sed oppositum euenit. Nam a caliditate exterioris humidis: ipsorum interior trahitur humidum. ¶ Primum correlarium. Quapropter elixa quæ assa/ sicciora sunt. ¶ Nam elixa humidum in seipsa non trahunt. præualet enim exterior caliditas/ & que foris est: ei quæ interior habetur. Si tamen aliquando præualuerit interior: ad seipsum utique trahet. ¶ Secundum. Euenit etiam vt non omne corpus sit elixabile. ¶ Nam illa in quibus pene nulla est humiditas: vt lapides/ & illa in quibus quidem est: sed ob grossitatem obtineri nequit ut sunt ligna: elixationem non sustinent. Eâ autem sustinent: quæ humiditate participant/ ab igneo circumstante feruore in humido existente/ bene passibili. Et elixationis nomen ad multa transferimus: quia nobis apta deficiat nomina. Vt ad aurum/ virens lignum/ lac/ mustum/ & alia humida. Aurum quidem: quod cum laterculo & sale/ similibusque firmitate agente circumstante calido: in proprio digeritur humido atque depuratur. & circumstantis calidum a virentibus lignis humorem ad exteriora euocat. & mustum & lac ab exteriori calido: humorem in humido existentem permutant/ patiunturque aliquid quodammodo vere elixatis simile. Et horum non idem finis est. Nam elixorum hæc (vt aulicocia & proprie elixa) sunt ad escam. & eorum quæ translatione dicuntur: hæc (vt quædam humida) ad sorbitiones sunt. Hæc (vt Pharmaca quas medicinas dicimus: & que etiam elixari dicuntur) ad salutem existunt. & alia permulta ad multas & varias commoditates & vtilis. ¶ Tertium. quapropter iterum quecumque humorem habentia grossiora/ minora/ grauiora: & his contraria subtiliora/ maiora/ leuiora/ circumstante calido sunt: quoquo pacto sunt elixabilia. ¶ Hæc enim segregante calido grossiora sunt vt caseus & butyrum/ & minora & grauiora: hæc vero subtiliora vt serum/ & ita de cæteris. ¶ Quartum. hinc oleum secundum seipsum elixabile non est. nam si purum fuerit: non ingrossatur/ minoratur/ ingrauescit/ aut aliorum quodcumque patitur. Et de elixatione & propria & translata hæc dicta sunt. & nihil refert an artificio quodam paretur: an nature peragatur in instrumentis & officio. ¶ Quarta diffinitio. inelixatio est indigestio elixationi contraria in interminata corporis humido: ob circumstantis humidis defectum proueniens. Et iam diximus vbi caloris indigentia fit & defectus: illic frigiditatem adesse oportere. Et defectus ille digestionis prouenit aut propter circumstantis humidis frigiditatem/ aut propter elixabilis multitudinem. Tunc enim accidit circum

stantis humiditatis caliditatem maiorem esse quam ut non moueat: minorem vero quam ut regulet & con-
 digerat. ¶ Correlarium. hinc que in elixationem sustinent: elixis duriora cernuntur. ¶ Nam elixorum
 humida magis terminata sunt / magisq; remollita. Et transfertur huiusmodi indigestio ad multa: sicut
 & elixatio / ut ad metalla / fluida / & animalia. Animalibus enim propter immoderatum exercitium proue-
 nit ut calor ille resoluatur / exhaletq; digerens. Sed de elixatione & eius opposita indigestione: quid sint
 & ob quid eueniant: haec tenet. ¶ Quinta diffinitio. Assatio digestio est a caliditate sicca & aliena facta.
 ut si quis quod elixabile est non calido humido digerat: sed permutet / & calido sicco ut igni perficiatur
 digestio: hoc profecto non elixum / sed assatum esse dicitur. Quod si amplius quam oporteat calidi sicci
 sustineat excessum: tunc dicitur adustum. & citius assatio elixatione consumatur: quod assatio a calidi-
 tate sicca que acutior est: fiat. ¶ Primum correlarium. Vnde fit ut afforum exteriora sicciora sint inter-
 rioribus. elixorum autem contra: exteriora humidiora sint / interiora vero sicciora. ¶ Nam assatorum
 partes propinquiores citius attingit & desiccatur ignis: & exterioris poros constringit / corrugat / coar-
 datq; hinc humidum intus existens evaporare nequit: sed interius reconditur: donec pori ipsi reclusi /
 apertiq; fuerint. ¶ Secundum. hac de causa maiore industria & manus artificis ope: quicquam assati
 quam elixati magis eget. ¶ Nam difficile est quicquam assando & exteriora & interiora regulariter in-
 calefcere. Semper enim igni viciniora / desiccantur citius. Et licet elixatio & assatio arte liquido factae
 conspiciantur: nihilominus consimiles natura species habentur: sed in nominatae quidem sunt. Ars enim
 naturam imitatur. & alimenti in corpore digestio / elixationi similis est. Fit enim a corporis caliditate
 in humido. Et indigestio alimentaris similis est eius oppositae indigestioni: & exterioris calidi defectu
 paritur. Et animalia ut in ea rotundae non generantur in ipsius digestionis loco (ut aliqui putauerunt)
 sed ex secretionem facta & putrefacta in inferiore alio. illic enim segregatum putrefcitur. sed quam ob cau-
 sam / alio dicendum est loco. Deinde genitae ascendunt ad superiores ventrem: qui locus est digestiois.
 Et ossium digestio similis est assationi: eorum vero indigestio / eius oppositae indigestioni. ¶ Sexta dif-
 finitio. In assatio: indigestio est assationi contraria: ex defectu calidi sicci extrinseci in assabili
 ens. Sic enim se habet in assatio ad assationem: sicut in elixatio ad elixationem. & huic non est nomen
 impositum. Et accidit hic assationis defectus: aut propter exterioris ignis defectum / aut quod igni vica-
 rium sit: aut propter ipsius assabilis humoris excessum. Tunc enim calor maior erit quam ut non mo-
 ueat: minor autem quam ut digerere sufficiat. Sed quid maturatio / quid cruditas / quid elixatio / quid in
 elixatio / quid assatio / quid in assatio / satis dictum est.

Quid matura-
ratio:

Tertii capitis prima diffinitio. ¶ Maturatio est digestio circa fructuum alimenta / ipsosq; fructus facta. Eructus appellan-
 tur qui a vegetabilibus feruntur. aut segetibus: ut triticum / hordeum: aut arboribus: ut pira / poma / cerasa. Eructum autem
 maturatio perfecta est: cum eorum semina / aut folliculis clausis: aut fabae & legumina / aut pulpa circumdata (que mollior est fru-
 ctus pars inter corticem exteriorem & semen intercepta) ut pomorum / pirorum & cerasorum: talia sint ut ex eis similia gigni
 possint vegetabilia. Ut tunc cerasum maturum est: cum ex semine cerasi altera enasci potest cerasus. Et tunc triticum maturum:
 cum ex semine tritici iacto in terram / aliud oritur triticum. Nam digestio perfecta quaedam est. Alia autem mixta / perfecta di-
 cimus: quae simili specie mixtum producere possunt: quare & in vegetabilibus erit simile. Illa autem fructuum maturatio profici-
 scitur a naturali caliditate & intrinseca / obtinente in humidum & ipsum terminante: quod ad debitam ducit temperiem. Calor
 autem extrinsecus ut a sole productus in aere: coadiuuat ad maturationem: ut efficiens accidentale extrinsecum. ¶ Multa praeter
 rea alia per quandam similitudinem & translationem dicuntur matura: quia nomina conuenientia nobis desunt ad eorum appel-
 lationem. Ut apostematiz dicuntur matura quando sanies & immaturus humor in unum locum collectus consistit: & posita priori
 duritie a naturali calore paulatim digestus mollescit. Cum enim naturale calidum praeualeat in humidum: facit humidum uno lo-
 co consistere: & ibi digestionem perficit. si autem calidum non praeualeat in humidum, impossibile est quod terminet humidum
 cum agens debeat superare uirtute in passis. ¶ Cum autem maturantur fructus primo ex maiori spumositate & aerea humidita-
 te sunt aquei: deinde ex aerea humiditate sunt terrei / temperamentumq; habent terreum. Nam natius calor resoluunt aeream
 humiditatem & subtilem que superflua est: & naturalem inducit humiditatem qua terminat. & in perfectionem naturae per-
 ducit. ¶ Correlarium. Quo fit ut omnia quae maturantur: ex subtilioribus grossiora fiant. Principio enim subtiliora sunt & aer
 ream sine uero grossiora & terrea. ¶ Secunda diffinitio. Cruditas maturationi contraria: est circa fructuum alimenta & frus-
 ctus ipsos vegetabilium / quaedam indigestio. ut cum poma sunt immatura aut cerasa / neq; eorum semen ualet producere consi-
 milis speciei vegetabile. ¶ Primum correlarium. Quo fit ut fructus immaturi aut multum spumositatis in se continant / aut
 aquositate / aut utrumq;. Nam paucum habent caloris / & non sufficiens terminare humidum: quare eorum humiditas est inter-
 minata / & se dissociat diffuens. ¶ Secundum correlarium. hinc etiam euenit ut cruditas imperfectio sit. ¶ Na maturatio: per
 fectio quaedam est: cui sit digestio: igitur per oppositum cruditas est imperfectio: cui sit indigestio. Et haec cruditas imperfectio pro-
 uenit aut quia caliditatis naturalis est defectus / aut humiditatis interminati multitudinis: & idcirco indebita calidi ad humidum pro-
 portio. Maturum autem, & multum habet caloris / & minus humiditatis / debitamq; unius ad alterum proportionem. ¶ Tertium
 correlarium. Quapropter quae sicca admixta non sunt, non maturatione suscipiunt. ¶ Nam quae maturantur debent in grossari. At hu-
 mida sine sicco in grossari non possunt, sed manent liquida & fluida. quae igitur sicco non sunt admixta, non maturantur. Quare inter
 humidam / sola aqua in grossari non potest, quod sicco non sit permixta. Accidit autem cruditas, quia calidum naturale paucum sit &
 idcirco frigidum immaturale multum: aut quia humidum terminabile multum sit: & impediens caliditatem in ipsum obtinere. ¶ Quar-
 ta correlarium. Quo fit iterum ut humores crudorum expressi subtilem sint, & ob calidum inexistens paucitatem magis frigidum calidum

Quid crudi-
tas.

humano usui parum conducentes. ¶ Et sicut maturatio ad multos transfertur, ita quoque & immaturatio sine cruditas. Nam
 urinae animalium & egestiones, humoresq; a cerebro naribus stillantes cruda dicuntur: quia caliditas in humidum non praeualeat
 leat / & quod partes eorum una non consistant. Remotiori autem translatione later & lac dicuntur cruda: later quidem cum mol-
 le est lutum: quia possit a calore decoqui / & humor ad exteriora trahi. Lac uero, quia a calore igneo pati possit & in grossatam
 consistere, quare potest maturari, antequam igitur maturetur, crudum dicitur. Sicut autem aqua maturitatem non admittit, ita
 nec cruditatem. Cui enim unum oppositorum non est natum conuenire, nec alterum. Nempe (ut dictum est) aqua non est nata in
 grossari, quamuis forte aliquo modo elixationem (de qua nunc futurus est sermo) suscipiat. ¶ Tertia diffinitio. Elixatio est
 digestio humiditatis interminati inexistens elixabili, facta secundum totum ab humida caliditate circumstante. Est enim humida ca-
 liditas, ea quae in humido est ut aqua, quod cum in se natura calorem non habet, subicitur ignis ut in circumstantis humidum in-
 ducat calorem. Elixabile autem in se humidum habet interminatum, spumosum & aqueum, quod cum humido circumstante
 & calorem habenti imponitur, huiusmodi inexistens humidum coquitur & digeritur, imo a circumstante humida caliditate
 trahitur ad exteriora, quare partes elixae extremae, decoctae sicciores sunt: & mediae si satis concoctae non fuerint (quia in eas non ob-
 tinuit exterior calor) humidae sunt, & sanguineum humorem seruant. Elixae autem a frixis differunt, quia frixa patiuntur a ca-
 lido igneo extrinseco, quod quidem humorem in quo frixa coquuntur ad se rapit: & ipsum humidum siccius & aridius reddit:
 quare in frixorum decoctione exterior humiditas trahitur ab extrinseco calido, in elixis autem euenit oppositum, nam interioris
 elixorum humidum trahitur a caliditate exterioris humiditatis ad exteriora. ¶ Primum correlarium. Quo fit ut elixae assis sicciora
 sint. ¶ Nam elixae humidum in se ipsa non trahunt imo ipsorum ab eis subtrahitur humidum, cum exterior calor in circumstan-
 te humido praeualeat ei qui interior est. Si autem interior calor aliquando praeualuerit in exteriorem, trahet ad se humorem: sicut
 ualentior exterior extrahit. ¶ Secundum correlarium. hinc etiam contingit ut non omne corpus sit elixabile. ¶ Nam ea quae
 nullam intra se habent humiditatem, non sunt elixabilia / ut lapides. Etiam illa quae humiditatem quidem habent, sed ob grossi-
 siem molis illa humiditas a calido obtineri non potest, neque ad exteriora duci ut ligna / etiam non sunt elixabilia. Ea autem eli-
 xationem sustinent, quae inexistens habent humiditatem, ab humida circumstante caliditate bene passibilem. ¶ Elixationis au-
 tem nomen ad multa transfertur quibus nominandis apta non sunt posita nomina: ut ad aurum / uirens lignum / lac / muslum
 & consimilia. Ad aurum quidem, quia ipsum fusum / in liquoremq; solutum cum laterculo & sale in proprio decoquitur humi-
 do a calido igneo circumstante. Ad lignum uirens, quia circumstantis calidum ex uirentibus lignis humorem trahit ad exteriora
 per extremas partes ligni stillantem. Ad muslum autem & lac, quia eorum humidum a circumstante & exteriore calido permu-
 tuatur: & ad exteriora trahitur, quem admodum in elixatis. ¶ Elixationem autem diuersi sunt fines. Nam aliqua sunt ad escam, ut
 propria elixae quae ad cibum aqua molluntur & parantur. Elixorum autem translatiue dictorum quaedam sunt ad sorbitiones,
 ut quaedam humida pulmenta. Quaedam uero gratia sanitatis, ut medicamenta & eorum apparamenta decoctione facta, &
 alia multa ad alios & alios usus. ¶ Tertium correlarium. hinc etiam fit ut quaecumque humida sunt per circumstantis calidum
 grossiora / minorae / & grauiora / & quodam modo densentur, sint elixabilia. Similiter ex opposito quaecumque humida sunt per
 circumstantis calidum subtiliora / maiora / & leuiora / & aliquo pacto rarefiant, etiam sint elixabilia. ¶ Nam elixabilem aliqua
 segregante calido, grossiora / minorae / & grauiora sunt quam prius fuerint, ut caseus / & butyrum. Alia uero per calidum se-
 gregans subtiliora / maiora & leuiora sunt, ut serum lactis. ¶ Quartum correlarium. Quapropter oleum secundum se & alteri
 non admixtum non est elixabile. ¶ Nam si oleum sit purum non in grossatur per calidum circumstantis / nec minoratur / nec gra-
 uescit: similiter nec subtiliatur / excrescit / aut fit leuius. Omne autem elixabile aut sit grossius / minus / & grauius per calidum:
 aut contra subtilius / minus / & leuius igitur. Nihil autem refert an elixatio arte an natura fiat. ¶ Quarta diffinitio. Inelixatio est
 elixationi contraria indigestio: in humidum elixabilis interminato / indigestioq; ob caloris humiditatis circumstantis defectum proue-
 niens. Vbi autem caloris est defectus, frigiditatis est abundantia, quare inelixatio prouenit ob frigiditatem humidam circumstan-
 tem. Et defectus elixationis prouenit aut propter caloris humiditatis circumstantis paucitatem / & frigiditatem copiosam / aut propter
 humiditatis interminati & indigesti quod est in elixabili multitudinem. Tunc enim indebita est proportio, & non sufficit paucum ca-
 lidum quod est in humidum circumstante, agere in multum humidum inexistens elixabili / ipsumque digerere: cum a minori uir-
 tute non fiat actio. ¶ Correlarium. hinc inelixae elixis sunt duriora. ¶ Nam elixorum humidum magis terminatum & diges-
 tum est: quare elixae molliora sunt ut matura. Inelixorum autem humidum interminatum est & indigestum. Idcirco efficit ineli-
 xae duriora sicut immatura. Indigestio autem haec quae inelixatio dicitur transfertur ad metalla a circumstante calido non bene
 passa. Praeterea ad fluida / a circumstante itidem calido non decoctae. Denique & ad animalia: quae cum plus equo exercitij aut
 laboris fecerint: apertis poris resoluuntur calor naturalis ad exteriora / & minus caloris manet in interioribus quam ut sufficiat
 cibum sumpsum digerere: hinc illa cibi indigestio / translatiue inelixatio dicitur. ¶ Quinta diffinitio. Assatio est digestio a calidi-
 tate sicca & extrinseca facta in humidum interminato inexistente assabili. ¶ Cum enim circumstantis ignis calor sufficiens est
 ad ipsum assabilis humidum interminatum digerendum & terminandum: estq; debita unius ad alterum / ut agens ad patientem
 proportio: tunc perficitur assatio. Quae in hoc quidem differt ab elixatione: quod inelixatio fit a calido humido: ut aqua. Assatio
 uero a calido sicco: ut igne. Conueniunt tamen quod utraque fit in eodem passiuo habente intra se humidum interminatum.
 Quod si calidum / siccam usque adeo excedat: ut non modo humidum digerat / uerum etiam penitus absumat & ad se trahat: id
 non assum sed adustum erit: & mediocritatem praetergressum ad abundantiam declinabit. Cum autem caliditas sicca acutior
 sit & fortior quam caliditas humiditatis: quod haec aerea sit & non summatilla uero ignea & summatilla: hinc citius assatio perficitur
 quam elixatio. ¶ Primum correlarium. Vnde fit ut assorum partes exteriores / sicciores sint interioribus. Elixorum uero par-
 tes exteriores / humidiores sunt: & interiores / sicciores. ¶ Nam ignis citius attingit & desiccatur partes assatorum exte-
 riores / ut quae sunt propinquiores: quare humidum intus existens expirare non potest: donec calore ignis / pori ipsius assis
 sint aperti: per quos & calor ad interiora penetret / & humor exeat. In elixis autem partes exteriores praeter inexistens

humano usui parum conducentes. ¶ Et sicut maturatio ad multos transfertur, ita quoque & immaturatio sine cruditas. Nam
 urinae animalium & egestiones, humoresq; a cerebro naribus stillantes cruda dicuntur: quia caliditas in humidum non praeualeat
 leat / & quod partes eorum una non consistant. Remotiori autem translatione later & lac dicuntur cruda: later quidem cum mol-
 le est lutum: quia possit a calore decoqui / & humor ad exteriora trahi. Lac uero, quia a calore igneo pati possit & in grossatam
 consistere, quare potest maturari, antequam igitur maturetur, crudum dicitur. Sicut autem aqua maturitatem non admittit, ita
 nec cruditatem. Cui enim unum oppositorum non est natum conuenire, nec alterum. Nempe (ut dictum est) aqua non est nata in
 grossari, quamuis forte aliquo modo elixationem (de qua nunc futurus est sermo) suscipiat. ¶ Tertia diffinitio. Elixatio est
 digestio humiditatis interminati inexistens elixabili, facta secundum totum ab humida caliditate circumstante. Est enim humida ca-
 liditas, ea quae in humido est ut aqua, quod cum in se natura calorem non habet, subicitur ignis ut in circumstantis humidum in-
 ducat calorem. Elixabile autem in se humidum habet interminatum, spumosum & aqueum, quod cum humido circumstante
 & calorem habenti imponitur, huiusmodi inexistens humidum coquitur & digeritur, imo a circumstante humida caliditate
 trahitur ad exteriora, quare partes elixae extremae, decoctae sicciores sunt: & mediae si satis concoctae non fuerint (quia in eas non ob-
 tinuit exterior calor) humidae sunt, & sanguineum humorem seruant. Elixae autem a frixis differunt, quia frixa patiuntur a ca-
 lido igneo extrinseco, quod quidem humorem in quo frixa coquuntur ad se rapit: & ipsum humidum siccius & aridius reddit:
 quare in frixorum decoctione exterior humiditas trahitur ab extrinseco calido, in elixis autem euenit oppositum, nam interioris
 elixorum humidum trahitur a caliditate exterioris humiditatis ad exteriora. ¶ Primum correlarium. Quo fit ut elixae assis sicciora
 sint. ¶ Nam elixae humidum in se ipsa non trahunt imo ipsorum ab eis subtrahitur humidum, cum exterior calor in circumstan-
 te humido praeualeat ei qui interior est. Si autem interior calor aliquando praeualuerit in exteriorem, trahet ad se humorem: sicut
 ualentior exterior extrahit. ¶ Secundum correlarium. hinc etiam contingit ut non omne corpus sit elixabile. ¶ Nam ea quae
 nullam intra se habent humiditatem, non sunt elixabilia / ut lapides. Etiam illa quae humiditatem quidem habent, sed ob grossi-
 siem molis illa humiditas a calido obtineri non potest, neque ad exteriora duci ut ligna / etiam non sunt elixabilia. Ea autem eli-
 xationem sustinent, quae inexistens habent humiditatem, ab humida circumstante caliditate bene passibilem. ¶ Elixationis au-
 tem nomen ad multa transfertur quibus nominandis apta non sunt posita nomina: ut ad aurum / uirens lignum / lac / muslum
 & consimilia. Ad aurum quidem, quia ipsum fusum / in liquoremq; solutum cum laterculo & sale in proprio decoquitur humi-
 do a calido igneo circumstante. Ad lignum uirens, quia circumstantis calidum ex uirentibus lignis humorem trahit ad exteriora
 per extremas partes ligni stillantem. Ad muslum autem & lac, quia eorum humidum a circumstante & exteriore calido permu-
 tuatur: & ad exteriora trahitur, quem admodum in elixatis. ¶ Elixationem autem diuersi sunt fines. Nam aliqua sunt ad escam, ut
 propria elixae quae ad cibum aqua molluntur & parantur. Elixorum autem translatiue dictorum quaedam sunt ad sorbitiones,
 ut quaedam humida pulmenta. Quaedam uero gratia sanitatis, ut medicamenta & eorum apparamenta decoctione facta, &
 alia multa ad alios & alios usus. ¶ Tertium correlarium. hinc etiam fit ut quaecumque humida sunt per circumstantis calidum
 grossiora / minorae / & grauiora / & quodam modo densentur, sint elixabilia. Similiter ex opposito quaecumque humida sunt per
 circumstantis calidum subtiliora / maiora / & leuiora / & aliquo pacto rarefiant, etiam sint elixabilia. ¶ Nam elixabilem aliqua
 segregante calido, grossiora / minorae / & grauiora sunt quam prius fuerint, ut caseus / & butyrum. Alia uero per calidum se-
 gregans subtiliora / maiora & leuiora sunt, ut serum lactis. ¶ Quartum correlarium. Quapropter oleum secundum se & alteri
 non admixtum non est elixabile. ¶ Nam si oleum sit purum non in grossatur per calidum circumstantis / nec minoratur / nec gra-
 uescit: similiter nec subtiliatur / excrescit / aut fit leuius. Omne autem elixabile aut sit grossius / minus / & grauius per calidum:
 aut contra subtilius / minus / & leuius igitur. Nihil autem refert an elixatio arte an natura fiat. ¶ Quarta diffinitio. Inelixatio est
 elixationi contraria indigestio: in humidum elixabilis interminato / indigestioq; ob caloris humiditatis circumstantis defectum proue-
 niens. Vbi autem caloris est defectus, frigiditatis est abundantia, quare inelixatio prouenit ob frigiditatem humidam circumstan-
 tem. Et defectus elixationis prouenit aut propter caloris humiditatis circumstantis paucitatem / & frigiditatem copiosam / aut propter
 humiditatis interminati & indigesti quod est in elixabili multitudinem. Tunc enim indebita est proportio, & non sufficit paucum ca-
 lidum quod est in humidum circumstante, agere in multum humidum inexistens elixabili / ipsumque digerere: cum a minori uir-
 tute non fiat actio. ¶ Correlarium. hinc inelixae elixis sunt duriora. ¶ Nam elixorum humidum magis terminatum & diges-
 tum est: quare elixae molliora sunt ut matura. Inelixorum autem humidum interminatum est & indigestum. Idcirco efficit ineli-
 xae duriora sicut immatura. Indigestio autem haec quae inelixatio dicitur transfertur ad metalla a circumstante calido non bene
 passa. Praeterea ad fluida / a circumstante itidem calido non decoctae. Denique & ad animalia: quae cum plus equo exercitij aut
 laboris fecerint: apertis poris resoluuntur calor naturalis ad exteriora / & minus caloris manet in interioribus quam ut sufficiat
 cibum sumpsum digerere: hinc illa cibi indigestio / translatiue inelixatio dicitur. ¶ Quinta diffinitio. Assatio est digestio a calidi-
 tate sicca & extrinseca facta in humidum interminato inexistente assabili. ¶ Cum enim circumstantis ignis calor sufficiens est
 ad ipsum assabilis humidum interminatum digerendum & terminandum: estq; debita unius ad alterum / ut agens ad patientem
 proportio: tunc perficitur assatio. Quae in hoc quidem differt ab elixatione: quod inelixatio fit a calido humido: ut aqua. Assatio
 uero a calido sicco: ut igne. Conueniunt tamen quod utraque fit in eodem passiuo habente intra se humidum interminatum.
 Quod si calidum / siccam usque adeo excedat: ut non modo humidum digerat / uerum etiam penitus absumat & ad se trahat: id
 non assum sed adustum erit: & mediocritatem praetergressum ad abundantiam declinabit. Cum autem caliditas sicca acutior
 sit & fortior quam caliditas humiditatis: quod haec aerea sit & non summatilla uero ignea & summatilla: hinc citius assatio perficitur
 quam elixatio. ¶ Primum correlarium. Vnde fit ut assorum partes exteriores / sicciores sint interioribus. Elixorum uero par-
 tes exteriores / humidiores sunt: & interiores / sicciores. ¶ Nam ignis citius attingit & desiccatur partes assatorum exte-
 riores / ut quae sunt propinquiores: quare humidum intus existens expirare non potest: donec calore ignis / pori ipsius assis
 sint aperti: per quos & calor ad interiora penetret / & humor exeat. In elixis autem partes exteriores praeter inexistens

Quid elixatio

Quid inelixatio

Quid assatio

stus humidum a circumstante humido sunt humidiores: quod ad interiores partes non ualet penetrare: quare partes exteriores ab extrinseco sunt humidiores quam interiores. ¶ Correlarium. Quare ut quid recte asetur maiori arte opus est quam ut elixetur. ¶ Nam ut recte asetur necesse est partes exteriores asabilis & interiores regulariter & equaliter calefieri. Alioquin exteriores adurentur. Id autem difficile est: cum partes exteriores igni propinquiores citius deficiunt nisi humore pingui (ut fit) humectentur sepius ad ignis siccitatem in eis mitigandam. Quamuis autem elixatio & inelixatio in arte manifeste conspiciuntur: nihilominus & in natura inueniuntur. Est enim ars nature emula & imitatrix: ut digestio cibi in animali est naturalis elixatio: sit enim a calore naturali existente in humido etiam naturali quo cibus & ei inexistens humidum digeritur & concoquitur: quoad nutritioni aptus sit. Indigestio autem alimentaris similis est inelixationi artificiali: nam fit ob caloris naturalis indigentiam non potens agere in alimentum sumptum & ipsum digerere. Vermes autem qui ex putrefactione in animalibus gigni solent non generantur in stomacho ubi fit digestio: sed ex grosso terrestri ipsius cibi non conueniente ad generationem: & idcirco segregato: & suo pondere depresso in inferiorem aluum. Et huiusmodi terrestre expurgamentum ibi a subtili & apto nutritioni segregatum putrefcit: & ex illa putrefactione in aluo gignuntur uermes. qui geniti ascendunt ad superiorē uentrem & stomachum: qui locus est digestionis. O sium uero digestio per similes est assatione: quod in ossibus a calore naturali decoquatur humidum alimenti & terrestrem siccitatem accipiat: & ossium indigestio similis in assatione: de qua nunc sermo futurus est. ¶ Sexta definitio. Inassatio est in digestio assationi opposita: ex defectu calidi siccitatis extrinseci in assabili (quod eius humidum indigestum & intrinsecum ualentius est calore extrinseco) proueniens. Et accidit hæc assationis indigentia: aut propter exterioris calidi & siccitatis ignis alteriusque quod ignis uices & partes agat paucitatem: propter quam non potest obtinere in assabili humidum. aut propter humidum interminati quod est in assabili multitudinem: que resistit calori igneo ne in ipsum agat. Et sic indebita est calidi extrinseci ad humidum intrinsecum: & agentis debitoris ad patientis ualentius: proportio: quare non potest ibi fieri actio propter agentis imbecillitatem. Sed de maturatione: cruditate: elixatione: inelixatione: assatione: inassatione: satis supra dictum est.

Quid inassatio.

¶ Quarti capitis nota.

¶ Determinamus / discernimus. ¶ Gluten / cola.



Vartum cap. continet quinque conclusiones: & unum correlarium ad tertiam. ¶ Prima conclusio. passionum humorum & siccorum: determinandæ sunt species. ¶ Nam humidum & siccum / corporum principia sunt passiva: ex quibus mixta omnia constant. Et quæcunq; magis humidum natura participant: ea magis humidum natura participant: que autem sicco: magis & sicci. Et humorum quædam sunt actu humida: ut liquores. quædam uero potetia: ut liquabile. Item siccorum quædam sunt actu sicca: ut liquabilia priusquam sint fusa. quædam uero potentia: ut cadem liquata. ¶ Secunda conclusio. Corpora mixtorum: ex humido & sicco sunt terminata. ¶ Nam humidum facile terminabile est: siccum uero difficile: ad unumquemque terminatur enim / patiunturq; aliquid simile pulmentis & salamentis. & humidum sicco ut terminetur: causa est. siccum uero humido ut constet / & ne concidat & defluat: causa existit. Et ut paucis abfoluamus: utrunq; alteri ut gluten habetur: fitq; naturale mixtum ex humido & sicco. quemadmodum (ut uult in Phisicis Empedocles) aquæ conglutinatur farina. Mixtorum igitur corpora: ex humido & sicco sunt terminata. ¶ Tertia conclusio. Terminata corpora: minime sine aqua & terra consistunt. ¶ Nam elementorum propriissime siccum dicitur terra: humidum uero aqua. Terminantur autem omnia humidum & sicco. Non igitur sine aqua & terra consistunt corpora terminata. Et quod plus terre secundum potentiam habuerit: magis terreum esse uidebitur. & quod minus: uidebitur & minus. & quod plus aquæ: magis uidebitur aqueum. ¶ Correlarium. hinc uenit ut in aqua & terra solum animalia reperiantur: & non in aere & igne. Nam hæc præcipue stirum corporum sunt materie. ¶ Quarta conclusio. mollities & durities: terminatorum corporum sunt primæ passionis. ¶ Nam quicquid ex humido & sicco terminatum est: durum aut molle esse necesse est. durum quidem: si magis sicco terminatum. molle autem: si magis terminatum est humido. Est enim durum: quod non cedit in seipsum secundum superficiem. Molle uero: quod cedit secundum superficiem in profundum: & non circumstat pellens. Hinc aqua ipsa non dicitur mollis. Nam secundum superficiem non cedit in profundum: sed protinus diuisa ipsum ambient & circumstat impellentem. Sunt igitur molle & durum / primæ terminatorum corporum passionis: ut quæ immediate humidum & sicci continentur / terminationemq; sequantur. Et quoddam est simpliciter durum: quod simpliciter tale est. quoddam uero durum ad alterum / quod ad aliud tale dicitur. ita & molle diducitur. Et sunt magis uel minus talia: secundum quod magis aut minus humidum & sicco sunt terminata. ¶ Quinta conclusio. durum & molle simpliciter: determinamus tactu. ¶ Nam omnia sensibilia: determinamus sensu. at tactus in quadam medietate / mediæq; mollis & duri proportionem consistit. Excedens igitur duritiam medietatem illam: durum dicimus. deficiens uero / molle. Nam id mollitiam medietatem excellit. Tactu igitur durum & molle discernimus.

¶ Varii capitis prima conclusio. ¶ De passionibus humorum & siccorum / eorumq; speciebus faciendæ est determinatio. ¶ Nam humidum & siccum qualitates sunt passivæ: ex quibus omnia mixta constant: igitur de ipsorum passionibus & earum speciebus determinandum est. Unde quæ magis participant humidum: & humidum passionibus magis participant. & quæ plus sicci participant: magis sicci conditiones & passionis sequuntur. Ut quæ calido magis participant: passionis calidi magis participare dignoscuntur / & quæ frigido / frigidi. Humoribus autem quædam sunt actu humida: quæ exteriorum: si uero

dam habent humiditatem / ut liquata & fusa. quædam uero potentia humida: quæ actu non habent sensu patentem humiditatem / sed habere possunt: ut coagulata & liquabilia. Ita siccorum quædam sunt actu sicca: quæ exteriorum & constantem habent actu siccitatem. ut coagulata. Quædam uero potentia sicca: quæ actu non habent siccitatem: sed habere possunt / ut liquata coagulabilia. ¶ Secunda conclusio. Corpora mixtorum: humido & sicco terminantur. ¶ Nam humidum facile terminabile est termino: siccum uero difficile. ad unumquemque tamen commixta bene terminantur: nam simul iuncta inspissantur. sicut diuersa humida quæ pulmentis infunduntur aut salamentis: quorum unum alteri suum inducit saporem & conditionem / & diuerso. Cui autem siccum non facile terminetur / humidum uero bene terminabile est: dat humidum sicco ut terminetur. Et cum siccum bene consistat: humidum uero non / sed diffundit: dat siccum humido: ut non diffuset & dilabatur. Itaq; ipsorum contemperamentorum utrunque alteri suam relinquit uirtutem: & utrunque alterius (ut glutinum) est commixuum. ¶ Tertia conclusio. Corpora terminata sine aqua & terra consistere nequeunt. ¶ Nam terra elementorum maxime siccum est / & aqua humidum: quod ad corporum terminationem deseruiat. At omnia humido & sicco determinantur: ut præcedens ostendit conclusio. nõ igitur sine aqua & terre contemperamento etiam excellenter consistunt corpora terminata. Et quod plus qualitatum terre in materia habuerit / magis terreum dicitur ut os / & quod minus: & minus. similiter quod plus qualitatum aquæ habet: magis erit aqueum ut caro / oleum / lignum / & quod minus: minus. ¶ Correlarium. Quare in aqua & terra solum inueniuntur consistere animalia: & non in aere & igne. ¶ Nam unumquodq; in eo loco est: cuius naturam plus participat. At animalia plus participant aquæ & terre quam aliorum elementorum: cum ex commixtione qualitatum aquæ & terre præcipuum sit mixtorum contemperamentum: igitur consistunt solum in aqua & terra. ¶ Quarta conclusio. Mollities & durities primæ sunt & præcipua corporum terminatorum passionis. ¶ Nam quicquid humidum & sicco terminatur: durum est aut molle. At omne corpus mixtum: humido & sicco terminatur / igitur omne corpus mixtum: aut molle est aut durum. Et durum est quod non cedit in seipsum secundum superficiem: neque introrsus pellitur: ut lapis. Molle uero quod cedit secundum superficiem in profundum: & non circumstat corpus pellens. ut corallium. Idcirco aqua non dicitur mollis: quia non cedit in profundum manente in superiori parte apertura. sed cum diuisa fuerit: seorsum unit & circumstat pellens: ipsiq; undiq; ambit. ¶ Et diuiditur durum in durum simpliciter / & durum ad alterum. Durum simpliciter est quod per se sumptum / siue non comparatum alteri: durum est. ut marmor. Durum ad alterum est quod altero minus / difficiliusq; cedit in profundum. ut gleba terre humectata ad ceram. Sic etiam diuiditur molle in molle simpliciter / & molle secundum alterum. Molle simpliciter est quod absolute & minime ad alterum comparatum: molle est. ut huiusmodi humore commixtum. Molle uero secundum alterum est quod altero magis & facilius cedit in profundum. ut cera mollis: cuius ad glebam terre. Et corpora mixta sunt magis uel minus mollia aut dura. secundum quod magis aut minus humidum & sicco sunt terminata. ¶ Quinta conclusio. Durum & molle simpliciter: tactu discernuntur & interoscuntur. ¶ Nam omnia sensibilia: sensu discernuntur. ut color uisu / sonus auditu / odor olfactu / sapor gustu. Igitur tactu discernuntur tangibilia. At durum & molle simpliciter: tangibilia sunt. tactu igitur discernuntur. Et cum sensus omnis in quadam extremorum proportionem consistat: tactus in quadam media duri & mollis proportionem consistit. Quod igitur duritiam illam mediocritatem excedit: durum dicitur: quod uero deficit & mollitiam mediocritatem excedit: molle. igitur durum & molle tactu discernuntur: quod est propositum.

Quid durum ad alterum.

¶ Quinti capitis nota.

¶ Proprii naturalis. ¶ Lacticia / cibi ex lacte facti.



Vintum cap. continet quinque conclusiones. unum correlarium ad primam. & unam diuisionem ad quartam. ¶ Prima conclusio. omne corpus proprio termino contentum: durum aut molle esse necesse est. ¶ Nam omne tale aut tactum sustinet non cedens: & durum est. aut tactum non firme sustinens cedit / fugitq;: & id est molle. ¶ Correlarium. quo fit ut de coagulatione: post apta incumbat determinatio. ¶ Nam omne corpus terminatum & constans: durum aut molle est. at sine coagulatione non constat. post igitur apta erit de coagulatione determinatio. ¶ Secunda conclusio. coagulationem / liquationem / exsiccationem / humectationem: & humectationem: varis sunt cause. ¶ Nam materiam habent. præter quam / & efficientem ut causam unde motus: & passionem ut unde species nascitur & forma / rursum habent. Et efficientes cause (ut diximus) duæ sunt: calidum & frigidum. & passionis itidem duæ: humidum & siccum. Patiuntur enim corpora coagulationem / liquationem / exsiccationem / humectationem: aut presente calido id quidem faciente / absente uero frigido: aut frigido presente & faciente / & absente calido. Sicut igitur coagulationem / liquationem / exsiccationem / humectationemq; varis cause. ¶ Tertia conclusio. prius de exsiccatione: determinandum esse uidetur. ¶ Nam coagulatio: quodammodo desiccari est. ¶ Quarta conclusio. frigidum magis quam calidum: passiuorum est. ¶ Nam passiuum / aut humidum aut siccum est: aut ex his coalitum atq; compositum. Humidum enim corpus / aqua præbet: siccum autem terra. Et hæc humorum & siccorum sunt passiva. atq; frigidum & aqueum & terre est. Hæc enim natura frigida sunt: & calidum / aeris & ignis est. Sunt enim contra: natura calida & actiua. Frigidum igitur quam calidum: magis passiuorum est. Agit tamen frigidum natura corruptit: & multas & per se & per accidens operationes perficit. Circumstant enim frigidum: calidi uirtutem cominus & adumans: non nunquam calefacere & vrere dicitur. nõ quidem ut frigidum est: sed per accidens. ¶ Diuisio. desiccabilium hæc sunt aqua: hæc aquæ species: ut uinum / urina / serum. Et aquæ species dicimus: que non propter viscositatem / paucum aut nullum sedimentum / hypostasimq; habent. est enim quibusdam viscositas causa ut hypostasis nulla aut pauca fiat: quem

a. modum in oleo & pice existit. Et hæc humiditatem habent superinductam: vt lana aqua perfusa. hæc vero naturalem vt lacticiam. Et hæc omnia desiccari dicuntur: quotiens naturalis resoluitur humiditas remanente sicco: aut quoties ipsa altis superfusa resoluantur. **Quinta conclusio.** quæcumq; desiccantur (siue calefacta sunt/siue frige facta) a calido aut exteriori aut interiore desiccantur. **Nam** quæcumque desiccantur: aut calefacta aut frige facta desiccantur. Calefacta quidem: exteriori calore humiditate educente atq; resolvente/quemadmodum in elixatis cernitur. frige facta vero: cum humidum paucū fuerit & circumstante frigido interior calor expiret/secumq; humidū educat & rapiat. Est enim calidi educere atq; resolueret. Quæcumq; igitur desiccantur siue calefacta siue frige facta: a calido aut interiore aut exteriori desiccantur. Et tribus modis aliqua humectari dicuntur. Primo cum circumstantis aer frigore densatus: tandem cogitur/concrefcitq; in aquam. Secundo per coagulati liquationem. Et tertio per humiditatis infusionem. Sed nunc de coagulatione & liquatione agamus.

Quinta conclusio. **O**mne corpus proprio termino: superficieq; conuexa contentum & constans: durum aut molle esse necesse est. **Nam** omne corpus proprio termino contentum / aut cum tangitur non cedit in profundum / & id est durum: aut cum tangitur pellitur/cedit in profundum: & id molle est. igitur omne corpus proprio termino contentum, durum aut molle est. Neq; de aqua fertur instantia, quia non continetur proprio termino constans: nam partes aque extra se flunt & dilabuntur. & ipsa neq; dura neq; mollis est: ut durities & molities sunt corporum terminatorum passiones. **Correlatiū.** Unde fit ut post determinationem de duro & molli: de coagulatione iure sit determinandum. **Nam** omne corpus terminatū & constans (cuius scilicet partes ita sibi inuicemherent, ut non dissipentur & extra se diffundantur) aut durum est aut molle. At sine coagulatione corpus constare nequit, cum ea que fusa & liquata sunt / minime constans: igitur bono iure post prædicta de coagulatione erit determinandum. **Secunda conclusio.** Coagulatorum diuersæ sunt cause & liquoratorum/exsiccatorum/ & humectatorum itidem variæ. **Nam** istorum quodlibet materiam habet in qua fit coagulatio/liquatio/desiccatio & humectatio. & causam efficientem ut coagulans/liquans/desiccans & humectans. Præterea habet passionem siue qualitatem passiuam scilicet humiditatem aut siccitatem: cuius contemperamento præcipua species & forma substantialis nascitur in materia. Præterea habet & finem: ut unumquodq; sit quale natura esse natum est. Efficientes quidem cause due sunt, calidum & frigidum. & passiones/passiuaq; qualitates due: humidum & siccum. Patiuntur enim corpora a coagulatione & exsiccationem interdum præsentem calido & absente frigido: ut cum later decoquitur / aut lutum exsiccatur a feruore solis. interdum vero præsentem frigido & absente calido: ut cum sursum rursus coagulatur & aqua gelatur. Similiter patiuntur corpora a liquatione & humectationem interdum præsentem calido & absente frigido: ut cum coagulatum liquatur & funditur in liquorem ab igne. Interdū contra præsentem frigido & absente calido: ut cum lac igni coagulatum frige fit & in liquorem soluitur / & cum lutum admixto frigido humido liquatur & humescit. igitur coagulatorum/liquatorum/exsiccatorum & humectatorum sunt diuersæ cause. **Tertia conclusio.** Prius de desiccatione determinandum est quam cæteris nominatis. **Nam** de coagulatione determinandum esse prius dictū est. **Coagulari** est quodammodo desiccari. nam que coagulata sunt, eadem & sicca sunt. igitur de desiccatione prius determinandum est. **Quarta conclusio.** Frigidum magis est passiuorum quam calidum. **Nam** passiuum aut humidum aut siccum est. Aqua autem & terra humida sunt & sicca: est enim aqua humida, & humidi præbet contemperamentum: terra uero sicca, & sicci subministrans contemperamentum. igitur aqua & terra corpora sunt & elementa passiuia. Frigidum autem aque & terre conuenit. Est enim aqua natura frigida & humida: terra uero frigida & sicca. Calidum autem & aeri & igni conuenit: que elementa sunt calida & actiua: igitur frigidum magis quam calidum est passiuorum. Frigidum tamen multa per se a gendi uirtutem habet: ut coagulandi/liquandi/exsiccandi/ & humectandi: & nonnulla per accidens. ut cum per antiperistalsim & contrarietatem circumstantiam calidi uirtutem constringit & includit: calefacere dicitur per accidens, ut nix contracta diutius manu, tandem uolenti calore manum aduret. **Diuisio.** Desiccabilium aliqua aquea sunt, ut herbarum & fructuum succi. Aliqua uero aqueorum species: ut uinum/urina/serum. Sunt autem aqueæ species: que nullum aut paucum habent sedimentum & grossum terrestris admixtum: cuius tamen aut pauci aut nullius sedimenti uiscositatis causa non est. Si enim aliqua multum habent sedimentum: potius terrea sunt quam aquea propter copiosam admixtam terrestritatem. Si uero aliqua paucum aut nullum habent sedimentum: propter uiscositatem efficientem, ut uel paucum sit sedimentum uel nullum/quia detinet sua tenacitate hypostasim ne descendere possit: illa non sunt species aqueæ ut oleum & pix. Præterea quedam desiccabilium habent humiditatem ab extrinseco superinductam: ut lana/ cum aqua perfusa fuerit. Alia uero naturalem habent humiditatem & intrinsecam, ut lacticiam. Et desiccantur omnia/ aut cum naturalis resoluitur humiditas manente sicco: ut lateres aut lutum, aut cum humiditas superfusa resoluitur: ut lana aqua perfusa que a calore solis expiret. **Quinta conclusio.** quæcumq; desiccantur: siue calefacta fuerint, siue frige facta, a calido aut exteriori aut interiore desiccantur. **Nam** quæcumq; desiccantur aut per calefactionem desiccantur aut per frige factionem. Per calefactionem quidem quando exterior caliditas humiditatem interiorē educit ac resoluit, quemadmodum in lateribus/luto maturis/elixatis/ & assatis contingit. Per frige factionem uero quando humidum interius est paucum: & circumstantis frigidū ualentius interiorē calorem debiliorem expirare cogit: qui quidem calor expirans simul educit humidum. Est enim proprium calidi officium facere expirare & resolueret. Quæcumq; igitur desiccantur siue calefacta fuerint siue frige facta: a calido aut exteriori aut interiore desiccantur. Calefacta quidem & que cum exsiccantur/calefcunt: ab exteriori. Frige facta uero & que dum siccantur/frige fcunt: ab interiore, ut metalla fusa que frigore coagulantur. **Tribus autē modis aliqua humectantur.** Primo cum circumstantis aer frigore densior factus in aquam conuertitur: & uidetur parietibus & lapidibus adherens. Et tunc humidum aeris prius non perceptum / mutatur in humidum aqueū facile perceptibile. **Secundo** cum coagulatum funditur & soluitur: ut plumbum aut es prius siccum fuit exterius, & per liquationē fit humidū. **Tertio.** per humiditatis extrinseci in seccū infusionem, ut cum aqua infunditur lane, ipsa lana humectatur. Sed nunc ad coagulationis & liquationis determinationē sermo conuertendus est.

Sexti capitis nota. **Indissolubile/difficile solubile.** **Dissolubile/facile solubile.** **Chalybs/purificata massa ferrea.** **Nitro proxima sali natura est.** probant macedonicum. fitq; in Aegypto pene eo modo quo sal. Hoc in nitro / quod in salinis mare fundunt: ut non in nitrijs. Spuma neri (quam Aphronitrum dicunt) maxime probari solet. Nosq; hic nitru / nomine salis censemus.



Sextum caput continet vnam diuisionem. nouem conclusiones. vnum correlatiū ad tertiam. & vnum ad nonam. **Diuisio.** Coagulabilium hæc sunt aqua aut aque species: hæc autem aque & terre. **Prima conclusio.** quæcumq; calido sicco coagulantur: frigidum humido soluntur. **Nam** quæcumq; coagulantur aut calido aut frigido coagulantur / & a suis contrariis soluntur. calidi autem sicci contrarium est frigidum humidum vt aqua. igitur quæcumq; calido sicco coagulantur: frigidum humido soluntur. Hinc que ignis coagulat: aqua soluit que frigida est & humidā. Sed petes forsitan cum mel elixum in aqua positū concrefcit / denseturq; an hæc concretio atq; coagulatio ab humiditate fiat aquæ: Non, sed potius a frigido: humoris commixto. Est enim frigidi cogere & coadunare. **Secunda conclusio.** aqua & aque species non coagulantur ab igne. **Nam** congelat / coagulatq; ab igne soluitur. at idē circa idē: contrariorū / coagulationis & solutionis causa per se nō erit. Per se dico: nā per accidens nihil prohibet. Que enim adueniens calor per se soluit: eadē abcedens & absens per accidens coagulat. **Tertia conclusio.** aqua & aque species: a frigido coagulantur. Nā que a calido soluntur: a suo contrario coagulantur. contrariū autē calido/frigidū est. Talia igitur a frigido cogunt atq; coagulantur. **Correlatiū.** unde fit vt talia coagulata nō ingrossent. **Nā** ingrossatio proprie fit abeunte humido & constantē sicco. at frigidum congelante atq; coagulante: non abit humidū: remanente sicco. Et adde aquam humidiorum solam: ingrossari non posse. **Quarta conclusio.** quæ communia sunt aque & terre: & calido & frigido coagulascunt. **A** calido quidem humidum educente, humidum siquidem euaporante: sicco cum ingrossatur / constat coagulascitq;. **A** frigido autem: quod calidum expellat quo cum simul euaporat humidum: aut totum comprimit & velut humida coartat & stringit. **Quinta conclusio.** que molliora sunt, parum humida: parum coagulando ingrossantur mixta. multum autem humida vt lac: ingrossantur & multum. **Nam** mollia parum humida: paucō exeuente humido coagulantur, vt coctus later: commixta autem multum humida: multo coagulascunt exeuente aut separato humido. **Sexta conclusio.** multa coagulandorum prius humescunt vt grossa & prius infrigidata: vt incoctus later. **Nam** primum extrahitur ad exteriora humor: ipsum mollescere faciens / humiditatis reddens: ita vt in fornace cum coquantur lateres: sepe peruertantur / vt concidant aut incuruentur. **Septima conclusio.** quæcumq; a frigido coagulantur aque & terre communia: plus aque habentia / plus & item terre: quoties a frigido coagulantur / calido quidem abeunte & non euaporante humido: iterum adueniente calido soluntur. **Id** enim frigidum induratum lutum ostendit. **Octaua conclusio.** quæcumq; propter infrigidationem toto pariter calido educit coagulata: non nisi forti / excellentiq; igne sunt solubilia: hæc debiliore calore sunt mollicabilia. **Hoc** ostendunt ferrum & cornu: que debiliore igne mollescant / nō autem soluantur nisi facta fuerit ignis uehementia. At cum sit ignis uehementia: ferrum liquatur: quod quidē faciunt hi qui ferrum elaborant: & humidum apparet. & iterum coagulatur, quod si sepe fiat: rarefcit / fitq; chalybs. Nam eius sex atq; scoria subidet: atq; ita purificatur. Hoc autem artifices facere non sæpius attentant: quod ferrum illa purgatione plurimum & quantitate & pondere minuatur. Et id ferrum melius est: quod liquefactum pauciorē relinquit scoriam. **Id** enim est sup puritatis indicium. Item ualente igne: lapis primachus tandem stillat & hucfcit / & confimiliter mole: & lutea: & terrea: que iterum coagulata concrefcunt. **Nona conclusio.** Eorum quæ a calido sicco coagulantur. quædam indissolubilia sunt: quedam uero dissolubilia. **Nam** quorum ab igne/terra combusta fuerit vt laterum / & lapidum quorundam vt molarum: hæc indissolubilia sunt. Non enim humidum peruia sunt: vt eo solui possint. Soluerentur autem frigidum humido. que autem frigidum humido peruia sunt hæc dissolubilia sunt: vt nitrum & aliæ salium species. **Correlatiū.** quo fit vt talia aqueo humido & eorum que aque sunt species: liquefcant. non autem liquefcant in oleo. **Nam** calido sicco contrarium est frigidum humidum: quale est aque & specierum aque. Et si vnum contrariorum coagulauerit: soluit suum contrarium. Sic enim contrariorum contrarie erunt cause.

Sexti capitis diuisio. **Coagulabilium** quædam sunt aquea & aque species: ut uinum/lac/serum/succi/humoresq; herbarū. **Quædam** sunt terrea: ut ferrum/es/lapis. quædam uero sunt aqueæ / & terre communia: ut later & uasa sicilia. **Prima conclusio.** quæcumq; a calido sicco coagulantur: a frigido humido soluntur. **Nam** quæcumq; coagulantur: aut a calido coagulantur ut lutum & panis: aut a frigido ut metalla fusa / & aquea. Sunt enim hæc due solum: qualitates actiue. **Quæcumq;** autem ab uno contrariorum coagulantur: a suo contrario soluntur. Calidi autem sicci contrarium est frigidum humidum: ut ignis contrarium est aqua. igitur quæcumq; calido sicco coagulantur: a frigido humido soluntur: qualia sunt lutum/panis. Hinc euenit ut ea que ab igne coagulantur: ab aqua soluntur. ut lutum igni coagulatur: & aqua dissoluitur. **Sed** petes aliquis si mel elixum ponatur in aqua & coaguletur: an illa coagulatio fit ad humiditatem aqueæ. **Responso.** Non fit huiusmodi mellis concrefcio ab aque humiditate. **Nam** humidum non est natum coagulare nec agere. sed fit illa coagulatio a frigiditate aque humoris commixta. Est enim proprium frigidi opus / congregare & coagulare. **Secunda conclusio.** Aqua & aque species uiscuositas uiscositas est.

da/num/serum non coagulantur ab igne. ¶ Na aqua & aquae species congelat. & coagulat. ab igne dissoluntur: ut nix & glacies ostendunt. igitur eadem non coagulantur ab igne. per locum a contrariis. Quia non potest idem circa idem contrarium ut coagulationis & liquefactionis per se causa esse. Dicitur est per se. Nam per accidens nihil prohibet idem coagulationem & solutionem circa idem efficere. Nam quae calor praesens per se soluit ut aquam glaciale: haec eadem absens calor per accidens coagulat. ¶ Tertia conclusio. & aqua & aquae species a frigido coagulantur: ut nix/ glacies/ grando/ pruina. ¶ Nam quae a calido solvantur, a suo contrario coagulantur. At aqua & aquae species a calido solvantur, ut nix & glacies monstrant: ergo ipsa a calido contrario coagulantur. At calidi contrarium, frigidum est: igitur talia a frigido coagulantur. ¶ Correlarium. Vnde fit ut aqua & aquae species frigidum coagulat non ingrossentur. ¶ Pater. nam ingrossatio proprie fit, quando recedit humidum & manet intus constans siccum. At cum frigidum coagulat, non recedit humidum remanente siccum: imo humidum intus manet. igitur aqua & aquae species cum a frigido coagulantur, non ingrossantur. Praeterea aqua humidiorum sola ingrossari non potest. igitur neque aquae species ingrossationem admittunt. ¶ Quarta conclusio. Quae aquae & terrae sunt communia, calido & frigido simul concurrentibus coagulantur. Nam calidum intus existens & euaporans, educit secum humidum, quo humidum exspirante, relinquitur intus siccum quod ingrossatur & coagulat. Frigidum autem exterius & circumstantes, expellit calidum interius cum quo simul exit humidum: aut ipsum frigidum comprimit totum coagulabile: & arctius constringit. ¶ Quinta conclusio. Mollia quae sunt parum humida: cum coagulantur, parum ingrossantur, quae autem multum sunt humida ut lac, multum ingrossantur. ¶ Nam quae parum sunt humida, pauco qui inexistebat humore exenit: coagulantur: ut coctus later. Quae uero multum sunt humida, multo qui prius inerat exenit humore coagulantur: ut lac/ panis/ lutum. igitur. ¶ Sexta conclusio. Pleraque coagulanda prius humida sunt quam coagulentur: postquam cum grossa sunt & infrigidata: qualis est later necdum igni concoctus. ¶ Nam cum disponuntur coagulanda, ab exteriori calore prius trahitur ab ipsis humor ad exteriores partes: factus ipsum coagulandum mollescere & humidius reddens. Vnde contingit quod cum recto prius ordine positi fuerint in fornace lateres: propter humorem ad exteriora ductum facti molliores peruerantur & incurvantur: uasque, si cilia interdum concisa aut fracta cernantur. ¶ Septima conclusio. Quae aquae & terrae communia sunt & a frigido coagulantur expirante calido & manente humido: iterum adueniente calido solvantur. ¶ Vt si lutum sit aspersum humore & congeletur a frigido: sic quod abscedat caliditas & maneat humiditas: rursum adueniente ignis aut solis calore dissoluitur. ¶ Octava conclusio. Quaeque propter infrigidationem coagulata sunt: toto quod inerat calido educto: & non sunt solubilia nisi uehementi & ualido igne: haec debiliori igne sunt mollescibilia: ut longe minor requiratur ignis ad mollescationem quam solutionem. ¶ Vt ferrum & cornu coagulata sunt toto pariter calido educto: & debiliori calore mollescunt: sed non nisi magna fuerit ignis uehementia soluantur. ¶ Nonna conclusio. Eorum quae a calido siccum coagulantur, quaedam indissolubilia sunt: quaedam uero solubilia. ¶ Nam quorum ab igne terra combusta est & compacta: ut laterum/ lapidumque, ut molarium: ea indissolubilia sunt. Nam si soluerentur: frigidum humido solui deberent: cum calido siccum coagulentur. At ipsa frigidum humido non sunt peruia: manent igitur indissolubilia. Ea uero quae frigidum humidum intra se recipiunt ut lutum & panis coctus/ neque omnino adusta sunt: dissolubilia sunt. ¶ Correlarium. Vnde fit ut talia quae frigidum humidum peruia sunt & dissolubilia: humidum aquae & specierum eius liquefiant: non autem in oleo. ¶ Nam si unum contrarium aliqua coagulat: eadem alterum contrarium soluit. At ea de quibus uersatur sermo: calido siccum coagulantur: cui contrarium est frigidum humidum: igitur ipsa frigidum humidum soluantur. Sed humidum aqueum & specierum aquae est frigidum humidum: igitur praedicta humidum aqueo & specierum aquae soluantur.

¶ Septimi capituli nota.

¶ Euaporantia intelligimus: quando fumus ingrossari potest & stillare in aquam. ¶ Cochlear coctus later. ¶ Desiccabile coagulabile. ¶ Lix/ cinis est foci. Hinc liximum deducitur: aqua in qua cinis coctus est. ¶ Vinum dum corrumpitur uoluit in acorem uerti. Ferunt & caseorum acorem iocundum esse. ¶ Hebenus arbor indica/ enodis/ nigra/ palmae affinis: quae aquis submergitur, & inter erodentia connumeratur.



¶ Optimum caput continet sex conclusiones. ¶ Prima conclusio. sales ut nitrum/ later/ lapis/ & similia: plus terrea quam aquae existunt. ¶ Nam quae plus aquae habent: ingrossantur ab igne. quae autem plus terrae: solum coagulantur. talia autem ab igne coagulantur & non ingrossantur: plus igitur terrae quam aquae retinent. Et oleum anticipatis se praebet naturae. Si enim plus aquae haberet: deberet a frigido/ ut glacies gelari. Si plus terrae: deberet tamen ab utroque. Si causam requiratis: haec esse videtur/ quod oleum maxime sit aereum. Hac enim de causa supernat aquae. fertur enim sursum aer. frigus itaque ipsum circumstantes: aerem ingrossat/ qui spissior factus conuertitur in aquam/ ingrossatque oleum. Semper enim quod ex oleo & aqua commixtum fuerit densius spissiusque habetur: calidum uero resoluit aqueum. Hinc albescit oleum/ quod tamen temporis tractu inspissatur/ marcescente calido/ aereoque rursum in aquam coacto. Liqueat itaque oleum utroque & calido & frigido inspissari: sed non eodem modo. A frigido siquidem per se inspissari videtur: calido uero per accidens. Et neque desiccatur/ coagulat uero a calido neque a frigido. Non solum quia viscosum/ viscositas enim impedit eius humiditatem extrahi/ educique aut a calido humido elixando: aut calido siccum assando/ sed & quia sit aereum. Aer enim neque aqua neque igne desiccabilis est. Et ea quae plus aquae quam terrae habent: iure aquae dici possunt. quae uero contra plus terrae: dici possunt terrea. Quod si equa aquae & terrae retinent portionem: communi appellatione aquae & terreae dicuntur. Et haec omnia/ ut diximus/ coagulari possunt/ soluique coagulata. Et quae plus aquae obtinent: elixationem atque ingrossationem sustinent. ut vinum/ & mustum & similia. Cum enim coquantur elixanturque: aquae resoluitur humiditas

tas. cuius indicium hoc esse potest quod supposita manu aut aliquo huiusmodi: concrefcente uapore/ aquam colligere possis. quare quod relinquitur: plus terream existit/ densius atque spissius. ¶ Secunda conclusio. quae non ingrossantur a frigido/ sed coagulantur: euaporantia quidem ab igne: magis sunt aquae. ut vinum/ acetum/ serum/ lixiuum/ urina. ¶ Nam haec a calido ingrossantur: & ipsa coagulat frigiditas. Et non solum coagulat/ ut aquae: sed etiam ingrossat/ ut aerea. Aerem enim conuertit in uaporem: quem admodum de oleo dictum est. ¶ Tertia conclusio. Quae a frigido ingrossantur non euaporantia: aut terrae & aeris/ aut aeris & aquae sunt communia. ¶ Hac enim de causa mel quod terrae & aeris est/ & oleum quod aeris & aquae: frigidum densantur. Aerem enim densat frigus in aquam. ¶ Quarta conclusio. lac & sanguis: aquae & terrae sunt communia. & nitrum & sales & ex quibuscumque constant lapides: magis terrea. ¶ De lacte enim: haec sunt indicia. Si non separetur serum: totum euaporat decoquendo: uelut aqua. Et si ipsi imponatur coagulum (ut medicis facere solent) constat terreste separatim ab humido: paratque hoc pacto caseus & serum. quod quidem separatim non amplius ingrossatur: sed ut aqua citius scit in uaporem. Et si lac aliquod caseum non habeat aut admodum paucum: ipsum magis aquae est/ minusque uisum redditur aptum. Haec itaque monstrant lac: aquae & terrestis esse naturae. De sanguine autem hoc idem manifestum est. Inspissatur enim euaporationem faciente calido: & coagulat frigidum/ siccaturque. Qui autem prompte non coagulat ut ceruus/ magis aqueus est: poros/ uisumque frigori (uelut aqua) non prebens. Requiritur enim ad hoc porus: & quod amplius terreste sit & solidius. Huius autem extracti non coagulat/ neque desiccatur humidum: ut neque segregato caseo desiccatur serum. Et huius res adhuc signum est. quod morbidus sanguis (ut neque aqua: pituita & acor) coagulari non uult. Haec enim indigeant sunt & a natura: insuperata. De nitro/ salibus & ex quibus constant lapides: constat. Nam haec potius humido soluantur & non calido. ¶ Quinta conclusio. Eorum quae terrea sunt: quaedam sunt solubilia/ quaedam indissolubilia: quaedam mollescibilia/ quaedam uero minime. ¶ Nam nitrum & sales: solubilia sunt: later coctus & ferrum/ in dissolubilia: ferrum & cornu/ mollescibilia: coctile uero & lapides/ imollescibilia. Et horum omnium causa existere uidetur: quod contrarium contrariis sunt causae. Hac enim de causa quaecumque duobus/ frigidum & siccum coagulantur: haec calido & humido soluitur/ ut igne & aqua simul. Et quaecumque ignis solus coagulat: aqua dissoluit. & quaecumque frigidum solum/ dissoluit ignis. Quaecumque uero a duobus contrariis ut calido & frigido coagulata fuerint: maxime indissolubilia sunt: quod accidit/ quoties calidum/ multum humidum expresserit: ut in coctilis decoctione. cum rursum toto exspirante calido ipsam amplius frigidum coagulat/ comprimit/ & coartat: ita ut humidum amplius non prestetur aditus: tale tunc certe maxime indissolubile est. Non enim soluetur a calido ut igne. Nam sola soluit quae a solo frigido coagulata sunt. Neque quidem a frigido ut aqua soluetur. Nam ea sola soluit: quae calido siccum sunt concreta. Et licet later poros habeat per quos subtilissimus spiritus exit: humido tamen grossiori non prebentur aditus: per quod solum ipsum coagulat/ & est dissoluen-dum. Mollescibilia quidem sunt aquae & terrea: quae calidum soluit & frigus coagulat ut ferrum. & humoris indigentia: oppositum praestat, ut in coctili & lapide. ¶ Sexta conclusio. ligna (excepta hebeno & eius generis) aeris & terrae sunt communia. ¶ Nam hanc ob causam ligna sunt uisilia/ non mollescibilia/ non liquabilia/ & aquae supernatantia. At Hebenus aquae non supernat: ipsa enim magis terrae existit: & ex ipsa Hebeno nigra/ expirant resolutus aer. Sed de coagulatione & liquatione haecenus.

¶ Notarum septimi capituli declaratio.

¶ Aqua & aquae species postquam euaporant: quia de se fumum & halitum emittunt: qui contactu frigidi ingrossari potest & densari/ & per guttas in aquam conuertitur. quod uel experientia cernitur, cum uapor alicui frigido ut marmori aut saxo gelido obuiat: a quo desinetur/ & in aquam conuersus per guttas ei adhaeret. ¶ Desiccabile hic pro coagulabili sumitur quamuis aliam uisum & alterius sit ratio. Nam desiccabile quicquam dicitur, quod interiori humido educto/ siccum introrsus sicut & extra relinquitur. Coagulabile uero: quod partes constringi possit: tunc humidum interius maneat, ut in metallis & glacie. Coagulabile tamen exterius siccitatem habet sicut desiccabile: binc unam pro altero recte sumitur. ¶ Acor est uini humor in aciditatem conuersus. Sic Acor caseorum est humor qui caseis exprimitur acidus: & cum esui tum potui conueniens est. ¶ Hebenus arbor indica ea dicitur quod in sola nascatur India. Vergilius. Sola India nigrum fert hebenum. dicitur & enodis: quod nullo in trunco nodos habeat/ nigra colore/ palmae arbori dachiliferae specie similis. Eadem aquis contra aliorum lignorum naturam submergitur. quod plus terrae participat, & inter ligna erodentia ea quibus innascuntur aut propinqua sunt annumeratur. Sunt qui eam accendi negant: ipsam tamen ueni grato & iocundo odore asserunt.

Hebenus
Vergilius

¶ Septimi capituli prima conclusio. ¶ Sales (quales sunt nitrum/ later/ lapis) & similia: plus terrea sunt quam aquae. ¶ Nam quae plus aquae habent, ingrossantur ab igne educente humidum & inspissante. At sales/ later/ & lapis non ingrossantur ab igne. non sunt igitur natura aquae. Rursum quae plus terrae habent, solum coagulantur & non ingrossantur/ & educto. At praedicta ab igne solum coagulantur, igitur magis sequuntur naturam terrae. ¶ Oleum autem ambiguit/ an terream sit an aquae naturae. Nam si plus aquae haberet, deberet a frigido congelari ut glacies. Id enim aqueorum est proprium. At oleum a frigido non gelatur, igitur non est natura aquae. Si uero oleum haberet plus terrae, deberet coagulari a calido. Quae enim terrea sunt, a calido coagulantur. At oleum non coagulat a calido, non igitur est terra: natura. Ab utroque tamen & calido & frigido oleum inspissatur, quia maxime naturam aeris participat/ propter quod supernat aquae: more aeris qui sursum fertur. Itaque frigus circumstantes oleum, ingrossat & condensat aerem: qui factus densior conuertitur in aquam/ & ingrossat oleum: quod enim ex oleo

Et aqua commixtum est, densius est et spissius. Calidum uero, ipsius olei aqueum resoluunt/quo quidem resolutum, oleum apparet albicans. Deficiente tamen et languente calido et aere rursus in aquam densato, oleum iterum inspissatur. Quare manifestum est oleum ab utroque et calido salicet et frigido inspissari diuerso tamen modo, nam a frigido quidem per se/a calido uero per accidens et propter eius absentiam. Quod autem oleum non coaguletur a calido neque a frigido, duplex est causa. Prima est: quia ipsum est viscosum, impedit enim ea viscositas ne eius humidum educatur/aut a calido humido elixando, aut a calido sicco assando. Impedit eadem partes olei frigido constringi, et ipsum instar glaciei comprimere. Hinc ei non conuenit coagulatio. Secunda causa est, quia oleum est aerium. Aer enim neque calido ut igne coagulabilis est, neque frigido ut aqua, igitur neque oleum/ipsius aeris conditionem seruans. Et cum mixta omnia ab elemento predominante suum nomen sortiantur/hinc quae plus aquae quam terrae habent, aquea dicuntur: et quae plus temperamenti terrae, dicuntur terrea. Quae uero aequam aeris et terrae habent proportionem, nomine utriusque complectente, aquea et terrea dici possunt. Et haec omnia aut calido aut frigido coagulari possunt, soluique coagulari. Quae autem plus aquae participant, elixationem atque in grossationem patiuntur, ut uinum et mustum. Nam cum igni deo coquantur, aqua ab eis resoluitur humiditas, quod manu uapori expiranti opposita et illum reflectente facile quis experiri possit: cum in manu aquam ex uapore factam colligere possit, quod igitur facta huiusmodi euaporatione relinquuntur/plus est terrae et densius. Secunda conclusio. Quae a frigido non in grossantur sed coagulantur et ab igne euaporant/magis sunt aquae, ut uinum/acetum/et cetera id genus. Nam quae a calido in grossantur/et coagulantur a frigido: sunt magis aqueae, et huiusmodi euaporantia: a calido in grossantur, et coagulantur a frigido, igitur sunt magis aqueae. Frigiditas quidem aquae coagulat et in grossat ea quae sunt aereae: cum aerem circumstantem in uaporem conuertat/ut de oleo dictum est. Caliditas uero coagulat ea quae sunt terrea, et in grossat aquea. Tertia conclusio. Quae a frigido in grossantur et non euaporant ab igne, aut terrae et aeris communia sunt/aut aquae et aeris. Hanc enim ob causam mel quod frigido densatur/ut precedentia ostendunt/et terrae et aeris naturam seruat, oleum itidem quod frigido inspissatur conuertente aere in aquam, aeri et aquae commune est. Quarta conclusio. Lac et sanguis/aqueae et terrae communia sunt. Nitrum autem/sales et ex quibuscumque nascuntur lapides, sunt magis terrea. De lacte patet quia si ab eo non separatur serum, totum lac euaporat cum decoquitur/et in uaporem soluitur uelut aqua: propter serui quod aqueum est, admixtionem. Si uero lacti imponatur coagulum, terrestre et grossum lactis ab humido separatum consistit una: ex quo paratur caseus/et altera in parte separatum consistit serum, quod cum separatum fuerit, non amplius in grossatur sed in uaporem soluitur, ut aqua. Quocirca si lac caseum non habeat/aut paruum: quia parum habeat grossi et terrestri ex quo caseus fiat: ipsum magis est aqueum/et minus usui humano aptum. Haec itaque signa ostendunt lac esse aqueae et terrestri naturae. Quod et de sanguine patet, nam calido humidum educente inspissatur, coagulatque frigido. At sanguis qui non prompte coagulat ut ceruorum, magis est aqueus. Et idcirco non prebens poros et ingressum frigori/ut neque aqua, ad coagulationem autem necessarij sunt pori/et quod ipsum coagulabile terrestre sit et solidius. Huiusmodi autem sanguinis aquei extracti non desiccatur humidum, sicut segregato caseo non desiccatur serum. Cuius et alterum est signum: quod sanguis patre factus et corruptus non coagulat: sicut neque aqua neque pituita nec acor. Quia haec humidum habent indigestum: quod a naturali calore superari non potest. De nitro/salibus/et his ex quibus lapides fiunt/constat ea esse magis terrea: quia solum humidum soluntur/et non calido: quod terreorum est proprium. Quinta conclusio. Eorum quae terrae naturam participant/quaedam sunt solubilia: ut nitrum/et sales/et metalla, quaedam uero indissolubilia: ut later coctus/et ferrum/consimilique/minime in humorem liquabilia, quaedam mollificabilia: ut lutum/ferrum/et coruinae quae absque sui dissolutione mollitie suscepta in profundum cedunt, quaedam uero immollificabilia: quae mollitiem suscipere nata non sunt: ut later/et lapides. Et terreorum solubilia: aliqua calido sicco dissoluntur/non indigentia humido exteriori: quod intra se humidum retinuerint coagulata. Quaedam uero frigido humido dissoluntur/que humore ut soluantur indigent: quod omnis eorum humor interior resolutus sit in ipsorum coagulatione. Et ratio istorum in promptu est, quia contrariorum effectuum contrariae sunt causae. Quam ob causam quae cum frigido et sicco simul coagulantur ut metalla in terrae uisceribus latentia/et frigiditate terrae una cum siccitate concretata: eadem calido et humido soluntur: ut igne et aqua. Et quae solus ignis coagulat/aqua soluit, quae uero frigidum solum coagulat/dissoluit ignis. Quae uero a duobus contrarijs calido et frigido simul coagulantur, maxime sunt indissolubilia, quod euenit cum calidum exprimit multum humidum: ut in lateris decoctione. Rursum cum toto calido expirante/frigidum coagulat ipsum corpus: ut quae calido ut amplius humidum non praestetur accessus: tale corpus erit maxime indissolubile. Non enim soluetur a calido solum, ut igne. Nam calidum ea soluit quae a solo frigido sunt coagulata/huiusmodi autem corpus positum est a duobus salicet calido et frigido coagulari. Neque etiam soluetur a solo frigido, nam ea sola soluit quae calido solo sunt concreta: quae non est huiusmodi corpus. Neque a calido et frigido simul soluetur, cum per hypotheseim ab his simul coagulari positum fuerit, et idem non est causa contrariorum. Neque huiusmodi corpus natum est solui a solo humido/neque solo sicco/neque humido et sicco simul. Tum quod ea qualitates non sunt actiuae. Tum quod earum contrarijs non fuerit facta coagulatio. Et quamuis later poros habeat exitus ut aqueum/ipsam coagulatum debet dissolui. Mollificabilia autem sunt aquea et terrea quae calido soluntur et frigido coagulantur: ut ferrum, humoris autem indigentia reddidit corpora immollificabilia: ut in latere et lapide perspicuum est. Sexta conclusio. Ligna omnia/excepta hebeno/sunt aeris et terrae communia. Nam idcirco uisibilia sunt, non mollificabilia et non liquabilia, quare terrea esse cognoscuntur. Et aquae supernatant: quare sunt aerea. Hebenus autem non supernatat, quia magis est terrae naturam participantis: ex ipsa autem hebeno expirat aer resolutus. Sed de coagulatione et liquatione haec lenius.

Octauum capituli nota.

Perfecta mixta sunt animalia/uegetabilia/et ea quae fossilia sunt. Soluitur/liquatur aut mollificatur. Calidum et frigidum prima agentia dicuntur: quod sensibilibus formis prima sunt agendi instrumenta. Frigidum uero et humidum prima passiva: quod sensibilibus potentiae prima sunt patiendi instrumenta.



67

Statum caput continet unam conclusionem, tres rationes ad eam, enumerat rationem passionum mixtorum perfectorum, et collectionem determinationis coagulabilis/liquabilis et incoagulabilis. Conclusio. calidum/frigidum/humidum et siccum: omnibus mixtis perfectis communia sunt. Primo, quia ut dictum est/calido et frigido constant corpora. Calidum enim et frigidum coagulantia: ipsorum operationes faciunt, et quanto magis ipsis deficit caliditas: tanto abundat frigiditas. Et patiuntur per humidum et siccum. Sunt igitur calidum/frigidum/humidum et siccum talibus omnibus communia. Secundo, perfectorum homiomerarum (quas similes partes dicimus) ex aqua et terra constare conspiciuntur, ut in animalibus ossa/caro/neruus. In plantis: cortex et lignum. Et in ipsis fossilibus: aurum/argentum et vapor ex quo constant, talia autem sine calido perfici non possunt. Erunt igitur haec ipsis communia. Tertio, differunt haec omnia adinuicem penes sensibilia propria et posse agere. Ut penes colores/album et nigrum/et similes, penes sonos/ut penes acute et grauius sonare aut similia, penes odores et sapores: dulcem et amarum et similes, penes tangibilia: calidum/frigidum/humidum et siccum, et penes posse aliquid agere in sensum. Conueniunt igitur ipsis calidum et frigidum, prima actiua: sine quibus non uidentur inesse posteriora. Et multo magis passiuus differunt, ut quae magis passiuus consent/et quibus passionum plurimum conueniant, ut coagulabile/liquabile/mollificabile/et similes: quae et ossi et carni et neruo/cor-ticiligno/metallo/lapidi et uicinijs Homiomerorum conueniunt, quae si ipsis conueniant/et prima passiuia humidum et siccum eisdem conuenire necesse est, omnibus igitur talibus calidum/frigidum/humidum/et siccum: commercio ueniunt/habenturque communia. Et ut passionum numerus secundum quas differunt/aliquo modo haberi possit: nominibus tum quae potentiam important/tum quae important impotentiam: inferius describimus.

| | | | |
|---------------|-----------------|--------------|----------------|
| Coagulabile | Incoagulabile | Capibile | Non capibile |
| Liquabile | Illiquabile | Trabibile | Intrabibile |
| Mollificabile | Immollificabile | Ductibile | Non ductibile |
| Intingibile | Non intingibile | Scissibile | Inscissibile |
| Flexibile | Inflexibile | Detruncabile | Indetruncabile |
| Frangibile | Infrangibile | Viscosum | Fragile |
| Comminubile | Incomminubile | Commassabile | Incommassabile |
| Impresibile | Non impresibile | Exhalabile | Inexhalabile |
| Formabile | Informabile | Uisibile | Inuisibile |

Et de coagulabili/incoagulabili/liquabili et illiquabili prius determinatum est: de quibus quasi paucis perstringentes eorum quae diximus adhuc hoc repetamus. Coagulabilium quaedam calido coagulantur: quaedam uero a frigido. A calido quidem humidum desiccantur: a frigido uero calidum exprimentur. Quapropter haec indurationem et coagulationem humidum absentia patiuntur: ut quae cum sunt terrea haec uero absentia calidi: ut quae cum sunt aquae, et quae cum sunt humidum absentia coagulata sunt: humidum soluntur, nisi ita compressi sint et angustis/consistitque pori relictis: ut aquae molis introitum non admittant, quemadmodum de coctili diximus. Quae uero eius ingressum admittant/ut nitrum/sales/exsiccatumque, lutum/humido soluntur omnia. Et quae cum calidi priuatione/ut glacies/et plumbum: a calido soluntur. Incoagulabilia autem sunt, quae cum humiditate aquea carent, aut non sunt aquae (ut quae plus calidi habent) et terrea/ut mel et mustum: sunt enim calida et uelut essentia, et quae plus aeris habent et aquae/ut oleum/argentum uinum, et quicquid pingue et viscosum est: ut gluten. Sed nunc ad cetera determinanda nos conuertamus.

Notarum octauum capituli declaratio.

Perfecta mixta dicuntur: quod in eis plurimum elementorum contemperamenta clarius cernuntur quam in mixtis imperfectis quae ad unius elementi naturam potius accedere uidentur, ut ignea ad ignem/aerea ad aerem. Soluitur quicquam, cum aut liquatur in humorem/aut humiditate interiori ducta ad exterior per calidum igneam: ipsum redditur molle et tactui cessibile: manente tamen superficie extrema et circumdante. Calidum et frigidum prima sunt agentia accidentalibus sive instrumentalibus quia rerum naturalium formae substantiales sunt prima agendi instrumenta. Sic humidum et siccum dicuntur prima passiva accidentalia: quod substantiales materiae rerum naturalium sint prima patiendi instrumenta.

67

Octauum capituli conclusio. Calidum/frigidum/humidum et siccum omnibus mixtis perfectis conueniunt. Et in quolibet mixtorum perfectorum istae quatuor qualitates reperiuntur. Primo, quia corpora naturalia calido et frigido ut continentur et seruante consistunt: nam calidum et frigidum constringentia et coagulantia ipsorum corporum operationes faciunt. Et quanto ipsis corporibus plus caliditatis deficit, tanto plus abundat frigiditatis, sicut contra quanto plus in ipsis abundauerit caliditatis, tanto magis deficit frigiditas. Patiuntur et corpora naturalia per humidum et siccum: igitur calidum/frigidum/humidum/et siccum sunt huiusmodi corporibus communia. Secundo, mixtorum perfectorum partes homiomerarum/et eisdemque cum toto denominationis et inter se, ex aqua et terra componuntur, ut in animalibus ossa/caro/neruus. In plantis cortex et lignum. In fossilibus et mineralibus: aurum/argentum/et uapor ex quo concreuerunt. Partes autem anhomiomerarum et homiomerarum constant: igitur et homiomerarum ex aqua et terra constant. At non possunt aqua et terra humidum et siccum sine calido perfici et frigido agentibus: igitur haec quatuor elementorum principia erunt ipsis communia. Tertio, mixta perfecta et eorum partes tum homiomerarum tum anhomiomerarum differunt adinuicem penes sensibilia propria: quae uno tantum exte-

riori sensu nata sunt percipi & penes posse sensum mouere. ut differunt penes colores album & nigrum / penes sonos ut acutum aut grauem / penes odores ut suauem & grauem / penes sapores ut dulce & amarum / & penes tangibilia calidum / frigidum humidum & siccum: & penes posse aliquid agere in sensum / ipsamque mouere. igitur ipsi conueniunt calidum & frigidum prima agentia: in quibus non sunt nata inesse posteriora scilicet humidum & siccum: que sunt passiva & ideo natura imperfectiora: ut materia est imperfectior forma. Modo si cui non inest prius: neque ei posterius inesse natum est. Et hęc mixta perfecta passiuis qualitatibus magis abinueniunt differunt: quia magis qualitatibus passiuis humido & sicco constant. ex quo ipsi plurime passionum conueniant: que gratia humidum & siccum corporibus insunt ut coagulabile liquidabile / mollificabile ossificabile / & neruo partibus animalium: cortici / ligno / partibus uegetabilium / metallo / lapidibus in mineralibus: & denique unicuique hominiorum corporum conueniunt. Que quidem passionem si eis conueniunt: & prima passiuum humidum & siccum (sine quibus hęc passionem inesse non possunt) eis conuenire necesse est. igitur omnibus mixtis perfectis calidum / frigidum / humidum / & siccum conueniunt. Et huiusmodi passionum numerus inferius describitur decem & octo nominibus naturalem potentiam & in affirmatione designantibus: que primo & tertio ponuntur limite. in super & alij decem & octo nominibus que ex opposito primis respondent: naturalem quidem impotentiam & in negatione designantibus, & secundo ponuntur limite simul & quarto.

| | | | |
|-----------------|-------------------|-------------------|-------------------|
| 1 Coagulabile | 1 Incoagulabile | 10 Capibile | 10 Non capibile |
| 2 Liquabile | 2 Illiquabile | 11 Trahibile | 11 Intrahibile |
| 3 Mollificabile | 3 Immollificabile | 12 Ductibile | 12 Non ductibile |
| 4 Intingibile | 4 Non intingibile | 13 Scissibile | 13 Inscissibile |
| 5 Flexibile | 5 Inflexibile | 14 Detruncabile | 14 Indetruncabile |
| 6 Frangibile | 6 Infrangibile | 15 Viscosum | 15 Fragile |
| 7 Comminabile | 7 Incomminabile | 16 Incommassabile | 16 Incommassabile |
| 8 Impresibile | 8 Non impresibile | 17 Exhalabile | 17 Inexhalabile |
| 9 Formabile | 9 Informabile | 18 Vsiabile | 18 Inusiabile |

Que sunt coagulabilia.

De coagulabili quidem & incoagulabili / liquabili & illiquabili / satis superque superius sermo est habitus: de quibus ea que prim dicta sunt / pauca recolligantur. Coagulabilia quidem sunt que a calido humidum educunt aut frigidum humidum intus occultante sunt / constringibilia: ut lutum & glacies. Incoagulabilia uero sunt que hoc pacto neque a calido neque a frigido cogi & crescere nata sunt: ut oleum. Liquabilia uero sunt que a calido sicco latens humidum proferunt / aut frigidum humidum poros subeunt in humorem solui nata sunt: ut metalla fusibilia / & lutum siue panis. Illiquabilia uero sunt que in liquorem solui nata non sunt: ut lapis / later / uas fictile. Coagulabilium autem quedam coagulantur a calido: ut lutum / pasta / quedam uero a frigido: ut glacies & metalla. A calido quidem humidum intrinsecum educunt: a frigido uero calidum intrinsecum expellente & humidum constringente. Quare coagulabilium aliqua indurationem & coagulationem sustinent per humidum absentiam: ut later / lutum / & quecumque sunt terre. Aliqua uero concresecunt & coagulantur per absentiam calidi: ut metalla / mixta / glacies / priuina / & quecumque sunt aque. Quecumque autem humidum absentia coagulantur: ipsius humidum presentia soluantur & liquantur: ut lutum & panis: nisi ipsa ita compressa sint / & adeo angusti pori relictis / constrictis: ut ipsius aque introitum non admittant: sicut de latere dictum est. Quecumque autem coagulata per humidum absentiam / aquam (que frigida est & humida) admittunt: soluantur humidum / ut nitrum / sales / & lutum exsiccatum. Sic quecumque calidi priuatione coagulantur: eiusdem presentia soluantur / ut glacies / es / plumbum. & sic oppositorum effectuum opposita sunt & cause. Incoagulabilia autem sunt quecumque humiditatem aqueam non habent / aut non sunt aquee nature: ut que plus calidi & terre participant: qualia sunt mel & uisum. Sunt enim calida & uehementi seruire ebullientia. Præterea que plus aeris participant & aque: ut oleum / argetum / uinum / sunt incoagulabilia. Denique quicquid pingue est & uiscosum: est incoagulabile. ut gluten. Sed nunc ad reliquas sexdecim passiones (natura primæ diffinitæ sunt) sermo conuertendus est.

Noni capitis notæ.

Formabilia / frangibilia. Calidum ignem / ignis: aut quod eius uim obtineat. Exhalabilem hęc / exhalabilem partes ali que. Halat exhalat. Phlegma, pituita.



Onum caput continet sexdecim diffinitiones: & earum aliquo pacto declarationes. Prima diffinitio. Mollificabilia sunt coagulata que ab igne humiditate ad exteriora ducta: tandem tactui cessibilia sunt. Et non debent esse aque ut glacies: neque terre a quibus ignis totum humidum euaporare faciat. ut nitrum & sal. Neque talem (ut later) irregularitatem habentia. sed terra magis: aut trahibilia aut ductibilia / non intingibilia / non aquea: sed que mollificantur igni ut ferrum atque cornu. Immollificabilia ex opposito cognoscuntur. Secunda. intingibilia sunt terra que la iores poros habentia: molem aque admittunt / mollioraque sunt madefacta / solidiora quidem aqua. Nam talia per totum aqua facta: solum dicerentur liquabilia. Et intingibilium quedam liquabilia sunt / ut es / & coagulatum lutum: quedam uero non sunt liquabilia ut lana. Si militer non intingibilium quedam sunt liquabilia / ut nitrum & sales: & quedam non liquabilia / ut later. Sed que res. cur lutum intingitur & liquefcit humidum: nitrum autem & sales liquefcunt & non intinguntur. Hęc causa esse potest / quod in nitro & salibus per totum sunt pori aque parui: ideo statim soluantur ab aqua atque liquefcunt. in indurato autem luto non sic: sed permutatim hi magni habentur: hi uero stricti / & qui aquam non admittant. ideo prius intingitur: mox denique soluitur & liquatur. Et non intingibilia ex opposito cognoscuntur. Tertia. Flexibilia sunt quecumque a rectitudine in circum

ferentia: aut a circumferentia in rectitudine dici queunt / ut calamus & vimen. Que si a rectitudine ad circumferentiam ducant: reflexa dicant. si uero ad concauum: deflexa atque circumflexa. Et si a conuexo aut cõca non sint ad rectitudinem ducta: directa dicant. Non enim idem est reflecti / deflecti / & dirigi: sed aliud & aliud. Impossibile enim est rectum: reflexum aut deflexum esse / nisi omne tale: reflexibile esset aut deflexibile. Inflexibilia uero sunt / quorum moles a rectitudine in circumferentia: aut a circumferentia in rectitudine duci nequeunt / ut later & lapis. Quarta. frangibilia sunt que flexibilitate non omnino preterita: in duas partes abeunt diuisa. ut lignum. Infrangibilia uero: que hæc diuisionem non admittunt. Quinta. comminabilia sunt que in quascumque minutas partes abeunt diuisa: non facile duarum solum diuisionem admittentia. Incomminabilia uero horum opposita. Et quedam sunt frangibilia & non comminabilia / ut lignum. quedam comminabilia & infrangibilia / ut glacies & lapis. quedam uero frangibilia & comminabilia simul / ut later. Et differt fractio & comminutio: quia fractio magnarum & duarum partium fit: comminutio uero quarumcumque & duabus plurimum. Et que multos & magnos non vicissim / non alternatim sese habentes poros habent: hæc frangibilia sunt. que uero passim & vicissim poros habent plurimos minutissimos: hæc sunt comminabilia. & que utraq; hæc pororum genera tenent: hæc & frangibilia & comminabilia. Sexta. impresibilia sunt quorum exterior superficies: aut fortis / seu / percussio / aut tactus in profundum cedit. ut es & cera. Non impresibilia autem sunt que hoc pacto non cedunt. Et impresibilia quedam sunt mollia / ut cera: alia uero dura / ut es. Similiter non impresibilem hæc sunt mollia / ut aqua que cedit in profundum non manente superficie: hæc dura / ut later / cuius superficies in profundum non cedit. Septima. formabilia sunt bene manu impresibilia & non resilientia. ut cera que impressionem manu tractata seruat. Quare uero hoc pacto impressionem non seruant: non formabilia dicimus. Et horum non formabilium quedam facile sunt impresibilia / ut lana & spongia: quedam difficile / ut es & lignum: quedam non impresibilia / ut later & aqua. Octaua. capibilia sunt quecumque secundum superficiem non diuisam aut transmutata: in seipsa secundum profundum facile sunt cedentia: ut spongia / cera / caro. que pulsa & in diuisa: in suos secundum profundum facile cedunt poros. Et capibilia omnia conaturalia habent poros: in quos possunt cedere pressa. siue ipsi inanes sint quales dicuntur cum sint insensibiliore corpore ut aere pleni. siue quidem pleni: sed corpore molliori quã quã in seipsum indiuisum cedit: ut spongia humectata. Sep enim in suos cedunt poros: ipso intercluso aut cedente / aut expulso corpore. In capibilia autem sunt que hoc pacto in seipsa non cedunt. ut aqua / lac / fluidum omne / & omne durum. que tales poros non habeant: in quos cedere possunt / ut aqua. aut habent quidem: sed duriuscula / durioribusue corporibus plena. Nona. trahibilia sunt quorum ad latus transferri potest superficies: ipsa quidem superficie continua manente. ut pilus / corium / neruus / pasta & gluten. Trahi uero est ad mouens transferri: ipso semper plano manente continuo. Non trahibilia autem sunt que ad latus hoc pacto transferri non possunt. ut aqua & lapis. Et trahibilem hæc capibilia sunt / ut lana: hæc uero non / ut phlegma. Tertia decima. capibilem hæc trahibilia sunt / ut lana & cera: hæc non trahibilia / ut spongia. Decima. Ductibilia sunt quecumque eadem percussione: simul & in latus & in profundum secundum superficiem & secundum partem transferri possunt. ut es & ferrum. Non ductibilia uero: que hunc in modum transferri non possunt. ut lapis atque lignum. Et oia ductibilia / impresibilia sunt. non autem omnia impresibilia sunt ductibilia. Nam lignum / impresibile est: non autem ductibile. Fere tamē ductibile & impresibile quo ad omnia conuertunt. Et ductibilem quedam capibilia sunt / ut cera & lutum: quedam non / ut ferrum. Ita & capibilem quedam ductibilia sunt / ut later / & lutum: quedam non / ut lana. Et sunt neque capibilia neque ductibilia: ut aqua. Undecima. Scissibilia sunt quorum diuisio precedit diuidens: plusque diuiditur quã diuidens assequitur. ut lignum. Inscissibilia autem: que talia non sunt. Et nullum simpliciter molle / scissibile est. dico enim simpliciter. nam ad alterum / ferrum molle est: ut ad chalybem. Neque omne durum / scissibile est. ut ferrum. sed talia esse debent que neque sint ductilia / neque comminabilia. talia autem sunt que secundum longitudinem poros habent: secundum quos aduincit adnascuntur & crescunt: non autem ita secundum latitudinem habent. Duo decima. detruncabilia sunt quorum diuisio non precedit diuidens: sed solum diuidit & non comminuit quod assequitur diuidens. Et indetruncabilia sunt que hoc pacto diuidi nequeunt. Et detruncabilem quedam sunt mollia ut cera: quedam dura & non scissibilia: ut ductilia. quedam uero detruncabilia & scissibilia simul: ut lignum. quod quidem ut plurimum secundum longitudinem scissibile: secundum autem latitudinem detruncabile. quod cum diuisibile sit & in longum & in latum: qua diuisibile secundum longum / scissibile est: qua uero secundum latum / dicitur detruncabile. Decimatertia. viscosa sunt que ad multum extendi possunt & bene conuenire. Et hæc trahibilia & humida & mollia sunt: quorum partes partibus adherent: partemque sequuntur / ut cathenate / colligatque. Que autem mollia / talia non fuerint: non viscosa & fragilia dicuntur. Decima quarta. commassabilia sunt capibilia que mansuã habent capturã / ut cera & pasta: que impressio nescerunt & non resilient. Incommassabilia uero que omnino capibilia non sunt: aut que capibilia quide mansuã non seruant capturam. ut aqua / ut lana. Decima quinta. Exhalabilia sunt que humiditatem habent quidem: sed quam non sine sicco igneo seorsum euaporant. Est enim vapor (calido separante igneo) quedam ab humido madefactum segregatio: que nunc in aerem cedit / nunc in ventum / nunc uero in imbriferã nubem conuertitur. Exhalationem uero hic nuncupamus: que fit a calido igneo communi sicco / & acri humidum segregatio. Et ideo vapor madefacit: exhalatio


autem non sed potius colorat. Et exhalabilem hanc in aere tempore dissoluuntur disparentia & siccat: hanc vero ipsorum remanentia sunt terrea. differt tamen id (quod ipsorum temporis tractu in aere disparet & halat) a vapore: quod id exhalationis neque cedit in ventu aut nubem neque madefacit. quod facit ille vapor. Et ligitur exhalatio proprie fumus dicitur. Et officiu & capillorum & caeterorum consimiliu consimiliter dicitur fumus: quod nomina non habeamus quibus ipsa peculiariter nuncupemus sed omnia hanc fumus: eisdem scilicet nomini secundum Analogiam attribuiamus. Quoadmodum aut Empedocles & pilosus & autu densas plumas & pisciu squamas & arboru folia: super solidu fieri. in omnibus eodem solidi nomine vtens. Et ligitur exhalatio fumus est. & vntuosoru exhalatione nidoru dicitur: quia Cnissam Graeci vocat. Et hinc iteru cognoscere promptu est cur oleu & aqua elixari calidoq; ingrossari non possint. Na oleu totu exhalabile est: & non vaporabile. Aqua vero contra tota vaporabilis: non aut exhalabilis. Itide dulce vniu: quod dulce est halat. est enim pingue: & multa cu oleo comunia tenes. vt frigore non coagula tur vt neq; oleu: sed aduritur inflammaturq; vt oleu: vt nomine vniu dicit: opa aut vniu non faciat huius morisq; paru vinosum habet. hac de causa ipsum (vt alia faciunt) non inebriat. Et quodcuq; vniu aliquid vel paru exhalationis habet: ideo flammam emittit. In exhalabilis aut dicitur quia cu sicco humidu non resoluunt. Decima sexta. vntabilia sunt quacuq; poros habet ignis suscipit: & in poris secundum di rectu humiditate igne quide debilitore. vt lignu/osa/lana: quae inco massabilia sunt. Inustibilia sunt q; huiusmodi poros non habet: aut quae fortiore ipso igne retinet humiditate: vt lapis/glacies/ & viride li guu: q; esse prius posita sunt inco massabilia. Itide & alio modo latius dicunt vntilia corpora: quacuq; in cinere redigibilia sunt. Et hanc sunt quacuq; coagulata sunt calido solo: aut ambobus simul calido sola licet & frigido. His enim omnibus videtur ignis obtinere. Carbunculu tamem preciosa gemam excipio: cui ignis non obtinet. Et vntilia hanc inflammabilia sunt: vt quacuq; humida exhalabilia sunt. vt pix/oleu/ce ra. & cu alis q; per se ipsa magis sunt inflammabilia: & quacuq; fumum emittunt. Hec aut carbonalia sunt: vt quacuq; plus terrae q; fumi habeat. Et inflammabiliu quoddam est illiquabile: velut lignum (quod p totu cotinuum sit) humidum habet aptum vt perurat. Quoddam vero liquabile vt thus. At vero est illiquabile sic: inflammabile tamem non est. quod si partes partibus propinquas habeat: humidum tamen sicco non sa tis cotinuum & conuictum habet vt flamma efficiat. Et thus duobus assimilatur/duorumq; tenere natu ra videtur: ligni scilicet & aeris. ligni quide: quod fumum quo inflammatur praestet. aeris vero: quod humore/ quo mollescit & liquefat. Et inflammant exhalabilia non liquabilia: quod magis sint terrae quae siccum igni coe habet. Si itaq; id siccum/calidum fiat: fiet ignis atq; flamma. Hinc enim flamma existit sicci spiritus ardor. Et tam diximus lignorum exhalatione fumum esse: & cere/ & thuris/ & picis & piciferos rum omnium/ & lignis similitum/ exhalationibus nomen fumi transferri: olei tamen & quorumcuq; vntuosorum esse nidorum. & quaedam sola paucum inflammant: quia paucum siccum habeant: adiun cta autem alis (vt quae pinguis/sicca & vntuosa fuerint) citissime inflammantur. Nam humida per se vt oleum/cera/pix: magis exhalant. Sicca autem magis ardent. Et de his haftenus.

Notarum noni capitis declaratio.

Formabilia sunt quae aliquam in se effigiem suscipere & retinere nata sunt: ut cera figuram sigilli/statuam hominis aut ca nis/ & caetera huiusmodi. Calidum igneum quod exhalatione facit, est ignis aut aliquid ignis vicarium: quemadmodum aer ca lesactus a sole. Cum decime quintae diffinitionis declaratione dicitur: Exhalabilem hanc in aere tempore dissoluuntur dispa rentia sicca: haec vero ipsorum remanentia sunt terrea: sensus est. exhalabilem partes aliquae in aere dissoluuntur scilicet fumus & partes aliquae remanent & sunt terreae scilicet cineres.

Noni capitis prima diffinitio. Mollificabilia sunt coagulata/ quorum cum interior humiditas ab igne ad exteriora ducta fuerit, tandem tactu cessabilia sunt, ut ferru & cornu. Et mollificabilia non debent esse aquea, ut glacies: neq; terrea a quibus ignis totum humidum educat: ut nitrum & sal. neq; debent eam quam habet later habere irregularitatem, & calidi ad hu midum inaequalitatem. Sed debent esse magis terrea, ut trahibilia ut cera, aut ductibilia ut ferrum, non intingibilia, neq; aquam in se molem admittentia, sed quae igni emolliantur: ut ferrum & cornu. Immollificabilia vero sunt quae ab igne non redduntur ta ctu cessabilia: ut later & lapis. Secunda diffinitio. Intingibilia sunt terrea quae lato & amplos poros habentia, aquam in se recipiunt & cum madefacta sunt, molliora sunt/ solidiora quidem aqua. ut panis in intus uino, lutum, lana. Dicitur quidem est intingibilia debere esse solidiora aqua. nam si aqueam habeant molliem, & omnino aquea facta sunt, non intingibilia sed liqua bilia solum essent, ut glacies. Intingibilium autem/ quaedam sunt liquabilia: ut es & exsiccatum lutum, quaedam vero non sunt liquabilia: ut lana. Similiter non intingibilium/ quaedam sunt liquabilia: ut nitrum & sales, quaedam vero non liquabilia, ut later, quare intingibile & liquabile aduicem impertinentia sunt: similiter non intingibile & illiquabile. Sed quare forsi tan aliquis quare lutum intingitur & liquefit humido. Nitrum vero & sales liquantur quidem, at non intinguntur. Respo dendum est hanc esse causam: quia in nitro & salibus ubiq; pori sunt aquae suscepti: idcirco in illis aqueus humor statim domi natur, & dissoluit ea in humorem. In luto autem durato non sic per totum sunt pori, sed alternatim durescit/ aliqui magni, aquam admittentes. aliqui vero angusti & non suscipientes aquam. ideo prius lutum intingitur cum subit humidu aqueum, sed cum il lud obtinuerit, soluitur & liquatur in aquam. Non intingibilia sunt, quae non habent lato poros quibus aqua recipiant: ut later & lapis. Tertia diffinitio. Flexibilia sunt quae a reclinatone in curuitate quae circumferentiae per similes est, aut a curuitate in reclinatone duci possunt: ut uim, scirpus, calamus. Et triplicia sunt: scilicet reflexa, deflexa, & directa. Reflexa sunt quae a reclinatone ad conuexu sine fractione ducuntur: ut si quis in opposita chordae parte arcu reflectat, & si quis uimen a b inflectat secundu ex

tremitates ad conuexu eius d. Deflexa sine circumflexa sunt, quae a reclinatone ad conuexu sine fractione ducuntur: ut si quis extremities arcus ad chordam incuruet/ aut uimen a b extremities in obliquum ducat uersus c eius conuexum. Directa uero sunt, quae a conuexo aut concauo sunt ad reclinatone ducta/ ut si quis uimen a b incuruatum ad d/ aut ad c in rectum eris gat: aut arcum sinuosum in reclinatone ducat. Neq; idem est reflecti, deflecti, & dirigi/ cum impossibile sit idem simul esse res flexum, deflexum, & directum. tamen/ idem sit reflexibile, deflexibile, & dirigibile. Inflexibilia uero sunt, quae a reclinatone in obliquitate sine fractione duci nequeunt neq; contra: ut later, lapis. Quarta diffinitio. Frangibilia sunt, quae cum flexibilitate non omnino perferre possunt: in duas partes diuiduntur. ut lignum & baculus aridus. Infringibilia sunt, quae in duas partes hoc modo frangi non possunt: ut ferrum. Quinta diffinitio. Communibilia sunt, quae in multas partes minutas diuiduntur: non facile in duas solum partes diuisibilia: ut later, uirum. Incommunibilia sunt, quae in minutas partes diuidi nata non sunt: ut li gnum, ferrum. Quaedam autem sunt frangibilia & communibilia simul: ut later. Quaedam frangibilia & non communibilia: ut lignum. quaedam infrangibilia & communibilia: ut glacies, lapis. Quaedam uero infrangibilia & incommunibilia: ut ferru. Differt autem fractio & comminatio. quia fractio est in duas partes & magnas: comminatio uero in duas partes & plures duas bus. Praeter ea quae magnos & paucos habent poros/ non uicissim nec alternatim dispositos, frangibilia sunt. quae uero quamplu rimos habent poros passim & uicissim dispositos atq; minutissimos, sunt communibilia. Est enim diuisio secundum pororum dis positionem atq; numerum. Et qui utrosq; pororum modos habent, & frangibilia sunt & communibilia. Sexta diffinitio. Impres sibilis sunt quorum exterior superficies manens eadem & non transmutata: aut forti percussione, aut tactu in profundum ce dit: ut es, & cera. Non impresibilia sunt, quae nec ictu nec cotactu in profundum cedunt: ut lapis & later. Impresibilis aut, quae da sunt mollia ut cera: quaedam dura ut es. Similiter non impresibilia, quaedam sunt mollia ut aqua quae in profundum non cedit manens te superficie quae depressa fuerat. haec uero dura ut later, cuius superficies in profundum non cedit. Septima diffinitio. Formabilia sunt bene manu impresibilia: & quae manu impresam effigiem facile retinent, ut cera quae manu uersata in omnimoda transfer tur figura. Non formabilia aut sunt/ quae impressionem manu factam non retinent: ut lana, lignum, later. Non formabilium aut, quaedam sunt facile impresibilia: ut lana & spongia/ quaedam difficile impresibilia: ut es & lignu. Quaedam non impresibilia: ut la ter & aqua. Octaua diffinitio. Capibilia sunt, quae non transmutata nec diuisa superficie, in seipsa secundum profundum facile sunt cedentia. ut spongia, cera, caro. quae cu pelluntur introrsum, sine superficie diuisione in suos secundum profunditate poros leniter cedunt. Hinc omnia capibilia poros habent natura datos, in quos cu preuuntur cedunt, siue pori sint manes & uacui, quales eos esse dicunt uulgares: cum corpore subtili & aereo, uisu quide imperceptibili sunt pleni, siue pleni sunt corpore grossi/ uculo & uisu perceptibili, sed molliori q; sit illud corpus quod in seipsam nulla partiu facta diuisione cedit: ut spongia aut lana humecta ta. Na capibilia semper in interiores cedunt poros: ipso corpore in cluso, aut cedente, aut ad exteriora presso. Incapibilia aut sunt quae in diuisa in suos secundum profundum poros non cedunt: ut fluida corpora/ & dura. Na fluida, poros non habent in quos cedere pos sunt: ut aqua. Dura uero corpora duros habent poros & duris corporibus plenos. Nona diffinitio. Trahibilia sunt quorum su pericies manens cotinua, ad latus hoc est in longu & latu transferri potest, ut pilus, coriu, neruus. Est enim quicquam trahi: ipsu ad mouens transferri, superficie semper manente cotinua. Non trahibilia aut sunt quae ad latus in longitudine aut latitudine trans ferri non possunt: ut aqua, lapis. Trahibilia aut quaedam capibilia sunt ut lana: quaedam non capibilia ut phlegma. Contra capibilia quaedam trahibilia sunt ut lana & cera: haec uero non trahibilia ut spongia. Decima diffinitio. Ductibilia sunt quae eadem percus sione simul & in latus & in profundum tui secundum superficiem, tui secundum partem transferri possunt, ut cu artifices plumbum aut stannu secundum profundum ictu malleorū extenuat, & secundum longitudine & latitudine dilatant. Non ductibilia aut sunt quae eode ictu non possunt & secundum latus & profundum transferri: ut lapis & lignu. Et omnia ductibilia sunt impresibilia/ ut coru satis ostendit diffinitiones: non tamen oia impresibilia sunt ductibilia, ut ea quae in latus transferri non possunt, quale est lignum. Ductibilium aut quaedam sunt capibilia ut cera: quaedam non capibilia/ ut ferru. Sic capibilia quaedam sunt ductibilia/ ut cera, quae da uero non: ut lana. Aliqua praeterea sunt neq; capibilia neq; ductibilia: ut aqua. Undecima diffinitio. Scissibilia sunt quoru diu sio praecedit contactu diuidens: plusq; partiu scissibilis diuiditur q; diuides tangendo asequitur, ut lignu/ in cuius una extremitate cu ponitur cuneus: unica percussione partes ligni usq; ad mediu diuiditur & separantur. Inscissibilia sunt quae plusq; diuides tangat diuidi nata non sunt. Nullu aut simpliciter molle quod per se sumptu, molle dicitur/ est scissibile. Molle uero ad alteru solu ut lignu ad chalybe/ quod per se sumptu simpliciter est duru: bene est scissibile. Non tamem omne duru est scissibile: ut ferru. Sed scis sibilis talia esse debent: quae neq; sint ductibilia neq; comunibilia: & potissimu talia sunt quae secundum longitudine poros habet: 79 secundum quos aduicem nascuntur & crescunt. Duodecima diffinitio. Detruncabilia sunt quoru diuisio non praecedit ipsu diuidens sed solu tantu diuiditur absq; comminatioe aut fractioe q; tangit diuidens, ut cu ferru forcipe diuiditur: tantu illud ferru diuidi tur, quod a forcipe utriusq; tangitur. Indetruncabilia sunt quae hoc modo diuidi nequeunt: ut lapis: & marmor. Detruncabilium aut quaedam sunt mollia/ ut cera, quaedam dura & non scissibilia/ ut ductibilia: quaedam uero sunt detruncabilia & scissibilia simul ut lignu: quod quide secundum longitudine est scissibile/ & secundum latitudine detruncabile. Neq; id est inconueniens in uno & eodem 80 secundum diuersas magnitudines. Decimatercia diffinitio. Viscosa sunt quae ob partiu tenacitate & coherentia ad multu exten di possunt sine discontinuatioe: & bene cōgregari & coniri. Et talia trahibilia sunt humida simul & mollia: quoru partes par tibus adherent & una altera sequitur uelut concaenatae & colligatae. Non uiscosa uero siue fragilia sunt quae tenacem non ha bent molliem/ ut aqua. Decima quarta diffinitio. Comassabilia sunt capibilia quae permanentem & diu durante habent alicuius effigiem aut impressionem capturam. ut cera/ quae quacuq; cepit impressione: diu seruat & non deperdit. Incommassabilia autem sunt quae aut capibilia non sunt, aut quam capiunt impressionem non retinent. ut aqua, lana, & spongia: quae pressa rurs sum seleuat in priorem (quam ante impressione habuit) formam. Decima quinta diffinitio. Exhalabilia sunt quae humiditatem habent non nisi cum sicco igneo exspirabilem: ut lignum ex quo fumus exspirat est exhalabile. Est aut uapor/ halitus ex humido ma defactus segregatus: calido quide igneo segregante, ut spiratio illa quae ab aqua separatur igni superposita/ & conuertitur inter



Quid uapor?

dum in aerem, interdum in uentum, interdum in nubem. Exhalatio uero est halitus siccitatem terream & igneam & humiditatem aerem participans, a calido igneo segregatus, ut spiratio que a lignis igni appositis separatur. Et exhalatio quide hoc pacto a uapore differt, quod uapor madefacit/non aut exhalatio: sed desiccatur potius & colorat. Et exhalabilia partes aliquae in aere dissoluantur: aliquanta temporis mora disparentes/ut fumi. Aliæ uero partes eorum remanent & terreae sunt: ut cineres. Ea tamen exhalabilem pars que in aere tandem disparet & euascescit/differt a uapore: ea exhalatio neq; mutatur in nubem neq; pluuia: uapor aut in talia conuertitur. Et lignorum exhalatio speciali nomine fumus dicitur: osium tamen & neruorum & capillorum halitus eodem uocatur nomine/ & fumus dicitur. quia enim non habemus propria & spe.ialia nomina quibus ea nominemus: idcirco generalem fumi nomen per analogiam eis attribuiimus. quemadmodum Empedocles dixit pilos animalium gressibilia, auium plumas, piscium squamas, & arborum folia super solidum fieri: eodẽ solidi nomine sed homonymo in omnibus utens. Vnctuosorum autem & viscosorum exhalatio: proprie dicitur nidor/at Græci eã Cnissam dicunt. Hinc sumitur ratio cur oleum & aqua nec elixari, nec calido ingrossari possunt. Na oleum totũ est in exhalationem solubile & non in uaporem. Contra uero aqua soluitur in uapore & nõ in exhalatione. Sed dulce uinũ quicquid dulcis habet/emittit & exhalat: quia pingue/ & magnam cum oleo habens conuenientiam. Nõ enim coagulatur frigore sicut nec oleũ: sed inflammatur inlar olei. & nomine quide uinum dicitur sed nõ est re, quia uini natura & conditionem non sequitur. & parum humoris uino si retinet: quã ob causam non inebriat potantem, sicut alia uina inebriant. Omne aut uinũ quod aliquid etiam parum exhalationis habet, ideo flammam emittere natum est: quod exhalatio, apta flammæ materia est. Inexhalabilia aut sunt que cum sicco igneo humidum non resolunt, ut lapis. Descripsit cõmixta diffinitio. Vtilia sunt que poros habent ignis susceptiuos: & in illis humiditatem igne debiliorem. Ea uero humiditas ab ignis calore superata, ad exteriora ducitur, ut lignum. Inutilia uero sunt que uinũ in poros non habent ignis susceptibiles, aut in eis humiditatem igne ualentiores, ut lapis, gl. i. s. & uiride lignum. A hinc & quidem latius diffiniuntur utilia quod ea sunt quecumq; in cinerem redigi possunt. Et potissimum talia sunt que solo calido coagulata sunt, aut duobus simul, calido & frigido. Nam in hæc omnia uideur ignis obtinere, præterquam in carbunculum gemmam preciosam, calido quidem & frigido concretam, sed ab igne insuperabilem. Vtilia autem aliqua inflammabilia sunt, ut quecumq; humida exhalabilia sunt, nam humidorum exhalatio flammæ materia est: ut ligna que flammam concipiunt. Pi autem, oleum, cera, alys superflua: magis inflammabilia sunt quam per seipsa. Et ut in summa dicatur, quecumq; fumum emittunt, sunt inflammabilia. Aliæ autem sunt carbonalia & in carbonem soluantur: ut que habent plus terrestris materie quam fumi. Præterea inflammabilium quoddam est illiquabile: ut lignum, quia enim per totum continuum est humidum habet aptum ut peruratur. Quoddam autem est liquabile: ut ibus. Aes autem quamuis liquabile sit, non tamen est inflammabile, nam quamuis partes habeat partibus propinquas, non tamen habet humidum satis continuum & conuictum ut flammam efficiat. Tibus autem duobus, ligno & æri est per simile. ligno quidem, quod fumum quo inflammatur emittat. æri uero, quod humorem habeat quo liqueat. Exhalabilia quidem non liquabilia inflammantur, quia magis terra naturam sequuntur que in siccitate cum igne participat. quare si id siccum terrenum fiat calidum, fit ignis & flamma. Est enim flamma, siccus spiritus ardor. Vi igitur superius dicta sub epologo repetantur, lignorum exhalatio proprie fumus est: fumi tamen nomen ad ceræ, tburis, picis, & omnium piciferorum & lignis similibus exhalationem transfertur. Olei uero & unctuosorum omnium ut carniũ abstarum exhalatio: dicitur nidor. Dicitur est etiam quaedam sola & per se pauca inflammari, quia pauca habeant siccum eadem tamen alys adiuncta citissime inflammari: quia pinguis, sicca, & unctiosa sunt. Nempe humidã per se sumpta magis exhalant, ut oleum, cera, pix. Sicca autem magis ardent.

Decimi capitis nota.

Similium partium corpora sunt, que partes similes habent denominationis. Communia sunt, terra & aqua, terra & aeris, aqua & aeris, terra & aqua & aeris: & ita de igne, tamen si communia ignis in animalibus, uegetantibus, & fossilibus minus reperiantur. Electrum nos succinum dicimus, succus arboris est pinis generis. Dicitur & mixtura ex auro & quinta argenti parte: electrum, succini colorem imitata. Composita, mixta perfecta.



Primum caput quindecim propositiones (que ex precedentibus dictis aliquo pacto cognite esse possunt) recolligit. Prima, Similium partium corpora (que Homomera dicunt) ut in animalibus caro/os/nerui/ungues/pili/venæ/ex quibus constant ea que dissimilium sunt partium/que dicuntur anonomera/dissimiliumque partium tota: ut pes/manus/facies) & in plantis lignũ/cortex/foliũ/radix: & in fossilibus aurum/argentum/ferrum/stannum/lapis & similia: assignatis differentis ab inuicem differunt que potissimum tactu discernuntur, differunt & saporibus/odoribus/coloribus & uarietate sonorum. Secunda, alia sunt ex quibus hæc consistant: & a quibus consistant. Na ex quibus consistunt sunt materia: humidum scilicet & siccu: quare aqua & terra: que manifestissimas has gerunt potentias. Ea uero a quibus consistunt/efficientia sunt duo: scilicet calidũ & frigidũ, hæc enim constare faciunt/cogunt & coagulant. Tertia, eorum que homomera sunt/similiumque partium: quedã sunt aque & aquæ species: quedã terræ: terræ species: quedã uero communia. Quarta, Compositorũ ex his: quedã sunt humida/quedã sicca/quedã mollia/quedã dura/quedã coagulabilia/quedã liquabilia: quemadmodũ prius cognitum est. Quinta, que cumq; humidorum euaporant: ea sunt aque. Sexta, quecumq; nõ euaporat: hæc sunt terræ/aut cõia terræ & aque/terræ & aeris/aut aque & aeris, ut lapis/lac/lignũ/oleũ. Septima, que calido ingrossant: cõia sunt. Sed dubiũ affurgit: cuius sit uinũ, uidetur enim nunc aque esse: quia euaporat. nũc uero cõia: quia nouũ ut mustũ calido ingrossat. Dicimus duplex esse uinũ: recens scilicet & antiquũ, & recens plus habere terræ quã antiquũ. hinc calido ingrossat/magisq; calidũ esse: ideo minus cõstringit & co-

gulatur frigidus. Et est uinum in Arcadia sic terreste & calidum: ut in utribus ita a fumis exsiccatũ/ut eductum appareat coagulatum. Et si omne uinum fecem habet: omne est aque & terræ, & quo magis: eo magis est terræ. Octaua, que a frigido ingrossantur: terræ sunt. Nonia, que ab utroq; calido scilicet & frigido: communia, ut oleum/mel/dulce uinum. Decima, quecumq; solo frigido constant & coagulatur: aque sunt, ut glacies/nix/pruina/grando. Undecima, quecumq; solo calido: terræ, ut later/terre communia sunt, & sunt hæc que calidi & humidũ priuatione coagulascunt, nunc amborum simul ut later: aut soltus humidũ/ut sales & que sincera sunt terra: aut soltus calidũ/ut glacies. Decimatertia, quorum totus exudaũt humor ut later/& lachrymarum genera ut electrum/thus/myrrha & similia gũmi: frigidus coagulatur, que & palam & nobis cernentibus coagulatur: quod intercepta plerumq; aut malia ut formicæ & cõsimilia animalia ostendũt. Stillant enim ueluta fluuio: & uelut mel coctum/quod in aqua diffusum euaporat humidum. Et horum hæc sunt terræ: & magis que immollificabilia & illiquabilia sunt, ut electrum/& quidam lapides ut spelæarum pori. Que uero mollificantur aut liquefcunt ab igni ut ferrum/cornu/thus/myrrha: non tota sunt terræ sed aquosiora. Thus enim & myrrha & his similia consimiliter ut ligna euaporant, & quedam sunt communia/ut cera. Decimaquarta, quecumq; liquefcunt ab aqua: hæc sunt terræ. Decimaquinta, que neq; igne neq; aqua liquefcunt: aut terræ sunt aut utriusq; communia. Ex quibus per manifestum esse potest (si composita omnia/aut fluida aut coagulata esse oporteat: neq; harum passionum sit medium) que ipsorum erunt terræ/que aque/& que pluribus communia: an calido ut igne/an frigido/an utroq; constare debeant. Notum item est argentum/stannum/aes/plumbum/vitrum & lapides multos innominatos: que facile liquefcunt calido: esse aque. Et uinum/acetum/vrinam/lixiuũ/serum/& acorem que frigidus coagulatur: idẽ esse aque. Et ferru/cornu/vnguis/os/neruus/pilus/lignũ/cortex/foliũ/electrum/myrrha/thus/lachryma/omnes fruges/fructus/femina ut triticum: sunt terræ. Et ipsorum quedam sunt magis terræ/quequã minus: quedã molliificabilia/& quedã exhalabilia: & omnia frigidus sunt coagulata. Et simili modo terræ sunt nitrum/sales & lapidum genera: que neq; in frigidatione fiunt neq; frigidus coagulatur. Et sanguis & genitale semen: aeris/aque & terræ sunt communia. Attamen sanguis ille qui plures poros/viasq; habet: magis terræ est. ideo frigore coagulatur & humore liquefcit. Et qui poros & uias nõ habet: magis est aque: qui & frigidus non coagulatur. Genitale autem semen frigidus coagulatur expirante calido secum humidum rapiente/educenteq;.

Notatum decimi capitis declaratio.

Communia sunt que plurium elementorum æqua habent temperamenta. Et sumptis tribus terminis: primo terra, secundo aqua, & tertio aere: secundum membra regule ternarij composita sumuntur quatuor combinationes que sunt, primum secundum aqua, & aere: primum tertium, terra & aere: secundum tertium, aqua & aere: primum, secundum tertium: terra & aqua. Quod si quartus terminus ignis adiungatur, secundũ membra regule quaternarij composita sumuntur undecim combinationes. Prima/primũ secundũ: terra & aqua/seconda/primũ tertium: terra & aere/tertia/primũ quartũ: terra & ignis/ quarta/secondũ tertium: aqua & aere/ quinta/secondũ quartũ: aqua & ignis/ sexta/tertiũ quartũ: aere & ignis. Septima, primum secundũ tertium: terra & aqua/ aere. Octaua: primum/secondũ/ quartũ: terra & aqua & ignis. Nona: primũ/tertiũ/ quartũ: terra & aere & ignis. Decima: secundũ/tertium/ quartum: aqua & aere & ignis. Undecima: primum/secondum/tertium/ quartum: terra & aqua & aere & ignis. Tamen communia ignis cõtemperamenta minus in mixtis perfectis quã ceterorum elementorũ communia inueniuntur: idcirco hic non sunt numerata/ sed suppressa.

Decimi capitis prima propositio. Similium denominationis partium corpora: qualia sunt in animalibus/ caro, os, nerui, uene ad corporis integritatem, unguis, pili ad naturam decoris, commoditatem, & munimentum (ex quibus dissimilium partium tota ut pes, manus, facies constituuntur) & in plantis lignum, cortex, folium, radix. In mineralibus uero aurum, argentum, ferrum, stannum: assignatis differentijs, calido, frigido, humido & sicco, earumq; passionibus, coagulatione, liquatione, molliificatione, intinctione: & ceteris ab inuicem differunt, que quidem differentie & earum passionis potissimum tactu internoscuntur. Differunt etiam prædicta corpora ab inuicem saporibus, odoribus, coloribus, & sonorum diuersitatibus. Secunda propositio. Alia sunt qualitatum genera, ex quibus ut materia hæc constant mixta perfecta: & a quibus ut efficientibus ipsa consistunt. Ea enim ex quibus consistunt sunt qualitates materiales & passiuæ, scilicet humidum & siccu. At quia aqua, præcipue humida sensu cognoscitur/ & terra, sicca/ idcirco ipsorum materia recte ponuntur aqua & terra. A quibus autem consistunt, sunt duos efficientia accidentaria, scilicet calidum & frigidum, que ut superius ostensum est ipsa corpora faciunt constare, coagulant, & congregant. Tertia, Corporum homiomericorum & ex similibus denominationis partibus constantium: quedã sunt aqua siue aque species: ut fontes, flumina, succi herbarum, quedam terra siue terræ species: ut lutum, later, uas ficile, quedam uero aqua & terra re communia: ut lac, sanguis. Quarta propositio. Ex partibus homiomericis compositorum quedam sunt humida, ut lac/ que quedam sicca, ut later/ quedam mollia, ut cera/ quedam dura, ut ferrum/ quedam coagulabilia, ut later/ quedam liquabilia, ut aes, plumbum. Quinta, quecumq; humida uaporem de se emittunt & expirant, sunt aque, ut uinum, lixiuũ, serum. Sexta, quecumq; non euaporant, aut sunt terræ, ut lapis, aut communia terræ & aque, ut lac/ aut communia terræ & aeris, ut lignũ/ aut communia aque & aeris, ut oleum. Septima propositio. Que a calido ingrossantur/ pluribus elementis communia sunt, ut lac. Sed oritur dubiũ cuius elementi natura participet uinũ. Na quia euaporat, natura aque sequi uidetur. Et quia in grossatur a calido sicut mustũ: uidetur esse pluribus elementis commune. Responso. Duplex est uinũ scilicet recens & recenter expressum, & antiquum siue iam diu expressum. Recens quidem plus habet terræ quam antiquũ: idcirco plus fecis admixtum retinet, & ingrossatur calido, imo est calidum magis quã alterum: idcirco minus a frigido coagulatur. In Arcadia autem uinũ est uisquædeo

posteriora/ & quorum gratia Homiomeria sunt/ & ipsorum organa: ipsis notiora sunt. ¶ Primo, quia magis exploratum habemus quod homo mortuus non sit homo nisi equivoce: quemadmodum fistula lapidee & organa videntur fistule & organa esse/ que neque fistule neque organa sunt nisi equivoce. Id autem in Homiomeris vt carne & osse minus perspectum est: & adhuc minus in aqua & igne. ¶ Secundo, quia vbi plurimum materię: minus formę est. Vbi autem minus formę: minus cognoscibile, vt si extrema constituamus materiam scilicet/ substantiam & formam: materia quidē nihil est præter ipsam formam/ omnibus eadem/ & qua nulla differre dinoscuntur. Substantia autem & forma/ omnibus ratio est: & qua singula singulis differre sunt cognita. Intermedia igitur proportionabiliter sese habebunt: secundum quod prope/ aut longe: aut materię/ aut formę constituta fuerint. Homiomeria igitur que materię propinquiora sunt: magisq; ipsius imitantia naturam: minus distingui/ discerniq; possunt: quam ea ipsa quorum sunt/ & gratia quorum existunt: & que magis formę conditionem sequuntur. ¶ Tertia. Quorum opera magis determinata sunt: & ipsa manifestiora erunt. Quęcumq; enim suum proprium opus efficere possunt/ verę sunt. Vt verus est oculus qui videre potest: & vera ferra que secat. At oculus qui videre nequit: non vere est oculus/ sed Homonyme oculus/ vt oculus mortuus, & lignea ferra que secare non valet non vere est ferra: sed imago ferrę/ & ferra equivoce. At posteriorum opera magis determinata sunt: vt manus/ faciei/ oculi/ & lingue: quam ossis/ carnis/ & nerui. & carnis adhuc magis secundum naturam: quam ignis aut aque. & ita in plantis & metallis vt ære & argento: que & rursus minus quam animalia/ cognoscibilia sunt: quod propinquius materię/ potentieq; sint accedentia. Omnia tamen Homiomeria vt caro/ os/ neruus/ & cetera reliqua: in quadam aut faciendi aut patendi potentia consistunt. Formę tamen & eorum rationes sunt minus manifestę. ¶ Correlarium. Hinc fit vt nō sit cognoscere promptum quando existant & quando non: nisi longo temporis interstitio multum eorum natura euariata sit: vt sola quasi eorum remanente figura. ¶ Quemadmodum circa vetusta mortuorum corpora in sepulchris permagnafacta conspiciunt. ipsa siquidem plerunq; ipsorum manente figura: aut tasta aut mota citissime desunt in cinerem/ ita & fructus quandoq; sola superflite figura (et si visum non multum videantur inueterati) tacti tamen statim dissolunt/ dissolunturq;: ita & circa lactis coagula enunt. ¶ Talia itaq; homiomeria/ calido/ frigido/ & passionibus ab his proficiscens: vt coagulatione/ liquatione/ mollificatione/ aut similibus adinuicem differunt & Homiomerę partes identidem: vt caro/ os/ pilus/ neruus alii supra numeratis differunt: vt mollitie/ duritie/ tensione/ tractione/ comminatione/ & ceteris similibus: quas calido & frigido mixtis diximus contingere. Et ex his constitutorum (quę anomiomeria dicimus) vt faciei/ manus/ & pedis & similitum hæc/ & calidum/ & frigidum causa sunt vt fiant: quemadmodum æs/ argentum/ ferrum/ caliditas/ & frigiditas: causa sunt vt fiat arca/ phiala/ aut ferra, præter tamen illa in artificialibus est ars/ artificę species: ita & in his que constant a natura præter illa/ causa est natura aut queuis alia. Cum igitur cognouerimus cuius generis vnunquodq; homiomerorum fuerit: an scilicet animalium/ vegetantium/ an defossilium: accipiendum erit de eorum vnoquoq; quid sit, vt quid sanguis/ quid caro/ quid semen. & ita ceterorum. Sic enim de vnoquoq; maxime sciemus quid & propter quid: cum materiam vt ex hac disciplina perspicuum est/ & formam ex alia deprehenderimus: & cum ambo & generationis & corruptionis (& vnde ipsis motus sit) principia cognouerimus. Quę quidem cum cognita/ perspectaq; fuerint: mox considerationem nostram ad ea que ex ipsis sunt constituta cognoscenda: vt animalia/ & plantas/ & alia talia conuertemus.

Dodecimi capituli prima conclusio. ¶ Partes homiomerę ut caro/ os/ neruus & vnunquodq; reliquorum homiomerorum ex quibus componuntur mixta: ex elementis sunt & constant. ¶ Nam omnia entia naturalia ex elementis ut materia: hoc est elementorum temperamentis & materia illis determinata/ constant. Quorum quidem elementorum quedam sunt ex quibus corpora naturalia constant tanquam ex materia: & sunt aqua & terra elementa passiva/ & qualitates passivas participantia. Quedam vero ex quibus constant ut ex forma: & sunt ignis & aer elementa actiua/ formę emula, & caliditatem qualitatem actiuam habentia. igitur homiomeria mixtorum perfectorum componuntur ex elementis. ¶ Secunda conclusio. Hinc homiomeria/ tempore quidem homiomeris posteriora/ sed perfectione priora/ & quorum gratia homiomeria natura ordinata sunt: similitur & organa suę partes ad propriam rei naturalis operationem exercendam natura deputata: ut oculi/ aures/ manus/ pedes: ipsis homiomeris notiora sunt & facilius quando existunt/ aut non existunt dinoscuntur. ¶ Primo, quia magis cognoscimus quod homo mortuus non sit homo nisi equivoce & diuersa ratione (quemadmodum fistula depicte & organa picta videntur esse fistule & organa: & tamen neque fistule sunt neque organa nisi equivoce & altera ratione) quam quod caro mortua non sit caro aut os mortuum non sit os: quod an homiomeria uiuentia proprias habent operationes. quas cum amplius exercere nō possunt: ea mortua esse facile percipimus. homiomeria vero non sic operationes habent determinatas: quarum priuatione ea mortua a uiuis diiudicare possemus. ¶ Secundo. In quibus rebus natura constantibus est plurimum materię: minus est formę. sicut ubi plurimum frigiditatis, parum est caliditatis. Et ubi minus est formę, id minus est cognoscibile/ cum discretio omnis rerumq; discrimen a forma pendeat. sicut ubi minus est caliditatis/ minus est actiue uirtutis & operationis. Si enim duo constituantur extrema/ vnun materia & alterum forma: materia sane nihil est/ neque rem componit/ aut differre facit per se sed solum per formam. Est enim materia omnibus rebus naturalibus specie eadem: & per quā nulla abinuicem differre cognoscuntur. Forma uero substantialis omnibus suum dat esse: & per quā corpora naturalia inter se differre dinoscuntur. igitur intermedia que sunt substantię ex materia & forma compositę/ & utriusq; extremi aliquid participantia/ habebunt se proportionabiliter: ut plus aut

minus differre cognoscuntur: secundum quod materię aut formę propinquiora fuerint. nam que plus materię habent & minus formę: minus differre cognoscuntur/ quod materię similia sunt & uiciora. Que uero contra minus habent materię & plus formę: magis differre cognita sunt/ quod ad formę naturam magis accedant. At in homiomeris plus est materię & minus formę. In an homiomeris autem contra. igitur homiomeria minus distingui possunt quam an homiomeria magis actiua/ & formę conditionem sequentia. ¶ Tercio. Quorum proprię operationes magis determinate sunt: & ipsa manifestiora sunt. Quęcumq; enim suum proprium & ad quod a natura ordinantur opus efficere possunt, uerę sunt. ut uerus est oculus qui uidere potest/ & uerus pes qui ambulare. Sic in arte uerę ferra que secare potest: & uerę securis que diuidere & detrimere. Sic que suum proprium opus efficere nequeunt, non uerę sunt, vt oculus qui uidere non potest, non uerę est oculus sed homonyme & equivoce, & lignea ferra que secare non potest: non uerę ferra est sed imago ferrę/ & equivoce ferra dicitur. At an homiomerorum & organorum opera ut manus/ faciei/ oculi, & lingue magis determinata sunt, quam homiomerorum ossis/ carnis & nerui. Et homiomerorum mixtorum ut carnis & nerui opera magis determinata sunt, quam opera ignis & aque homiomerorum simplicium. Et ita in plantis & metallis dicendum est. sunt enim plantarum opera minus determinata & cognoscibilia quam animalium: quia plantę magis accedunt ad materię conditionem. Et in mineralibus minus perspecta & explorata sunt propria opera, quam in plantis: quia mineralia materię similia sunt. Omnia tamen homiomeria mixtorum perfectorum ut caro, os, neruus, & reliqua: a gendi & patendi potentiam in se habent: nam formam que agat & materiam que patiat retinent/ formę tamē eorum substantiales minus manifestę sunt. hinc in animalibus & uegetabilibus omnes concedunt formam substantialem esse alteram a materia, que proprias faciat eorum operationes. In inanimatis uero ut mineralibus, mixtis imperfectis nonnulli contendunt materiam esse totam substantiam rei, & formam illis non adesse quod eorum nos lateant proprię operationes. Hi tamen philosophię naturalis principijs penitus repugnant: quibus supponitur rem naturalem omnem ex materia & forma constare. ¶ Correlarium. Hanc ob causam contingit quod non facile est cognoscere quando ipsa homiomeria sunt: & quando non existunt, nisi longo temporis interuallo illorum natura & uirtus multum permutata sit, ut sola ferme eorum figura: si perstes sit. Sicut mortuorum corpora iamdiu ab anima separata, in sepulchris multum in proprietate & qualitatibus uariantur, ut interdum manente ipsorum figura si aut tangantur aut moueantur, dissoluantur in cinerem. Sic fructus aliqui interius putrefacti sola figura manente superflites, dilabuntur in fauillam. quod & circa lactis coagulum contingere solet. ¶ Itaq; huiusmodi corpora tota homiomeria abinuicem differunt caliditate & frigiditate, passionibusq; ab illis qualitatibus procedentibus: ut mollificatione, liquatione, coagulatione & similibus. Sic & partes homiomerę ut caro, os, pilus, neruus differunt uisdem qualitatibus & alijs prius dictis passionibus ut mollitie, duritie, extensione, tractione, comminatione, & ceteris similibus: quas a calido & frigido diximus procedere. An homiomerorum autem ex homiomeris compositorum ut faciei, manus, & pedis: ipsa homiomeria simul & calidum & frigidum causa sunt ut fiant: quemadmodum æs, ar gentum, ferrum, caliditas, frigiditas: causa sunt ut fiant res artificiales arca, phiala, ferra. Et sicut in artificialibus præter ista que materiam suggerunt est ars efficiens & species artis: ut ars domificatoria, ars nauifaciua, ars statuaria. ita & in rebus naturalibus præter ista prædicta: præcipua efficiens causa est forma substantialis produca. Cum itaq; cognitum fuerit cuius generis rerum naturalium vnunquodq; sit homiomerorum: an scilicet animalium, uegetabilium an mineralium: de unoquoq; illorum intelligendum erit quid sit: ut quid sanguis, quid caro, quid semē. Tunc enim maxime de quolibet eorum cognoscemus quid ipsum est & propter quid: quando materiam (ut ex hac disciplina declaratum est & notum) & formam ex alia disciplina scilicet libri de generatione inuestigauerimus. & cum ambo generationis & corruptionis principia scilicet efficiens ut formam: & subiectiuum ut materiam: præterea & causam efficientem unde est motus cognouerimus. Quę quidem cum cognita fuerint, statim de mixtis perfectioribus que ex his constituta sunt, determinatio aggredienda est.

¶ Commentarij in quartum Meteororum Aristotelis, finis.

BREVIS INTRODVCTIO IACOBI STAPVLENSIS IN LIBROS de Anima Aristotelis: adiectis quę eam declarent breuifculis Indoci

| | | Neoportuensis annotationibus. | | | |
|--------------|--------------------|-------------------------------|---------------|--------------|-----------------------------|
| ¶ Anima | Generandi | Nandi | Intelligibile | Generatio | Volatus |
| Potentia | ¶ Sentienti | Serpendi | ¶ Sensibile | ¶ Sensatio | ¶ Intellectio |
| Obiectum | Exterior | Volandi | Per se | Auditio | Simplex apprehensio |
| Operatio | Interior | ¶ Intelligendi | Per accidens | Visio | Compositio (hæstio) |
| Organum | ¶ Exterior | Simplex apprehensio | Commune | Olfactio | Diuisio |
| Gradus | ¶ uicendi Audiendi | Componenti (dendi) | Proprium | Gustatio | Ratiocinatio |
| ¶ Potentia | Videndi | Diuidendi | ¶ Operatio | Tactio | Contemplatio |
| Vegetatrix | Odorandi | Ratiocinandi | ¶ Vegetatio | Phantasia | ¶ Consultatio |
| Sentienti | Gustandi | Contemplandi | Sensatio | ¶ Appetitio | ¶ Organum |
| Appetendi | Tangendi | Agens | Appetitio | Cupiditas | Totum corpus/ organicum est |
| Mouendi | ¶ Appetendi | Possibilis | Motio | Ira | ¶ Gradus uiuendi |
| Intelligendi | Cupiendi | ¶ Obiectum | Intellectio | Voluntas | ¶ Vegetans |
| ¶ Vegetatrix | Iracendi | Alimentum | ¶ Vegetatio | ¶ Motio | Sentiens |
| Alendi | ¶ Volendi | Sensibile | Alitio | ¶ Progressio | Se mouens |
| Augendi | ¶ Mouendi | Appetibile | Auctio | Natatio | ¶ Intelligens. |
| Minuendi | ¶ Progrediendi | Locus | Diminutio | Serptio | |



Nima est actus primus/substantialis/corporis naturalis/organici/in potentia vitam habentis. Vita est vegetatiue potentie operatio. Item anima est primum principium quo vivimus/sentimus/mouemur/quoque intelligimus. Potentia vis est animi: qua alicuius operis est effectiva. Potentia vegetandi est qua anima nutrit/auget/minuit/suumve producit simile. Potentia vegetandi/vegetatiuum. Potentia sentiendi: virtus organica est qua sensibilia cognoscimus. Quae si in exteriore organo suam facit sentiendi operationem: sentiendi potentia exterior nominatur. Si vero in interiore: interior. Potentia sentiendi/sensitiuum. Potentia appetendi: virtus est animi qua cupimus/irascimur/volumus/aut qua quid simile facimus. Potentia appetendi/appetituum. Potentia mouendi est qua vitens: a se de loco in locum transfertur. Potentia mouendi/motuum. Potentia intelligendi est qua intelligimus/vt simplex apprehendimus/componimus/dividimus/ratiocinamur/speculamur/consultamus. Intellectus agens est intellectuum efficiens. Possibilis vero: intellectiones recipiens. Potentia intelligendi/intellecuiuum.

In libris de anima quinq; potissimum determinantur/que sunt: potentia, obiectum, operatio, organum, gradus viuendi: ad perfectam animae cognitionem habendam multum conducentia. Potentia quidem in quinq; diducitur species: potentiam vegetandi, sentiendi, appetendi, mouendi & intelligendi. Potentia vegetandi in quatuor: potentiam alendi, augeti, minuendi, generandi. Sentiendi potentia duplex est: scilicet exterior & interior. Exterior est quinquplex: audiendi, videndi, odorandi, gustandi, tangendi. Interior non diuiditur: sed per analogiam quinq; habet particulas quinq; exterioribus sensibus respondentes. Appetendi potentia: ut tam potentiam appetendi appetitu sensitivo / quam appetitu rationali comprehendenda diuiditur in tres species: in potentiam cupiendi & irascendi, quae appetitum respiciunt sensitiuum: & potentiam uolendi, quae appetitum rationalem: ita se habentem ad sensitiuum appetitum ut intellectus ad sensum. Sub his caeterae appetendi potentiae & secundum alias animae sensitivas affectiones sumptae comprehenduntur: ut appetitus amandi, odiendi, sperandi, fidendi, timendi, miserandi. Potentia mouendi in quatuor distribuitur: pro grediendi, nandi, serpendi, uolandi, sub quibus caeterae se mouendi potentiae ut saltandi, se iactandi & uolandi continentur. Potentia intelligendi in sex diducitur species: in potentiam simplex apprehendendi, componendi, diuidendi, ratiocinandi, contemplantandi, consultandi. Praeterea intellectus in duas partes diuiditur: scilicet in intellectum a gentem, & intellectum possibilem. Secundo loco obiectum in quinq; diuiditur species, quinq; potentis ordine respondentes: scilicet in alimentum respondens potentiae vegetandi, sensibile: potentiae sentiendi, appetibile: appetendi, locus: potentiae se mouendi, & intelligibile: intelligendi. Sensibile bifariam diuiditur, primo in sensibile per se, & in sensibile per accidens. Secundo: in sensibile commune & sensibile proprium. Operatio consimiliter ut potentia, in quinq; generales species primum diuiditur: in uegetatione, sensationem, appetitionem, motionem, & intellectiorem. Vegetatio in alitionem, auctionem, diminutionem, & generationem. Sensatio in sensationem exteriorem: auditionem, uisionem, olfactionem, gustationem, tactiorem: & sensationem interiorem quae phantasia dicitur sive imaginatio. Appetitio diuiditur in cupiditatem, iram, & uoluntatem: ut operationum & non potentiarum sunt nomina, sub quibus amatio, commiseratio, speratio, formidatio, confidentia continentur. Motio in progressionem diuiditur: in atationem, serpionem, & uolationem. Intellectio in sex particulas dissectatur: simplicem apprehensionem, compositionem, diuisionem, ratiocinationem, contemplantionem & consultationem. Organum non diuiditur in partes, nam per totum corpus diffusum est, cum unaquaeq; pars corporis apta sit in qua anima potentia saltem aliqua suas faciat operationes. Porro: aliqua potentiae suas operationes in toto exercent corpore quod sibi habent pro organo: ut potentia nutriendi, augeti, minuendi, tangendi. Aliae uero certa sibi determinant organa, ut potentia audiendi, aures: uidentis, oculos: odorandi, nares: gustandi, linguam. Ita & potentia appetendi sensitiva. Mouendi autem uis & facultas toto corpore ut organo utitur, Nam licet determinata habeat instrumenta ad exercendas operationes: ea tamen sua non sunt organa, imo totum corpus. Potentia uolendi & intelligendi non egent organo corporeo: quod suas operationes suscipiat. Gradus viuendi sunt quatuor: primum/uegetans solum: ut planta, secundus/uegetans & sentiens solum/ut animalia terra affixa, tertius/uegetans, sentiens, se mouens, ut equus, quartus/uegetans, sentiens, se mouens & intelligens, ut homo. Deinde quae in dicta partitione collocata sunt: ordine eodem seruato diffinita suscipiuntur, & imprimis anima bifariam diffinitur, primo quod sit actus primus substantialis, corporis naturalis organici in potentia uitam habentis. Et primum anima actus primus dicitur, id est principalis sive praecipuus: ad excludendos actus secundos & instrumentales, cuiusmodi sunt calor naturalis, & caetera animae ad operandum instrumenta. Adiectum est substantialis: quo secludatur actus primus accidentalis, & inter accidentales actus primum & primum locum tenens, ut habitus, scientia, cuius actus secundus est consideratio & actualis operatio: quae sine primo actu esse non potest: ut neq; albedinis uisio sine albedine & lumine. Primum tamen actus ut scientia, sine secundo esse potest: & est in dormiente, ut albedo uere est, quamuis non uideatur sed sit in tenebris. Est ergo scientia sine operatione ut albedo in obscuritate: cum operatione uero, ut albedo in lumine conspicua. Deinceps subiunctum est animam esse actum corporis naturalis: id est rei naturalis, ex materia & forma physica constantis: ad secludendam animam mundi & corporum caelestium, quam astruere nonnulli conati sunt. Deinde additum est organici, id est habentis organa ad proprias operationes exercendas: quo elementa, mixta imperfecta, & mineralia, caeteraq; inanimata excluduntur: organorum opificis ad propria exequenda opera destituta. Deniq; subiectum, in potentia uitam habentis: hoc est in materia substantiali ut subiecto uegetationem exercentis, quoniam haec prima est corporum animatorum operatio per quam animatum ab inanimato discernimus, & communissima: ut quae omnibus animatis & toto durationis eorum curriculo conueniat. Vita autem in dicta animae diffinitione est potentiae uegetatiuae operatio: scilicet alitio, quae communissima est: cum & omnibus & semper conueniat, aut augmentatio quae in affirmatione est & ad perfectionem: aut diminutio: quae est in negatione & ad imperfectionem: aut generatio quae perfectissima est: ut postmodum philosophus ostendet. Secundo diffinitur anima quod est primum principium quo u-

uimus, sentimus, mouemur, quouo intelligimus. In qua & caeteris consimiliter datis intelligantur uerba a numero & persona ab solui: & transferantur in tertiam personam singularem pro clariore intelligentia: sic. Anima est principium primum quo quicquam uiuit, sentit, mouetur, aut intelligit. Dicitur quidem anima primum principium substantiale/ & efficiens quatuor praecipuas operationes secundum quas distinguuntur gradus viuendi. Nam particula quo uiuimus, inuit gradum viuendi uegetantium: quo sentimus, sentientium: quo mouemur, se mouentium: quo intelligimus, intelligentium. Neq; additum est, quo appetimus. Nam appetendi potentia non efficit gradum viuendi distinctum, cum semper potentiae sentiendi annexa sit, & omnino usdem amba conueniant. Nam quicquid sentit, appetit: & quicquid appetit, sentit. Viuendi autem gradus secundum eam solam potentiam sumitur, quae a caeteris separatur, aut a qua caeterae separantur. Proinde & in viuendi gradibus & in hac diffinitione appetendi uis sub ea quae est sentiendi ei semper annexa comprehenditur & continetur. Deinde describitur potentia esse uis & uirtus animae per quam quidem uis: anima alicuius operis uiuentis est effectiua. Quinimo anima & potentia aut uegetatiua aut quae uis alia/ idem sunt res ipsae: ut homo & pictor, sed ratione diuersa. Nam anima dicitur, quod cum materia rem naturalem animatam constituat, quae reratio eius substantia est. Vegetatiua autem: quod nata sit uegetationem efficere/ & sensitua: quod nata efficere sensationem/ appetitiua, quod appetitionem/ motiua, quia motionem/ & intellectiua, quia intellectiorem, perinde atq; homo, substantiam nominat. Pictor uero, pingendi artem/ scriptor, scribendi/ cytharcedus, cytharam pulsandi/ & grammaticus, latine loquendi. Idem tamen homo secundum diuersas rationes est pictor, scriptor, cytharcedus, & grammaticus. At sicut istorum habituum operationes re ipsa differunt, ita & dictarum potentiarum. Quare cum primum anima adest materiae rei animatae, simul omnes potentiae natae eidem animato conuenire, eidem ab sunt. Ut cum primum anima plantae adest materiae, primum inest potentia uegetandi: ut nutriendi, augeti, minuendi, & generandi: quamuis non cuiuslibet potentiarum exerceat continuo operationem. Non enim oportet cum primum adest potentia, eam illico in materia operari: sed tempus a natura ad operationem faciendam determinatum expectandum est: quemadmodum non oportet si affit habitus, fieri secundum illum habitum operationem. Sic cum primum in materia suscipitur anima animalis terra affixa: ei adest uegetandi, sentiendi, & appetendi potentia: secundum quas operatur cum tempus a natura determinatum operandi aduenierit. Et cum in materia suscipitur anima equi, simul adest potentia uegetandi, sentiendi, appetendi, & mouendi: quae successione quadam & stato tempore suas exercent operationes. Deniq; cum in materia suscipitur anima hominis, simul in eadem est potentia uegetandi, sentiendi, appetendi, mouendi, & intelligendi: quarum aliqua prius exeunt in opus: ut primo omnium uegetatiua, deinde sensitua & appetitiua, tertio motiua, & postremo intellectiua. Propter quam executionis operum diuersitatem, & tempus uarium: non debet poni in foetu humano primo esse potentia uegetatiua sine caeteris: & deinde uegetatiua & sensitua cum appetitiua, sine motiua & intellectiua. Deinde uegetatiua, sensitua, appetitiua, motiua: sine intellectiua, Et ultimo intellectiua, perinde atq; si quis scribat tantum & non pingat, non existimandus est solum esse scriptor. Et si ignis forma solum calefaciat & sursum non moueat, idcirco non est putandum uirtutem sursum motiuam ei deesse. Deinceps in diffinitione potentiae uegetandi quatuor sub disjunctione posite particulae: quatuor potentiae uegetandi species designant, earumq; diffinitiones. Est enim potentia alendi: potentia uegetandi qua anima nutrit, augeti: qua auget, minuendi: qua minuit, generandi: qua suum producat simile. Sed facile est ex diffinitione generali particulae diffinitiones deducere. Potentia autem uegetandi & uegetatiuum idem sunt. Potentia sentiendi dicitur uirtus organica qua sensibilia cognoscuntur. Ut potentia audiendi, quae audibilia/ uidentis, quae uisibilia/ odorandi, quae odorabilia/ gustandi, quae gustabilia/ & tangendi, quae tangibilia. Virtus autem organica ea est quae ad exercendas suas operationes indiget organo corporeo: ut potentia uidentis indiget oculo: & audiendi, aures. Non organica uero potentia ea est, quae (ut suas exequatur operationes) non indiget organo corporeo, neq; in eo suas peragat functiones, quales est uirtus uolendi, & intelligendi. Potentia sentiendi exterior est potentia sentiendi quae in exteriore organo suam facit sentiendi operationem. Organum exterius est quod uisui nostro peruenit est patens, ut oculus, auris, naris, lingua, manus. Sic potentia audiendi exterior est quae in organo audiendi exteriori scilicet aures suam facit audiendi operationem: & ita de caeteris per ordinem. Potentia sentiendi interior est quae in interiori organo suam facit sentiendi operationem. Organum interius est organum intraneum corpori, & nostris oculis imperuenit: quod rerum exteriori sensu perceptarum imagines retinet & seruat, tanquam repositorium quoddam & reconditorium, perinde atq; in speculo intelligantur duae partes imaginum susceptiuae. Una quidem extrema & aeri circumdanti proxima, in qua rei praesentis speculo prima praesentaretur imago, secunda uero penitior & interior seruans & retinens imagines prima parte susceptas, & nullas intra se imagines suscipiens nisi prius in exteriori parte receptas: illa exterior speculi pars est ut sensus exterior. Interior & magis introrsum delitescens: ut sensus interior. Sic potentia uidentis exterior & audiendi per analogiam diffiniuntur. Potentia autem sentiendi & sensitiuum idem sunt. Potentia appetendi uirtus est animae qua anima cupit, irascitur, uult, aut quicquam simile facit: ut amat, odit, timet, sperat, confidit. Ex qua diffinitione haud difficile est quid cupiendi potentia, quid irascendi, & quid uolendi, cognoscere. Potentia autem appetendi, appetitiuum & potentia appetitiua prorsus idem sunt. Potentia mouendi est qua uiuens a se de loco in locum mouetur. At non mal quidem a se mouetur, cum nullo extrinseco adueniente potest incipere motum/ & inceptum citra terminum nullo itidem extrinseco adueniente dimittere. Sic potentia progrediendi est qua animal a se de loco in locum progrediendo traducitur: & ita de caeteris potentiae mouendi speciebus. Potentia autem mouendi, motiuum & potentia motiua idem sunt. Potentia intelligendi est qua homo intelligit. Sic potentia apprehendendi simplex est intelligendi potentia: qua anima simplex apprehendit. Potentia componendi est potentia intelligendi, qua anima componit: & ita de caeteris per analogiam. Potentia intelligendi idem est quod intellectiua, sive potentia intellectiua. Intellectus agens est actus substantialis ipsius intellectus/ efficiens intellectiones & singulas intellectus operationes. Intellectus autem possibilis est potentia substantialis ipsius intellectus suscipiens intellectiones. Vt enim res naturae lix ex forma substantiali componitur transmutationum effectiua/ & ex materia transmutationum susceptiua: quae inter se re ipsa differunt. Rursum ut oculus ex forma oculi efficiente uisionem, & materia eiusdem suscipiente uisionem constituitur & intellectus ex duabus substantialibus partibus compositus est: scilicet ex actu substantiali efficiente proprias intellectus operationes & non suo

Quod anima & potentia eius re ipsa idem sunt.

Quid uirtus organica?

Quod ipse intellectus generat partes.

scipiente/qui hic dicitur intellectus agens: & ex potentia substantiali analoga materie suscipiente in se intellectus operationes & non efficiente/qui hic dicitur intellectus possibilis: ut tertius de anima clarius ostendat.

Objectum est circa quod (ut suam faciat operationem) anime potentia negociatur: quodque ei presentatur atque obicitur. **A**limentum est quo vegetandi virtus alit/ suaque reliqua exercet officia. **S**ensibile est quod est sensu perceptibile. **Q**uod si suam in sensu imprimat speciem: sensibile per se existit. Similius: sed alterius rei specie/privationeve diducatur: per accidens dicitur. **S**ensibile commune est quod pluribus exterioribus sensibus percipitur. ut numerus/magnitudo/tempus/figura/motus & quies. **S**ensibile proprium est quod ab uno duntaxat exteriori sensu percipitur. ut haec: sonus/color/odor/sopor/caliditas/frigiditas/humiditas/siccitas. **S**onus est sensibile proprium: ab auditu per se perceptibile. **C**olor: a visu. **O**dor: ab olfactu. **S**apor: a gustu. **C**aliditas/frigiditas/humiditas & siccitas: a tactu. **A**ppetibile est quod appetendi virtus concupiscit/cui irascitur/aut quod vult. **L**ocus quid sit: satis cognitum est. cuius hęc sunt differentie: sursum/deorsum/ante/post/dextrum/& sinistrum. **I**ntelligibile est quicquid intellectu capitur/& circa quod suam exercet operationem. **O**peratio est cuiusque potentie ipsius anime officium atque perfectio. **V**egetatio est potentie vegetative operatio. **A**litio est alimentum in substantiam eius quod alitur: conuersio. **A**uctio est susceptio alimentum: maioris molis acquisitio. **D**iminutio est viuentis/ob reparandam fluxu substantie defectum: molis minoratio. **G**eneratio est ex viuentis semine: alterius similis productio. **S**ensatio est in sensu obiecti sensibilis deprehensio. **Q**uę si in interiore fiat organo: interior/phantasia & imaginatio nominatur. Si in exteriori: exterior. Si in auditu: auditio. In visu: visio. In olfactu: odoratio. In gustu: gustatio/& in tactu: tactio.

Objectum est circa quod anime potentia uersatur ut suam faciat operationem: & quod ipsi potentie anime presentatur ac offertur. ut color est obiectum: quia circa ipsum uidendi potentia uersatur/& ipse color uisui obicitur. Sic circa sonum/audientia uersatur potentia: & circa odorem/odorandi. **A**limentum est obiectum quo vegetandi virtus nutrit/& reliqua sibi propria facit operationes: scilicet auget, minuit, & generat. Nempe si desit alimentum, neque nutritio fieri potest, neque auctio, neque diminutio, neque generatio: cum ex alimento vegetans semen suum producat quo alterum simile specie procreet. **S**ensibile est obiectum a sensu perceptibile. **S**ensibile per se est quod suam in sensu, sentiendiq; organo imprimat speciem, ut color in visu suam producit speciem, & sonus in auditu, sic odor in olfactu, & sapor in gustu suam similitudinem imprimit, & ita de tactu. **S**ensibile per accidens est quod suam in sensu speciem non imprimit. Sed uel alterius rei scilicet sensibilis per se specie discernitur: ut nix percipitur specie sue albedinis/campana per suum sonum, flos per odorem, pomum per saporem, aqua per caliditatem aut frigiditatem. Et hoc modo substantie quibus assumunt qualitates per se sensibiles, sunt sensibiles per accidens. Cum etiam qualitates per se sensibiles, non suo sensu sed altero discernuntur, & alterius sensibilis specie: ut dulcedo per uisum/quia percepta est esse coniuncta albedini: per accidens percipitur per hanc primam particulam definitionis. Neque inueniuntur eandem qualitatem esse per se perceptibilem, & per accidens gratia diuersorum. **S**ecundo, sensibile per accidens privatione sensibilis per se discernitur, ut tenebrę nullam in sensu speciem imprimunt, sed sola luminis privatione dinoscuntur: & silentium privatione soni/ sicut inodoratio privatione odoris/& insipiditas privatione saporis. Et per hanc secundam definitionis partem sensibilia per se privationes sunt sensibilia per accidens. **S**ensibile commune est quod pluribus exterioribus sensibus percipi natum est. ut numerus numeratus visu & tactu: quibus undem sensibus magnitudo rerum percipitur, & motus, figura & quies. **T**empus autem modo visu, modo auditu horologij per accidens tamen diducatur. Et sensibilia communium quoddam est per se, quod suam in sensu imprimat speciem, ut magnitudo, motus, figura, quoddam uero per accidens: ut flos visu percipitur gratia coloris, odoratu gratia odoris, & tactu per suam qualitatem tangibilem. **S**ensibile proprium est quod ab uno tantum exteriori sensu percipi natum est: ut sonus tantum a auditu, & color a visu. Et adiectum est exteriori, quia non repugnat rationi sensibilis proprię quod duobus percipitur sensibus: uno quidem exteriori, altero interiore: imo omne sensibile proprium huiusmodi duobus sensibus sibi respondentibus est perceptibile. Et sensibilia propria quoddam est per se, ut quinq; exteriora sensuum obiecta, quę sic ordine diffiniuntur. **S**onus est sensibile proprium ab auditu per se perceptibile. **C**olor est sensibile proprium a visu per se perceptibile. **O**dor est sensibile proprium ab odoratu per se perceptibile. **S**apor est sensibile proprium a gustu per se perceptibile. **Q**ualitas tangibilis est sensibile proprium a tactu per se perceptibile. **Q**uoddam uero per accidens: ut tenebrę solo visu & per accidens percipiuntur, & silentium a solo auditu. **A**ppetibile est quod appetendi virtus concupiscit (quo inuenitur obiectum potentie & concupiscendi, quod est conueniens aut appetens tale. **U**t cibis appetibile est & potus, pecunia, dignitates) aut cui irascitur (quo denotatur obiectum potentie irascendi: ut uulnerans aprum est obiectum irę a pro/& paruipendens alterum aut iniuria afficiens est effectus iniurię irę obiectum) aut quod uult: quo inuenitur obiectum uoluntatis, quod est bonum aut appetens tale. uoluntas enim suapte natura fertur in bonum ut intellectus in uerum: aliquando tamen per uerum rationis iudicio fertur in appetens bonum, tamen si bonum non sit. **Q**uid uero sit locus: ex quarto Physicorum requirendum est. cuius sex sunt differentie positionum: sursum, deorsum, ante, post, dextrum, sinistrum. ad quas sine ullo discrimine animalia a se mouentur indifferenter: quo is motus differt a motu secundum locum ab elementari grauitate aut leuitate facto. qui sane ad determinatam est loci differentiam: ut ad oppositam non nisi ui feratur. **D**emum intelligibile est quicquid ab intellectu percipi natum est: siue substantia siue accidens, siue singulare siue uniuersale, siue sensibile siue insensibile, siue mortale siue immortale. **O**mnia enim intellectus capti ac notione percipi possunt, estq; ut rerum omnium speculum, & oculis omnia uidens tam sensibilia quam celestia, cuius colores sunt quęcumq; toto mundi ambitu continentur, imo ipsa supra mundana entia ut optimus rerum conditor: qui se quoq; nostro intellectui cognoscibilem pro modulo nostro fecit, & pius animos sui rapit contemplationem: perinde atq; lucidissimus sol mortales oculos hominum ad se conuertit. **I**ntelligibile itidem est circa quod intellectus suam facit operationem ut simplicis apprehensionem, compositionem & reliquis sibi peculiare functiones. **D**e

incepti diffinitur tertium quod in hac introductione inter ea quę præcipue determinantur tertio loco fuerat collocatum: scilicet operatio/ quę est proprium cuiusque uiuentis potentie officium & opus. **V**egetatio autem est vegetatiue potentie operatio. **A**lii non est conuersio suscepti alimenti in eius quod alitur substantiam. **N**empe cum susceptum fuerit alimentum, forma cibi corrumpitur & in eius materia acquiritur forma nutriti. **E**a igitur forme nutriti in materia cibi acquisitio: nutritio siue alitio dicitur: & coniungitur particulari generationi & corruptioni: imo est particularis generatio/ quę non acquiritur eis actu & totum, sed solum alterius pars. **A**uctio siue augmentatio est post alimentum susceptionem maioris in uiuente molis acquisitio. **S**iquidem in cibo præter formam substantialem est magnitudo/ quę cum fuerit coniuncta magnitudini corporis nutriti: tota magnitudo corporis nutriti ex præexistenti eius magnitudine & adueniente constans/ est maior quam fuerit magnitudo uiuentis præexistens: & ibi facta est augmentatio. **D**iminutio uero est minoratio molis uiuentis, ob defectum reparandę substantie corporeę proueniens. **F**luxa quidem substantia est rerum animatarum, quia continue defluit & delabitur. **C**um autem minus reparatur quam deperditum fuerit totum rebus ad interitum tendentibus contingit: fit quantitatis immutatio. **G**eneratio autem in proposito non adeo communiter sumitur ut in libro de generatione: ubi diffinita est esse forme substantialis in materia acquisitio. sed rationem habet magis propriam, ad quam duo requiruntur. **P**rimo, quod sit productio uiuentis similis secundum speciem ipsi generanti: ut ex oliua producat oliua, ex tritico triticum & non auena. quare multi ex afino & equa productio/ generatio non est: nisi ex uiuentis sit semine, quia multi non est similis secundum speciem afino & equa. **S**ecundo, quod huiusmodi productio sit ex semine uiuentis, quare alitio siue nutritio quę ex alimento fit susceptio, non est generatio. **E**t propter utriusque rationis defectum saturatio uermium ex caduere hominis, aut apum ex corpore bonis, & ceterorum quę putrefactione nascuntur: non est generatio. **S**ensatio est in sensu, sentiendiq; organo obiecti sensibilis perceptio. **S**iquidem sensus/ hic nomen substantie est: composita ex forma efficiente sensationem & materia eam suscipiente. sic uisus substantiam totam nominat ex materia oculi & forma compositam: ut uisionis est susceptio/ ita auditus. **I**n sensu itaq; ut subiecto obiectum sensibile deprehenditur, quando ipsius sensibilis species & similitudo in organo sensitivo recipitur. ut color deprehenditur in visu: quando species coloris in oculo imprimitur, & sonus in auditu, quando soni species auribus recipitur. **S**ensatio interior est sensitio quę in interiori fit organo. ut dormientibus nobis, coloris perceptio interior est uisio, & soni perceptio interior: auditio, odoris deprehensio interior: odoratio, & saporis/ gustatio. **S**ensatio autem exterior, phantasia/ & imaginatio idem sunt: ut phantasia nomen operationis est, & non potentie. **S**ensatio exterior est sensitio quę fit in exteriori organo ut perceptio coloris in oculo/ & soni in aure. **A**uditio est in auditu soni perceptio. **V**isio est in visu coloris deprehensio. **S**ic odoratio est in olfactu odoris perceptio. **G**ustatio est in gustu saporis perceptio. **T**actio uero est in tactu, qualitates tangibilis susceptio.

Appetitio est appetitiue virtutis operatio. **C**upiditas est conuenientis/ pulchri/ boni/ aut tale appetitus appetitus. **A**ppetitus/ appetitio/ desiderium. **I**ra est efferuente sanguine circa cor: uiscendę appetitus. **V**oluntas est cū proposito: rei prosequendę aut fugiendę appetitus. **M**otus est eius quod a se mouetur: de loco in locum traductio. **P**rogressio est quę beneficio pedum exercetur: motusque uirtutis operatio. **N**atatio: quę natiandi apto instrumentum. **S**erptio: quę ventre & uolumine molis. **V**olatio: quę alis. **I**ntellectio est uirtutis intellectiue operatio. **S**implicis apprehensio est simplex receptio. **C**ompositio est mentis affirmatio. **D**iuisio: negatio. **R**atiocinatio est intellectus argumentatio. **S**peculatio est circa ea quę aliter se habere non possunt: mentis consideratio. **C**onsultatio uero: circa contingentia & ea quę aliter se habere possunt. **O**rganum est disposita potentia in qua uis anime suam facit operationem. **G**radus uiuenti intelligitur/ cum uiuens eam uim anime participat quę ab aliis separatur/ aut a qua separate manent reliqua. **V**egetans est quod vegetandi obinet potentiam. **S**entiens: quod tangendi. **S**e mouens: quod de loco in locum se & a se agtandi. **I**ntelligens: quod uim obtinet intelligendi.

Introductionis in libros de Anima Aristotelis finis.

Appetitio diffinitur esse potentie appetendi operatio. ut desideratio cibi aut potus. **C**upiditas siue concupiscentia est conuenientis aut quod apparet conueniens appetitio. ut desideratio cibi ab esuriente & potus a sitiente: quę quidem appetitiones sunt specie diuersę quia diuersorum sunt obiectorum. **M**odo ut sensationes per obiecta differunt: ut quę diuersorum sunt obiectorum specie/ differant specie: ita & appetitiones. ut alia est appetitio pecunie, alia uoluptatis, & alia honoris. **Q**uod autem huiusmodi cibi & potus desideratio sit cupiditas liquet, quia est appetitio conuenientis. **E**st enim cibus conueniens esurienti/ & potus sitienti. **D**e eo quod apparet conueniens exemplum: ut appetitio uoluptatum corporaliu ab intemperante/ & abundantie pecuniarum ab auaro/ & honorum consecutionis ab ambitioso. ea ei conuenientia non sunt: sed apparent talia. **A**ut cupiditas est pulchri aut quod apparet pulchrum/ appetitio. **S**ane pulchrum est amoris obiectum: & sicut uerum ad intellectum ita pulchrum ad amandi uim. ut appetitio pulchri equi a milite/ & pulchri canis a uenatore/ & pulchri militis a rege. **E**tiam appetitio alicuius floris aut pomi quod uidetur pulchrum & non est. **P**ulchritudo quidem rerum corporearum fluxa & euanida: infimum est summe pulchri uel fligium. **V**irtutis autem & doctrinę pulchritudo animum exornans: propinquius & perfectius/ ut quę nunquam marcescat/ quibus quidem pulchritudinibus animum pulcherrimo rerum auctori & qui suam per diuersa rebus indita uestigia insinuauit pulchritudinem/ assimilari debet. **C**um itaq; uoluntas propria & sibi peculiari relicta pulchritudine uirtutis & doctrinę: heret & immoratur inferioribus pulchritudinibus quę sunt appetitus sensitui: de generat & labitur/ umbratitemq; pro uera pulchritudine amplectitur: tandemq; contabescit (more Narcissi) qui suę imaginis amore captus, eam ea perfui non possit contabuit & exstinctus est. **A**ut cupiditas est boni aut tale apparentis appetitio. ut appetitio boni utilis/ aut delectabilis/ quale est desiderium diuitiarum aut sanitatis. **S**imiliter appetitio deliciarum corporis, thesauri, magnistratus immoderata, & rationis metam transiliens. **N**am hæc bona non sunt sed talia uidentur. **S**iquidem bona uilia & delectabilia diuinitis & opes sunt remota admodum summe

Aesopus.

Quid est conceptio sine notio simplex.

boni uel fugia: ut quæ caduca & ad horam labentia sunt. Bona uero honesta propinqua sunt & uoluntati peculiaris/ quibus summe bono & optimo iurum parenti sit conformis. Cum itaq; uoluntas illis neglectis hæret bonis momentaneis appetitui sensitiuo respondentibus: id generat & a propria sortis conditione labitur. Et cum auide ea uult amplecti su gratia & nimium transeuntia: deperdit non modo illa sed & uera bona, quæ admodum canis (ut fabulatur Aesopus) frustum carnis ore gestans & illius umbræ in aqua conspexit. Specie deceptus dum aperto rictu oris umbram (ut quæ maior appareret) rapere uellet: & umbratilem illam speciem / & ueram quam tenebat carnem ore elapsam perdidit. Ira est ob sanguinis circa cor efferuescentiam & commotionem uindictæ appetitus. Cum enim quisquam læditur & parnipenditur: ex lesione aut apparenti parui pensione sanguis circa cor commouetur, & concipitur desiderium uindictandæ illam iniuriam: quod dicitur ira. Voluntas siue uolatio est cum proposito, ratione, & electione appetitio rei prosequendæ uel alicuius boni consequendi. ut agricola uult largam messem / & uinitor mulum uini ex uindemia. Vel est appetitio alicuius rei fugiendæ. ut sanus cum proposito & intentione uult fugere ægritudinem / & uir studiosus uitium. Motio est animalis a se de loco in locum mutatio. Et differunt eius species inter se per instrumenta quibus exercentur: nam progressio fit pedibus / natatio pinnulis / expansis quibus pisces se mouent per aquam quasi quibusdam remigijs / & gubernaculis adiuu. Reptio fit uentre & reuolutione molis corpore: cui explanatione partis anterioris & complicatione posterioris. Nam impellunt priorem partem uermes / & trahunt ad se posteriorem. Volatio autem fit alis. Et animalia quæ plures habent motus: etiam plura habent instrumenta: ut auiseres & cigni habent alas / pedes / & in pedibus pellem continuam coniungentem particulas pedis pro natandi instrumento. Intellectio est potentia intelligendi operatio: scilicet aut simplicis apprehensio / aut compositio / aut diuisio: & ita de cæteris. Simplicis apprehensio est simplex rei conceptio. Tunc autem rei conceptio simplex est: quando secundum unius solum prædicamenti rationem est abstracta mentis cognitio. ut solius substantiæ apprehensio abstracta a cæterorum prædicamentorum notionibus: & solius magnitudinis a cæteris abstracta notio. Nempe sensus representatio hæbet concretam & coniunctam ex omnium prædicamentorum rationibus. Apprehendit enim substantiam ut sortem, quantum ut eius molem bicubitam / ad aliquid ut distantiam aut propinquitatem / qualitatem ut albedinem / actionem ut quod aliquid moueat / passionem ut eius de loco in locum translationem / quando ut tempus bodierum / ubi ut locum deorsum quo sortis conuincitur / situm ut stationem / erectionem / sortis / & habitum ut tunicam. Est igitur hæc sensus cognitio concreta ex decem prædicamentorum rationibus / ut eam sensus offerit intellectui: quare prima intellectus cognitio & quam a sensu accipit composita est & concreta in star imaginis in speculo quæ sortem representat / quantum / aliquo modo ad aliud se habentem / qualem / agentem / patientem / existentem in tempore / in loco / situm / & habentem habitum. Deinde intellectus (ut qui suarum notionum sit opifex & auctor) singulas decem rationum segregat: & unamquamlibet ab alijs nouem abstrahit. ut substantiam ab omnibus accidentibus: & tunc est simplex substantiæ apprehensio / quantitatem a substantia & cæteris separat: non quidem re ipsa sed ratione. Nam quantitatem solum intelligit / non simul alia quibus secundum rem coniuncta est magnitudo intelligendo: & illa est simplex quantitatis apprehensio. Deinde rationem ad aliquid seponit ab aliorum rationibus: & tunc ad aliquid simpliciter apprehenditur. Sic & qualitatem seiuugit secundum rationem ab alijs: & tunc est simplex qualitatis apprehensio. perinde atq; speculum intelligas quod solum representat substantiam / alterum quod solum quantitatem: aliud quod solum qualitatem sine substantia & magnis studijs: illis imaginibus abstractis per similes est simplex intellectus notio. Et explicatur uoce / per abstracta dicibilium solum unius prædicamenti rationem denotantia: ut linea / albedo / sensus. Compositio est mentis affirmatio: hoc est in mente affirmatiua enunciatio. Et explicatur per affirmatiuam uocalem, ut homo est animal. Diuisio est mentis negatio: siue quæ in mente est negatiua enunciatio. Et explicatur per propositionem uocalem negatiuam: ut homo non est lapis. Ratiocinatio est quæ in mente est argumentatio siue syllogistica / siue enigmatica / siue inductiua / siue exemplaris: & explicatur per consimilem argumentationem uocalem. Speculatio est circa ea quæ necessaria sunt mentis consideratio. Ea quæ aliter se habere non possunt siue necessaria / siue necessaria propositiones & quæ non possunt esse falsæ: quorum æternas ueritates intellectus contempletur in disciplinis. Et aliqua sunt de rebus corruptibilibus & quæ possunt non esse: ut philosophia naturalis & inferiores discipline. Alique uero de rebus æternis & necessarijs: ut Metaphysica / cuius idcirco dignissima est contemplatio: quod ea & circa propositi ueritas & circa res necessarias / perpetuas / ingentis / & incorruptibiles uersetur. Consultatio est circa contingentia & quæ aliter se habere possunt: hoc est circa ea propositiones contingentes / & quæ possunt esse falsæ mentis consideratio: ut agricolæ consultatio quomodo futura messis sit copiosa / & uinitoris quomodo uinea sit fecunda & exuberans uindemia. Et in consultatione propositiones contingentes sunt in mul & res contingentes: ut sunt operationes humane. Organum est potentia disposita: hoc est materia debitis qualitatibus temperata ad suscipiendum operationes animæ: in qua ut subiecto potentia animæ suam facit operationem. Ut materia oculi est potentia disposita debitis temperamentis in qua uis uidendi facit uisionem: ita & materia auris est potentia disposita aptis qualitatibus in qua uis animæ auditiva suam facit operationem. Totum autem compositum ex huiusmodi materia & forma dicitur pars organica: tametsi ratione potentia & tota pars interdum organum dicatur. ut oculus: organum uisus / & auris: organum auditus. Gradus uiuendi dupliciter sumitur. primo quando uiuens aliquam animæ habet potentiam quæ ab alijs posterioribus separatur: hoc est quæ in aliquo uiuente sine posterioribus potentijs inuenitur. ut arbor participat uim uegetandi: quæ ab alijs uiuentibus mouendi / & intelligendi separatur. Nempe arbor nec sentit. nec mouet se / nec intelligit: igitur habet arbor gradum uiuendi: quia est uegetans. Sic animal terræ affixum participat uim sentiendi: quæ separatur a ui mouendi & intelligendi. In huiusmodi enim animal nec se mouet nec intelligit: quare habet gradum mouendi qui dicitur sentiens. Ita canis participat uim mouendi quæ ab alijs posterioribus separatur scilicet a ui intelligendi: quia canis non intelligit: quare habet gradum uiuendi qui dicitur se mouens. Secundo sumitur gradus uiuendi quando uiuens aliquam habet animæ potentiam a qua reliquæ priores manent separate: id est sine quæ cæteræ priores in aliquo uiuente inueniuntur. Ut homo participat uim intelligendi sine qua reliquæ priores potentie ut uegetandi / sentiendi / mouendi in aliquo reperiuntur (Priores siquidem uiuendi gradus siue posterioribus inueniuntur: et posteriores siue prioribus nequaquam reperias) et go secundo modo sumendi gradum uiuendi: qui per secundam inuenitur di-

uisionis particulam / homo habet gradum uiuendi qui dicitur intelligens. De primo itaq; uiuendi gradu: ut arbor. quia uegetandi obinet potentiam. De secundo: ut concha terræ affixa / quia tangendi obinet potentiam: Est enim tactus / primus sensuum: quo primum cognoscimus aliquid esse sentiens. De tertio: ut canis / nam se de loco in locum traducendi habet potentiam. De quarto: ut homo / nam habet potentiam intelligendi. Et quocumq; uiuens habet posteriores uiuendi gradus: habet & priores. non autem e diuerso.

Annotationum in introductionem librorum de anima finis.

Primi capiti primi de Anima nota.

Accidentia, accidentia per se. Quid est, ut præcognitionis existit. Dialectica diffinitio: est quæ non abstractorum solam formam adhibet. Aduentitia, ab extrinseco aduentitia.



IBER DE ANIMA tres libros partiales complectitur. primus quinque cap. Primum caput continet duas conclusiones. quatuor rationes ad secundam. Vnum correlarium ad eius tertiam rationem. & duo ad quartam. Prima conclusio. Qui bonorum honorabilium scientiam esse opinantur: alteram altera honorabiliorē existimant / aut propter demonstrandi certitudinem / aut ob subiectæ materiæ præstantiam atq; nobilitatem. Hac utraq; de causa / scientia de anima scientiarum naturalium est honorabilissima. Propter quidem demonstrandi certitudinem. Nam anima / ea est quæ in nobis uitæ principium est: & cuius opera in nobis experimur. non autem aliorum. Habet igitur demonstrandi certitudinem. imo uero animæ cognitio ad omnem proficit ueritatem & maxime rerum naturalium. Ob nobilitatem autem. Nam cæteris rebus (quibus sensibilibus formatur mundus) anima præesse uideatur. Et id euadet clarius: cum animæ naturam deprehenderimus / & eius passionem tum propriam / tum communes. Eius enim ratione: hæc animalibus propriæ / hæc uero communes inesse uidentur. Secunda. etsi animæ scientiam / demonstrandi certitudinem habere dixerimus: illam tamen de anima tradere certitudinem difficillimum est. Primo. quia quid sit anima & eius diffinitio nem afferre non est facile. Et apud philosophos adhuc dubium est: an omnium inuestigandis diffinitionibus sit modus idem / eademq; uia / an diuersæ. Et quemadmodum diuersa sunt (de quibus agitur) negotia: ita diffinendi diuersos moliri oporteat modos / & diuersas diffinendi uias. Si omnium diffinendorum idem est modus / & eadem est uia: querere illam oportet. quam utiq; repertam exploratamq; haberet: facile non est. Nam siue hanc posteris demonstrationem / siue diuisionem / siue compositionem / atque collectionem: multæ adhuc dubitationes & multi relinquuntur errores. & uariæ cuiusq; propria inuestigare oportebit principia. Alia enim numerorum principia: & alia linearum / & planorum. Si dixeris secundum tractandorum negotiorum diuersitatem: diuersos esse diffinendi per a tractandos modos / diuersasq; uias: & id quidem amplius & magis cognitum difficile. Nam circa unum quodq; cognoscere oportebit: quis erit proprius diffinendi modus. Scientiam igitur de anima tradere difficillimum est. Secundo. quia difficile est assignare genus animæ / an sit substantia / quantum / quale / aut aliquid aliorum. Et si sit substantia: dubium est an sit actus / aut potentia / & an partibilis / an im partibilis / an omnis anima omni animæ similis sit speciei. Quemadmodum si parantur quæ de anima rationali mentionem facientes: crediderunt de omni anima sufficienter determinasse: an animæ speciei differant & genere conueniant. Quod si ita fuerit: superest dubium an ipsius sit una communis ratio quemadmodum animalis: an secundum unamquamq; speciem eius: altera & altera. Quemadmodum altera propria est hominis / canis & equi. Vniuersale enim ut animal & uniuersum quod similitur prædicatur: aut nihil est / aut posterius est. Tertio. quia non est facile determinare an in uno ut in animali multæ sint animæ: an potius una quæ multas partes ac potentias retineat. ut pote uegetatiuam / sensitiuam / appetitiuam / motiuam & intellectuam. Et si potentias habeat: an potius de toto / an de potentia / an de potentiarum obiectis aut operationibus prima determinatio faciendâ sit: & quo potissimum sit ordinandum. Ut utrum prius determinandum sit defensiuo / sensibili & sentire: intellectu / intelligibili & intelligere. Non enim solum quæ essentiam indicant perquirenda sunt. ut Mathematicis quid linea / quid planum / quid rectum / quid curuum: ex quibus quæ per se insunt / demonstrant. imo nobis in hac discedenda disciplina: accidentia consid. rare erit oportuum. Accidentia enim ad cognoscendum quod quid est: magnum nobis præstabunt adiumentum. Ideo post aliquantulum accidentium deprehensionem / nobis conducet non parum quid est accipere. Est enim quid est: omnis demonstrationis principium. Correlarium. Vnde fit ut diffinitiones quæ accidentia non complectuntur neq; facilem de ipsis præbent compositionem: dialecticæ & uariæ sint omnes: huic nostro operi minime accommodandæ. Quarto. quia dubitationem præstant non modicam animæ passionem & accidentia: an ipsi & composito omnia sint communia / an quædam sint ei propria. Plurima profecto sine corporis uisui omnino fieri non posse uidentur. ut sentire / irasci / miserescere / misereri / timere / confidere / considerare / gaudere / amare / odire. Videmus enim plerumq; magnis & duris incidentibus casibus nihil irasci: neq; timere: quia corpus non moueatur. qui leui occasione corpore moto ut irascuntibus: protinus succensent & irascuntur. & nullo terribili imminente: aliquando timere. Et intelligere: animæ maxime proprium uideatur. Si tamen esset

phantasia quedam aut non sine phantasia: sine corpore esse non posset. & si animę proprium esset intel-
 ligere: sicut recto vt rectum est/ proprium est Sphæram vt aneam in puncto tangere. & multa vt huius
 modi: sunt ei propria. non tamen tanget rectum separatim: quandoquidem in corpore seingit/ separari
 q; non possit. Et si intelligere animę proprium sit vt nulla egeat corporis functione: ipsam siquidem
 animam separari contingere/ nihil apparet incommodi. Sin autem nulla sic animę operatio propria est:
 separari nõ potest. (Nihil enim a natura ociosum/ nihil sine vñ aliquo fit vnquam) sed de anima & eius
 propriis vt de recto dictum est & de his que recto vt rectum est/ propria sunt: sentendum est. ¶ Primum
 correlarium. Vnde fit vt (cum anima plerq; operationes quemadmodum nunc dictum est: corpori &
 materię coniunctas habeat) ipsius Physica sit determinatio. & hoc aut de omni/ aut de tali. ¶ Secundum
 correlarium, fit etiam vt in diffiniendis animę passionibus: Physicus materiam adiungere debeat, vt in
 diffinienda ira. Diffinit enim iram hoc pacto Physicus. Ira/ efferuescentia est sanguinis circa cor/ vlc-
 scendi doloris desiderio concepta. Dialecticus autem hoc pacto, Ira est vlciscendi doloris appetitus. Dif-
 ferenter enim eadem diffiniunt Physicus & Dialecticus. Nam Physicus materiam suis diffinitionibus
 adhibet. Dialecticus autem solam formam. Rationem enim/ formam/ & speciem dicitur. Diffinitioni
 quidem hęc materiam solam adhibet: vt domus est ligna/ lapides & intritum. Hęc formam: vt domus
 est a ventis/ imbribus/ caloribus & frigore defensio. Hęc vero vt runcq; connectit. vt domus/ munimen-
 tum est a ventis/ imbribus/ caloribus & frigore: ex lignis/ lapidibus/ intritog; constans. Queritur ergo
 quæ harum trium diffinitionum Physico attineat. Dicitur Physicum eam curare que materiam conti-
 neat/ formam & opera: quæ vt huiusmodi/ seingit separariq; non possint. vt formæ Physicæ & opera
 Physicæ: quæ quidem opera & Dialecticus considerat: sed materiam negligit. Sunt enim naturalia ope-
 ra: hęc intrinseca vt calor/ frigiditas/ humiditas/ siccitas: hęc aduentitia vt artificialia que materiam ex-
 ornant/ vt sculpturę & intercelaturę: & que vitium emendant/ vt medicina. Sunt & alia que etia mate-
 ria non separentur: non insunt tamen corpori physico vt physicum est. vt rectum/ curuum/ triangulare
 quadratum. Ex his licet intueri qui formas contemplantur. Nam naturales formas que a materia seingit
 garri non possunt/ physici considerant: materię haud tamen immemores. Et easdem relicta materia: dia-
 lectici. Abstractas autem non reipsa sed cogitatu & intelligentia: Mathematicus. Veras vero rerum for-
 mas omnino a materię consortio seingit/ absolutas/ & immunes: primus/ vltimamundanus & diuinus
 contemplantur philosophus. Sed his determinatis: quid de anima senserint antiqui/ nunc aperiamus.

¶ Primi cap. primi de Anima note.

¶ Accidentia per se dicuntur que rei substantiam consequuntur. ut vegetatio, corpus animatum: sensatio, animal: & intellectio
 hominem. Et hæc accidentia sunt ad substantiæ cognitionem perducentia. Accidentia autem per accidens ea sunt que ad rei sub-
 stantiam nihil attinent. ut albedo in homine/ caliditas in aqua. Et hæc a disciplinarum consideratione reiecta sunt. ¶ Quid est/ non
 hic predicabilis quæstionem aut diffinitionis est/ sed præcognitionis species: qua quid unumquodq; nomen ad propositum atti-
 nens significat/ cognoscimus. ¶ Dialectica diffinitio est que solam explicat formam eorum que sunt non abstracta. Dicitur
 autem non abstracta, que & secundum rem & secundum rationem materię coniuncta sunt. ut motus/ generatio, & ea que in
 philosophia naturali considerantur. Et ipsa formam habent explicantem quid sunt, & materiam aut ex qua, aut in qua & subie-
 ctam. Cum igitur materia non explicatur in diffinitione, ea diffinitio dialectica dicitur. Vt si quis motum diffinerit quod sit ali-
 cuius formæ acquisitio aut deperditio/ omittens materiam in qua: in aliquo. Aut generationem: quod sit formæ substantialis ac-
 quisitio, non ponendo materiam siue subiectum: in materia. Et huiusmodi diffinitio, physico non conducit: ut qui ea que re & ra-
 tione coniuncta sunt consideret. ¶ Aduentitia dicuntur que ab extrinseco substantiæ adueniunt: figura artis, lapidi aut ligno.

¶ Primi capitis primi de anima prima conclusio. ¶ Qui scientiam de numero bonorum honorabilium esse arbitrantur: duas
 assignant causas quare una scientia alteri excellentia & dignitate præset. Prima est propter demonstrandi certitudinem.
 Nam que certius demonstrat, perfectior est: eam disciplina omnis demonstratione acquiritur. hanc ob causam Mathematicæ disci-
 plinæ ceteris minus exactam demonstrationem habentibus ut logica, præstantiores sunt. Secunda est propter subiecte materię
 que determinatur excellentiam & nobilitatem. Nam scientia cuius materia subiecta, qua de præcipua agitur determinatio, est
 perfectior: excellentior est & honorabilior. ut naturalis philosophia excellentior disciplinis Mathematicis. Et Metaphysica omniū
 excellentissima est: quod de entibus supræmundanis, immortalibus, & beatissimis que præstantissima sunt, pertractat. Honorabi-
 le quidem bonum dicitur quod ob sui excellentiam honore dignum est, possessoresq; suos honorabiles reddit, cuiusmodi sunt bo-
 na simpliciter, per se & suapte natura bona: scilicet bona honesta, doctrina & virtus. Supponendum utiq; hic est scientiam esse bo-
 num honorabile: nam ob sui excellentiam honore digna est, & possessores suos merito honorandos efficit. ¶ His suppositis osten-
 dendum proponitur quod propter utranq; harum causarum scilicet demonstrandi certitudinem, & subiecte materię nobilitatem
 scientia de anima scientiarum naturalium dignissima est & honorabilissima. Propter demonstrandi quidem certitudinem: nam
 anima in nobis præcipua est causa efficiens vitæ & operationum vitalium, vegetatiõis, alitiõis, augmentatiõis, diminutiõis
 nis, & generatiõis: & cuius operationes tum prædictas tum sensationes, appetitiones, motiones & intellectiones in nobis ipsis
 experimur. Modo experientia earum rerum que in nobis sunt clarissima est: & longe certior ea que de rebus est extra nos existens
 tibus: igitur scientia de anima habet maiorem quam aliarum naturalium scientiæ demonstrandi certitudinem: imo animæ co-
 gnitio ad omnem conducit veritatem & præcipue rerum naturalium. Qui sane reclam animæ cognitionem habuerit, ad Meta-
 physicas contemplationes & diuinas asurrectiones hoc præsidio iustus facillime subuehetur. Ob nobilitatem vero materię subie-
 ctæ, scientia de anima scientiarum naturalium est honorabilissima. Nam ceteris formis rerum naturalium quibus hic constat

Quid bonum
honorabile.

munus sensibilis / anima & præsertim rationalis dignior est. quod quidem fiet manifestius cum anima natura cognita
 fuerit: & passionis eius tam proprie quam communes. Nempe ratione animæ, aliquæ animalibus proprie sunt passio-
 nes: quas anima sine usu & organo corporis exercet. ut intellectiones & voluntatis operationes, aliquæ vero communes:
 2 quas anima non nisi in organo corporeo efficere potest, ut visio, auditio. ¶ Secunda conclusio. Quamuis scientia de anima ma-
 gnæ habeat demonstrandi certitudinem ut dictum est: eam tamen certitudinem non inuentam tradere difficillimum est.
 ¶ Primo, quia non potest dari huiusmodi certitudo, nisi animæ diffinitio explorata fuerit. Diffinitionem autem animæ as-
 signare non est facile. Nempe apud philosophos dubium est utrum unus sit ad diffinitiones omnium inuestigandas mo-
 dus: an diuersi, ut sicut diuersæ sunt que tractantur materiæ, ita & diuersos diffinitionum inuestigandarum aggredi
 oporteat modos. Si omnia diffiniendi unus sit modus, illum inuestigare oportet, quem profecto inuenire non est facile. Nam
 siue is modus ponatur esse demonstratio, siue diuisio, siue compositio, multæ adhuc supersunt ambiguitates. cum ad unum
 quodque diffiniendum propria eius inuestigare oportebit principia diffiniendi. Diuersorum autem diuersa sunt principia.
 ut quemadmodum numeri, lineæ & superficies inter se diuersa sunt: ita numerorum principia, linearum, & superficie-
 rum diuersa: non quidem principia demonstrationum, quamuis & illa diuersa sint: sed principia diffinitionum, ut pote ge-
 nus & differentia aut quod eius fungatur officio, de quibus quidem principijs secundum materiam subiectam que hic tra-
 ctantur accipienda sunt. Si vero secundum materiæ subiectæ diuersitatem diuersi sunt perquirendi modi diffiniendi: a maio-
 ri id amplius erit difficile. Nam circa unumquodque determinandorum sigillatim cognoscere opus erit quis sit proprius
 ipsum diffiniendi modus: quod sane est difficile. Nam quod unum est, certius est & facilius. Quod autem ad pluralita-
 tem labitur, ad incertitudinem decumbit & difficultatem, igitur scientiam de anima tradere difficillimum est. Et re vera
 magna fuit difficultas huius artis tradendæ, præsertim cum tantis opinionum controuersijs, & dissentientibus inter se
 philosophorum dictis inuoluta & impedita fuerat, ut veritatem deprehendere difficillimum fuerit. Tamen Aristoteles (cui
 omnis vere philosophantium schola plurimum profecto debet) studio & cura factum fuerit: ut omni ablata difficultate
 exactissima, certissima & facillima hæc ars nunc cluceat. Nempe ante tempora Aristotelis diffinitionum ars nondum inuen-
 ta fuit: quare prius omnia in ætate & dubio apud antiquos versabantur, quod unicuique nomini sua non præscribatur
 ratio, neque præcognitio quid est. At Aristoteles similis optimo & industrio artifice non modo scientias inuenit, uerum
 etiam & instrumenta quibus cetera inueniantur, diuisionem scilicet diffinitionem & demonstrationem docuit, perinde atque
 peritum artificem illum esse fatebuntur omnes, qui non modo artem aliquam ut fabrilem prius excogitauerit, uerum etiam
 instrumenta quibus ea ars & cetera exerceri possint fabricare docuerit. ¶ Ad dubium igitur quod in hac ratione mouet
 Aristoteles, respondendum est diuersos esse diffiniendi modos: & præsertim tres quos hic nominat. Primus est per demonstra-
 tionem: quo ex prius demonstratis colligitur diffinitio secundum materiam. ut cum in primo posteriorum demonstratum fue-
 rat, quod demonstratio est ex primis immediatis, quod ex ueris, quod ex prioribus & notioribus, & denique quod ex causis
 conclusionis, ex his omnibus collecta est demonstratiõis diffinitio, quod est que procedit ex primis ueris & immediatis,
 prioribus, notioribus, causisq; conclusionis. & hoc pacto philosophus utranque animæ diffinitionem inuestigauit. Secundus
 per diuisionem generis communioris in suas differentias, quosque per continuam in differentias partitionem ad eam deue-
 niat orationem que cum diffinito conuertatur, quo pacto in secundo posteriorum docet hanc inuenire diffinitionem.
 Tertius est numerus impar utrobique primus. Tertius per compositionem siue collectionem proprietatis, in qua multa
 singularia quibus diffinitum conuenit coincidunt, & conuenire deprehenduntur, quo modo docet philosophus hanc in secundo
 posteriorum inuenire diffinitionem magnanimi. Magnanimus est qui æquo animo fert prospera & aduersa. Et quamuis
 bi modi diffiniendi sint omnibus disciplinis communes: in unaquaque tamen disciplina inuestigandæ sunt proprietates rei
 diffiniendæ, que pro diuersitate rerum que tractantur sunt diuersæ. idcirco secundum eorum que tractantur uarietatem
 diuerso modo speciali diffinitiones inuestigare oportet. ¶ Secunda ratio. Quia difficile est assignare genus animæ an sit sub-
 stantia an accidens. Et si substantia, dubium est an sit actus, an potentia, an compositum. Quod si sit actus, restat du-
 bium an partibilis est anima an impartibilis. Etiam merito dubitari potest an omnis anima omnis animæ sit eiusdem spe-
 cie & nature (ut posuerunt illi qui cum de anima rationali determinassent: putauerunt se de omni anima sufficienter de-
 terminasse, quod putauerint aliam quamlibet animam cum anima rationali nullum speciei discrimen habere) uel utrum animæ
 speciei differant & genere conueniant. Quod si speciei differentes genere conueniant, supersit dubium an anima communem hæ-
 beat diffinitionem omnibus animarum speciebus conuenientem: species autem eius diuersæ habeant diuersas diffinitiones. quem-
 admodum animalis una est communis diffinitio, & specierum eius, hominis, canis & equi diuersæ sunt rationes inter se. Quod
 enim uniuersalem habet rationem ut animal, & unumquodque aliorum quod consimiliter prædicatur de pluribus uno nomine
 & eadem ratione, aut nihil est, aut posterius est singularibus & minus communibus. Uniuersalis quidem ratio posterior est quæ
 singularis: quia ex multis singularibus in aliquo eodem conuenientibus ratio uniuersalis consurgit. ut considerat intellectus for-
 tem/ Platonem/ & ceteros particulares homines conuenire in eo quod animam habent rationalem: & ex illis particularibus ratio
 tionibus format rationem eis communem, quam nomine speciei homo explicatur. Sic hominem, equum, asinum, & cetera ani-
 malium genera cognoscit in illo conuenire quod sensum habent omnia: ex particularibus itaque rationibus format rationem om-
 nibus animalibus communem, quam nomine generis animal explicatur. ita paulatim ex singularibus rationibus ad uniuersales pro-
 cedat: quare singulares & minus communes priores sunt tempore, uniuersales uero posteriores. ¶ Et per ordinem respondendo ad ea
 que philosophus proponit dubia dicendum est substantiam esse genus animæ & non accidens, cum ex non substantijs non sit sub-
 stantia. Præterea animam esse actum, formamq; substantialem, nõ potentia neq; compositum, ut eius declarat diffinitio. Deinde
 animam partibilem esse bifariam: primo in partes in modo secundum potentiarum numerum sumptas/ ut quod quædam uegetatiua sit,

Tres modi
diffiniendi.

Quomodo
uniuersale
est posterius
singulari.



Ecundum caput continet vnam conclusionem. & duodecim antiquorum opinioniones. **C**onclusio. Vt determinationis principium ab antiquorum opinionibus faciamus: consentaneum esse videtur. **C**Nam quæ ab ipsis bene dicta sunt: recipiemus/nobisque erunt adfumento. quæ vero male: reiciemus. Et id prænosse operepretium est omnes antiquos per motum & sensum: animam a cæteris maxime secreuisse. & per illa inquirere quid esset: conatos fuisse. **C**Duodecim antiquorum de anima opinioniones. **C**Prima est Democriti & Leucippi existimantium animam / ignem esse: & calorem quendam ex Sphæricis Atomis constatum: quod maxime mouere & penetrare seipsas & alia possint. & animam animalibus motum præstare & vitam: & eam respirationem esse diffiniebant. Nam quamdiu respirat animal / Atomis ingredients: internas quæ animam constituunt dissipare prohibent / & viuunt animal. Cum vero non respirat, hoc præsidio destituta dissipatur atque dissoluitur anima: ipsiunque perit animal. Neque mirum esse si anima non videatur / tamen corpus sit: quandoquidem ramenta illa quæ in aere volitant / non nisi in radio perspicere & deprehendere liceat. **C**Secunda est quorundam Pythagoricorum pene idem sentientium. Hoc tamen interest. quod non animam Atomos: sed virtutem Atomorum motricem esse dixerunt: quod quantacunque sit tranquillitas: Atomis continue agitari / pellicque videantur. **C**Tertia est Anaxagoræ animam fontem & principium motus ponentis: & animam & intellectum idem esse. non tamen animam / mentem & sensum confundebat in idem: quemadmodum Democritus. qui proinde quæ sensui apparebant vera esse omnia dicebat: auctore vsus Homero qui inquit. Hector iacet: aliud sapiens. At intellectum omnibus animalibus / & magnis & paruis / & honorabilibus & inhonorabilibus consimilem inesse: non videtur secundum prudentiam dictum. Et hæ opinandi rationes: ex parte motus sumptæ sunt. **C**Quarta est Empedoclis animam ex quatuor elementis / lite & amicitia constatam esse volentis: ex quibus omnia consistunt. Ideo animam omnia cognoscere: & simile in ea / sua cognoscere similia: hoc testantis carmine. Terrea vis / terras: vis humida percipit vndas. Aether ab æthere: sentitur ab ignibus ignis. Pax pacem monstrat: litem litem aspera nofcit. **C**Quinta est Timæi volentis animam ex elementis esse constatam vt simile simili cognoscatur: auctore Platone in Timæo. & in iis qui de philosophia: differunt ex vnus Idea longitudinem prodire / & latitudinem & profunditatem suo modo. Et vnus Ideam / intellectum præbere: quod sit sciendi principium. primam diuitatem præbere scientiam: quod ab vno ad vnum & semper verum procedat. opinionem vero a prima nasci trinitate: quod ab vno probabilis ad duo: nunc ad verum / nunc ad falsum procedat. & sensum a primo quaternario: quod sit solum corporeorum & solidorum. Numeros enim vocat: rerum species / principia & elementa. Et cum intellectu / scientia / opinione & sensu cognoscimus: ex horum numeris constat animam. **C**Sexta est Xenocratis: vtunque / & motum & sensum connectentis. Inquit enim eam esse numerum seipsam mouentem. Numerum quidem: quo faciat eam ex omnium principis constare / & vt omnia cognoscatur. mouentem addit: quia eam principium & originem motus credit. creditque numeros rerum principia esse. Et vt summarie dicatur: qui cognoscere & contemplari animæ proprium crediderunt: eam ex rerum principis conficiunt. Et vt de rerum principis / multitudine / paucitate / corporeo aut incorporeo euariant: ita inter se de animæ natura. **C**Septima est Thaletis Milesii dicentis animam esse aliquid motuum. Hinc Magneticum lapidem credidit (quod ferrum moueret) animam habere. **C**Octava est Diogenis eam esse aerem volentis: opinantis eum omnium esse se subtilissimum / & rerum originem & principium. **C**Nona est Heracliti qui omnia ex vapore calido / calidoque halatu gignebat / quem nihil aliud esse quam ignem volebat / omnium subtilissimum / & pene incorporeum / & semper fluentem. Hinc animam dixit esse vaporem. **C**Decima est Alcmeonis: animam esse immortalem & semper moueri / etiam quam simillimam esse soli / lunæ & celo (quæ sempiterno agitate feruntur) volentis. **C**Vndecima est Hipponis. Inquit enim Hippon animam esse aquam: quod omnium semen humidum sit. **C**Duodecima est. Crætiæ: animam sanguinem esse sentientis. Hoc ideo / quia sentire proprium esse animæ iudicabat: & nos sanguinis beneficio sentire. Et quæ exanguia sint / sanguineque priuentur vt ossa / vt dentes / vt vngues: non sentiant. Et omnes ex tribus / animæ diffinitionem quarunt: motu / sensu / & incorporeo aut subtilissimo: vt id incorporei nomen sibi iure quodam vendicare posse videatur. Et simile simili cognosci consentiunt omnes: vno Anaxagora excepto. qui intellectus & aliarum rerum: nulum posuit esse similitudinis commercium. Hinc omnes animam ex omnibus constant principis: vt omnia cognoscatur. Et qui tantum vnum ponunt principium: ex vno eam constituunt. & qui plura: ex pluribus. & qui contraria: ex contrariis / vt Empedocles. Et nomina ei indiderunt / hi Zeon & vitam / hi Phyzen: quod euentatione & respiratione egeat. Sed quid de anima fenserint anti-

qui: hæcenus satis percursum est. **S**ecundi capitis conclusio. **C**Conueniens est ab antiquorum opinionibus nostræ determinationis principium sumere. **C**Nam ut ager plenus sentibus & rubis / primum illis purgandus est: & tum demum bonum semen ei mandandum. ita opiniones varie & contrarie primum refellendæ sunt / ne veritati percipiendæ impedito sint: & deinde manifestanda veritas. Si qua igitur ab antiquis bene dicta sunt, conceduntur / & ad hanc determinationem adiumentum præstabunt. quæ vero perperam posita sunt, refelluntur. Id vnum tamen prænosendum est quod antiqui animam a cæteris rebus potissimum separauerunt & distingere posuerunt per hæc duo, motum, & sensum: & per eadem conati sunt præcipue inuestigare quid esset anima: quod ipsa nobis manifestissima sunt & experientia habeantur exploratissima. **C**Duodecim antiquorum opinioniones. Prima est Democriti & Leucippi. qui dixerunt animam esse ignem & calorem quendam compositum ex corporibus Atomalibus sphericis: quia corpora in diuisibilia spherica maxime possunt mouere seipsa & alia, & penetrare non modo seipsa sed & alia. Anima autem animalibus motum & vitam præstat. Diffiniebantque animam esse respirationem, quia quando inquit respirat animal / Atomis exteriores per aspirationem ingredients, colligunt & compactas seruant Atomos internas ex quibus constat anima, & eas disgregari prohibent: seq. viuunt animal. cum vero animal non respirat, ob defectum Atomorum exteriorum quæ interiores coniunctas retinent, ipse inter se dissipatur & dissoluitur: & disperit animal. Et quamuis anima (inquit) corporea sit, ut quæ ex corporibus constat & magnitudinem eorum sententia motuum habeat: non tamen (inquit Democritus) ideo eam uideri est necesse. Nam & pulueres minutissimi in aere uolitant corporei sunt: & tamen non nisi in radio solis uideri possunt. Sed falsum est animam esse calorem, quamuis calor naturalis in omnibus rebus naturalibus ut anime instrumentum ad operationes exercendas inueniatur. Falsum est & eam ex sphericis Atomis componi, cum non sint huiusmodi corpora in diuisibilia. Vere tamen dicuntur animam animalibus motum & vitam præstare: sed non totam animæ naturam ambiunt: cum etiam vegetabilibus uitam præstet. Non item recte diffiniunt animam, respirationem esse: cum multa sint animalia, pisces, uermes, quæ non respirant, neque recte sentiunt respirationem fieri per ingressum Atomorum: cum fiat suscepto aere qui corporeus est & diuisibilis. præterea cur animal non respirans moriatur. & respirans uiuat: causam ueram non assignant, quæ ex posterioribus est requirenda. Denique, admittendum non est animam esse corpoream (quamuis id ipsum ex eorum dictis sequatur: si enim anima ex corporibus componatur, ut corporea sit necesse est) Nam corpoream id dicitur quod magnitudinem corpoream in se ut subiectum habet. At anima in se non habet magnitudinem, sed solum magna est per accidens scilicet per magnitudinem corporis: non est igitur anima corporea. Quod itaque anima non uideatur in causa est, quod neque ipsa per se sensibile est, neque aliquid accidens per se sensibile in se habet. Neque simile est de pulueribus minutissimis & de anima, iudicium: quia pulueres minutissimi per se corporei sunt, & magnitudinem habent: ob exiguitatem tamen uix bene perceptibilem. **C**Secunda opinio est Pythagoricorum pene idem cum Democrito sentientium: in hoc tamen differentiam quod non dixerunt animam esse Atomos sed uirtutem continue mouentem Atomos. quia sicut quantacunque fuerit aeris tranquillitas: Atomis puluerum continue in aere agitantur. Ita quantumcunque corpus est tranquillum & Atomis in eo agitari uidentur: & anima huius continue agitationis est effectiua. Sed neque hi quidem recte sentiunt, eam corpuscula hæc Atomalia minime ponenda sunt. **C**Tertia opinio est Anaxagoræ diffinientis animam esse fontem & principium motus: & animam & intellectum, idem esse asserentis. Is tamen animam, intellectum, & sensum non dicebat esse idem, quemadmodum Democritus. qui ideo omnia quæ sensui apparebant dicebat esse uera, secutus auctoritatem Homeri dicentis. Hector ia et: aliud sapiens. At non uidetur esse rationi consentaneum intellectum eundem specie omnibus animalibus siue magnis siue paruis, siue honorabilibus & perfectis, siue inhonorabilibus & imperfectis inesse. Et hæc tres opinioniones prædictæ ex parte motus sumptæ sunt. Verum Anaxagoras quidem oberrauit diffinendo animam esse fontem & principium motus, cum quælibet forma substantialis sit fons & principium motuum sui totius: non tamen quælibet est anima. Quod si intelligat de motu quo animal a seipso mouetur, qui solum ab anima proficisci potest: neque id quidem recte dixerit, cum non omnis anima, huiusmodi motum efficiat, ut pote anima plantæ & animalis terræ affixi. Errauit item ponendo animam & intellectum idem esse, cum multis assit anima quibus non adeit intellectus: & sola hominis anima & intellectus idem sunt, ratione tamen discrepantes. Præterea perperam asseruit Democritus animam, sensum & intellectum esse idem, cum multis assit anima quibus non adeit sensus. Neque uerum est: quæcumque sensui apparent, ita se habere, ut sol apparet bipedaneus cum longe sit maior, & astra quædam apparent in stellarum punctorum quæ maiorem terram habent molem. **C**Quarta est Empedoclis dicentis animam ex quatuor elementis secundum substantiam, & lite & amicitia compositam: ex quibus cum omnia consistunt, eius sententia anima ex omnium principis componitur. Quare animam ponit omnia cognoscere, & simile in anima / cognoscere suum simile in cæteris rebus secundum elementorum habitudinem. Inquit enim. Terra uis animæ omnium rerum percipit terreum, & aquea, aqueum. Sic rerum omnium æreum ab ære uis anime cognoscitur, & igneum ab ignea. Denique amicitia anime, omnium amicitiam dinoscit: & litem. Sed errore ductus est Empedocles quod animam ex elementis constare dixerit. Esset enim corporea & magna, cum unumquodque tantum sit, ex quantis ipsum est compositum. Est & calida, & frigida, & cæteraque sensibiles elementorum proprietates in se haberet. Nam compositum tale est, ex qualibus ipsum constituitur. hæc autem manifeste absurda sunt: ut Philosophus secundo libro de generatione aperit ostendit. Errauit etiam Empedocles (ut & alij fere omnes quorum hic asseruntur opinioniones) ponens in anima simile cognoscere suum simile. Non enim est in anima quicquam cæli quo celum cognoscatur, & auri quo cognoscatur aurum, & albedinis quo cognoscatur albedinem. Id enim asserere persimile est atque asserere speculum representare rerum sibi obiectarum imaginem: quod in speculo quicquam simile sit secundum substantiam rei obiectæ, ut simile lapidi si representet lapidem, & simile oui si representet ouem, & simile lupi si lupum. Quod cum manifeste sit falsum, & primum. At si in speculo intelligatur forma substantialis nata formare omnium colorum, magnitudinumque species, & materia nata illas suscipere: tunc speculum dicitur representare rerum omnium colores: quia formam habet effectiuam imaginum colorum / & materiam: susceptiuam. Ita ponendus est intellectus omnia cognoscere: quia natus est suis

Quod in anima simile non cognoscit suum simile.

actus sine intellectu agens, omnium rerum formare notiones: & sua potentia sine intellectu possibilis, omnium rerum species suscipere. Est enim intellectus ut speculum aut oculus: cuius color est quicquid existit in rerum natura. **¶ Quinta opinio est Timæi** ponentis animam ex elementis esse compositam: ut simile simili cognoscatur in parem errorem Empedoclis relabendo. In libro enim (cui Timæi nomen inscribitur) a Platone composito & in his libris qui de philosophia a Platone sunt conscripti: Timæus inducitur disserens ex idea unius procedere longitudinem/ ex idea duorum, latitudinem: & trium, profunditatem. Disserit idem ideam unius, prebere intellectum: quia intellectus est sciendi principium semper verum/ & primam dualitatem dare scientiam: quia scientia procedit ab uno ad unum scilicet a principio ad conclusionem/ & semper a vero ad verum: quare consistit in binario. asserit præterea opinionem a prima procedere trinitate: quia opinio ab uno scilicet probabili ad duo procedit, aliquando quidem ad verum & aliquando ad falsum, quare consistit in ternario. Sensum vero procedere dixit a primo quaternario: quia sensus solum est solidorum & corporeorum, quibus numerus quaternarius apte respondet. Et cum his quatuor prædictis: intellectu, scientia, opinione, & sensu cognoscamus: ex ipsorum numeris, uno, duobus, tribus, quatuor, animam componi: quare animam ex denario constituit. Ponit enim numeros esse primas rerum formas & principia. Sed hæc ut intelligentur, aut Platoni Timæus videndus est: aut consulendum Apollinis oraculum: quod horum enigmatum sensa recludat. **¶ Sexta est Xenocratis in anima sensum & motum coniungentis.** Dissinit enim animam esse numerum seipsum mouentem. Et animam numerum quidem esse dicit: quia numeros credit esse principia rerum. Et idcirco eam ex numeris / rerum omnium principijs componi dicit: ut omnia cognoscat. Addit animam esse mouentem, quia eam principium motus esse credit. Et ut paucis omnia complectamur, qui crediderunt cognoscere & contemplari esse proprium animæ: eam ex rerum principijs componunt, credentes aliter animam non posse omnia cognoscere, sed eodem (quo Empedocles) argumento confutanda sunt. Et quanta inter eos de rerum principijs est diuersitas, tanta de animæ natura, ut qui multa ponunt rerum principia, ex multis eam componi credunt. & qui paucis, ex paucis: qui principia rerum ponunt corporea, ex corporeo animam componunt. & qui incorporea, ex incorporeo. Sed arguendus uenit Xenocrates quod animam numerum ponat, est enim substantia & non quantitas. Neque quod præcipua sit numeratrix rerum/ & numeros habeat in se rerum mensuras: idcirco numerus uocari debet, ut neque homo mensura dicendus est, quod præcipuus sit panum mensuras. Neque oculus, nisi quod res colore affectas cernat. Neque recte itidem sentit animam se mouentem. Nam tunc anima a se moueretur, quod inconueniens est, cum ne per se quidem moueatur, sed duntaxat per accidens ad corporis motum. **¶ Septima est Thaletis** dissiniens animam esse quoddam motuum sine mouendi uirtutem. hinc magnetem, animam habere credit, quia ferrum mouet. Sed non est probanda Thaletis assertio: cum multis mouendi uirtus asit que animæ sunt experitiæ: ut formis substantialibus elementorum. Neque magnes ferrum mouet quod animam habeat: sed quia radium motuum de se per medium diffundit usque ad ferrum, quo cum peruenit, ad suam redit originem, ferrum secum reducens, ut in fine octauis physicorum latius ostensum est. **¶ Octaua est Diogenis** ponentis animam esse aerem, quem putat omnium esse subtilissimum, & rebus omnibus originem præstare. Sed ut hæc falsa est assertio, ita & inualido nititur argumento. Nam neque aer omnium subtilissimus est, neque rerum omnium principium. **¶ Nona opinio est Heracliti** ponentis omnia componi ex uapore calido & halitu, quem ignem esse uolebat, hinc animam, ignem esse asseruit: quia ignis omnium subtilissimus, usque adeo ut propter subtilitatem incorporeus esse uideatur, agitabilis, & semper se mouens. Sed omnia ex igne componi non est uero consonum, neque animam ignem esse. **¶ Decima est Alemeonis** dicentis animam esse immortalem, & assidue moueri. Et cum sol, luna, cælum, perpetua sint, & semper æterne moueantur, animam illis similem esse posuit. At cum solarationalis anima sit immortalis, omnem animam, immortalem esse non debuit asserere Alemeon. Cum itidem anima per se non moueatur, sed per accidens ad corporis motum: quo quidem quiescente anima itidem per accidens quiescit, manifestum est eam non continue moueri. **¶ Undecima est Hippoclis** asserentis animam esse aquam, quia uiuentium semen & ex quo anima participantia gignuntur, sit humidum. Sed hæc positio non consonat ueritati, quia uegetantium ut tritici & oliuæ semen, plus terreæ siccitatis habet quam humiditatis aqueæ. Præterea ex semine ut materia gignuntur animata, si igitur quia semen humidum sit, itidem & aqua: anima ponatur esse aqua, sequeretur anima conditiones & accidentia materie, dignius scilicet & perfectiones conditiones imperfectionis, quod est inconueniens. **¶ Duodecima est Critiæ** dicentis animam esse sanguinem, qui hac mouebatur ratione, quod putabat sentire esse animæ proprium, & animalia sanguinis beneficio sentire. hinc fieri dixit ut quæ exanguia sunt & sanguinis expertia, minime sentiant: ut ossa, dentes, ungues. Sed ut a ueritate alienum est animam esse sanguinem, ita & sentire proprium esse animæ, & omni animæ conuenire, quandoquidem non omnis anima sentiat, ut uegetantium, quare solum esset proprium primo modo. Falsum est insuper animalia sentire beneficio sanguinis, cum multa animalia non habentia sanguinem sentiant: qualia sunt apes, muscæ. Nonnulla itidem habentia sanguinem non sentiunt, ut caduera mortuorum. Et quamuis aliqua exanguia non sentiant: ut crines, ungues, aliqua tamen sentiunt: ut ossa, nerui, quare habere sanguinem solum est impertinens & accidentarium ad sentire. **¶ Omnes itaque philosophi ex tribus, animæ diffinitionem inuestigarunt: scilicet ex sensu, motu, & subtilissimo: quod propter suam subtilitatem, & molis imperceptibilitatem, incorporei nomen sibi uendicat.** Dicunt etiam omnes simile cognosci a simili præter Anaxagoram solum, qui inter intellectum & alias res nullam posuit conuenientiam. Et hanc ob causam omnes animam dicunt esse compositam ex omnibus principijs: ut aptius omnia cognoscat. Et qui unum solum ponunt principium, dicunt eam ex uno esse compositam, & qui plura ponunt principia, ex pluribus ipsam dicunt componi. Et qui contraria ponunt principia, & animam ex contrarijs constitui dicunt. Et ipsi animæ antiqui diuersa imposuerunt nomina. Aliqui enim uocauerunt eam *zeon* id est uitam. Alij uero *phyzen* id est spiritum sine halitum quod anima respiratione egeat. Et prima nominatio conuenientior est secunda: quia prima omni animæ conuenit, non autem secunda.

¶ Tertij capitis nota

¶ Ensis ar gentum/ ar gentum uinum. ¶ Sub uoluntate & intellectu: appetitum & phantasiam comprehendimus.

18

Uertum caput continet duas conclusiones, septem rationes ad primam, & octo ad secundam. **¶ Prima conclusio.** Animam ignem esse: & seipsum mouere (ut uult Democritus) impossibile est. **¶ Primo,** quia prius demonstratum est quicquid mouetur: ab alto moueri/ nihilque a seipso moueri. **¶ Secundo,** bifariam dicitur aliquid moueri, aut per se: ut quod in se motum habet/ aut per alterum: ut quod cum non moueatur/ in eo est quod mouetur, ut cum naua sedet in nauis: hæc siquidem per se mouetur/ ille autem per accidens. Queritur ergo an anima per se moueatur/ an per alterum? Si per se: oportet eam augmentatione/ diminutione/ alteratione/ uo aut pluribus horum motuum moueri. Quicquid autem aliquo horum motuum per se mouetur: in loco est/ cinctumque corpore. Anima igitur / & corporea & in loco est: quod est impossibile. Si dederint per alterum ut albedo & nigredo: nullus diffitebitur, ut pote quæ in eo (quod mouetur) existat. Mouetur enim corpus, sed eam tunc accidit & consequitur non moueri: quare nec seipsum mouere. **¶ Tertio,** quia quæcumque sensibilem mouentur: motum secundum naturam & motum violentum eisdem accidere uidemus. Itaque & anima/ motus secundum naturam & violentus acciderent: quare & quiesceret nunc natura/ nunc ui. In quod enim aliquid natura mouetur: & in eo natura quiescit. In quod autem ui: violentæ. Sed quis animæ violentus motus: si seipsum moueat: quæ natura quiescit? Hæc ipsi vel effingere uolentes nequeant. **¶ Quarto,** si anima sit ignis ut ponit Democritus: ignis autem solum sursum moueatur/ & anima solum sursum mouebitur. Et cum anima/ corpus moueat: & ipsum quoque/ & animal unumquodque: natura sursum mouebitur. Sed quid absurdus? Et ita agimus contra eos qui eam ex aliquo aliorum elementorum conflauerunt. Nam si terra esset: solum agitaretur deorsum, si aqua: in locum aquæ & si aer: in aeris locum. **¶ Quinto,** si anima seipsum moueat: rationabile est consimilibus motibus moueri corpus. Nam ipsa corpus mouere uidetur, Et retro agitur, si anima seipsum moueat/ & moueat corpus: rationabile est animam se talibus agitare motibus/ quibus & ipsa corpora agitari uidemus. Atqui corpora delatione ferri uidemus. Delatione igitur & loci mutatione fertur anima, quare & exire continget animam & regressi: & animalia mortua iacentia resurgere. Unicum itaque ipsis confugium esse uidetur: animam per alterum & per accidens moueri dicere. Et cum anima/ aliquo uolentia impellitur: & animam quoque id per accidens pati. Non igitur per se mouebitur. Cui enim aliquid per se conuenit: illud per accidens eidem non conuenit. Neque editur. ut quod est per se bonum: non est per accidens & alterum bonum. Et neque quod per accidens bonum est: id per se bonum est. Neque dicere possint motus sensibilem peculiare & proprios esse animæ: quibus seipsum moueat anima. Nam sine exterioribus: sensum exercitare non potest. Et ita de appetitu & cæteris dicendum. **¶ Sexto,** quia id ipsi fatentur: animam ut animam moueri essentiaque esse motum, quod autem mouetur: uidemus seorsum a motu stare, quare & si de anima ita futurum sit: stabit seorsum a sua essentia. Sed quo pacto id fiat: fatuus est igitur confiteri ipsam secundum accidens moueri: & non per se/ motum uero eius esse substantia. **¶ Septimo,** Democritus asserens Sphærales Atomos semper agitare corpus: quod nusquam natæ sunt manere: persimile dicit Philippo Comædiarum scriptori/ Dædalum olim ligneolam Venerem fecisse: quæ (suffili argento infuso) se motaret. Sed queritur a Democrito quid causa quietis animalis sit: nunquid asserere poterit semper mobiles Atomos/ & quæ sese quietare non possint? Et certe non sic moueri uis detur animal: sed uoluntate & intellectu. Et Timæus propinqua Democrito asserbat: animam scilicet seipsum agitando simul mouere corpus: quod corpori sit adiecta/ alligataque. Inquit enim Timæus cum animæ opifex deus eam condidisset rectam: circumflexit in orbem, quem in geminos secuit: quorum unus circumdaret & alter interior haberetur. Interforem rursum comminuit & secuit in septem: quem septem rursum glomerauit in orbem, quapropter (inquit) cælum torquetur in gyrum: quod anima sit circulus, quæ in harmonicis diuisa circulos / & ex his ut elementis confata: suo motu corpus torquet & euoluit. Ex harmonicis siquidem confata circulis/ canonicisque numeris: quod per dulcem illam semper possideat harmoniam: & quo emodulatos/ sempiterno motu afferat/ ciatque gyros. Sed primum Timæus occurrit arguendus: quod animam fecerit magnitudinem: & maxime eam quam uult esse rationalem & intellectum. Nam hæc de anima mundi intellexit: quam ut puram mentem esse intendit, & non qualis sensitua/ qualis uero appetitiua: quæ se per directum foras profundunt / suosque exercet actus. **¶ Secunda.** Intellectus: magnitudo/ siue circulus/ siue globus (ut uult Timæus) esse non potest. **¶ Primo,** quia omnis magnitudo / continua est: quod eius particule in terminum communem finiunt/ in ipsoque copulantur. Intellectus autem hoc pacto continuus esse non potest: sed (ut intelligibilia) unus est: aut omnino impartibilis/ aut non ut magnitudo/ continuus. **¶ Secundo,** quomodo intelliget? cum uelit Timæus ipsi opus esse tactu & appropinquatione rebus: quas sit percepturus. Si qualibet parte intelligat: & partes sue sint puncta (cum ipsa sint infinita) infinita transibit. Si partes ponis magnitudines: continget ipsum infinities idem intelligere/ quod semel intelligere sufficeret. Si non qualibet parte sed toto curuamine/ totiufque contactu: ad quid

erunt partium contactus: Et quomodo totum tangendo intelligit: cuius nulla parte tangendo intelligat: quomodo intelligit indiuisibile: si indiuisibile non toto curramine/circuloq; & totus contactu intelligit. neque quidem diuisibile. Nam diuisibile: indiuisibile attactum non habet. **T**ertio. quia intellectus operatio: intellectio est/circulatio: qui fit igitur ut intellectus circulus sit: cuius intellectio circulatio sit. **Q**uarto. circulatio perpetua est. At intellectus motiones: finem habent. actiue quia dem: quia sicut alicuius gratia. Prorueri autem in infinitum non valent & contemplatrices. Nam hic aut diffinitione aut demonstratione contemplantur. finita autem omnis diffinitio: omnisq; demonstratio. hancq; ad principium non reflectuntur: sed potius secundum rectum procedere videntur. Circulatio autem semper ad principium reflectitur. non est igitur intellectus/circulus: & eius intellectio/circulatio. **Q**uinto. intellectio & mentis operatio: quieti quam motioni similior est. non igitur circulatio exit: sit. **S**exto. motus videtur esse ab anime natura quam status: magis alienus. Monstrat hoc temulentia: egrotantes/infantes & senes. Si igitur continue & irrequiete moueretur: motus esset et violentus/præter naturam/minuscq; sue nature conueniens semper: quod esse nequit. Et si dixeris motum esse eius essentiam: relabimur in prædicta incommoda/urgebitq; difficultas quo intelligit immota. Videretur enim motum & sola mota deprehendere debere: cuius tamen oppositum constat. **S**eptimo. consentiunt plurimi melius esse intellectui: liberari corpore/quo tanquam vinculis & carcere clausus detinetur: tanquam corpore soluto beator/felicioq; futura sit vita. Laboriosissimum igitur (vt sentit Timæus) animam mundum & perfectissimum intellectum nunquam a corporis vinculis posse absolui. Neq; causam assignauit cur cælestes orbis torqueantur in gyrum. Et si querat causam. si intellectus motus & magnitudinis omnis sit expers: cur voluat in circulum? Dicimus quia melius est ei taliter esse. Fit enim vnumquodq; quam fieri potest optime. sed hæc consideratio aliena est. **O**ctauo. quia dicit Timæus animam se iungere corpore: ipsam mouere corpus & corpus moueri. Neque diffinit villo pacto: quale corpus/qualiterve dispositum: ipsam suscepturum sit: perinde atque sine discrimine in quodlibet mixeret/per simile Pythagoricorum fabulis: qui quamlibet animam in quodlibet corpus ingredi fingunt. itaq; dicunt similia.

Morte carent anime. semperq; priore relicta
Sede: nouis domibus viuunt/habitantq; recepte.
Omnia mutantur. nihil interit. errat & illinc
Huc venit/hinc illud: & quoslibet occupat artus
Spiritus. eq; feris humana in corpora transit:
Inq; feras noſter. nec tempore deperit villo.

Sed ita sentire nihil aliud est/quam si quis artem fabrilem transire putet in fistulas. Vt enim ars proficitur vtitur instrumentis: ita quoq; anima proprio vtitur corpore instrumento. Videturq; vniuersumq; animantis corpus: propriam sibi vendicare speciem & formam.

Tertij capitis prima conclusio. **N**on recte asserit Democritus animam esse ignem, & eam seipsam mouere. **N**am quid quid mouetur, ab altero mouetur: ut in physicis ostensum est, igitur nihil a seipso mouetur: neq; idem est motum efficiens & eundem in se suscipiens: quare nec anima a seipsa mouetur. **S**ecundo. Dupliciter aliquid mouetur. primo per se/quod a motu qui in eo ut subiecto est, mouetur: ut materia & res naturalis. Secundo per accidens & per alterum/quod cum per se non mouetur, in eo est quod per se mouetur. ut nauis sedens in nauis que a defertur, per se non mouetur sed est in nauis que per se mouetur. Et ita accidentia ad motum subiecti dicuntur moueri. Itaq; si anima mouetur, aut mouetur per se, aut per accidens. Si dicatur per se moueri: oportet eam aut augeri, aut minui, aut alterari, aut ferri: a sufficienti motu accidentalis (quo animam mouere ponebat Democritus) diuisione. **Q**uequid autem aliquo istorum motuum mouetur: est in loco, & corpore circumdatum. Et quicquid in loco est, corporeum est: magnitudinemq; habens. igitur & anima in loco est, & magnitudinem habet: quod est impossibile. Si dixerint animam per accidens moueri: quemadmodum albedo, nigredo, & huiusmodi accidentia mouentur per accidens ad motum sui subiecti: hoc vltro conceditur. nam mouetur ad motum corporis per se moti in quo est. Sed non sequitur si per accidens mouetur: idcirco eam moueri, imo potius sequitur eam non moueri: quare neq; sequitur animam, seipsam mouere. **T**ertio. quæcumq; corpora naturalia mouentur, habent motum naturalem & motum uiolentum. Et quæcumq; motum habent naturalem & motum uiolentum, quietem habent naturalem, & quietem uiolentam. Nam in quemouing; locum aliquid natura mouetur, & in eodem natura quiescit. & in quem locum aliquid uiolente mouetur: in eodem uiolente quiescit. Si igitur anima per se moueretur, & motum haberet naturalem & uiolentum, & quietem naturalem & uiolentam. Sed si anima seipsam moueat, nullus ei motus erit uiolentus. non enim se contra propriam naturam mouebit. neq; quies naturalis aut uiolenta, anime assignari potest: igitur anima per se non mouetur. **Q**uarto. Ignis natus est sursum moueri: & anima secundum Democritum ignis est: igitur anima est nata sursum moueri. At anima mouet corpus, igitur & corpus natum est sursum moueri. quare totum animal natum est sursum moueri. Id autem est manifeste falsum, & experientie repugnans: igitur & illud ex quo sequitur. Et ita argumentandum est contra eos, qui animam ponunt ex aliquo aliorum elementorum cothponi. Si enim anima esset terra, solum moueretur ad locum terræ. & si aqua, ad locum aquæ. & si aer, ad locum aeris. **Q**uinto. si anima mouet seipsam, cum eadem moueat & corpus: rationale est corpus consimiliter ut anima mouetur, agitari. sicut nauis consimiliter mouetur ut nauis eam dirigit. Et educto si anima mouet seipsam, & etiam mouet corpus: rationale est animam se illis mouere motibus quibus corpora agitantur. quemadmodum nauis dirigens nauem mouetur consimiliter ad motum nauis. Sed corpora de latatione & translatione de loco in locum moueri uidemus: igitur & anima consimiliter mouetur: traducendo se de uno loco in alterum. At id fieri non potest, nisi corporibus egrediatur, & in eadem regrediatur. Continget igitur animam egredi corpore & in idem regredi, & animalia mortua resurgere & renouescere. quod est impossibile. Solum itaq; eis superest effugium dicere animam per accidens & cum na



turaliter, & cum uiolente fertur animal) moueri. **Q**uare a repugnantibus, anima non mouetur per se. Nam cui aliquid per accidens conuenit, idem non conuenit eidem per se. Et contra si quid alicui per se conuenit, non conuenit eidem per accidens. **V**t quod est per accidens bonum, non est per se tale. Et quod est per se bonum, non est per accidens tale. Neq; possent dicere aduersarij quod motus sensuum sunt proprij anime: & non indigentes exteriorum ope. Nam anima sine exterioribus obiectis: sensus operationem efficere non potest. **S**exto. non solum dicit Democritus & qui sue asipulantur sententia animam mouere seipsam: uerum etiam animam re ipsa esse motum. **Q**uod autem mouetur, a motu separatum uidetur, & existere, non existente in eo motu. igitur & anima si a seipsa moueatur, a motu separabitur. At anima essentia sua est motus: igitur anima a sua ipsius essentia separabitur. quod est impossibile. Satius est igitur dicere animam per accidens moueri & non per se. **S**eptimo. Democritus dicens corpora a tomælia spherica semper mouere corpus, quia in nullo loco sunt nata manere: simile dicit Philippo comico narranti quod Dedalus ingenio fabre celeberrimus artem olim ueneris imaginem ex ligno fecerit, & argentum uiuum illi infuderit, unde se illa imago continue motaret. Et sane secundum Democriti sententiam argentum fusile ut anima est, & lignum ut corpus. Nam ut argentum fusile & lignum & seipsum in illa ueneris statua mouebat, ita & anima seipsam & corpus a Democrito mouere ponebatur. Sed querendum est a Democrito que est causa quietis animalis. Non enim dicere potest Atoms semper mobiles esse quietis causam: nam causa sunt motus, & se quietare non possunt. Et ut uerum fateamur non uidetur animal ab Atoms moueri: sed si rationales sit, a phantasia & appetitu mouetur: si uero rationale & uoluntate & intellectu. Timæus autem consimilia Democrito asseruit, scilicet animam agitari: seipsam simul & corpus mouere, quia anima corpori coniuncta sit. Dixit enim Timæus quod cum deus auctor anime eam produxisset reclinam: circumflexam fecit & sphericam. Eius deinde orbem in geminos orbis diuisit, quorum unus conuexus esset & circumdans exterior, alter uero concauus & interior. Iterum interiorum minorem fecit & diuisit in septem orbis: & rursum diuisum in alios septem orbis partitus est. Idcirco (inquit Timæus) cælum circulariter mouetur, quia anima est circulus. Et ipsa in circulo harmoniam facientes diuisa, & ex illis ut suis principijs constituta, suo motu etiam mouet corpus. Est enim anima ex circulis dulcem efficientibus consonantiam composita: ut suauem illam (quam cælestia corpora cum mouentur reddunt) efficiat harmoniam, & gyrationes faciat suauissime resonantes perpetuo (quem efficit) motu. Sed primum Timæus reprehendendus est quod animam dicat esse magnitudinem: potissimum eam quam dicit esse rationalem, & intellectum nominat. Nam hæc prædicta de anima mundi intellexit, quam asserit esse ut mentem puram, non exercentem extra se operationes sed solum interius operantem, & non esse talem qualis est sensitiua & appetitiua, quæ se exterius diffundunt. Nam exteriora habent obiecta circa que uersantur, & ad illa respicientes, suas faciunt operationes. **S**ecunda conclusio. Intellectus, neq; magnitudo, neq; circulare, globo summe corpus est, ut posuit Timæus. **P**rimo. quia omnis magnitudo est continua, cum eius partes copulentur ad eundem terminum communem, ut partes lineæ, ad punctum: superficiei, ad lineam: & corporis ad superficiem. Intellectus autem eontinuis hoc modo non potest esse, sed unus est & simplex ut entia mundana & cælestia, estq; aut omnino impartibilis, aut saltem non est continuus, sicut magnitudo continua est. Est enim intellectus impartibilis in partes secundum dimensionem sumptas, sicut & anima rationalis: licet diuisibilis sit in partes substantiales, intellectum agentem & possibilem. **S**ecundo. Dicit Timæus intellectum debere tangere res quas intelligit: & illis ad eas intelligendas appropinquare: quod a uero alienum est: cum & solem, & astra que minime tangimus, intelligamus: aut ergo qualibet parte sui intelligit, aut seipso toto solum. Si qualibet parte, aut sue partes ponuntur puncta aut magnitudines. Si puncta, cum illa sint infinita, intellectus intelligendo infinita pertransibit. Nam cum quodlibet punctum intellectum sit, infinita erunt simul intelligentia, cum unum sufficeret intelligens. Si magnitudines cum partes ille sint continuæ & in infinitum diuisibiles, continget intellectum infinites (nam in qualibet parte semel) idem intelligere, quod semel intelligere sufficeret. ut si ponantur intellectus decem esse partes & obijciatur lapis: ille cum a qualibet intellectus parte intelligi debeat, decies intelligendus est. Et rursum unaquæq; partium in decem decimas diuidatur, quarum qualibet latitudinem intelligat, quare centies intelligetur, & ita consequenter. Si uero ponatur intellectus non qualibet parte intelligere, sed toto sui ad rem intellectam contactu, ergo partium contactus erit ociosus. Nam secundum Timæum contactus est ad intelligendum, modo per hypothesis nulla pars intelligit. Similiter impossibile est aliquod totum tangendo intelligere, cuius nulla pars tangendo intelligat. Præterea restat dubium quomodo intellectus intelligit indiuisibile. Vel enim aliquo indiuisibili, uel diuisibili. Si indiuisibili, ergo non totius contactu intelligit, quod suis diebus repugnat. Neq; diuisibili, nam diuisibile non habet contactum ad indiuisibile, cum ad contactum requirantur plura corpora magnitudinem habentia. **T**ertio. quorum operationes proprie sunt diuersæ, & ipsa sunt diuersa. At intellectus & circuli, operationes diuersæ sunt. Nam intellectus operatio, intellectio est: & circuli, circulatio. Intellectio autem & circulatio penitus inter se diuersa sunt. igitur & intellectus & circulus. **Q**uarto. Circularis motus perpetuus est, intellectus autem operationes finem habent. Nam actiue finem habent determinatum gratia cuius fiunt: scilicet summum uite actiue bonum, felicitatemq; actiuam. Neq; contemplatiue quidem in infinitum procedere possunt: quia aut sunt diffinitione aut demonstratione. Omnis autem diffinitio finita est, & finita complectitur differentias. omnis itidem demonstratio finita: cum non contingat intelligentem infinita pertransire. Præterea diffinitio & demonstratio non ad principium reflectuntur, sed potius secundum directum procedunt. Si enim quinque fuerint recto ordine demonstratæ propositiones, prima immediate ex principijs, & cæteræ ex proxima præcedente: non fiet regressio a quinto ad quartam demonstrandam, & a quarta ad tertiam, & ita a principia ad prima demonstranda. Nam hoc modo ex posterioribus demonstrarentur priora: & fieret petitio principij, sed directæ procedendo ex quinta demonstraretur sexta & deinde septima. Motus autem circularis semper ad principium sui spatij reflectitur: igitur intellectio non est circulatio neq; intellectus/circulus. **Q**uinto. Intellectio maiorem habet cum quiete quam motus similitudinem: nam cum corpus ab exteris motibus quiescit, melius intelligimus. cum exteriores motus, interiores animi operationes intellectui per se & suapte natura competit. Et per statum, intellectus cum dignioribus nature entibus/superam mundanisq; conuenit. Motus uero per accidens & per alterum intellectui duntaxat congruit: scilicet per corpus cui coniunctus est, & per mo

tum assimilatur inferioribus ad imperfectionem labentibus. Quod autem per se est tale, est magis tale quam quod per accidens est tale. Argumentum huius rei præbent ebrii, ægrotantes, infantes & senes: qui ob internos motus uaporum cibi aut potus non sincere intelligunt. Si igitur intellectus a sibiue & sine quiete moueretur, motus esset ei uolentus, & sine naturæ disconueniens. Quod si quis dixerit intellectum sua essentia esse motum, in prædicta & magis absurda labitur inconuenientia. Nam insurgit difficultas quo intellectus intelliget mobilia: nam cum secundum Timæum simile simili cognoscatur & intellectus ponatur esse motus, uidetur solum motum & corpora mobilia debere intelligere, quod falsum est. ¶ Septimo. Plurimi asserunt conuenientius esse intellectui a corpore liberari. nam cum corpore ut uinculis clausus detineatur, & impediatur sepe numero a sua operatione: cum illo solutus fuerit, felicius uiuet, & liberius remoto obice intelliget. perinde atq; constrictus compedibus, illis remotis liberius ambulat/aut uelamine quod oculos obduxerat ab eis remoto: clarior fit uisio. Animam autem mundi & intellectum illum posuit Timæus perfectissimum, Maxime igitur deberet a corpore solui. Non itaq; recte posuit Timæus illum semper corpori coniungi: & nunquam a corporeis uinculis soluendum esse. Neq; rectam dedit causam cur cœlestia corpora circulariter moueantur, quod anima sit circulus. Quod si insitet, cum intellectus magnitudinem non habeat nullam: cur igitur uoluit cœlestes orbis in circulum. Respondetur idcirco id contingere, quia melius est sic quam aliter esse: & unumquodq; sit quamoptime fieri potest. Sed hæc consideratio Metaphysica est & huic proposito aliena. ¶ Octauo. Timæus dicit animam se corpori iungere: & eam mouere corpus, sed non diffinit neq; determinat quale corpus & quibus accidentibus temperamentisq; dispositum animam suscipere debeat: ac si sine aliqua differentia anima in quolibet corpore migrare posset. Et sic simile aliquid dixeret Pythagoricorum figmentis, qui dicunt quamlibet animam indifferenter quolibet corpore ingredi posse: & (ut Ouidius ultimo libro sue Metamorphoscos cecinit) animas morte quidem carere asserunt: & prioribus relictis corporibus in noua sese corpora recipere. perinde atq; priore domicilio relicto quis in alteram se clanculum transferret domum. Sed hanc animarum de corpore in corpus migrationem credere, simile est ac si quis credat artem fabrilem se transferre in fistulas: & artem sutoriam in aratra. Nam ut unaquæq; ars proprijs utitur instrumentis, & diuersarum artium diuersa sunt instrumenta, ita quoq; & anima omnis corpore utitur & partibus eius ut suarum operationum instrumentis. & diuersæ animæ utuntur diuersis: ut unius dispositio & temperamentum, non sit alteri cuiuslibet conueniens: sicut artis aliquod instrumentum, non est cuiuslibet conueniens arti. Et uniuscuiusq; animantis corpus debet esse illi omnibus qualitibusq; dispositum, propriam sibi determinat formam/que in eo corpore sic disposito, nata sit operationes illi rei naturali conuenientes exercere, quare non quolibet ex quolibet generari potest: neq; quolibet corrumpi in quolibet.

Ouidius.

¶ Quartæ capituli notæ.

¶ Sensoria organa, sensuum organa, ut oculus, ut auris.



Vartum caput continet tres conclusiones, quatuor rationes ad primam, duas ad secundam, & octo ad tertiam. ¶ Prima conclusio, anima non est (vt senserunt antiqui) harmonia. ¶ Fuit enim antiquorum compluribus vulgata & apprimè credibilis opinio/ nulla dictarum inferior: animam esse harmoniam/ & corporis ex contrariis compositi compositionem/ conmixtionem/ temperamentumq; contraria & aduersa (ne dissoluantur) concilians. Hanc enim compositionem/ compositionumq; proportionem: uocant harmoniam. Et hæc in communibus congressionibus communiter reprobata est opinio. Quæ quod iterum uera non sit ostendimus. ¶ Primo, quia harmonia/proportio quædam est eorum quæ sunt mixta: aut mixtorum compositio. Hoc ipsi concedunt. At anima/neque proportio neque compositio est. non est igitur harmonia. ¶ Secundo, harmoniæ non est mouere. Id autem animæ esse præcipuum consentiunt omnes. Non est igitur harmonia. ¶ Tertio, harmonia potius afferri debet de corporeis uirtutibus ut sanitate/pulchritudine/robore/quam de ipsa anima. Imo ipsi difficile aptari posse uidentur. Non est igitur statuenda harmonia. ¶ Quarto, harmoniæ duabus potissimum significationibus utimur. Prima magnitudinibus accommodata est: quæ ita connexæ sint ut nihil inter eas consimilis naturæ percipiatur: ad se in se inuicem mouendum/ & ad ceteras naturæ functiones exercendas optima proportione nexæ. Secunda dicta est compositorum adinuicem ratio & proportio. Sed animam ut sensitiuum/appetituum/intellectiuum/ nullus uocabit aptam adinuicem magnitudinum (eo qui dictus est modo) collocationem. Neque compositorum proportionem. Nam varia est in eodem elementorum/compositorumque proportio, ut alia est carnis/alta ossis/alta nerui. Erunt igitur in quolibet animato corpore plures animæ. Non est igitur anima/harmonia. Et ab Empedocle liceret inquirere (qui singulas corporis partes carnem/os/neruum: propriam mixtionem & proportionem habere ceter) an putet huiusmodi proportionem esse animam: si sic, plane fatetur eiusdem esse plures animas: & alio & alio tempore alias, si non, an sit omnium concordia: & utrum hæc etiam sit ratio: an a ratione & proportionem aliud: Et si non est proportio singulorum: cur anima dissoluta/talis dissoluitur proportio? & contra/cur proportione dissoluta dissoluatur anima? His dubitationibus uirgendus esset Empedocles. Sed satis dictum est animam non a se moueri/non in circulum/non esse harmoniam: sed eam eo (in quo continetur) moto corpore: secundum alterum & per accidens simul agitari. ¶ Secunda conclusio, non quia animam gaude re/tristari/confidere/timere/miscere/irasci/sentire/ & intelligere dicere consuetudinem traximus: animam idcirco oportet moueri. ¶ Primo. Et si gaudere/tristari/confidere/timere/misereri/irasci/ & sentire quodammodo motus concedantur: non tamen sunt in anima/ sed ab anima in corporeis organis suscepta: in hoc quod aliqua passiva sunt/aut mota aut alterata. ¶ Secundo, dicere animam irasci uel time-

re: perinde est atq; si quis dicat eam texere uel edificare. Et sane melius est hominem per animam tristari/gaudere/confidere/timere/irasci/misereri/ aut sentire: quia hi motus non in ea sunt. De intellectu autem secus uidetur: cum ita ut substantia quædam intus inesse uideatur: & non aboleri/aut corrumpi. curus intelligentia & contemplatio non uanescit/impeditur uel aliquo exteriore oblecto: sed interiore. Si corrumpatur/aboleretur/impeditur: hoc maxime fieret ab inualefcentia senectutis: in qua omnia sententia organa labefactari percipimus/raptiq; temporis edacitate. Id enim uitium in anima non fit. Si enim senex oculum haberet ut iuuenis/ utique uideret ut iuuenis, uicendi tamen operatio impeditur corpore & exteriore oblecto instrumento/ & corpore passio, quemadmodum temulentis & ægrotantibus accidit. quare intellectus incorruptibilis/impertibilis & aliquid diuinus esse uidetur, cuius intelligentia & contemplatio non nisi aliquo interiore oblecto aut indispósito impeditur. & de hoc alius futurus est sermo. ¶ Tertia, neque animam/numerum esse seipsum mouentem: recte a Xenocrate assertum sententia est. ¶ Primo, qui ita dicentem sequuntur omnia incommoda/quæ animam a se moueri sequuntur asserentes: & alia quædam peculiararia & propria: quod ipsam numerum esse asserat. ¶ Secundo, quia cum quicquid mouetur seipsum sit/ unitates autem impartibiles: quo pacto mouebunt seipsas? ¶ Tertio, dicunt punctum motu suo lineam consistere/ & lineam motu suo planum, quomodo ergo unitas motu suo non efficiat lineam? Quod si ita sit: positionem habebit/eritq; punctus. Est enim punctus: ut unitas positionem habens. ¶ Quarto, Subtracta numeri unitate alius relinquitur numerus. Subtracta autem parte: anima eadem/consimilitq; manet. Decisa enim pleraq; animalia/decisq; plantæ uiuunt. Non igitur anima numerus est. ¶ Quinto, nihil refert unitates/animæ constituere essentiam: & ut Democritus uolebat/Atomos, Si enim Democriti corpuscula ut puncta intelligas: quæ tamen molem relinquant & unitates molem/quid prohibet Atomorum Democriti partem esse mouentem & partem motam? Et in unitatum collectione aliquid quod moueat & aliquid quod moueatur: ut in nostra ipsa magnitudine: Et id quod mouebit non quidem se sed aliud: anima potius dicendum erit, Quod enim in animalis mouet: anima est/non id quod mouetur, quare neque id quod mouet & mouetur. ¶ Sexto, unitates animam constituentes differentiam habent: & quam habere possunt constituendo animam/nisi positionem habeant ut puncta? Et cum non constituent: positionem careant, & si duo puncta sunt simul: quare non infinita simul erunt? Indiuisibile subiectum obtinebunt? Quorum enim locus indiuisibilis: & ipsa indiuisibilia sunt. ¶ Septimo, si anima sit puncta: cum omne corpus puncta in se contineat infinita: cur non omne corpus habeat animam? ¶ Octauo, dicant quo pacto intelligant puncta separari posse: nisi lineam intelligant ex punctis abire compositam atque coalitam/ & in puncta diuidi, non erit itaq; anima numerus neq; puncta.

¶ Varti capituli prima conclusio. Anima non est harmonia ut dixerunt antiqui. ¶ Fuit enim antiquorum opinio non minus rem quam aliqua dictarum habens probabilitatem, quod anima esset harmonia, & corporis ex contrariis qualitibus compositi compositionem, contrarias qualitates ne ab inuicem corrumpantur uniens & coniungens. Qualitatum enim elementarium compositionem, & ipsarum compositarum proportionem: antiqui harmoniam nuncupabant. Et licet hæc in publicis literarijsq; disceptationibus improbata fuerit, tamen quod non sit uera adhuc ostenditur. ¶ Primo, quia harmonia secundum antiquorum confessionem diffinitur quod est proportio quædam eorum quæ sunt mixta in eodem/aut est mixtorum compositio. At anima non est mixtorum proportio: non enim est ad aliquid/neque compositio: nam principium est rei naturalis/ & idcirco ex alijs non est compositum, igitur anima non est harmonia. ¶ Secundo, harmonia non habet uim mouendi aliquam. At anima præcipuum habet mouendi uim: igitur anima non est harmonia. ¶ Tertio, harmonia potius attribui debet uirtutibus corporis/sanitati/pulchritudini/robore/quæ corpus perficiunt: & opus eius bonum reddunt. Consistunt enim hæc in debita qualitatum mediocritate & proportione. Animæ autem ratio, harmoniæ omnino est disconueniens: igitur anima non est ponenda esse harmonia. ¶ Quarto, Dæ sunt harmoniæ acceptiones quibus potissimum utimur. Prima est magnitudinum connectio quæ ita coniuncta sunt ut nihil consimilis naturæ inter eas percipiatur: ad exercendas naturæ operationes aptæ & idoneæ, qualis est membrorum in corporibus animalium naturalis colligatio: ubi unumquodq; alteri est proximum & ad proprias operationes faciendas bene dispositum. Secundo, harmonia est multorum ad inuicem mixtorum ratio & proportio, ut colorum in pictura, sonorum in cythara, odorum in pigmentis, & saporum in condimentis. At anima non est apta ad inuicem magnitudinum connectio, quia nullam habet magnitudinem per se: neque est multorum ad inuicem compositorum proportio. Nam in eodem composito diuersa est in diuersis membris elementarium qualitatum proportio: ut alia est carnis, alia ossis, & alia nerui. Si igitur singulorum membrorum proportio sit anima, erunt in eodem animato plures animæ, quod est impossibile, igitur anima nullo modo est harmonia. Et cum Empedocles posuerit singulas corporis partes propriam habere proportionem, querendum esset ab eo utrum putet propriam singulorum membrorum proportionem esse animam. Quod si sic: plures eiusdem rei animæ simul erunt, & diuerso tempore diuersæ erunt animæ, nam diuersa est proportio eiusdem membri in iuene & in scne. Si uero anima non sit propria singulorum membrorum proportio: querendum est an anima sit omnium proportionum concordia, & utrum huiusmodi omnium concordia etiam sit proportio, an aliud a ratione & proportione. Similiter si anima non est propria singulorum proportio, querendum esset ab Empedocle quare anima dissoluta statim dissoluitur proportio, & diuerso cur deperditur proportione, querendum esset ab Empedocle quare anima dissoluta statim dissoluitur proportio, & diuerso cur deperditur proportione, querendum est id euenire non quia anima sit proportio, sed quia anima huiusmodi compositionem seruauit in corpore, modo deperdito conseruante: & id quod conseruatur deperditur necesse est. Similiter proportio illa qualitatum est causa necessaria formæ substantialis existentis in corpore: modo non existente causa

necessaria, effectum non esse est necesse. Sed iam satis dictum est animam non moueri a se, neque esse circum, neque harmoniam, sed per accidens & per alterum moueri, scilicet ad motum corporis quo continetur. **¶** Secunda conclusio. Quamuis ex loquendi consuetudine dicamus animam gaudere, trisitari, confidere, & ceteris animi passionibus affici: non tamen idcirco oportet animam moueri. **¶** Si quidem uerba gaudere, trisitari, denotent gaudium efficere aut tristitiam, recte dicimus animam gaudere & trisitari sicut solem calefacere. Si uero passionis habeant rationem, & significant gaudium in se aut tristitiam suscipere, non recte dicimus animam, aut gaudere, aut trisitari, quia in se non habet gaudium neque tristitiam: sicut nec recte dicimus solem esse calidum cum non habeat in se caliditatem. Quia tamen passionis potius quam actionis rationem important, non est ea loquendi consuetudo qua dicimus animam gaudere aut trisitari secundum ueritatem physicam probanda. **¶** Patet conclusio primo, quia licet praedicte animi affectiones concedantur aliquo modo esse motus & alterationes: quod ab eis corpus etiam sensibiliter permouetur, tamen illi motus non sunt in anima ut subiecto: sed ab anima ut efficiente in corporeis organis ut subiectis suscipiuntur: cum huiusmodi organa aliquid passa fuerint aut alterata, ergo non idcirco anima dicenda est moueri, sicut nec sol ob id quod calorem producit dicendus est calefieri. **¶** Secundo. Sicut se habet anima ad texere & edificare: ita ad efficere iram aut tristitiam. Sicut enim anima per habitum texendi facit extra se texturam, & per habitum edificandi edificationem, ita anima efficit iram extra se in organo corporeo, & similiter tristitiam. Sed si animalia dicatur texere aut edificare, non idcirco moueri dicatur: igitur neque si iram efficiat aut tristitiam. Etiam & in eo est similitudo quod non proprie loquimur dicentes animam texere aut edificare, sed potius dicendum est hominem per animam texere aut edificare. igitur neque concedendum est proprie animam gaudere aut irasci: sed potius dicendum est hominem per animam gaudere aut irasci, quia huiusmodi passionum motus non sunt in anima, & tamen prior loquendi modus significat eos esse in anima. **¶** De intellectu autem aliud ferendum est iudicium, cum intellectus substantia quaedam sit in corpore existens, nec morte abolibilis, nec corporis solutione corruptibilis. cuius quidem operatio scilicet intellectio & potissimum contemplatio non uanescit aut deficit: imo deficientibus ceteris naturae operationibus ipsa fit ualentior: neque impeditur aliquo exteriori organo laeso, ut oculo aut auro: sed solum interiore subiecto scilicet intellectu possibili laeso, qui intellectuum subiectum est ut pupilla uisionum. Et sicut pupilla aliqua bonam habet naturam ad uidentium dispositionem alia uero malam: ita & intellectus potentia ad intelligendum. Et quemadmodum bona oculi dispositio potest deperdi per uitam incontinentiam & mala emendari per diligentem curam: ita & naturalis potentia siue ingeniositas per ignauitiam deperdit, & obtusitas siue hebetudo per studij uigilantiam emoliri potest. Si enim contemplatio impediretur aut inueneret, id maxime uideretur fieri ab edacitate temporis omnia quae tempore rapiuntur, continua successione conuenientis, ut in senio, tunc enim omnia naturae opera debilitantur & sensuum organa languescunt. Si enim senex oculum haberet consimiliter dispositum ut iuuenis, uideret omnino consimiliter ut iuuenis. Nam consimiliter existente causa, consimilis est effectus. At senex non uidet usque adeo perfecte ut iuuenis, nam uidendi uis in eo debilitata est, non igitur oculum habet ita dispositum ut iuuenis, sed iam acuminis uisus deficienter obtusum & hebetatum. Etiam uidendi operatio impeditur corporeo organo & exteriori instrumento scilicet oculo laeso: ut eorum & egroti ostendunt. Tale autem uitium in intellectu non enenit, nempe eius operatio cum tempore non deficit: quando quidem operationes eius, & operationum instrumenta scilicet habitus sunt supra tempus. Neque impeditur contemplatio per lesionem exterioris partis corporis: igitur intellectus incorruptibilis est & impassibilis ad aliquod diuinius his potentis quae in corpore operationem habent, & cum corpore deficient. Sed de his postea futurus est exactior in tercio de anima sermo. **¶** Tertia conclusio. Neque sciendum est animam esse numerum seipsum mouentem, ut posuit Xenocrates. **¶** Primo, quia quaecumque inueniuntur, & insuper quaedam propria & specialia, quia ponat animam esse numerum, quod perinde est atque diceret lineam uel nam mensurantem esse suam magnitudinem: igitur huiusmodi assertio non est conueniens. **¶** Secundo, quicquid mouetur, est diuisibile, unitates autem sunt (ut ponit Arithmeticus) indiuisibiles: igitur unitates non mouebunt seipsas. Dissinitur enim unitas quod sit numeri extremum secundum quantitatem indiuisibile. **¶** Tertio, dicunt qui ita sentiunt punctum suo motu componere lineam, & lineam itidem suo motu componere superficiem. Unitas autem, aeque ac punctus, indiuisibilis est: eadem igitur, & ariarum ratione unitas si moueatur, suo motu componit lineam. Quare unitas positionem habebit in continuo: critque, terminis continuu, quare erit punctus, & animam ex unitatibus componi crit eam componi ex punctis. Non enim differit unitas a puncto nisi quod punctus habet positionem. Ablata igitur illa differentia, si etiam unitas probetur habere positionem: consequens est quod sit punctus. Est enim punctus & unitas positionem habens, & unitas ut punctus non habens positionem. **¶** Quarto, si numero dematur unitas, continuo altera sit numeri species, similiter & si addatur, ut denario si subtrahatur unitas, fit nouenarius: altera numeri species. & si eidem addatur unitas, fit undenarius alter numerus. At subtrahata parte animae cum parte corporis, eiusdem naturae residua est anima: ut si canis absindatur auris. Sicut & addita per nutritionem animae parte, manet eadem anima. Nonnulla enim animalia in plures partes dissecta uiuant: ut colubri, muscae: sic & plantae decies & alio translate uegetant, & radicem frondeque produciunt: igitur anima non est numerus. **¶** Quinto, idem est iudicium quod unitates constituant animae essentiam: & quod atomi Democriti illius substantiam componant. Nam si Democriti corpuscula ut puncta intelligantur, sua compositione magnitudinem relinquunt, & unitates cum aggregantur itidem intelligantur magnitudinem componere, nihil prohibet corpusculorum Democriti partem esse mouentem & partem motam, quare etiam in unitatum ad numerum collectione nihil uetabit esse aliquid quod moueat & aliquid quod moueatur: sicut in nostra mole corporea. Id autem quod solum mouet non se sed alterum: potius dicendum erit esse anima, quam id quod mouetur. Est enim mouere, animae proprium: cum in animali id quod mouet animal/dicatur anima, & non corpus quod mouetur. Igitur id quod mouetur non est dicendum esse anima: quare neque id quod mouet & mouetur, non est igitur anima numerus seipsum mouens. **¶** Sexto, unitates animam constituentes, differentiam habent adinuicem. Sed non possunt adinuicem differentiam habere, nisi habeant positionem sicut puncta: igitur unitates cum animam constituunt, habent positionem: & cum non constituunt, non habent positionem. Nunc igitur habent unitates positionem,

nunc uero non habent: quod est inconueniens. Et si duo puncta possunt esse simul sine continui interceptione: eadem ratione & tria, & quatuor, imo & infinita, quae cum sint indiuisibilia, habebunt & subiectum indiuisibile. Quorum enim subiectum diuisibile, & ipsa sunt diuisibilia: igitur ex opposito si ea quae in sunt subiecto sunt indiuisibilia: & eorum subiectum erit indiuisibile. **¶** Septimo. Omne corpus puncta in se continet, etiam infinita potentia. Si igitur anima sit puncta, omne corpus habebit animam, hoc autem est falsum: igitur & id ex quo sequitur. **¶** Octauo. Non possunt qui ita opinantur dicere quomodo puncta separari possunt: nisi lineam intelligant ex punctis esse compositam, & in puncta diuidi. Id autem est ostensum impossibile in physicis: igitur & id ex quo inferitur. Non est igitur anima neque numerus, neque puncta, quod est propositum.

¶ Quinti capitis nota.

¶ Mens, intellectus. ¶ Moueri, moueri a se de loco ad locum.



23

24

25

Vintum caput continet quatuor conclusiones, duas rationes ad primam, & octo ad secundam, unam quaestionem post quartam: Tamen responsionem & eius improbationem. **¶** Prima conclusio. Anima non est incorporea eo quo existimat modo, quod sit ex corporeo & quidem subtilissimo: quod incorporeum appellant. **¶** Primo, quia pluraque allata huic positioni accidunt incommoda: & quaedam alia specialiora. Nam cum anima in toto sentiente corpore sit si anima sit corpus: duo corpora simul erunt atque se occupabunt. Sed esto dicas eam esse ex numeris & punctis. Simul cum uno numero multi erunt numeri: & cum uno puncto simul multa puncta: ut totum corpus animam habeat, nisi dixeris aliquem alium iterum superuenire numerum. **¶** Secundo, quia neque hi neque qui animam ponunt esse numerum: non modo animam non ita posse diffinire uidentur, sed nec eius accidentia assignare. Quomodo enim ex his cogitationes/sensus/voluptates/dolores & cetera talia fieri assignabunt: non facile est modos commentari & fingere. **¶** Secunda, non opus est animam ex elementis constare: quo singulis singula cognoscat. **¶** Arbitrantur enim hi res non nisi a similibus rebus cognosci/quare anima ex ipsis rebus constituta sit oportet. Id ita non esse ostenditur. **¶** Primo, quia non solum sunt elementa: sed alia quamplurima & pene numero infinita. Si igitur ex solis sit elementis: quoniam pacto deum cognoscat quo hominem/carnem/ossa: non enim haec sunt elementa: sed ex quadam elementorum adinuicem proportione (ut cecinit Empedocles) nascuntur: ut ita de ossibus. Sumpit aequae partes duplices/tot & aeris: igitur Quatuor: ex octo tellus, hinc ossa dat alba. Nihil igitur proderit elementa esse in anima: nisi & ipsae compositiones/recurus proportionales assint. quare si cognoscat os/hominem/lapidem/bonum/non bonum: & os & homo & lapis & bonum & non bonum erunt in anima: quae quam sint impossibilia/dico non est opus. **¶** Secundo, cum ea quae sunt: haec secundum substantiam dicantur: haec secundum quantitatem: hae secundum qualitatem: & ita de ceteris praedicamentis: an elementa solarum sint substantiarum. Sed dicant tunc quomodo cognoscat substantiam/substantiamque compleat atque constituat: An erunt elementa substantis & accidentibus communia: & id quidem per seipsum statim impossibile videtur: anima enim substantia est, & ex principis quantitatis nascetur quantitas: & non substantia: & ex principis qualitatis/qualitas. **¶** Tertio, quia absurdum est simile cognoscere suum simile: & sentire suum simile: & tamen simile non pati a simili ut volunt. Est enim sentire pati: & cognoscere similiter. **¶** Quarto, Empedocles sententia est corporeis elementis: animam elementorum similia deprehendere. Atqui animalium partes quae simpliciter terree sunt: ut ossa/pilinerui: nihil omnino sentiunt, si tamen vera esset Empedocles sententia: sentire deberent. **¶** Quinto, uicinisque principio maior erit igitur ratio quam cognitio. Nam unum solum (ut simile) cognoscat/cetera omnia ignorabit. **¶** Sexto, Empedocles deum omnium ignorantissimum facit. Nam solus discordiam non cognoscat/quam cetera etiam cognoscent, cum ex omnibus consent. Inquit enim deum (quem Sphaerum vocat) ex quatuor elementorum commixtione: sola conueniente concordia prodidisse. **¶** Septimo, dicat Empedocles quomodo omnia/animata non sint: cum omnia: aut omnibus aut uno (ut uult) consent elemento. Quod cumque igitur aut omnia/aut plura/aut unum cognoscere necesse esset. **¶** Octauo, praeclearius id est quod continet quam id quod continetur ac spargitur, elementa autem potius contineri uidentur: & conditionem sequi materiam. Quicquam igitur clarius existimare oportet animam: quae ut domina/ut rectoris/ut temperatrix/dominetur. Et potissimum ipsam mentem longe diuiniorem: & natura dominatricem esse: & elementis priorem, non autem ipsa elementa (ut contendunt) esse omnium prima. **¶** Tertia, nullus antiquorum adhuc de tota anima attigit. **¶** Nam qui per motum eam diffinierunt: non plane attigerunt. Sunt enim pluraque animalia quae sic sunt suae sedis mixta/atque cohaerentia: ut se nunquam alio transferant. Haec autem vim motuam habent: cuius quidem usum nunquam exercent. Itidem & plantae. Neque qui per sensum. Nam plantae ut stirpes uiuere conceduntur: sensuum tamen expertes sunt. Neque qui per sensum & intellectum. Nam non modo stirpes & plantas: sed & animalium multa/intellectus ratio: nullusque cognoscimus expertia. Neque propter eadem: qui per sensum & motum. Falsum & item id est quod

de carminibus depromunt Orpheum animam spiritalem: vento ferri/anhelitusq; attrahi. Nam id plantis/ id animalium multis conuenire non potest. Non enim plantę & animalia respirant omnia. Et qui eam constitutam ex elementis esse volunt: non ex omnibus esse compositam tenere necesse est. Nam sufficeret altera contrarietas & ad se & ad suum pernoscendum contrarium. Est enim rectum/ & suu & obliqui iudex & regula: obliquum vero: neq; recti neq; sui met iudex est. **Quarta**. sententia eorū minime probanda videtur: qui animam toto perfusam/permixtamq; vniuerso censuerunt. **Hac** de causa Thales moueri potuit: vt omnia plena diis assereret. Sed id non videtur. Nam qua ratione igni perfusa & aeri: animal non efficiat: cum simpliciorum corporum perfectiores putent animas. perfusa autem confusis & mixtis corporibus animal efficiat. vtrum voluerint concedant: ignem & aerem animata esse/ id sane sine ratione dictum apparebit. aut ignem & aerem non esse animata: & tunc quoq; quę animam habebunt non erunt animata. Et false innitebantur rationi quod (quia quęlibet animalis pars eadem specie existit) pars igitur aeris/ pars aquę/ animal constituens: animata hac ratione sit. quare & aerem & aqua: eadem anima perfusam & animatam esse necesse est. Ita certe dicentes plures faciunt nostris elementorū animas. vt inmortales/ in dissolubilesq; nostras autem dissolubiles. **Questio**. cum animal vegetet/ nutritur/ in dolescat/ minuat: cum sentiat/ audiat/ videat/ olfaciat/ gustet & tagat: cum appetat/ gaudeat/ tristetur/ in fescat/ irascatur/ confidat/ metuat/ amet/ odiat: secundum locum se agitet/ serpat/ natet/ obambulet/ se in aera volatu suscollat: cum contempletur/ intelligat/ componat/ diuidat/ ratiocinetur: an omnia hęc a tota proficiantur anima: an a diuersis: an hęc ab vna parte/ hęc ab altera/ illa vero iterum ab alia: Responderunt aliqui plane alio vegetare/ alio sentire/ alio appetere/ alio mouere/ alio deniq; contentari ac intelligere. Sed quomodo: si plures sint animę/ si sint dissectę: eas sustineri/ contineriq; (ne se dissocient/ ne effluant) oportet. Id enim corpus efficere non potest. quin potius animę officium est (ne concidat/ ne defluat) continere. egebit igitur altero cōtinente: quod (quicquid id fuerit) verius animā dicere licebit. Et de illo continente iterum licet inquirere: an seētum/ an diuisum sit: quod si sic. egebit iterum altero continente/ & hoc abibit in infinitum: aut tandem dabitur vnum/ quod verius naturam imitabitur animę. **Secundo**. si tota anima totum corpus cōtinet: si partes habeat discretas/ diuisasq; & pars partem continebit. Sed quam obsecro potius continebit intellectus. eis nō liceat fingere. **Tertio**. defectę plantę ostendunt/ per totum eandem animam inesse: & consimili vta partes viuere/ similesq; virtutem habere. si surculum/ si ramum iterum terra obrueris: alimentum sumit. Radicem/ instrumentū attrahendū: aptius sibi format ac aggenerat. Itā potentia animalis in animali non separantur: vt sensitiuum a vegetatiuo. vegetatrix vero & plantis & animalibus communis inuenitur: in plantis a sensitua scētum/ sed in animali (vt dictum est) nunquam.

Primi de Anima Aristotelis finis.

Quinti capitis prima conclusio. Anima non est incorporea sicut posuerunt antiqui: quia sit composita ex corporeo usq; adeo subtili ut incorporei nomen habeat. **Primo**. quia multa inconuenientia prius contra alias opiniones adducta/ etiam sequuntur ad hanc positionem: insuper & alia noua contra hanc asseruntur incommoda. Nam cum anima sit in toto corpore/ ut nulla sit corporis pars animę expers: si anima sit corpus/ duo corpora simul erunt & se simul occupabunt: quod philosophię principijs repugnat. Quod si quis dicat eam ex numeris & punctis componi: igitur ut totum corpus anima participet. cum uno numero multi erunt numeri & cum uno puncto simul multa puncta: quod est manifestum inconueniens. nisi quis dixerit alium præter numeros particulares toti corpori aduenire numerum: quod alterum est inconueniens. **Secundo**. quia neq; qui ponunt animam esse quiddam incorporeum. neq; qui asserunt eam esse numerum: possunt recte animam diffinire/ neq; propria eius opera & accidentia & quomodo fiant determinare. Non enim assignare possunt quomodo ex incorporeo aut numeris fiant cogitationes/ sensus perceptiones. uoluptates. dolores. & cetera consimilia: neq; facile modum quo ista saluentur excogitare possunt. **Secunda** conclusio. Non oportet animam ex elementis componi: ut ex omnium rerū principijs constituta. omnia cognoscat. Credunt enim qui id asserunt. rem non nisi a simili cognosci posse. quare ut anima res omnes cognoscat. eam ex illarum principijs (inquinum) componi esse necesse. Sed hoc falsum esse ostenditur. **Primo**. quia non solum in tota nature vniuersitate sunt elementa. sed & alia ut mixta imperfecta. mineralia. uegetabilia. animalia. celi. intelligentię. ergo si anima ex solis componitur elementis. & non possit cognoscere nisi similia: sola igitur elementa cognoscat. igitur deum. hominem. os. carnem. neruum non cognoscat. cum non sint elementa. sed secundum Empedoclis sententiam ex elementorum proportione constituta. Inquit enim Empedocles in ossis compositione duas aquę partes esse sumptas. totidem aeris. quatuor ignis. & octo terrę. Et ob hanc causam dixit ossa esse alba. quare nihil conferet elementa esse in anima ut omnia cognoscat: nisi & ipse qualitatum elementarium proportiones sint in anima. Quare si cognoscat os: & os erit in anima/ & si hominem. homo erit in anima/ & si lapidem. lapis in anima secundum substantiā erit/ ut simile suum simile cognoscat. & si cognoscat bonum & non bonum: simul in anima erunt bonum & non bonum. quę manifeste sunt impossibilia. **Secundo**. eorum quę sunt/ quoddam est substantia. quoddam quantitas/ & quoddam qualitas/ & ita de ceteris. Vel igitur elementa ex quibus anima componitur sunt solum substantię. & tunc accidentia cognoscere anima nō posset. cum non sint substantię similia. Vel elementa ex quibus coalescit anima sunt solum accidentia. & tunc substantias cognoscere non poterit. ut quę sint accidentibus omnino dissimiles. Vel elementa animę sunt substantię & accidentibus communia: sed hoc non quia cum anima substantia est. solum ex substantijs componitur. Ex non substantijs enim non fit substantia. sed ex solis substantijs substantia componitur. sicut ex quantitate quantitas. & ex qualitate qualitas. non igitur ex elementis quę substantię sunt & accidentia. componitur anima. **Tertio**. quia dicunt simile cognoscere & etiam sentire suum simile. & tamē non concedunt

simile pati a simili: quorum unum alteri repugnat. Nam cognoscere est pati & cognitionem in se recipere. similiter & sentire est pati: cum sit obiecti sensibilis speciem in se recipere. quare si simile cognoscat aut sentit suum simile: simile patitur a simili. & ex opposito si simile non patitur a simili: nec simile sentit aut cognoscat suum simile. **Quarto**. secundum Empedoclis sententiam anima cognoscat in ceteris rebus. similia elementis per elementa propria & sibi intrinseca: ut per suam ignem cognoscat ignea/ & per aerem aerea/ per aquam aquea/ & per terram terrea. igitur ossa. pili. & nerui in quibus est terrę dominium & excellentia: leberent saltem terrea sentire. At nihil omnino sentiunt: igitur neq; Empedoclis sententia est uera. **Quinto**. unūquodq; principium ex quo componitur anima plus ignorabit quam cognoscat. Nam unūquodq; elementorum solum cognoscat elementum sibi specie simile: & alia tria ignorabit cum sint ei dissimilia. ut ignis solum cognoscat ignea: & ignorabit aerea. aqua. & terrea. sic aer solum aerea cognoscat. & aqua/ aquea. Quare anima erit ex ignorantibus composita. & idcirco censenda ignorator. **Sexto**. Empedocles deum dicit ex quatuor elementis adueniente concordia esse compositum. sed non concurrente discordia. igitur deus solum quatuor elementa & eis similia. concordiamq; cognoscat. & non discordiam: cum dissimile a dissimili minime cognoscat. Cetera autē a deo ex quatuor elementis & efficientibus lite & amicitia composita ponit Empedocles: igitur illa cognoscat quatuor elementa. discordiam. & concordiam. igitur ceterę res omnia cognoscat quę deus cognoscat: & insuper alia quę deo sunt incognita. igitur deus omnium rerum est ignorantissimus. **Septimo**. Quęcumq; ex his ex quibus anima componitur. constant: animata esse necesse est. At omnia ex consimilibus constant: nam aut ex uno. aut pluribus. aut omnibus constant elementis. omnia igitur erunt animata. Et quę ex uno componuntur elemento. unum cognoscent. quę ex duobus: duo. quę ex tribus: tria. & quę ex omnibus (sue uegetabilia sint sue mineralia) omnia cognoscent: quod manifestum est inconueniens. **Octauo**. Quod continet. præclarior est quam id quod continetur. Est enim contineri. materię continere uero formę. At elementa solum continentur in composito a forma substantiali & ab illa conseruantur: quare materię naturam. conditionemq; sequuntur. Anima igitur aliquid elementis præstantius esse existimanda est: quę ea continet. regit. temperat. & dominatur. Et potissimum mens longe est diuinius. & natura præstantior elementis: neq; putanda sit elementa esse omnium prima. **Tertio** conclusio. Nullus antiquorum completam de anima determinationem fecit. **Nam** qui eam per motum cognoscendam tradiderunt. non perfectam de ea cognitionem dederunt. cum multa sint animalia ita natura proprio loco affixa. ut inde diuelli non possint. igitur ipsa nullam mouendū uim participant. Et qui per sensum eam ab inanimatorum formis separauerunt: non plene de ea determinauerunt. Nam plantę & arbores uiuunt. nullam tamen sentiendi potentiam retinet. quare anima pluribus conuenit quam sensus. Ita qui per sensum & intellectum eam a ceteris secreuerunt. exactam & amplam satis de ea mentionem non fecerunt. Nam & plantis & animalibus brutijs. rationisq; expertibus intellectus non conuenit: igitur ipsis non conuenit sensus & intellectus. & tamen illis adest anima. Eadem ratione qui per sensum & motum eius naturam explorauerunt: non sufficienter de ea locuti sunt. cum multa sint uiuentia & sensus & motus immunia. Id etiam falsum est quod de carminibus Orphei sumunt/ anima esse spiritum & anhelitu attrahi. Nam multa sunt uiuentia ut plantę & animalia in aquis degentia. quę non respirant. Et qui dicunt eam ex elementis consisti. nō esse eam sustinere compositam ex omnibus elementis. Nam elementorū contrariorum unumquodq; scilicet est in affirmatione. sufficit & ad se cognoscendum. & ad suum contrarium quod est in negatione etiā dinoscendum. ut ignis ad cognoscendum se & aquam/ & aer ad se cognoscendum & terrā. quare sufficeret animam componi ex igne & aere/ ut aquam & terram cognoscat. Est enim rectū ut linea. & sui & obliqui iudex. Obliqui uero neq; sui est iudex neq; recti. **Quarta** conclusio. Non illis assentiondū est qui animam toto perfusam uniuerso posuerunt: quā mundi animam uocant. **Hanc** sane ob causam Thales fortasse moueri potuit. ut omnia suis esse plena diceret & assereret. Sed eius assertio uera non uidetur. Nam simpliciorum corporum/ secundum eorū sententiam perfectiores sunt animę. Ignis autē & aer simpliciora sunt corpora quā ea quę ex elementis sunt mixta. igitur ignis & aer perfectiores sunt animę. At anima perfusa corporibus mixtis ut materię animalium/ efficit animal: igitur eadem perfusa igni & aeri efficit animal: quod manifestū est inconueniens. Sed utrius horum quod uoluerint concedant. scilicet ignem & aerem esse animata. aut nō esse animata. incidunt in manifestum inconueniens. Si enim primū dixerint. cogentur admittere rem animā alioi adesse. cui tamen nullę conueniunt operationes. animę. Sane ignis neq; nutritur. nec augetur. minuitur. aut suū generat simile. Quod si dixerint secundū: cum anima toto sit perfusa uniuerso. necesse est cā igni & aeri esse perfusam: quare ignis & aer habebunt animam. & tamen ex hypothesi non sunt animata. igitur aliquid habens animam nō erit animatū. quod est impossibile. Ratio autē corū qui innitebantur erat hæc. Quęlibet pars animalis (cum sit eadem specie) est animata. At pars aeris animal constituens est pars animalis. igitur pars aeris animal constituens est animata. At pars aeris animal constituens. cū altera quęcumq; aeris parte quę sit extra animal. est eiusdem speciei: cum aer sit homiomerū. igitur quęlibet pars aeris est animata. Et ita de aqua ducunt argumentū. & maioris excellentię dignitatisq; esse putant animas elementorum quam animalium. Nam elementorum animas putant esse incorruptibiles & inmortales: animalij autē mortales & dissolubiles. Modo inmortale longe præstantius est mortali & corruptibili. **Questio**. Cū animal cuiuslibet potentię operationes exerceat & ueget. sentiat. appetat. moueatur. intelligat: an ille operationes ab una & eadem proficiantur. & tota quidē anima. uel a diuersis specie animabus. Vel aliquę opera ab una sunt animę parte. aliqua ab altera. alia uero ab altera. **Respondendū** est prædictas operationes fieri a tota anima: quę solum una est & non multę specie diuerse. Aliquę tamen sunt ab ea secundum se totam: ut nutritio. auditio. diminutio. tactio. Alię uero secundum diuersas eius partes: ut uisio. auditio. olfactio. **Dixerunt** autē antiqui ab alia anima fieri uegetationem. ab altera specie diuersa sensationem. ab alia appetitionem & ab alia motionem. deniq; & ab alia intellectionem. **Sed** eorum dictum non uidetur esse rationabile. Nam si plures sint animę ab inuicem diuise & separate. eas ab aliquo contineri ne se dissocient necesse est: uel duo asseres clauo coniunguntur. Sed non possunt a seipsis contineri: quia nihil sui ipsius est continens. neq; a corpore: nam materię proprium est contineri: continere uero formę. igitur altero a seipsis & corpore. egebit continente: quod uerius anima dicendum est. Et de illo continente iterum queritur. an sit separatum & diuisum. & si sic: in diuisum altero continente/ & hoc procedet in infinitum. aut tandem dabitur aliquod unum. quod propinquius & potius animę naturam ha-

beat. **¶**Secundo. Si tota anima continet totum corpus, & anima partes habeat diuisas, & pars animae partem corporis continebit. At intellectus est pars animae, igitur intellectus aliquam partem corporis sibi propriam continebit. At non est aliqua pars corporis addita intellectui: igitur. **¶**Tertio. Planta decise manifestant eandem animae uirtutem in qualibet parte plantae adese. Nam si ramus deflexus terrae imponatur, radicem sibi producit, alitur, augetur, & suu generat simile, sicut tota planta. Cum igitur consimiles fiant operationes, & eadem est in illis uirtus & anima. Sic & uirtutes animalis non separantur in animalibus sensituum non separatur a uergetatio. Sola autem uis uegetatiua, animalibus & plantis communis est, in plantis a sensitua seuncta: in animali uero minime: ut prius dictum est.

¶Commentarij in primum de Anima Aristotelis, finis.

¶Primi capitis secundi de Anima notae.

¶In potentia, in materia. **¶**Totus sensus, tota sentiendi potentia. **¶**Pars sensus, particularis sensus: ut uisus, ut auditus.



Secundus liber de anima quattuordecim capita continet. Primum sex diuisiones, tres conclusiones. Animae definitionem: eius declarationem: & duo correlaria post tertiam conclusionem. **¶**Prima diuisio. Eorum quae sunt: hoc substantia est illud accidens. **¶**Secunda, substantiarum: hoc materia est: hoc species & forma: illud uero tertium ex utrisque compositum. Et materia est potentia. Forma autem/actus & perfectio: per quam est hoc aliquid. Compositum uero ex his conflatum/hoc aliquid est. **¶**Tertia, duplex est actus: hic primus/ille uero secundus, quemadmodum scientia & considerare. **¶**Quarta, substantiarum hae sunt corpora: quae (& praecipue naturalia, ut sunt ignis/aer/aqua/terra & ex his composita) substantias nuncupamus. De talibus enim nostra determinatio est. Hae autem corpora non sunt. **¶**Quinta, corporum hae sunt naturalia/& hae artificialia: quibus naturalia principium praestant. **¶**Sexta, corporum naturalium hae uita participant/illa uero uita sunt expertia. Dicimus enim ea uita habere: quae per se ipsa alimentum suscipiunt/nutriuntur/augeantur/minuuntur. Unde fit ut omne corpus naturale uita particeps: substantia sit/& quidem composita. **¶**Prima conclusio. Animal substantialis actus est corporis: in potentia uita participantis. **¶**Nam anima/corpus huiusmodi uita participans non est: tale enim corpus in subiecto non est: anima autem in subiecto est. neque subiectum ipsum: id enim materia est. Et anima substantia est: & nullorum nisi uita participantium corporum. Est igitur anima/substantialis actus corporis: in potentia uita participantis. Nihil enim aliud quod ipsa esse possit/relictum est. **¶**Secunda, anima est actus primus. **¶**Nam cum duplex sit actus: hic ut scientia/hic ut consideratio: anima actus ut scientia est, quia sicut scientia se habet ad considerare: ita anima ad corporis uiuentis operationes, ut enim scientiam habens nunc considerat/nunc uero non: habitum tamen habet. ita animam habens: nunc uigilat/ceteras operationes exercens/nunc uero suppressente somno cessans a sensu & motu: animam habet ut habitum. Atqui scientia prior est & praecipue considerare. **¶**Tertia, corpus/animae moderamen suscipere idoneum: organicum est. **¶**Nam anima actus primus est & substantialis: corporis/in potentia uita participantis. Omne autem tale/organicum est: quod plane in animalibus licet intueri, ut os ad accipiendum cibum/uenas ad deferendum/ossa ad sustinendum & fulciendum corpus. Idem fructibus & plantis euenit. Radix enim in ipsis ut os habetur. Attrahit enim utrumque/alimentum. Fibrae per totum porrectae: ut animalium uenae, lignum/ut ossa, folia sunt in testicularum/folliculorumque fructuum cooperimentum, folliculi uero: in ipsius operimentum fructus. est igitur corpus animae moderandum: organicum. **¶**Animae definitio. Ex his licebit hanc communem animae definitionem elicere. Anima est primus/substantialis actus: naturalis/organici corporis: in potentia uita participantis. **¶**Neque quarendum est cur anima & corpus simul: unum sint. ut neque cur figura & cetera/unum sint. Et uniuersaliter cur materia & quae materiae adueniunt. Et cum unum & ens dicatur multipliciter: unum & ens actus principalissimum est. Et dictum est actus substantialis. Nam si dolabra animal esset: species & ratio a qua dolabra nominatur/esseque accipit: actus eius esset & substantia, qua non existens: non amplius esset dolabra: nisi nomine tantum & equiuoce. Est enim anima/talis actus naturalis corporis: eam in seipso habentis: sui motus & status principium. Itidem si oculus animal esset: anima utique uisus esset & uisus eius actus & substantia. quo quidem absente actu: non amplius esset oculus/nisi equiuoce, ut lapideus aut pictus. Ut igitur de parte ut oculo conciperes: ita quoque de toto animali concipito. ut enim pars sensus ad partem: & totus sensus ad totum sentiens proportionem habet. Et sicut uisus & pupilla/illuc sunt oculis: ita hic anima & corpus/animal, & omnibus ad suas functiones organicas utitur anima. **¶**Primum correlarium. Ex his manifestum esse potest: animam actum/perfectionemque non esse feminis neque caeteris. **¶**Nam hoc uiuere desit: illud uero nondum uiuit/nondumque formatum organice. **¶**Quamuis enim semen/organicum sit potentia/uitamque potens accipere: nondum tamen organicum est/in potentia

ua uita ut nutritione/in dolorescencia/diminutione habes: quae oportet omne uiuens habere. Sicut enim forma ferris/incisio est actus: & non inexcisus & nondum formati ferris/& uisio formati oculi: ita uita non huius est quod nondum uiuit/sed in potentia uita in actu habetis. **¶**Secundum. Ex his ite non est obscurum percipere totam animam non esse a corpore seunctam/ neque partes: si ea diuisa concedamus/& cuius partes corporis partes actus scamus (quae admodum uisus/oculo) earum actus perfectionesque, quae quidem tota corporis forma ita sese habere corpori uideat: ut figura ferris/& uisus pupillae. Non tamen ita de omni parte sentire necesse erit. Nihil enim prohibere uidebitur: quando esse absolutam/separatamque: & quae neque toti corpori/ neque parti addita sit ut actus & perfectio: qualis mens & intellectus esse uidentur. Nondum tamen id a nobis discussum est: an eius uita sit humani corporis perfectio: ut sit tamen a corpore seunctus & separatus, quemadmodum gubernator a nauis: cuius tamen perfectio est non adherens. Sed haec de anima in generali/& nondum omnino exacte discussa: hic satis sunt & sufficient.

¶Notarum primi capitis secundi de anima declaratio.

¶Cum corpus naturale organicum cuius est anima dicitur in potentia uita participare: potentia pro potentia subiectiua/ & materia sumitur: & non pro eo quod nondum est/ potest tamen esse. **¶**Totus sensus est tota sentiendi uis/ sive uirtus: per totum scilicet corpus diffusus/ & cuiuslibet obiecti sensibilis perceptiuus. **¶**Pars autem sensus sive particularis sensus est/ qui alicui corporis parti additus est: aut particulare tantum sensibile percipit ut uisus/oculo/ auditus/auribus/ tactus/ solum qualitibus tangibilibus percipiendis aptus. **¶**Primi capitis secundi de anima prima diuisio. Entium quoddam substantia est/ ut ignis: quoddam accidens/ ut magnitudo/ albedo. Et intelligenda est praesens diuisio/ & cetera quae hic dicuntur de entibus quae sunt in mundo sensibilis: nam de his solum suscipiunt in hoc libro determinatio. **¶**Secunda diuisio, substantiarum quaedam materia est/ quaedam forma/ quaedam uero totum compositum ex utroque. Materia quae potentia est/ transmutatio subiecti/ forma autem actus/ & perfectio rei naturalis quae non capit suae perfectionis rationem a materia: cum ea oibus sit eadem, sicut neque diuersa per arte facta opera quibus eadem est materia/ perfectionis discrimen a materia sumit/ sed ut illa per figuram artis/ perfectione differunt: ita quoque & res naturales per formam substantialem. Et haec duae sunt substantiae simplices. Tertium autem ex materia & forma compositum: corpus est naturale/ hoc aliquid. **¶**Tertia diuisio. Aelius quidam est primus/ a quo scilicet alius actus procedit/ & praecipue. Quidam uero secundus/ qui ab alio actu proficiscitur: quoque est posterior, quae admodum scientia/actus primus est: & consideratio ueritatis ex sciendi habitu procedens/ est eius actus secundus. Ita omnis forma substantialis/actus primus est. Operatio autem ab ea proficiscens/ eius actus secundus. **¶**Quarta diuisio. Substantiarum compositarum quaedam sunt corpora sive substantiae corporeae: ut elementa/ ignis/aer/aqua/terra & corpora naturalia ex elementis composita, quaedam uero non sunt corpora: ut substantiae incorporeae & intelligibilia. **¶**Quinta, corporum sive substantiarum corporearum quaedam sunt naturalia/ quae a natura constant, quaedam uero sunt artificialia/ quae consistunt ab arte. Et his naturalia corpora principium praestare dicuntur: quia artificialia ex naturalibus ut sua materia composita/ ut annulus ex auro & statura ex lapide. **¶**Sexta diuisio. Corporum naturalium quaedam uita participant & sunt uiuentia ut animalia, quaedam uero uiuentia ut lapides. Ea enim uiuentia dicuntur quae suscepto suapte naturali alimento nutriuntur/ augetur/ minuitur/ & ex suo semine/ sicut produciuntur/ similes: ut platanalia. Quae uero huiusmodi operationes exercere non possunt/ sunt uita expertia/ ut corpora inanimata. Est enim uita sive uegetatiuae potentiae operatio: id primum/ quo animata ab inanimatis secernuntur/ & interno sentitur. Ex his manifestum est omne corpus naturale uiuens esse substantialem/ ex diuersis partibus substantiis compositum/ & primo conclusio. Anima est actus substantialis corporis in potentia uita/ operationesque, uitaes habetis. **¶**Patet, nam anima/ substantia est/ haec enim substantia ut platanum/ equum/ homo compositum. Et non est totum corpus uiuens: ut anima arboris non est tota arbor/ nec anima equi non est totum equum. Nam totum corpus uiuens non est in subiecto/ ut homo non est in subiecto/ nec equus/ nec platanum. Anima autem est in subiecto/ scilicet in materia cuius quod totum uiuens consistit: ut ergo anima non est totum corpus uiuens. Neque anima est materia/ ut anima hominis non est materia/ nec anima equi/ nec arboris. Alioquin (cum anima sit in materia) idem esset in seipso. Praeterea subiectum transmutationis susceptiuum est materia/ per eius definitionem. At anima ut nunc ostenditur/ non est materia: ergo anima non est subiectum. Sufficiens igitur diuisioe reliquit quod anima sit actus substantialis. At anima nullorum corporum naturalium actus est nisi uita participantium. Nam anima ab inanimatis differunt per uiuere, igitur anima est actus substantialis corporis: in potentia materiae/ uita participantis. **¶**Secunda conclusio. Anima est actus primus/ percipiuntur/ & principalis a quo ceteri actus sive operationes praecipue sentitur. **¶**Nam cum duplex sit actus: quidam primus/ qualis est scientia/ & quidam secundus/ qualis est consideratio: anima actus est ut scientia. Sicut enim se habet scientia ad considerationem ex ea genitam: ita anima ad corporis uiuentis operationem. Ut enim scientiam habens alioquando quidem actu considerat/ aliquando uero non/ ut cum dormit: tamen semper sciendi habitum habet. grammaticus enim alioquando latine loquitur/ & aliquando non/ semper tamen latine loquendi habitum habet. sic pictor interdum pingit/ & interdum non/ seruat tamen semper habitum. Et in his atque similibus/ actus secundus sine primo esse non potest: primus tamen sine secundo bene potest. Ita animam habens interdum uidet/ audit/ ambulat/ ceterasque uiuentis facit operationes: ut cum uigilat. Interdum uero superueniente somno a sensibus & motu operatione cessat: animam tamen habet/ ut actu non considerans: habitum. Sed scientia prior est consideratione: eamque & tempore praecedat & natura/ cum eius sit causa. igitur & anima prior est propria uiuentis operatione ab ea emanante. Est igitur actus primus. huiusmodi tamen est uiuentis operatio quam anima tempore non praecedat: sed quidam durat ut uiuens eam continue exercet/ ut pote nutritio: ad quam se habet anima ut lux ad lumen. Nam quemadmodum lux non tempore sed natura lumen praecedat: ita anima huiusmodi operatione non tempore sed natura prior est/ quia est eius causa. **¶**Tertia conclusio. Corpus animae ad aie moderationem suscipiendi dispositum/ organicum est/ organiceque huiusmodi natura deputata quibus anima suas faciat operationes. **¶**Patet, nam anima est actus primus/ & substantialis/ ipsius corporis naturalis in potentia uita habetis: ut praecedentes ostenderunt conclusiones. At omne corpus naturale in potentia uita participantis est organicum: quod & in animalibus/ & plantis facile est percipere. In animalibus quidem est os ad suscipiendum cibum/ uenae ad illum digestum singulis corporis partibus deferendum per totum corpus porrectae. Ossa uero ad sustinendum ne nimia desinat mollitiae corpus. In plantis uero conspicitur radix ad attrahendum a terra alimentum/ quemadmodum ossa in animalibus. Fibrae (quae proprie praecordiorum sunt extrema: hic uero pro arborum uenis quae in folijs filamentorum instar con-

spiciuntur / accipiuntur) per totam plantam porrecte sunt ut vine animalium. Lignum solidum ad fulciendum plantam / est ossium in animalibus amulum. Folia vero a natura ordinata sunt / ad cooperiendum testas duriusculas / folliculosq; molliores quibus semen clauditur & fructus / ne estu aut imbre ledantur. Folliculi autem & testae sunt / ad fructus ipsos & fructuum semina cooperienda: igitur corpus naturale quod ab anima regitur: est organicum: Ex his tum diuisionibus tum conclusionibus / facile est hanc communem omni animae & plantarum & animalium diuisionem colligere. Anima est primus & substantialis actus: corporis naturalis / organici / in potentia vitam habentis. In qua quidem ratione / actus / generis locum obtinet. Est enim omnis anima / forma: tamen si non conuertatur. Particula primus: actus secundus excludit ut animae operationes / & substantialis: secludit actus accidentarios ut calorem naturalem. Est autem anima actus corporis ut sui totius. Incorporeum enim non habet animam: cum ea a corpore animando & viuificando dicta sit. Particula naturalis: corpora caelestia (quorum pleriq; posuerunt esse animas) secludit pariter & artificialia. Organici insuper corporis additum est / ad corpora organici destituta semouenda: ut elementa / quorum non est anima. Postremum adiectum est in potentia vitam participantis / ad remouendum ea quae vitae sunt expertia / & non sunt nata in sua materia vitales operationes exercere. quorum non est anima: cum primus / communissimus / & proprius opus animae sit habere vitam in potentia. Neq; querendum est cur anima & corpus simul: sunt vnum totum. Principiorum enim non est querenda causa: sed ea vera esse supponenda sunt. At animam & corpus simul esse vnum totum / principium est: ex hoc communiori principio sumptum. partes simul sumptae / sunt ipsum totum. Id igitur non est querendum. ut neq; querendum est cur cera & figura cere sunt vnum totum artificiale: ut imago cerea. Est enim cera ut corpus: figura autem ut anima. Et vniuersaliter querendum non est cur materia & forme substantiales quae materiae adueniunt / vnum sunt: cum id tanq; principium sit habendum. Et cum vnum & ens equiuoce / multisq; rationibus dicantur. Est enim aliquod vnum impartibilitate: quod in partes est indiuiduum / alii quod vnum continuitate: quod est vnum continuum / & aliquod vnum actu & potentia: quod est vnum compositum ex materia & forma constitutum. principalissima eius significatio est / qua vnum & ens pro vno & ente actu accipiuntur: quale est corpus naturale viuens. Dicitur enim in diuisione q; anima sit actus substantialis. Nam si dolabra (quod instrumentum est ad dolandum & complanandum ligna) esset animal: tunc forma a qua dolabra nominatur scilicet figura dolabra per artem inducitur / esset eius actus substantialis: nam per eam dolabra haberet esse substantiale: Ipsa enim daret esse substantiae dolabrae. eamq; conseruaret in esse. Et existente huiusmodi forma / esset dolabra: ipsa vero non existente / non amplius esset dolabra neq; equiuoce. Similiter corporis viuentis anima est actus substantialis: quae dat illi esse / ipsamq; conseruat in esse. habetq; viuens in se animam ut totum suam partem / ipsaq; anima principium est & causa efficiens motus & quietis sui totius: cum sit eius natura. Consimiliter si oculus esset animal (quod quidem simpliciter verum non est: cum corpus animatum / animal / arbor) / equus / homo: nomina sint corporum completorum / & quae sunt actu / id est nullius alterius partes: quare nulla pars animalis est animal / & nulla pars hominis est homo) forma substantialis oculi / visionis effectiua (quam visum vocat) esset anima: & ipsa esset actus substantialis oculi. Nam daret illi esse eumq; in esse conseruaret. & ipsa praesente esset oculus: absente vero non amplius diceretur oculus nisi equiuoce. Sicut igitur de parte animalis ut oculo dictum est: ita & de toto animali intelligendum est. Sicut enim particularis sensus / formaq; visionis effectiua ad partem sentientem (scilicet oculum: ita totus sensus / totaq; anima sensitiva ad totum sentiens scilicet animal sese habebit. Est enim vtroiq; partis substantialis ad suum totum proportio. At forma oculi / actus est substantialis oculi: ut nunc probatum est. igitur & tota anima est actus substantialis animalis / sic tota anima plantae actus substantialis plantae: quare omnis anima actus est substantialis corporis naturalis viuentis. Et sicut in parte: visus / formaq; substantialis oculi visionem efficiens / & pupilla oculi materia visionem suscipiens simul: sunt totus oculus. Ita in toto: anima & corpus simul / sunt totum animal. Neq; iniuria dictum est in diuisione / animam esse actum substantialem corporis organici. Nam anima vitatur organici ad suas operationes peragendas: ut oculo ad videndum / lingua ad gustandum. quibus destituta non amplius illas operationes potest exercere. Primum correlarium. Ex his manifestum est animam non esse actum / perfectionemq; seminis neq; cadaueris. Nam anima solum illius est actus & perfectio: in quo suas actu facit operationes. At in semine suas actu non facit operationes: cum semen nondum viuat / sed ex eo (eius deperdita substantiali forma) viuens generandum sit. Similiter nec in cadauere anima facit actu proprias operationes: cum cadauer viuere desierit / & deperdita viuentis forma: actum vitae expertem habeat. igitur anima non est actus & perfectio seminis neq; cadaueris. Et quis semen possit esse organicum et animae operationes in se accipere: non tamen adhuc organici dispositum est: neq; in sua materia nutritionem / augmentationem / diminutionemq; actu habet. Modo ut quicq; viuens dicatur: requiritur q; actu & in praesentiarum organa habeat / & operationes vegetatiuae virtutis exerceat. Sicut enim incisio est operatio ferrae per artem complete & perfecte: non autem fieri nondum ferrae figuram in se habentis. Et cuiusq; instrumenti artificialis operatio: est actus ipsius completi / & non imperfecti. Et quemadmodum visio / operatio est oculi formati / perfecti q; et non incompleti ut catuli ante nonum diem: ita vita non est operatio illius quod nondum viuunt ut seminis: sed corporis naturalis habentis actu / temporeq; praesenti / vita & vegetatiuae potestiae operatione in sua materia. Secundum correlarium. Ex his etiam clarum euadit totam animam non esse separata a corpore & existere extra corpus: sed ea esse in corpore / suaq; materia ut actu in subiecto / tota quidem in toto corpore et partes eius in partibus corporis: si modo ea in partibus diuisibile esse concedamus / & ipsius animae partes diuersas partibus corporis respondentes constituamus. ut visus actusq; substantiale oculi: ipsi oculo / & auditus actusq; substantiale auris: auris / & gustus: lingua. quarum quidem partium corporis vnaq; pars animae respodens actus est et perfectio / propria in ipsis operatione faciendi: sicut tota corporis forma: totius corporis actus est & perfectio. Sicut enim se habet figura ferrae ad ferram / & forma substantialis oculi ad pupillam: ita & tota corporis forma ad ipsum corpus. At figura ferrae non quidem a ferra seiuuncta sed ei inexistens: est actus & perfectio ferrae. Et forma oculi non seiuuncta sed coniuncta est actus & perfectio oculi. igitur & tota forma est actus & perfectio corporis: in eaq; existens & non seiuuncta: quod ex principio physico / impossibile est formam substantialem sine subiecta materia existere / facile verum esse cognoscitur.

Quid dolabra.

Nulla pars animalis.



Est autem forma substantialis diuisibilis non per se sed per alterum scilicet ad diuisionem sui subiecti / in partes numero quidem differentes sed specie easdem: perinde atq; albedo in pariete decem pedum diuisibilis est in decem partiales albedines. Non tamen de omni animae parte / potentiaq; ita sentendum est: q; sit actus & perfectio corporis coniuncta corpori ad suas functiones peragendas. Nihil enim prohibet quandam esse partem / virtutemq; animae absolutam & separatam: non quidem secundum existentiam sed secundum operandi rationem / q; suas in corpore ut subiecto non faciat operationes: & quae neq; toti corpori neq; alicui eius parti addita sit tanq; actus & perfectio. Nam solum ei forma additur ut actus & perfectio: in quo ut subiecto ipsa proprias facit operationes. At ipsa intelligendi vis neq; in toto corpore nec eius parte proprias nata est facere operationes: non igitur intellectus additur toti corpori aut parti eius ut actus & perfectio. Ut tamen anima est rationalis / additur toti corpori & parti eius ut actus & perfectio: cum suas operationes / nutritionem / visionem / ambulationem efficiat in corpore subiecto. Nondum tamen discussum est an vis intelligendi re ipsa seiuuncta sit & separata a corpore / & sit extra corpus: & solum absitens ut gubernator assistit navi quam moderatur / non adhaerens navi sed ab ea separatus. (Id enim nonnulli asseruerunt ut commentator Auerrois: qui deliramentis addens deliramenta posuit etiam omnium hominum esse vnum intellectum numero / ab extrinseco cum intelligeret aduenientem & ei assistentem. quod perinde est ac ponere omnium hominum esse vnum & eundem oculum numero: quem diuersi alteri nati in vsu haberent. ut poetae tres Gorgonas vnus sortitas luminis vsu confinxerit.) An ne potius intellectus sit humani corporis perfectio / inexistens ei ut actus suo subiecto & pars substantialis hominis. quod ut vero consentaneum est: ita & ab Aristotele comprobatur. Est enim intellectus re ipsa anima hominis: quae est in eius corpore / ut anima plantae in materia plantae / & anima equi in materia equi. Sed haec de anima in generali & summam dicta intelligantur. Postea de ea sermo exactior & magis proprius futurus est.

Secundi capitis nota.

Sensus / appetitus / motus / intellectus: vis sensitiva / appetitiva / motiva / intellectiva. A b c d. Quadratum / qui & Tetragonus mus. e f g h: figura altera parte longior: est / mediae lineae costarum quadrati. a / b / c / d: quatuor costae quadrati / & quarum quaelibet iterum media est lateri g & lateri h.

Cometatoris consultatio.

Gorgones.



Secundum cap. continet quinque conclusiones, tres quaestiones: earum solutiones, & vnum correlarium ad tertiam conclusionem. vnum ad quintam / cum secunda animae diuisione, & tria ad tertiam quaestionem. Prima conclusio. Ex operibus animae ipsam perquirere / & notam facere: par atq; rationabile est. Nam incertiora natura / notiora tamen nobis: ducunt nos in certiora & notiora naturae & rationi: ab illisq; ordinandum est. operationes autem animae / nobis certiores & notiores sunt. Par est igitur ex talibus animam inquirere. & debemus non modo diuisione animae esse contenti quae rem declarat esse / sed eam habere exploratam: quae & causam adhibeat. ut quid est Tetragonismus: diuinitio q; figura sit equilatera: rectangula figurat altera parte longiori rectangulae aequalis: q; sit Tetragonismus ostendit / causam non adhibens & demonstrationis conclusionem subiens. & diuinitio: q; sit mediae lineae inuentio / causam adhibet: & qua conclusionem efficias & demonstras. Secunda conclusio. Anima principium est quo viuimus. Nam animatum ab inanimato vita differt. & quibus anima multis viribus polleat / sensu / appetitu / motu & intellectu: vna tamen est quae solum viuere ministrare dicitur: & haec vegetabilis nuncupatur. cuius opera sunt: alere / augere / minuire / gignere: & qua viuentia quodam modo in contraria porrignantur loca. Vnde fit ut plantae manifeste viuere dinoscantur. arbores enim / radices deorsum in terram porrigit: ramos autem in aperto aere in altum extendunt. & hoc est proprium omnibus viuentibus. Nam non modo sursum alimentum mittunt / augmentumq; suscipiunt: sed & deorsum / omniq; ex parte. & viuunt quodam alimentum suscipiant & nutriantur. Et eo pacto animam principium esse quo sentimus / quo mouemur / & quo intelligimus: ostenderetur. Tertia. Vis animae vegetandi / a ceteris animae virtutibus seicuari potest: aliae vero / ab ipsa minime. Nam plantis vis vegetandi & vita inest: quibus neq; sensus vllus / neq; appetitus / neq; motus / neq; intellectus adest. Ast animalis sensum aut ceterarum virtutum vllam: in rebus mortalibus nunq; sine altrice reperias. Correlarium. Vnde fit ut viuentia omnia viuere / & principium habere vitae / a vi vegetatrice non ab re dicantur. Quarta. Quicq; esse animal ob sensum: primum nuncupamus. Nam ea quae se e sede & loco transferre nequeunt fructu cum more / modo sensum habeant vllum: animalia nuncupamus. tolle autem sensum: non plus dicimus animalia. Est igitur sentiendi vis: animalis principium. Quinta. Primum sensuum omnium: tactus est. Nam sicut vis vegetatrix a ceteris separari potest / ut in stirpibus: a sensu / appetitu / & reliquis: ita tactus a ceteris sensibus seiuunctus cernitur. cuius causam aliquando dicitur sumus. Est igitur tactus / omnium sensuum primus. Correlarium. Vnde fit ut sicut vis vegetandi / viuentium sit principium: ita tactus / sentiendi / nulliq; animal sine tactu reperiri possit vnq;. Secunda atq; diuinitio. Ex his iterum haec atq; diuinitio elicere poterimus. Aia est primum principium viuendi / sentiendi / mouendi / & intelligendi. Prima quaestio. An horum singula: vegetandi virtus / sensus / motus / & intellectus sunt animae primae po-

Quod alimentum non solum sursum alimentum mittunt aut solum deorsum sed ad omnem partem: ut sursum/deorsum ante/post/dextrum & sinistrum, a loquimur ex inaequali nutritione aut auctione contraheret deformitas. Nec obstat alimentum quibus graue sit natura ferri sursum sicut sanguinem: nam a vi anime intrinseca ita mouetur sicut homo sursum ascendens aut auis sursum volans. qui motus sicut manifeste violenti non sunt ita nec alimenti motus. cum autem dicitur graue moueri violente sursum: intelligendum est de graui inanimato & quod ab extrinseco moueatur agente. Viuunt autem animata: quod alimentum suscipiunt & nutriuntur: cum autem nutiri desinunt/desunt & vivere. Et eodem modo ostendendum est animam vi pote sensitivam esse principium quo sentimus: cum sensibile ab insensibili sensu qui a vi sentiendi est differat. Et animam motiuam esse principium quo mouemur: quia a se mobile ab immobili/motione quae ab anima motiuam proficiscitur/differat; denique, similiter probandum est animam intellectuam esse principium quo intelligimus: cum intelligens a non intelligente differat intellectu/ quae a vi intelligendi proficiscitur.

¶ Tertia conclusio. Vis vegetandi a ceteris anime virtutibus vt sentiendi/mouendi/et intelligendi separari potest: ceterae autem vires ab ea separari non possunt. Nam aliquibus viuentibus vt plantis conuenit vis vegetandi: quibus nulla ceterarum virium conuenire nata est. At nullis alie vires vt sensitua / motiuam / intellectuam conueniunt: quoniam eisdem virtus conueniat vegetandi. Non enim sensum/motum/aut intellectum in rebus sensibilibus sine vegetatione inuenire possibile est: tametsi in supramundanis intellectus sine vi vegetatrice reperitur, igitur. Eodem modo probandum est quod vis sentiendi a virtute mouendi & intelligendi separari potest: vis autem mouendi & intelligendi a vi sentiendi separari non possunt. Sic & virtus mouendi a virtute intelligendi separari posse probanda est: sed vis intelligendi sine virtute mouendi inueniri non posse. Et denique vires superiores ab inferioribus separari possent: inferiores autem a superioribus minime seui gari posse concludende sunt. Quare vis vegetandi a ceteris seui gatur: sed ab ea non seui gantur alie. vis sentiendi a vi mouendi & intelligendi separatur: & ab ea virtus vegetandi separatur. Vis mouendi a vi intelligendi separatur: & ab ea virtus vegetandi & sentiendi semouetur. Vis autem intelligendi a ceteris non separatur: sed ab ea ceterae priores separantur. **¶ Correlarium.** Quare viuentia omnia a vi vegetatrice vt prima & conuertibili causa viuendi cuntur. **¶ Nam cum ca adest:** protinus adest vita. & cum abest: protinus & vita abest. quod in alijs potentijs non inuenias. **¶ Quarta conclusio.** Vis sensitua primum est animalis principium: & quo quicquid animal esse cognoscitur. Nam cum primum adest sensus/et si vis mouendi & intelligendi abest: vt in animalibus terrae affixis: tale viuens est animal. vt conchilia: & ostrea. Cum vero in viuentibus non est sensus vt plantis, nullus dixerit illud esse animal: igitur vis sensitua est primum animalis principium. Et quis vis motiuam & intellectuam solum in animali esse possit: ab his tamen non primo cognoscitur aliquid esse animal: cum inueniantur animalia quibus neutra dicitur virium assistit. **¶ Quinta conclusio.** Primum & communissimum sensuum omnium tactus est. Nam sicut se habet vis vegetandi ad ceteras anime potentias: ita & vis tangendi ad ceteras particulares sentiendi potentias. Sicut enim vegetatiua virtus a ceteris separari potest: ceterae autem non ab ea. ita & tactus a ceteris sensibus potest separari & inueniri in animali sine gustu/odoratu/visu/auditu. ceteri autem sensus sine tactu minime inueniuntur. At virtus vegetandi est potentiarum animi prima & communissima: quaeque omnibus conueniat viuentibus vt probatum est: igitur & tactus est omnium sensuum primum: & omnibus conueniens animalibus: quod est propositum. **¶ Correlarium.** Quo fit vt sicut vis vegetandi viuentium est principium: ita tactus/sentientium principium esse censendus est. **¶ Nam cum adest tactus: adest sensus: & cum abest tactus: continuo abest sensus. & cum abest sensus: perit animal. igitur & cum tactus abest: illico non est animal: quare tactus sentientium est principium. **¶ Secunda anime definitio.** Anima est primum principium viuendi / sentiendi / mouendi / vel intelligendi. Vt enim vegetandi vim habet: primum est viuendi & principale principium. Vt sensitua vis est: praecipua est sentiendi causa efficiens, & ita de ceteris. **¶ Prima questio.** An singulae quae prius dictae sunt potentiae: scilicet virtus vegetandi / sensus / motus / & intellectus: sint anime / an sint anime partes. **¶ Responso.** Dicitur potentiae non sunt diuerse anime: vt quae libet earum in vno & eodem sit anima ab altera distincta re ipsa. sed sunt ipsae anime: ab ea sola ratione discrepantes. Sunt autem anime partes: non quidem constituentes vt duae partes lineae constituunt lineam: sed potentiae particulares & quae proprijs & particularibus anime operationibus addicte sunt. **¶ Secunda questio.** Si dicitur potentiae sunt anime partes: an locis / subiectis quoque distincte sunt / vt vna sit in vna parte corporis sine ceteris: & altera in alia corporis parte in qua nulla sit reliquarum. Vt potentia vegetandi sola in corde / & sola sentiendi in capite / solaque potentia mouendi in pedibus. An ita diuersas sibi corporis partes non vendicat / sed vna sola differat ab inuicem. **¶ Responso.** Ipsas potentias non distingui locis & subiecto imo cas in eodem esse subiecto: eademque parte. vt vbi & in quocumque materiae parte est potentia vegetandi: illic & sentiendi / & appetendi / & se mouendi adest potentia. sicut vbi quocumque in igne est vis calefactiua: simul & vis rarefactiua / sursum motiuam / & illuminatiua. Imo vbi vis est vegetandi: illic & videndi / & audiendi est virtus: & quolibet sensu particulari sentiendi. Et quis illa vis in ea materiae parte vt pede non efficiat visionem / neque auditionem / aut gustationem: est tamen potentia ad efficiendum illa / quia est omnino similis naturae cum ea anime parte quae huiusmodi efficit operationem. Modo quicquid virtutis conuenit vni eorum quae sunt eiusdem naturae: & alteri. Quod autem anima non in omni parte corporis vt pede visionem efficiat: id non prouenit ex propriae virtutis defectu sed quia illic organum non habeat dispositum ad talem efficiendam operationem. & sine organo nunquam talem efficiet operationem. quemadmodum si quis peritus scribendi non scribat desinitus calamo: non id ob artis defectum prouenit: sed ob instrumenti necessarii carentiam scilicet calami. **¶ Quilibet igitur anime potentia per totum corpus diffusa est: vt vbi vna est: illic & quilibet altera tum communis tum particularis. Non tamen vbi quocumque est vnius potentiae operatio: illic & quilibet alterius operatio esse nata est. quia operatio requirit organum: quod si illi parti cui non adest / adest: & in ea operatione quae nunc facere non potest anima faceret. vt si contemperamentum pupillae esset in pede: anima in pede efficeret visionem / & si in toto corpore: anima toto corpore videret. Vnde in quibusdam viuentibus facile est videre consimilis virtutis et potentiae animam per totum corpus esse diffusam: vt quam vim habet tota anima in tota materia****

Quod quilibet anima potentia per totum corpus diffusa est.

anima ad eas mittit alimentum. Ex quo statim euadit perspicuum quod plantae viuunt / cum hanc postremam viuentium operationem manifeste participare dignoscantur. Nam radices deorsum in terram demittunt: ramos autem sursum in aere extendunt. Et hoc scilicet se in contraria secundum diuersas partes loca porrigere: conuenit omnibus viuentibus: sicut & nutiri. Quia viuentia non solum sursum alimentum mittunt aut solum deorsum sed ad omnem partem: ut sursum/deorsum ante/post/dextrum & sinistrum, a loquimur ex inaequali nutritione aut auctione contraheret deformitas. Nec obstat alimentum quibus graue sit natura ferri sursum sicut sanguinem: nam a vi anime intrinseca ita mouetur sicut homo sursum ascendens aut auis sursum volans. qui motus sicut manifeste violenti non sunt ita nec alimenti motus. cum autem dicitur graue moueri violente sursum: intelligendum est de graui inanimato & quod ab extrinseco moueatur agente. Viuunt autem animata: quod alimentum suscipiunt & nutriuntur: cum autem nutiri desinunt/desunt & vivere. Et eodem modo ostendendum est animam vi pote sensitivam esse principium quo sentimus: cum sensibile ab insensibili sensu qui a vi sentiendi est differat. Et animam motiuam esse principium quo mouemur: quia a se mobile ab immobili/motione quae ab anima motiuam proficiscitur/differat; denique, similiter probandum est animam intellectuam esse principium quo intelligimus: cum intelligens a non intelligente differat intellectu/ quae a vi intelligendi proficiscitur.

teria/eandem & consimile habeant anime partes in sibi respondentibus partibus materiae quibus insunt. vt in plantis: quae per diuisionem distracta consimilem retinent vim vegetandi vt nutriendi/au gendi/minuendi/generandi: quam prius totae seruauerant. Rami enim distracti alimentum si terrae inferantur suscipiunt/au guntur/minuuntur/ & suum generant simile: vt prius totae plantae fecerant. At ipsi distracti eiusdem sunt naturae & conditionis: vt ydem continui in suo toto: ergo cum erant continui habebant vim vegetandi/nutriendi/au gendi/minuendi/ & suum simile generandi. Cum tamen totae plantae continuae sunt: vnam habent totius viuentis formam: & quae alterius formae non sit pars: plures tamen partiales habent in diuersis materiae partibus formas potentiae/ & quarum quaelibet sit totius formae pars: diuise autem & distractae siue ab inuicem discontinuae/ sunt plures actus anime: quarum quaelibet/ alterius non sit pars sed tota. vt de forma substantiali aquae cotinuae & deinde in diuersas guttas diuise. Simile est de animabus animalium insectorum: quorum partes diuise & discontinuae vitam & sensum vt prius in toto habebant/ retinent. vt colubri aut muscae si in partes distractantur: appositum suscipient alimentum/ sentient obiectum sensibile/ & de loco in locum transferentur/ si modo organa ad motum necessaria non defuerint. Et quia sensum & motum/ vt prius habebat totum/ retinent partes distractae (quae easdem virtutes eadem partes continueate retinere cognoscantur) & appetitum ipse discontinuae etiam habere oportet. Nam vbi sensus adest: voluptatem & tristitiam adeste necesse est. Est enim voluptas / conuenientis per sensum apprehensio. Et tristitia / disconuenientis per sensum apprehensio. At vbi voluptas & tristitia adest: & appetitus. igitur vbi sensus adest: & appetitus. **¶ Cum autem de potentijs quae consimiles per totum viuens inueniuntur fit sermo: non intelligatur fieri mentio de virtute intelligendi.** Ea enim alterius esse generis videtur: & a ceteris anime viribus differre / perinde atque incorruptibile a corruptibili. quae cum proprias itidem in corpore operationes minime exerceat: a corpore viuente separabilis est sicut incorruptibile a corruptibili. Ceterae vero potentiae corpori addicte vt vegetandi/ sentiendi/ mouendi/ locis & subiecto ab inuicem se iungi non possunt: sic quae vna sit in vno subiecto in quo nulla sit reliquarum. Ratione tamen eas ab inuicem differre non est dubium. Nam quorum operationes re ipsa differunt: & potentiae ratione dissident. At ipsarum potentiarum operationes re ipsa differunt: cum aliud sit sentire/ aliud appetere / & aliud se mouere. igitur sensus / appetitus & motus earum potentiae ratione differunt. Et animalia ab inuicem per has differunt potentias: nam aliqua omnes participant vt homines/ aliqua plures vt equi/ aliqua vnam solum vt ostrea terrae affixa. Differunt etiam ab inuicem sensuum pluralitate aut paucitate: nam aliqua animalia omnes habent sensus vt homines / aliqua plures vt vermes / aliqua vnum solum vt ostrea solum tactum. **¶ Tertia questio.** Cum duo sunt quibus habetur scientia: vnum vt subiectum / quod est anima: alterum vt forma & species / quod est scientia. Similiter cum duo sunt quibus habetur sanitas: vnum vt subiectum/ quod est corpus: alterum vero vt forma/ quod est sanitas. Ita duo sunt quibus viuimus & reliquas anime exercemus operationes scilicet subiectum & forma: vtrum illorum duorum est anima. **¶ Responso.** Quae anima est primum actus & principium viuendi & ceterarum operationum non vt subiectum & materia: sed vt forma / species/ ratio. Sicut scientia / eorum qui scientiam habent: & sanitas / sanorum sunt formae. operationes enim agentium suscipiuntur in subiecto apto & disposito ad earum receptionem: visio in oculo recte disposito / & gustatio in lingua debitum habente contemperamentum. **¶ Primum correlarium.** Quare anima bene definita est esse actus corporis naturalis & organici. **¶ Nam cum triplex sit substantia scilicet materia/ forma/ & totum compositum: ostensum est in prima praecedentis capituli conclusionem animam non esse materiam nec totum compositum/ sed actum substantialem ipsius totius moderatorem. **¶ Secundum correlarium.** Quapropter recte crediderunt aliqui animam neque totum esse corpus/ neque esse sine corpore. **¶ Quod anima non sit corpus / satis prius ostensum est. Alioquin duo corpora simul essent in eodem/ quod est impossibile. Quod vero non sit sine corpore/ patet: quia ipsa est in corpore vt pars substantialis in suo toto / & est ipsius corporis primus & substantialis actus. **¶ Tertium correlarium.** Est iterum vt qui animam possiderunt omne corpus sine discrimine ingredi posse/ contra anime dignitatem & perfectionem de ea locuti sunt. **¶ Nam necesse est formam substantialem in subiecto existentem: esse in materia conuenienter disposita ad illius formae susceptionem/ sicut ipsa forma suscipi nata est. Non enim recipitur anima equi in materia: nisi habente dispositiones ipsi formae natura conuenientes. Nec etiam forma pulli in materia oui: nisi habente qualitates/ formae pulli aptas & proprias. Modo corpus equi aut asini non habet dispositiones conuenientes formae hominis: nec contra corpus hominis dispositum est ad suscipiendum formam equi aut asini: vt in primi de anima capite tertio ostensum est.******

¶ Tertij capitis nota:
¶ Trigonus/ triangulus. ¶ Tetragonus/ quadratum. ¶ Cupedia/ cupiditas.

¶ Tertium cap. continet duas conclusiones. **¶ Prima conclusio.** Potentiarum anime (quae sunt quinq; vegetandi virtus/ sentiendi/ appetendi/ mouendi & intelligendi) quibusdam insunt omnes / quibusdam multae / quibusdam vero vna sola adest. **¶ Nam stirpibus:** vis vegetandi sola adest. animalibus omnibus: vis sentiendi/ cui semper appetitiua coniuncta est. **¶ Primo.** quia appetitus sunt cupiditas/ ira & voluntas. cuiuslibet autem animalis vel imperfectissimi inest cupiditas: & si ira & voluntas defint. vt enim tactus/ sensuum abiectionissimus & infimus est: ita cupiditas/ appetitiuum abiectionissima & infima. sine qua (vt sine tactu) nulla subsistunt animalia. **¶ Secundo.** Cuiusque inest sensus: illi eidem delectatio & tristitia inest. cuiuslibet autem animalis inest sensus. habent enim tactum omnia. igitur cuiuslibet animalis inest delectatio & tristitia. cui autem haec insunt: inest appetitus. Est enim delectatio / conuenientis & delectabilis cupiditas: dolor / contrarij tactum. **¶ Tertio.** Quia omne animal sensum habet alimentis. is autem tactus est: qui calidum/ frigidum/ humidum/ & siccu percipit quibus aluntur animalia. Animalia enim calidis/ frigidis/ humidis/ & siccis aluntur oia.

Et quicquid alimentum sensum habet: interdum esurit & sitit. quicquid autem esurit aut sitit: appetit. Est enim esuries/calidi & sicci appetitus. Sitis vero: frigidis & humidis. Et quaecumque gula praeter haec expetit: ex superfluo & accidenti expetit. quid sonus quid color quid odor alimentum conducit: omne igitur animal appetit. Quibusdam praeter has potentias: virtus mouendi adest / vt bipedibus. & quadrupedibus omnibus. quibusdam intellectus: vt homini / & si quicquid homine praestabilis est. Homini enim intellectus & ceterae animae potentiae insunt. Est igitur notum potentias animae quibusdam inesse omnes / quibusdam plures / & quibusdam tantum vnam. **Secunda conclusio.** Anima ratio / figurae rationi similitudinem gerit: & anima / figurae. **Nam** sicut datur figurae communis ratio / cunctis accommodata figuris: quae nulli figurae speciei propria est. itidem & animae communis data est ratio: omnibus conueniens animis / & quae nulli propria est. Et sicut praeter circulum / triangulum (& quae deinde sequuntur) particularis figurae: nulla figura est. Ita praeter eas quae diste sunt: nulla prorsus est anima. Et quemadmodum priores figurae: in posterioribus clauduntur / vt Triangulus in Tetragono: ita vegetatiuum in sensitiuum / & priores potentiae in posterioribus. & vt figurarum priores a posterioribus absoluuntur / posteriores vero a prioribus nequaquam: ita licet intueri in animabus. Est enim vegetatiuum sine sensitiuum: vt in stirpibus. sensitiuum vero sine vegetatiuum nunquam. Tactus quicquid sensuum primus est: sine aliis sensibus esse potest: auditu / visu / odoris sensu. illi vero sine tactu nunquam. Sunt enim pleraque animalia: neque auditum / neque visum / neque odorandi sensum habentia. Et quaecumque se secundum locum mouent: sensum habent / non autem econtra. Est enim sensus prior. Et ideo multa sunt animalia sensum & non motum habentia. Et cui intellectus inest (vt homini) omnes insunt. & intellectus: vltimus / minimus atque simplicissimus est. qui quibuscumque mortalibus adest: & ceteras adesse potentias necesse est. non autem econtra fit / vt cuiusque aliarum virtutum aliqua affit: huic & ratio cinandi virtus affit. Quare manifestum est animae rationem: figurae rationi similitudinem gerere / & animam figurae. Et de singularum potentiarum / maximeque animae propria atque accommodata ratione: haec tenus dictum est.

Tertij capitis prima conclusio. Cum quinq; sint potentiae animae scilicet virtus vegetandi / sentiendi / appetendi / mouendi & intelligendi: quibusdam viuentibus ipse omnes assunt / quibusdam complures sed non omnes / quibusdam vero vna sola. **Patet.** Nam plantae solam vim vegetandi. Animalia omnia cum vi vegetandi habent vim sentiendi: cui semper vis appetendi coniuncta cernitur. vt cui vna conueniat / & altera: & cui vna abest / & altera. Quod tribus ostenditur rationibus. **Primo.** Quia species appetitus sunt potentia concupiscendi / irascendi & volendi. At cuiuslibet animalis quantumcumque imperfecto adest potentia concupiscendi: quis ei abest irascendi virtus & volendi. Sicut enim se habet tactus ad sensum: ita cupiditas ad appetitum. Nam sicut tactus sensuum imperfectissimus est / & infimus: ita cupiditas appetituum est imperfectissima & indignissima. Sed tactus principium est sentiendi: & sine eo nulla subsistat animalia: igitur & cupiditas principium est appetendi / omnibus conueniens animalibus / & sine qua animalia subsistere nata non sunt. Et quemadmodum tactus a ceteris separatur sensibus: alij autem ab ipso minime: ita & cupiditas a ceteris separatur scilicet ab ira & voluntate: alij vero appetitus ab eo separari non possunt. Sunt igitur sensus & appetitus semper coniuncti. **Secundo.** Cuiusque inest sensus: illi eidem inest delectatio & tristitia. Nam in sensuali perceptione conueniens est delectatio: & in perceptione sensuali disconueniens tristitia: vt visio: auditio / gustatio. At cuiuslibet animalis inest sensus: nam animalia omnia habent tactum. igitur cuiuslibet animalis inest delectatio & tristitia. Deinceps cuiusque inest delectatio & tristitia: eidem inest appetitus. Est enim delectatio: conueniens & delectabilis cupiditas: quare appetitus. Et dolor est disconueniens rei & tristis: quare & cupiditas. At omni animalis inest delectatio & tristitia: vt prius ostensum est. igitur omni animalis inest appetitus: & omni eidem animalis inest sensus. igitur sensus & appetitus semper coniuncta sunt. **Tertio.** Omne animal habet sensum alimentum. Nempe omne animal habet tactum. Tactus autem alimentum sensus est: eiusque qualitates discernens & diiudicans. Si quidem tactus percipit calidum / frigidum / humidum / & sicum: quales alimentum omne necesse est. Nam omnia animalia: calidis / frigidis / humidis / & sicis aluntur. Neque gustus hic alimentum sensus putandus est: cum non omne animal gustum habeat / & non oporteat alimentum omne saporem quo a gustu discernatur habere. At quicquid habet sensum alimentum: interdum esurit & sitit: cum scilicet abest ei alimentum quo nutriatur: igitur omne animal interdum esurit aut sitit. Rursum omne animal interdum esurit aut sitit. At quicquid esurit aut sitit: appetit. Est enim esuries / calidi & sicci appetitus. Sitis vero: appetitus frigidis & humidis. Et quicquid praeter haec scilicet calidum sicum / & frigidum humidum appetit gula: ex superfluo & non ad naturae necessitate expetit. Nihil enim color / nihil sonus / odor / sapor alimento conducit nisi ad gulae irritationem voluptatemque: excludendam: igitur omne animal appetit. Et omne animal itidem sentit vt prius ostensum est: igitur vis sensitiua & appetitiua inseparabiliter eidem coniuncta sunt: quod est propositum. Cum vi autem vegetatiua / sensitiua / & appetitiua / quibusdam animantibus vis motiua coniuncta est: vt animalibus bipedibus / & quadrupedibus / immo volatilibus / aquatilibus / & reptilibus. Quibusdam autem animantibus cum ceteris potentijs & intellectus adest vt homini: & si quid in terris homine praestantius est / vt nonnulli Platonici posuerunt animalia rationalia / tempore aeterna atque immortalia / homine excellentiora: quibus tamen non assentitur Aristoteles. manifestum est igitur potentias animae quibusdam viuentibus adesse omnes / quibusdam plures non tamen omnes / quibusdam vero vnam tantum. **Secunda conclusio.** Anima diffinitio cum figurae diffinitione conuenientiam habet & analogiam. & anima cum figurae. **Primo.** Quia sicut datur communis diffinitio figurae quae est quae termino vel terminis clauditur (terminis inquam magnitudinum: & quae sunt magnitudines) omnibus conueniens particularibus figuris / vt circulo / triangulo: nulli tamen particulari figurae propria & solum conueniens. Non enim solum conuenit circulo: quia etiam conuenit triangulo. Nec triangulo est propria: cum etiam quadrangulo conueniat. Ita data est communis diffinitio animae conueniens omnibus animarum speciebus / vt vegetatiua / sensitiua / appetitiua / motiua / & intellectiua: nulli tamen propria solumque conueniens. **Secundo.** Sicut praeter circulum

Platonici.

vt in trigonum / tetragonum / & ceteras quae naturali numerorum serie deinde sequuntur particulares figuras / nulla est figura. Quaecumque enim datur sub aliqua datarum specierum continetur. Ita praeter animas superiores nominatas nulla penitus est animarum omnium anima / aut vegetatiua sit / aut appetitiua / motiua / aut intellectiua. **Tertio.** Sicut priores figurae & quae a priore / minore numero denominantur clauduntur in posterioribus figuris / a posteriore numero & maiore denominatis. perinde atque priores numeri in posterioribus clauduntur. Vt trigonus figurarum reclinatum planarumque (de quibus solis hic intelligit Aristoteles) primus clauditur in tetragono (Tetragonus enim ex duobus Trigonis componitur) perinde atque ternarius clauditur in quaternario. Trigonus & Tetragonus clauduntur & includuntur in Pentagono: sicut tria & quattuor in quinq;. Sic Trigonus Tetragonus & Pentagonus clauduntur in hexagono: sicut in sex inueniuntur / tria & quattuor / et quinq;. Ita priores potentiae clauduntur in posterioribus vt vegetatiuum in sensitiuum / vegetatiuum & sensitiuum in motiuum / vegetatiuum sensitiuum & motiuum in intellectiuum. Nam vbi posteriores inueniuntur: illic & priores cum figuris tum animas reperiri esse necesse. **Quarto.** Sicut priores figurae separantur a posterioribus & sine eis inueniuntur: vt trigonus sine tetragono / trigonus & tetragonus sine pentagono: Trigonus / Tetragonus & Pentagonus sine hexagono: quemadmodum in numeris a quo denominantur euenit. Posteriores autem figurae non separantur a prioribus: vt Tetragonus non separatur a Trigono / nec Pentagonus a Trigono & Tetragono cum ex eis componatur. nec hexagonus a Trigono Tetragono & Pentagono: quos in se tangit suas partes claudit & continet. quemadmodum quattuor non separantur a tribus / nec quinq; a tribus & quattuor diuisim / nec sex a tribus / & quattuor & quinq;. Ita priores animae sine posterioribus inueniuntur: posteriores vero sine prioribus minime. Vegetatiuum enim sine sensitiuo inuenitur in plantis. sensitiuum vero sine vegetatiuo inuenias nunquam. Et id non modo verum est de quinq; communibus & generalibus animae potentijs: verum etiam & de particularibus alicuius generalis potentiae viribus / vt de virtutibus sentiendi. Tactus enim quae sensu est primus / sine alijs sensibus visu auditu & odoratu esse potest. Cuius nomina sunt animalia neque auditu neque visu neque odoratu habentia. Ceteri autem sensus sine tactu esse non possunt. Sic inter appetitus spes cupiditas sine ira & voluntate esse potest. Ira autem & voluntas sine cupiditate esse non possunt. Sensitiuum praeter in multis animalibus sine motiui reperitur: at motiuum sine sensitiuo & vegetatiuo inueniri non potest. Sic motiuum sine intellectu in multis inuenies animalibus: intellectu autem sine motiui (quare nec sine sensitiuo & vegetatiuo) nunquam reperitur. Cui enim intellectus adest: & omnes potentiae priores / vegetandi virtus / sensus / motus assunt. Sane intellectus: vltimus est / potentiarum numerum (vt perfectissimum) consummans: & ad cuius operationes exercendas natura (quae ab imperfectis ad perfectiora procedit) postrema intentio est. Idem minimus est: nam maxime inter formas sensibiles vnus & monarcha (quae numerorum minimum est) assimilabilis. Idem simplicissimus est / & in partes eiusdem rationis indiuiduus est / & a compositione / continuuque diuisione longe recedens. At non oportet educto / sicut reliqua priorum potentiarum adest: eadem intellectum (quae rationandi virtus a nobilissima eius operatione nuncupatur) adesse. Et in hac figurarum ad animas analogia: vegetatiuum vt trigonus intelligatur / sensitiuum vt tetragonus. Appetitiuum vt pentagonus / motiuum vt hexagonus & intellectiuum vt heptagonus: a numero septenario (qui a Pythagora plurimum effertur ob suam dignitatem) denominatus. Hinc intellectui perfectissime animalium potentiae recte accommodatur. Manifestum est igitur animae diffinitionem ad diffinitionem figurae similitudinem habere: & animam ad figuram. Sed de animae propria diffinitione & singularum potentiarum satis dictum est.

Quartij capitis nota

Auspiciari / ordiri / incipere.



Vartum cap. continet septem conclusiones, vnum correlarium ad quartam, tres rationes ad ipsum, tres alimenti proprietates, vnam dubitationem, & vnum correlarium, & tres alentis & augentis differentias ad quintam. **Prima conclusio.** De actibus potentiarum quae de potentis: prior apta incumbit determinationi. **Nam** considerandum est quid vnaquaeque potentiarum sit: quaeque passiones consequantur & insunt. At actus operationisque potentiarum: ipsi potentis nobis priores notioresque existunt. ipsorum igitur quae de potentis: prior incumbit determinatio. **Secunda.** Eadem quoque ratione de actuum obiectis quae de actibus ipsis: prius determinandum est. **Nam** potentiarum obiecta nobis sunt actibus priora & notiora: vt alimentum / sensibile / appetibile / locus / intelligibile. **Tertia.** Inter determinanda / alimentum & generatio primum obtinent determinandi locum. **Nam** vis animae nutriendi omnium prima est: quae omnibus inest. sine qua nullae aliarum insunt. cuius officia sunt alimento vt / augere / minuire / & generare. Et horum naturalissimum & praecipuum est sibi simile generare: omnibus viuentibus (modo sint perfecta / non capta membris / non deprauata / neque spontinam generationem habentia) conueniens. vt animal / animal simile generare: & plantae similem plantam. Sic enim semper secundum suum simile (cum ea ipsa: eadem in numero manere non possint) perseverant / assimilationem / conditionemque assuequantur diuina: quantum eis conceditur: quam appetunt omnia / cuiusque gratia agunt omnia quae sunt in natura. De alimento igitur nutriturque potentis obiecto: & generatione potissimo eius opere & vt aliorum sine: non ab re primum auspiciamus determinationis locum. Attamen duplex est id cuius gratia res fiant. Vnum quod vt diuina illa / sempiternaque ratio: quam appetunt omnia: vt diximus. vt quantum vnunquodque potest: sit aeternitatis / fortisque diuinae particeps. illud magis / illud vero minus: & id / sumum est. Alterum est cui: vt ea ipsa quibus haec diuinitatis imitatio acquiritur / quibus attinet & pertinere videtur. Et hoc infra alterum / atque illi inferius est. **Quarta.** Anima in viuentibus trium causarum: formae / efficientis / atque finis vicem obtinet. **Speciei** vero & formae. quia viuere viuentibus est esse, atque igitur & anima (quae est viuendi causa) ipsi animatis dat esse: et eorum forma existit. Item omnis actus

potentię species est & forma. Anima autem actus est potentię. est igitur forma. **Q** efficientis: statim no-
 tum est. Nam augmentatiōis motum atq; decrementum prestat. Nihil enim natura incrementum/ de-
 crementumq; sustinet: quod non alatur. nihil autem alitur quod non sit animę particeps. & multis (& si
 non omnibus) sensum & motum prebet anima. Est enim sensus / alteratio quędam: quę nullis animę
 expertibus accidere potest vnq;. Ita & neq; progressio/ & quęcumq; animalī mutatio a se conueniat. Et
 q; finis & cause gratia cuius etiam vicem obtineat: cognitum facile est. Nā vt quę mente & ratione fiunt:
 alius gratia fiunt. ita & quę a natura fiunt: alius gratia fieri videntur. Id enim in viuētib; est ani-
 ma. Ipsius enim gratia: & animalium/ & plantarum corpora/ & corporum organa sunt omnia. sed vt cui.
 dictum est enim: duplex esse quo gratia cuius: vt quod / & vt cui. Trium igitur causarum: formę / vnde
 motus/ & cuius gratia: vices obtinet anima. **C** Correlarium. Vnde fit vt Empedocles horum motuum
 in animalibus causam non rite assignauerit. **D** Dicebat enim viuētia & plantas deorsum augeri: q; terra
 suapte natura feratur deorsum. & ramos & palmes sursum extendi & augeri: hoc faciente igne sursum
 illos rapiente/ incrementumq; prestante. Sed hec non bene dicta esse patet. **P**rimo. Quia in stirpibus
 & plantis male sursum & deorsum assignat. Nam quod est os & caput in animalī: radix est in arbore. Os
 autem sursum est animalis: igitur & radix arboris. Cōsimilia enim ipsis correspondent opera. Quare ra-
 mi & palmes e regione radice quę sursum est: sunt plantę deorsum. Neq; putare oportet omnium sur-
 sum & deorsum: secundum vniuersa loca (quę nos sursum & deorsum nuncupamus) esse deputanda. **S**e-
 cundo. Dicat Empedocles quid terram & ignem tam diuersorum et dissonantium conatum retinet: quo
 minus in sua loca euolent/ & dissipentur viuētia: Nihil preter animam conuenienter assignare posse vi-
 debitur. quod si ita fecerit: animam precipuum esse augmenti & decrementi efficiens/ assignabit. **T**er-
 tio. Quia inualida est ratio qua suspicari sunt complures/ ignem in viuētib; esse augmenti causam: q;
 elementorum ignis vel maxime solus ali/ nutritiq; videatur. Hinc opinionem traxere: viuētia ab ipso
 igne incrementi/ & nutritions causam ducere. Sed hoc verum nō est: quōis calor augmentationi & nu-
 tritioni coadiuuat/ eoque vtatur anima vt instrumento. Nam ignis augmentum in infinitum fit: quousq;
 fuerit combustibile. non autem animalis augmentatio: sed omnium natura constantium magnitudinis
 & augmenti terminus est & ratio. huiusce autem rei officium est animę & speciei: potius q; ignis atq; ma-
 terię. Sed vt propositum exequamur: de virtutis nutritię & generatię (quę omnium prima est) alimen-
 to/ nunc agendum est. **T**res alimenti conditiones. **P**rima. Nutrito contrarium est alimentum. **S**e-
 cunda. Alimentum tale debet esse contrarium / ex quo non modo suum contrarium generatur: sed & in-
 crementum suscipere natum sit. Pleraq; enim sunt contraria quę ex se inuicem fiunt: sed alterū altero non
 accrescit. vt ex sano fit egrum/ & ex egro fit sanum: sed neutri ex neutro suscipit incrementum / imo nec
 nutrimentum. **T**ertia. Contrarium corrumpere & transmutare debet alimentum / non autem contra:
 alimentum suum contrarium. quemadmodum humidum alere videtur ignem: non autem cōtra/ ignem
 humidum alimentum esse: q; ignis in suam speciem transfert humidum/ & non eduerso. Sed huius rei ex-
 titit dubitatio/ opinionumq; diuersitas. Dixerunt enim hi similia similibus ali. Nam nutritio perinde est
 atq; augmentatio. Augentur autem similia similibus: igitur & similia similibus aluntur. Illi vero dixe-
 runt contraria contrariis ali. **P**rimo. Quia oportet alimentum transmutari & concoqui. transmutatio
 autem omnis de contrario in contrarium/ aut in medium. **S**ecundo. Simile nō patitur a simili. Alimen-
 tum autem patitur ab alito/ & non e contra. vt faber ferrum excudens nihil patitur a materia: hęc autem
 patitur ab illo. Alitur igitur contrarium contrario. Sic: ita dicentes conciliare possumus: si priusq; co-
 ctum sit/ alimentum vocent: quod & idem coctum vocent alimentum. vtriusq; quodammodo recte senti-
 re dicimus. & similia similibus ali/ & contraria contrariis. Nam in principio: alimento incocto/ indige-
 stoq; contraria contrariis aluntur: tandem vero in exitu/ ipso alimento concocto/ similia similibus ali cō-
 cedere debemus. **Q**uinta conclusio. Animatum vt animatum est nutritur. **N**am nihil nutritur quod
 non sit vitę particeps: & alimento in viuētis naturam conuerso. nutritur igitur animatum: vt animatū
 est. **C**orrelarium. Quo fit vt alimentum ad animam per se & nō per accidens referatur. **N**ullo enim
 accidente suscepto quicq; alitur: sed versa alimenti natura: & viuētis specie accepta. **T**res alentis &
 augentis differentię. Hinc deprehendi possunt alentis / augentisq; differentię. Differunt enim primo.
 Nam & si subiecto vnum sint: ratione tamen & cogitatione sunt duo. Idem enim alimentum vt substan-
 tiam ministrat/ alens dicitur: vt vero molis amplitudinem attollit: dicitur augens. **S**ecundo. Viuens
 eousq; nutriente eget/ quousq; perseverat: saluat enim ipsum/ alimentum. non autem semper eget augen-
 te: sed sui incrementi statum habet/ citra suum finem constitutum. **T**ertio. Nutriens generationem &
 ortum facit: non illius quod alitur (iam enim est: & nihil seipsum generat/ sed saluat) sed talis: quale est id
 quod suscipit alimentum. Vnde fit vt animatum alimento pręseruatum: persistere nequeat. Animę enim
 talis vis/ talisq; facultas adest: vt ipsam habentem saluet/ fluxumq; reparat. Id autem efficere non valet:
 nisi alimentum parando/ aptando/ coquendoq;: fluxę corporeę machinę reparamento. **S**exta. Aequū
 est vim vegetandi facultate vim generatiuam dici/ nomenq; hinc ducere. **N**am cum eius
 tria precipua sint opera: alere/ augere/ generare. Alere quidem: vt propriam conseruet substantiam/ a quo
 vis alitrix & nutriendi dicitur. Augere: ad magnitudinem natura institutā consequendam: a quo augmē-

tatiua virtus nomen fortiretur. gignere: ad prolem edendam/ imitandumq; illam diuinitatis immorta-
 litatem. & quod opus vt diuinius: aliorum finis est. modo autem equum est vnum quodq; a fine denomi-
 nari. Aequum igitur est vim vegetandi/ ab ea gignendi facultate vim generatiuam dici/ nomenq; fortiri.
Septima. Omne animatum in situ calorem habere necesse est. **N**am duobus/ alimentum ad nutri-
 endum paratur. vno vt mouente & quidem immoto: altero vero vt mouente & moto. quemadmodum
 nauis duobus intemperatur/ gubernatore vt primo / principali/ & immoto: & Aplustri vt mouente &
 moto. Paratur itidem alimentum & decoquitur ab anima vt primo mouente & immoto: & a calido. de-
 coctionem enim operatur calidum vt mouens & motum/ visq; principalis: instrumentum. Habet igitur
 omne animatum: in situ calorem. Sed de alimento/ alendi virtute/ & operibus eius: tanta dicta satis sunt.
Varsi capitis prima conclusio. **D**e operationibus potentiarum priusq; de potentijs est determinandum. **N**am consideran-
 dum est in particulari quid vnaq; sit potentiarum/ & quę cuiusq; potentię sunt passiōes & proprietates. In quibus
 quidem determinandis a notioribus ad nos ad natura notiora procedendum est. At potentiarum operationes sunt notiores ad nos
 ipsis potentijs. sunt enim operationes/ effectus: potentię vero/ earum cause. Effectus autem suis causis ad nos sunt notiores: igitur
 de potentiarum operationibus prius determinandum est q; de ipsis potentijs. **S**ecunda conclusio. **O** beatandem causam prius de ope-
 rationum obiectis q; ipsis operationibus faciendā est determinatio. **D**e notioribus enim ad nos prius est determinandum: & ab il-
 lis ad notiora natura cognoscenda procedendum. **O**biecta autem operationum quę sunt/ alimentum: vegetatiōis/ sensibile: sensa-
 tionis/ appetibile: appetitiōis/ locus/ motiōis/ & intelli gibile: intellectiōis/ sunt notiora ad nos q; ipse operationes. Vulgares enim
 obiecta operationum habent explorata: quomodo autem fiat nutritio/ augmentatio/ visio/ auditio non cognoscunt. igitur de obiectis
 prius determinandum est q; de operationibus. **T**ertia conclusio. Inter ea quę hic determinanda sunt: de alimento & generatiōe
 prius determinandum est. **D**e alimento quidem. Nam de primę potentię obiecto/ primo loco determinandum est. Vis autem
 vegetandi/ potentiarum prima est & viuētiū principium: vt supra ostensum est/ cuius obiectum est alimentum. igitur de ali-
 mento primo loco est determinandum. De generatiōe vero: quia de principali & digniori potentię operatione prius suscipienda
 est determinatio. At inter potentię vegetatiue officia/ nutritiōis/ augmentatiōem/ diminutiōem & generatiōem: generatiō
 potissimum est & dignissimum opus/ & formę quę potior natura est maxime conueniens. hinc naturallissimum dicitur. Et con-
 uenit huiusmodi operatio omnibus viuētib;: dummodo sint perfecta. Nam imperfecta viuētia siue vegetabilia siue animalia vt
 Conchilia & Ostrica non sunt nata suum simile generare. **S**ecundo requiritur q; non sint membris natura ad generatiōem ordi-
 natis priuata. Nam quę illis carent non possunt suum simile generare: vt neq; quis potest sine oculo videre/ aut sine pedibus ambu-
 lare. **T**ertio. **N**on sint deprauata/ id est ex diuersarum specierum animalibus genita. Nam quę ex dissimilibus speciei animalis
 bus gignuntur: vim generandi non habent. vt mulla. **Q**uarto. Vt viuētia suum generent simile oportet q; non habeant sponti-
 nam generatiōem: sed ex seminis propagatione nascantur. Nam quę sponte generantur & per putrefactionem vt vermes / mu-
 scae/ raneę: non sunt nata suum simile generare. Si quidem per generatiōem viuētia semper manent secundum suum simile in spe-
 ciecum ob longam a primo ente principioq; remem distantiā ipsa eadem numero manere non possunt: sicut tamen supra munda-
 na ipsi semper enti viciniora manent. Et hoc pacto viuētia assimilantur ipsi primo eterno: & diuinam assequuntur conditionem
 (quę est/ semper esse) quantum eis natura datum est. quam quidem diuinam assimilatiōem omnia suapte natura expectant & de-
 siderant: et ad eam ordinantur: iusq; dirigunt q; maxime possunt operationes. **I**sti igitur de generatiōe primo loco determinandum:
 cum ipsa aliarum virtutis vegetatiue operationum vt nutritiōis & augmentatiōis sit finis/ & ad eam diē operationes ordi-
 nentur. quare natura ab imperfectioribus ad perfectiora procedens eam animalibus & plantis perfectum nachū incrementum de-
 signauit: & vltimo loco exercendam. Ceterum duplex est finis. Vnus est finis quod/ precipuus / vltimatus / & primarius. gratia
 cuius omnia alia sunt & q; alterius gratia vltimus non est. vt diuina illa bonitas/ & abstractissima ratio siue forma: ad quam om-
 nia suapte natura inclinantur vt eternitatis eius/ diuinitateq; sortis participationem assequantur. aliqua quidem magis: vt quę per-
 fectiona sunt & primę suę origini propinquiora/ alia vero minus: vt quę sunt ab ipso rerum optimo principio distantiora. **Q**uia
 enim id ipsum summe bonum est/ omnia in ipsum ferri nata sunt. & quia nihil eo melius cogitari potest: ipsum in aliud non ordi-
 natur/ cum perfectiora non recte ordinantur in imperfectiora. Alter autem finis est cuius qui & minus precipuus/ non vltimatus/
 & secundarius appellatur. Et is est gratia cuius aliquid fieri natum est & qui vltimus in aliud ordinatur: vt rerum formę & ope-
 rationes per quas illa diuinitatis participatio acquiritur/ & ad quas diē diuinorum assimilatiō spectat & pertinet. Et is finis mi-
 noris est q; finis quod/ dignitatis: nam ad eum ordinatur tanq; medium ad ipsum natura constitutum. **Q**uarta conclusio. Anima
 in viuētib; trium causarum scilicet formę/ efficientis/ & finis rationem obtinet. **Q**uia sit viuētiū forma patet. Nam sicut se
 habet viuere ad viuētia: ita anima quę viuēdi prima est causa/ ad animata. At viuere est forma ipsorum viuētiū: sicut senti-
 re sentientium / & albedo alborum. Dat enim viuere: esse viuēti / & viuens conseruat in esse: igitur & anima est forma
 causę/ formalis viuētiū. Imo vero potior est forma: nam substantialis/ vita autem solum est forma accidentalis. **P**reterea. **O**mnis
 actus primus & substantialis: igitur anima est forma. **Q**uod autem anima in viuētib; sit causa efficiens patet. Nam anima fas-
 cit in viuētib; augmentatiōem & diminutiōem. Quicquid enim augetur aut minuitur: alitur. Et quicquid alitur / habet ani-
 mam. igitur quicquid augetur aut minuitur: habet animam. Multis in super viuētib; anima sentiendi prestat operationem &
 se mouendi. Est enim sensatio quę est alteratio: cum sit speciei sensibilis in sentiendi organo susceptio: quę quidem speciei sensibilis
 (vt & prima qualitas sensibilis) est qualitas. Illa autem alteratio solis viuētib; conuenire potest: sicut & progi essio/ & quęcumq;
 alia de loco in locum translatio. **Q**uod vero anima sit in viuētib; causa finalis patet. nam sicut ea quę a mente fiunt per con-
 sultationem & electionem: alius gratia ordinantur/ siue per artem: vt domificatio gratia habitatiōis & securis gratia sectio-
 nis. siue per actionem: vt profectio ad forum gratia emptionis/ erogatio pecunie gratia subleuandę egestatis pauperis. Ita quę

Finis diuino.

a natura sunt: etiam alicuius gratia sunt: cum in secundo physicorum ostensum sit naturam alicuius gratia agere. Nam plantarum animaliumque corpora & materiae dispositae sunt gratia ipsarum animalium: & organa a natura data itidem ipsius animae gratia, ut oculi ad videndum / aures ad audiendum / dentes ad cibum contundendum. Et hic locus a minori sumitur. Nam quae mente & ratione sunt: minus ordinata sunt quae a natura / ut quae humano fiant arbitrio & sepe aliter nullo etiam intercedente impedimento fiant. Quae vero natura sunt: sunt magis ordinata: & nunquam aliter nisi interuenient impedimentum sunt. Si igitur quae minus sunt ordinata: alicuius gratia: ea sane quae magis ordinata sunt: alicuius gratia fieri facile & potiori iure dinoscuntur. Est autem anima finis: non quod / sive ultimus / sed cui & non ultimus. Dicitur enim paulo ante duplicem esse finem: scilicet unum ut quod & primum / alterum ut cui & secundum: igitur anima trium causarum / formae / efficientis / & finis rationem seruat. **Correlarium.** Unde manifestum est Empedoclem horum motuum: scilicet augmentationis & nutritionis causam non recte assignasse. **Dixit enim plantas deorsum augeri quia radices terram habent in excellentia: quae maxime nata est deorsum ferri, dixit item ramos plantarum extolli in altum: quia ignem in se habent a dominio / qui cum natus sit sursum ferri: eos sursum rapit & augmentationem praestat.** Sed quae haec irrationabiliter ab eo dicta sunt patet. **Primo.** Quia Empedocles male assignat sursum & deorsum in plantis: asserendo radices esse deorsum & ramos esse sursum & sint in aere. Nam si cui se habet os & caput ad animal ut hominem: ita se habet radix ad arborem. Consimilia enim habent officia: & eadem virtutes: scilicet attrahendi alimentum. At os est sursum in animali: igitur & radix est sursum in arbore: sumendo sursum & deorsum ut differentiae sunt positionum in animatis natura determinatae: & secundum virtutes distinctae: sicut debuit capere Empedocles: & non pro differentis locorum sumptis secundum loca vniuersi: quemadmodum sumere visus est. Et cum pedes oppositi ori & capiti quod est sursum in animali / sint ipsius animalis deorsum: consimili ratione rami / radices (quae ipsius plantae deorsum esse ostendunt) oppositi: sunt plateae deorsum. Et quis sursum & deorsum ut differentiae: sunt locorum sumuntur secundum loca vniuersi / quorum vnus est ad quem feruntur graua & deorsum dicitur: alter vero ad quem feruntur leuia & dicitur sursum. Tamen ut sursum & deorsum sunt differentiae positionum non sumuntur secundum loca vniuersi. Nam quis hominis caput esset versus ad terram & pedes ad caelum conuerteret: nihilominus caput esset sursum animalis & pedes deorsum. In videntibus autem hoc pacto sursum & deorsum recte sumi debent: cum secundum proprias eorum virtutes & ab intrinseco tunc discernantur. **Secundo.** Ignis & terra diuersorum sunt & dissonantium conatus. Nam ignis natus est moueri sursum simpliciter & terra deorsum simpliciter. In sua igitur euolarent loca & se dissociarent: sique dissiparentur: viuentia nisi ab aliquo retinerentur in videntibus compacta. perinde atque si lignum & lapidem in aquae medio posueris: lignum a lapide seingetur / sursumque emerget / lapis autem deprimitur ad fundum / nisi ab aliquo terio retineatur. At nihil quod ignem & aquam in videntibus retineat / praeter animam assignari potest. Quae si anima assignetur ea colligantur: erit igitur anima praecipuum augmenti & nutrimenti efficiens: & non terra & ignis. **Tertio.** Dixerunt nonnulli igne elementorum soli nutririque appositum lignum in suam conuertat substantiam: sicut viuentibus cibum. Et idcirco ignem in videntibus esse augmenti causam: & viuentia ab igne sibi intrinseco nutritionis & augmentationis causam habere. Verum quis calor sit efficiens instrumentalis nutritionis & auctoris / quo anima ut instrumento eos exercet motus: tamen non est concedendum ignem nutririque. Nam motus igne accretum fit in indeterminatum & quod sibi fuerit appositum combustibile. Nam quantum fuerit ignis magnitudo: appositum visibili fiet maior & exercet. Non autem animalis augmentatio fit in indeterminatum: sed omnia viuentium natura constantium certus est & natura determinatus magnitudinis & augmenti terminus. quem cum viuentis attigerit: quis ei alimentum apponatur non excedet. Nutritionis autem & augmentationis opus efficiere / potius ad animam & formam pertinet: quod ad ignem / materiae conditionem in videntibus sequentem. **Tres alimenti conditiones.** **Prima.** Alimentum contrarium est corpori animato quod nutritur. Nam alimentum in eius debet conuertere substantiam: corrupta forma substantia cibi ab ipso animato. Quod autem ab altero corrumpitur: ei contrarium est a quo corrumpitur. igitur. **Secunda.** Alimentum debet esse tale contrarium ex quo non solum suum contrarium generatur: sed ex quo suum contrarium etiam augetur. Debet enim corpus viuentis animatum ipsi alimento contrarium: ex alimenti substantia nutririque & ex magnitudine augetur. quare alimentum debet esse contrarium substantialem / materiae & formam & magnitudinem habens. Nam nonnulla sunt contraria quae ex se inuicem quidem sunt sed vnum ex altero non augetur: quae per se magnitudinem non habent. ut ex sano fit aegrum & contra: non tamen aegrum sano augetur / quia aegritudo molem non habet: immo nec nutritur / quia neutra habet formam substantialem. **Tertia** conditio est. quod ipsum viuentis quod nutritur debet corrumpere cibum non autem contra / cibus ipsum viuentis quemadmodum ignis qui humido viscoso ut oleo nutritur videtur / corrumpit humidum & in suam conuertit substantiam: non autem humidum corrumpit ignem. Si enim corrumpere: non aleretur eo humido ignis sed extingueretur. sic & viuentis alimento ipsum corrumpente destrueretur & non nutririque. Sed dubitant plerique an similia similibus alantur: an dissimilia dissimilibus. Dixerunt enim nonnulli similia similibus secundum speciem & naturae substantiam alii. quia nutritio consimiliter fit ut augmentatio / quae nutritioni semper coniuncta est. At similia augetur similibus. Est enim augmentatio / aliquo secundum speciem adueniente & non secundum materiam: igitur etiam similia similibus aluntur. Et eorum ratio valida est si nutritionis terminus respiciat cum iam conuersum fuerit alimentum: tunc enim similia similibus & augetur & nutririque concedendum est. Alij vero dixerunt dissimilia dissimilibus secundum speciem & naturam nutririque. **Primo.** Quia ut fiat nutritio oportet alimentum digerere: & in nutriti substantiam conuertere / a propriaque natura transmutari. At transmutatio fit de contrario in contrarium. Igitur dissimile nutritur a dissimili & suo contrario. **Secundo** sic argumentantur. Simile non est natum pati a simili. Alimentum autem patitur a viuentis quod nutritur: nam ab eo corrumpitur. Viuentis autem contra non patitur ab alimento: sicut faber cindens ferrum non patitur a ferro sed ferrum ab eo patitur. igitur contrarium alitur suo contrario / ut prima alimenti conditio docuit: quare & dissimile a suo dissimili nutritur. Et haec quidem rationes admittende sunt respiciendo ad nutritionis principium antequam conuersum sit in substantiam alii. Analo gia tamen de fabro & ferro minus propria videtur: cum ferrum non possit conuertere in substantiam fabri / sicut alimentum in substantiam viuentis. Itaque hos diuersa (ut videtur) sentientes in concordiam reducere hoc

Quod ignis non nutrit: nec proprie augetur.

pacto facile est. Si cibum antequam digestus sit & in aliti substantiam conuersus vocent alimentum & eandem postquam conuersus fuerit itidem vocent alimentum / ut debent (nam & si ante & post conuersionem speciei differentiam habeat: tamen eiusdem operationis scilicet nutritionis utriusque obiectum est: hoc quidem actu / illud vero potentia) utriusque ad diuersa respicientes recte dixerunt. Nam in principio cum nondum fuerit digestum & conuersum alimentum in alitum: dissimilia nutriuntur dissimilibus. In fine vero nutritionis cum iam conuersum fuerit alimentum in substantiam aliti: similia a similibus nutririque concedere non est inconueniens. **Quinta conclusio.** Animatum quatenus animatum est nutritur & nutritio viuentibus ut animata sunt conuenit: & esse animatum causa prima nutritionis / nutritio vero propria animatorum conditio. **Patet.** Quia quicquid nutritur: vita participat & animatum est. Inanimata enim ut lapides & saxa minime nutriuntur. Et alimentum in his quae nutriuntur in corporis aliti naturam conuertitur: quod solum ab anima fieri potest. igitur animatum quatenus animatum est nutritur. Et quis idem sit animatum / sentiens / se mouens / & intelligens: animatum tamen ut sentiens non nutritur: neque sensus prima est causa nutritionis: cum non quicquid nutritur sit sentiens. sic animatum ut se mouens non nutritur neque ut intelligens. **Correlarium.** Quare alimentum ad animam per se & ut effectus per se referatur: & non per accidens sive ut effectus per accidens. **Non enim quicquid nutritur acquisito accidente ut magnitudine / albedine / aut calore: cum accidens non sit terminus ad quem nutritionis. Et si enim cum res nutritur / simul acquiratur accidens ut magnitudo aut qualitas: tamen ad huiusmodi accidens non est nutritio tanquam ad suum terminum sed solum ad substantiam. Nam quicquid nutririque dicitur cum alimenti forma corrumpitur: & forma consimilis speciei aliti / suscipitur in eadem materia alimenti. In formis quidem viuentium diuiduis alia numero forma suscipitur: sicut & formae particula cum materia fuit deperdita. In homine vero non acquiratur forma pars noua: sed eadem & imperis incipit informare materiam quam prius us non informauit. sicut in defluxu partium materiae nihil ab anima deperditur: sed definit informare materiam quam prius non informauit. **Tres alens & augetis differentiae.** **Prima.** quis alens & augetis vnum sint reipsa scilicet alimentum quod ab animato suscipitur: ratione tamen duo sunt / & genere etiam generalissimo differunt. Est enim ratio alens / substantiae: augetis vero / quantitatis. Alens enim dicitur alimentum / ut in corporis nutriti substantiam conuertitur & in deperdite substantiae locum substituit. Augetis autem est alimentum: ut maiorem corpori animato afferat magnitudinem. Si igitur alimenti formam substantialem respiciat: alens dicitur / si vero molem: dicitur augetis. **Secundo.** Quae ita se habent ut vno alicui conueniente alterum simul eidem potest non conuenire: ratione differunt / ut homo & sedens. At alens conuenit animato quodiu perseverat: etiam tempore status ab augmento & decremento: quo simul eidem non conuenit augetis. Nam animato terminus augmentationis constitutus est: antequam ad suum perueniat finem & interitum. igitur alens & nutrienis saltem ratione differunt. **Tertio.** Quorum propria & re ab inuicem discrepantia sunt opera: & ipsa ab inuicem vel ratione differunt. Nutrientis autem & augetis diuersa sunt opera. Nutrienis enim generationem facit: non quidem ipsius corporis animati quod nutritur: nam nihil quod est / generatur: cum non possit quicquid ad eum moueri terminum quem habet completum. Corpus autem animatum quod nutritur / est. Praeterea nihil seipsum generat: cum nihil sui ipsius sit causa efficiens. At forma substantialis nutriti officit nutritionem: non igitur seipsam nutritione generat / nec corpus animatum. sed alens generat aliud partiale corpus / numero quidem differens a corpore animato quod nutritur: sed eiusdem & consimilis speciei secundum substantiam. Et quis id partiale genitum / sit deinde pars corporis animati: non tamen debet propter illius partialitatem acquisitione totum corpus animatum dici genitum: quia illius totius generatio aut corruptio secundum alicuius quod sit totum actu & nullius alterius pars / acquisitionem aut deperditionem attendenda est. Ea etiam pars quae aut defuit aut acquiritur / admodum exigua est: ut propter eam nulla in toto percipiatur inuolutio. ut propter guttae aquae adiectionem aut ablationem tota aqua nec generari dicitur nec corrumpi. Si quidem praecipua animati partes manent: ut caput / pedes / radix / rami. Ex quo statim euadit manifestum quod animatum corpus alimento priuatum tum intrinseco quae est sanguis / tum extrinseco quod ingeritur ut aptetur & digeratur: durare non potest nec superuivere. sicut flamma in lampade non permanet sine oleo. Nam vis nutriendi adesse animae ut saluet corpus animatum: & substantiam eius quae defluxit replet. At non potest vis nutriendi saluare animatum & resalutare deperditum: nisi alimentum digerat. Corpus autem alimentum ad deperditae substantiae reparandum. Alimentum autem digere re non potest nisi semper ei assit alimentum: igitur corpus animatum alimento priuatum subsistere non potest. **Sexta conclusio.** Rationabile est vim vegetandi nomen habere a potentia generandi: & (si alicuius suarum particularium virium nomine censeri debeat) vim generatiuam potius appellari. **Patet.** nam cum virtutis vegetandi tria praecipua opera & in affirmatione consistat: scilicet alere / augere / generare. (Mouere enim in negatione est & ad interitum ducit). Alere quidem: ut viuentis propriam conferret substantiam / imiteturque diuinorum stabilitis permanentiam & existentiam. Augete vero: ad magnitudinem naturae determinatam consequendam / imitaturque diuinorum plenitudinem. Et ab hoc opere vis vegetandi augmentatiua virtus dicitur: sicut ab illo vis nutritiua. Denique gignere ad prolem sibi specie similem generandam: imitaturque diuinorum quantum natura sinit immortalitatem. Hoc tertium opus (ut paulo ante ostensum est) dignitas est: & aliorum duorum operum finis. Modo aequum est vnumquodque a digniori & a fine denominationem sortiri. Igitur consentaneum est vim vegetandi a virtute gignendi vim generatiuam nuncupari. **Septima conclusio.** Omne animatum / intraneum habet & naturalem calorem: quo vis vegetatiuae operationes exerceat. **Nam alimentum duobus intrinsecis efficientibus ad nutriendum disponitur. vno quidem quod mouet solum & non mouetur: scilicet forma substantialem quae praecipuum est efficiens nutritionem. Altero vero quod mouet & mouetur: scilicet calore accidentali qui mouens est instrumentale. Quemadmodum nauis duobus regitur directoribus: scilicet nauita / qui primus est & principalis / ab extrinseco non motus: & gubernaculo / quod a nauita mouetur & nauem mouet. Sic alimentum ab anima paratur tanquam a mouente praecipuo & non moto: & a calore tanquam mouente & moto / ipsiusque animae instrumentum. quo defuncta anima alimentum parare non possit: sicut nec ignis sine calore consumere lignum. Et cum huiusmodi instrumentum decoquendi alimentum: valentius est: aptius fit nutritio ut in iuuenibus. cum vero imbecillius: minus apte ut senibus. Sequuntur enim praecipua efficientia suorum instrumentorum conditionem: ut scriptor / calamitas / sector / securis. Manifestum est igitur omne animatum habere intraneum calorem quo nutritionem efficiat.****

Quo in hodie fit nutritio.

¶ Sensus nunc operationis nunc potentiæ: hoc est ex sentiendi actu apta; materia constituti/nomen est. ut sensus visus/ex actu videndi & potentia oculi disposita: ut pupilla. Et ita de auditu/odoratu/tactu/ & intellectu suo modo. ¶ Sensum esse in actu est ipsam actu sentire.



Vintum cap. continet duas conclusiones, duas quæstiones, earum solutionem, tria correlaria post secundam conclusionem, & duos modos potentie post secundum correlarium. ¶ Prima conclusio. De sensu incumbit determinatio. ¶ Nam sentiendi virtus/vim vegetandi sequitur: postquam etiam communior habetur. Et prius de sensu in communi: deinde de vnoquoque sensu agendum est. ¶ Secunda. Fit sensus cum mouetur sentiens/cumque aliquid patitur. ¶ Nam sensus/alteratio quædam esse videtur. Et an passio a simili/an a dissimili fiat: a nobis prius determinatum est: quodammodo fieri ab utroque. Nam id quod patitur/potentia tale est: quale id quod facit/actu. In principio siquidem dissimile: finito/completoque actu: simile. ¶ Duæ quæstiones. ¶ Prima. Cur sensus sua organa & sentiendi instrumenta non sentiunt: cum sint ex quatuor elementis (ut cetera quæ sentiunt) temperata. ¶ Secunda. Cur sine exterioribus sensibilibus non fiat sensatio: ¶ Responsio. Sensus non est in actu per seipsum: sed in potentia. sicut combustibile non per seipsum actu est: seipsum enim comburere/etque extero combustiuo ut igne comburente egeret. Ideo sensus neque se/neque sua sensoria percipit: neque sine exterioribus sensibilibus quicquid a sensu percipitur. ¶ Primum correlarium. Hinc fit ut sentire dupliciter dicatur: hoc ut potentia quemadmodum dormiens/illud ut actu: cum iam præsto adest rei sensatio. Ita audire/videre/odorare. & sensus: auditus/visus/odoratus & cetera alia: consimiliter dupliciter dicuntur/ut potentia & actu. Et cum diximus sensum fieri cum mouetur sentiens & cum quid patitur: id nos ipsi intelligi volumus de sensu qui est actu: & non ut potentia. Et nos moueri pati/ & operari: hic ut eisdem vtimur. Est enim motus / proprie operatio quædam & actus: sed imperfectus/ut prius aliquando diximus. ¶ Secundum correlarium. Vnde est sentiens ut a dissimili pati/ & ut a simili. Nam cum in principio patitur: dissimile est. cum vero iam passum est: simile. ¶ Duo modi potentie. Adhuc potentia (ut exactius determinemus) dupliciter dicitur. Primo enim dicitur aliquid in potentia ut sciens: quia sit tale si apte natura/ut sit scientie capax. Secundo. quia iam scientiam actam habeat/scientieque habitum: ut geometriam. Et hi modi longe inter se differunt. Nam primi exiliter atque tenuiter scientes dicuntur: ut quia apti nati ut tales euadant: et ut materia. qui non cum velint operentur: sed qui alteratione disciplina nonnunquam etiam & contrario habitu/indigeant. Secundi magis: ut quicum velint operentur/nisi speciale superuenierit impedimentum. neque tali alteratione negeant scientia: sed sola operatione. Et in primis non solum est passio: sed plerumque contrariis corruptio atque abiectio. In secundis autem simplex passio & perfectio quædam. Saluatur enim sciens habitus & hoc modo potentia: cum contempletur actu. & non modo saluatur: sed perficitur & nihil corrumpitur/abiecturque. Neque proprie est alterari: aut est alterum alterandi genus a primo. Absurdum enim videtur sapientem cum contempletur: & prudentem cum (ut recte vitam instituat) consideret: alterari dicere. & non artificem: cum aliquid artis molitur/ut domificator cum edificet. Et qui sapientie aut prudentie habitum possidet/si ipsis vtatur: non aliam quam sapientis/prudentis denominationem fortitur. Sed qui a docente & actu scientie scientiam capit: denominationem capit. quare non alteratur habitu considerans: aut duo alterationis erunt modi/ut dictum est. Est & aliquid in actu: ut sciens actu. qui maxime sciens est: cum sciens actu considerat. Consimili pene modo de sensibus accidit: ut aliquid dicatur bisariam potentia sentiens. Primo. ut semen/quod natum est & a natura institutum: ut ex eo fiat sentiens. ut animal. Secundo. ut iam factum animal potentiam sentiendi habens: perfisilem sciendi habitum. Et cum sensibile actu apprehendit: maxime dicitur & actu sentiens. Et actu sentire assimilatur contemplari. Hoc tamen interest: quod quæ actum sentiendi præstant: exteriora sunt/ & sentiendi extrinseca. ut audibile/visibile/odorabile. Quæ autem contemplandi actum: interna contemplanti. nec iniuria quidem. quia quæ actum sentiendi præstant: singularia sunt & extra. quæ autem scientiam: vniuersalia/ quæ quodammodo sunt in anima. ¶ Tertium correlarium. Vnde fit ut intelligere & considerare cum volumus: in nostra sit situm potestate. non autem sentire: sed ipsum sensibile a deesse necesse est. Sed de his amplius determinandis: alius futurus est locus. Et satis dictum sit quomodo potentia non dicitur vno modo: sed sicut puer potentia militans quia possit militare/natusque sit ad militiam. & sicut maturatione ætate nactus: potentia militans. sed quia illis potentie varietatibus non sunt imposita nomina: promiscue vtimur in vtrisque/uisdem nominibus: ut alterari/ut pati. Quis non proprie potentia sentiens (ut adulta ætate militans) sentiendi actum exercendo: dicatur alterari & pati. Et sentiens: tale est potentia/quale quod sentitur/actu. quemadmodum dictum est. patitur autem non simile: passum autem/simile euadit.

¶ Notarum quinti capitis declaratio.

Triplex sensus in præsentia littera aliquando capitur pro operatione sensus: ut cum dicitur secunda conclusio / q. fit sensus cum mouetur sentiens. Aliquando vero pro composito ex actu substantiali effectiui sensationis & materia debitis qualitibus disposita quæ dicitur acceptio.

¶ Sentiendi organum: ut cum prima quæstio queritur: cur sensus sua organa & sentiendi instrumenta non sentiat. Sic visus interdu visio: interdum vero oculus est compositus ex actu substantiali videndi & potentia subiectiua oculi disposita apto contemperamento quæ pupilla dicitur. Et ita de ceteris sensibus dicendum est. Denique intellectus aliquando ipsa intellectio est: aliquando vero totum ex actu substantiali scilicet intellectu agente & propria potentia scilicet intellectu possibili constitutum. Capiuntur & hæc nomina interdum pro forma substantiali effectiua operationis: ut in primo huius libri capite vbi dictum est. Itidem si oculus animal esset: anima vniuersalis visus esset: & visus tactus eius & substantia. sed cum in ea acceptione non sumatur in præsentiarum: non hic numeratur. ¶ Tunc sensus est in actu: quando actualiter & præsentialiter sentit. ut cum oculus videt actu colorem / visus est in actu: cum sonum audit/ & auditus est in actu.

¶ Vinti capitis prima conclusio. De sensu deinde faciendæ est determinatio. ¶ Nam virtus sentiendi proxime in potentia numero vim vegetandi (de qua paulo ante determinatum est) sequitur: & post ipsam vegetandi potentiam/sentiendi virtus communior est. Conuenit enim pluribus quibus mouendi aut intelligendi: igitur de sentiendi virtute nunc restat determinare. Et primo de sensu in generali & secundum rationem eius vniuersalem: deinde de vno quoque particulari sensu specialiter determinandum est. Natura enim communia prius determinanda sunt: deinde circa propria speculandum est. ¶ Secunda conclusio. Tunc fit sensus & actualis sensatio: quando sentiens patitur & intra se quicquid suscipit/ut qualitatis sensibilis speciem. quemadmodum visio fit cum oculus speciem coloris suscipit/ & auditio: cum auris/soni speciem. ¶ Patet. Nam sensatio/quædam est alteratio/ & in sensatione aduenit in sentiente passio/ affectioque: prius non existens in eo: perinde atque in propria alteratione aduenit qualitas ipsi alterabili. Non est tamen sensatio proprie alteratio: quia in propria alteratione aliquid actu esse debet & aliquid potentia acquirendum superesse. In sensatione vero interdum tota simul perfecta est operatio: ut in visione totus simul perceptus est color sine successione: quemadmodum in aere totum lumen perfecte simul acquiritur. Idcirco quæ proprie est alteratio solum fit in tempore: sensatio autem ut via sit & tactio in instanti quis in tempore sit æque perfectarum operationum abinuicem numero diuersarum successio: quarum tamen una altera non perficit. Et in primo de generatione dictum est passionem quodammodo fieri a dissimili & quodammodo a simili. Nã sit a simili in principio: tunc enim patiens est dissimile agentis & contrarium/estque patiens tale potentia quale est agens actu. In fine autem fit a similitudine tunc patiens est factum tale actu/quale prius erat potentia: quare tunc est tale actu/quale agens actu: & per consequens agentis simile. ¶ Prima quæstio. Cur sensus propria organa non sentit: ut quare oculus non videt suam pupillam & eius colorem. Et videtur ea sentire debere. Nam ut extrinseca sensibilia sunt ex elementis composita & qualitates habent sensibiles: ita & sensuum organa: ergo qua ratione exteriora percipiuntur obiecta: & propria organa percipi debere videntur. ¶ Responsio datur. quod ex eo prouenit quia sensus ut operetur/ exterioribus indiget sensibilibus quibus moueatur: neque per ea quæ intra se habet moueri potest ad operationem. Idcirco sua organa sibi intrinseca minime percipit: ut oculus proprie pupillæ colorem. Admissio igitur obiectionis antecedente negandum est quod inferitur: quia sensui intranea non possunt sensum mouere ut extranea. ¶ Secunda quæstio. Cur sine exterioribus sensibilibus non sit nata fieri sensatio. ¶ Respondetur quod sensus operationem exercere non potest se solus: quod nullo indigeat extrinseco sed si nullum concurrat/absitque extrinsecum: solum est in potentia ad operationem. quemadmodum combustibile seipsum sine extrinseco ad combustionem mouere non potest. Alioquin lignum seipsum posset comburere: & non indigeat ret comburente extrinseco ut igne/quod falsum est. Ita si visus actu videre posset per seipsum sine cuiusque alterius adminiculo: oculus seipsum videret & non indigeret extrinseco visibili/quod natura impossibile est. Est sane combustibile. ut sentiens/ignis ut sensibile est. Ut igitur combustibile sine extrinseco comburente non potest comburi: ita nec sentiens sine extero sensibili sentire. ¶ Primum correlarium. Quare sentire dupliciter dicitur. ¶ Primo potentia. ¶ Est sentiendi vim/potentiamque habere: tamen si actu non sentiat/ut dormiens. ¶ Secundo: actu. ¶ Est sensus operationem actu exercere: ut actu videre/audire/aut tangere. Et quod actu sentit: ut potentia sentiat oportet. non enim potest sensatio sine vi sentitiua exerceri. Non tamen quicquid potentia sentit: ut actu sentiat oportet: qualis est somno solutus. Ita species sentire: ut videre/audire/itidem bisariam dicuntur. Et nominata sensus/auditus/visus: ad operationem & potentiam itidem homonyma sunt. Cum autem superius dictum est quod sit sensus cum mouetur sentiens & cum aliquid patitur: id intelligendum est de sensu actu & sensatione/non autem de sensu potentia. Nam ut sit sensus potentia non oportet sentiens moueri: cum dormiens æque atque vigilans vim sentiendi obtineat. Hic autem moueri/pati & operari pro eodem accipiuntur: quare moueri non omnino proprie ut prius ratio eius assignata est accipitur. Est enim proprie motus/actus quidam sed imperfectus: quemadmodum domus incompleta cuius aliquid factum est & restat aliquid faciendum. ¶ Secundum correlarium. Vnde manifestum est sentiens pati a dissimili prius/ & deinde a simili. Siquidem sentiens est qualitatis sensibilis speciem in se recipiens: & ergo patiens est. Sensibile vero est sensationem efficiens in organo: & est agens. Et antequam sentiens sit affectum specie sensibilis est dissimile sensibili. ut cum oculus nondum est affectus similitudine albedinis: est dissimilis parieti albo. Cum vero sentiens habet in se speciem sensibilem: est factum simile sensibili/non quidem per vere qualitatis susceptionem sed dumtaxat specie eius. Oculus enim non assimilatur albedini quæ veram intra se albedinem suscipiat: sed dumtaxat eius imaginem/sicut speculum vultui humano: Et quemadmodum aer cum illuminatur assimilatur luci: non per ipsius lucis in se susceptionem: sed imaginis eius quod est lumen.

¶ Sensatio non est proprie alteratio.

¶ Bisaria quicquid est in potentia.

¶ Ergo aer ut sentiens: lux ut sensibile/lumen ut qualitatis sensibilis species/illuminatio ut sensatio. ¶ Duo modi potentie. Primo aliquid dicitur esse in potentia (ut exempli gratia) in potentia sciens: quia natum est habere scientiam/naturalemque habet ad eam aptitudinem tamen si ipsam nec dum habeat. Secundo dicitur quis in potentia sciens quia scientie habitum perfecte acquisitum habeat. Et hic sciens habitus & in potentia propinqua esse dicitur/ille vero sciens aptitudine & in potentia remota. Nempe secundus modus/primæ speciei qualitatis rationem habet: primus vero/ secundæ. Sic in potentia grammaticus/iustus/liberalis/pictor/scriptor: & ita de ceteris virtutibus cum moralibus tum intellectualibus & artibus seruilibus dicendum est. ¶ Et hi duo potentie modi multum inter se differunt. Primo. nam qui primo modo scientes sunt: imperfecte & parum admodum scientes dicuntur/ad naturalem scilicet inclinationem respiciendo quia apti nati sunt esse scientes. quemadmodum materia non habens formam/nata tamen habere/aut cera non habens effigiem: eam tamen nata suscipere. Et ergo hi non cum volunt operantur: sed alicuius antequam operentur acquirunt

sitione egent. Aut solus scilicet privatiois abiectione/vt cum puer grammaticae ignarus/recte grammaticis instituitur praeceptis/ aut qui loq. e prorsus expertis logicis eruditur elementis. Aut egent contrarij habitus prius acquisiti abiectione: vt cum quis erroribus grammaticae & modorum significandi barbariae imbutus/recte grammaticae instituitur in logicis/opinionibus & synecategorematicis involutus/verioribus dialecticis disciplinis erudiendus est. Et hi difficilius q. primi docentur: q. contrarium habitum reclam institutionem impediunt habeant / quem & animo abolere & nouum comparare oportet: duplici sane labore, perinde atq. in membrana qua perperam quicq. inscriptum est primo quod prae scriptum est abraderet: secundo nouos inscribere characteres oportet. In mada vero membrana quae nihil inscriptum continet vno dumtaxat opus est labore/vt pote litterarum scribendarum. Hinc memoriae proditum est Timotheum musicum ab his qui prorsus musicae erant ignari & ab alijs prius no docti simplex exegisse pro docendi labore precium: ab ijs vero qui ab alijs prius edocti fuerant duplum/q. hoc (vt ai t) duplici labore & primo dedocere & deinde rectius docere oportuerit. Qui vero secundo mo sit potetia scietes: magis dicuntur scietes/immo perfecte & complete, sicut quod perfectam habet albedinem/dicitur album: & quod completam caliditatem/calidum. Et habitum hoc modo habentes eam volunt operantur: quia instrumentum necessarium & sufficiens scilicet habitum intra se possident/qui assiduo vsu non consumuntur: vt instrumenta artis/aut organa corporis: sed conseruatur & perfectitur. Si tamen ex vehementi affectionum/corporisue motione vt egritudine/timore/dolore/tristitia impedimentum aliquod interuenierit: non possit habens habitum etiam eam vellet operari: nam maiores motus impediunt minores. Et hi vt operentur non indigent alicuius discipline noua acquisitione: sed sola ex habitu operatioe. Secundo differunt quia in scientibus primo modo cu actu scietes efficiuntur no solu est passio operatioq. veru etia alicuius abieccio & deperditio. Nepe si ex privatioe in habitum procedat est abieccio privatiois secundu ratione. si vero ex prauo habitu in habitum oppositum: est abieccio contrarij habitus & secundu re & ratione. In scientibus autem secudo mo/ nulla prorsus est deperditio aut privatiois aut habitus: sed prius existens habitus per operatione conseruatur & pfectio. Sicut enim habitus ex operationibus acquiruntur: ita p operationes conseruatur & pfectitur. quare scietes habitus & potetia scdo mo salua: cu p habitum actu contemplantur. Neq. operari p habitum vt actu contemplantur proprie est alterari: cu no fiat in subiecto diuisibili/ neq. rpe contemplantur pfectitur. quadoquid singulo quoq. momento vel pfectissime intelligere contingat: cu insup no sit noua qltatis acquisitio sed ia in mente existens confirmatio. Aut si quis actu contemplantur dicat alterari: alter est modus alterandi ab eo quo primo mo scietes alterantur. Sicut enim se habet artifex ad operatione suae artis: ita contemplantur ad contemplantione & prudens ad consulatione. Nepe quisq. eorum ad propria sui habitus coparatae operatione. At artifex cu secundu arte operat no dicitur proprie alterari: vt domificator cu edificat/ & scriptor cu scribit, igitur neq. contemplantur dicitur esse alterari cu contemplantur/ neq. prudens cu ad recte viuendū deliberat. Tertia differentia. qui scdo mo scietes/ & sapientia prudentiae habet habitum: cu illius operatione facit no alia accipit denominatione q. prius habuerat: sed sapientia & prudens (vt & ante dicebat) dicitur. Qui vero prius ignarus a scietis p habitum/ actusq. docere scietia accipit: simul & nomen de nouo accipit. vt si gramatica dicitur/ gramatica nomen accipit: & sic logicus/ logici. Hoc iterum argumētū est operatione ex habitu no esse alteratione: quadoquid quod alterat/ alterū q. prius habuerat nomen ex alteratione sortitur: vt prius frigidū deinde calidū dicitur/ & prius albu postea nigrū. Quae ita operatio sit alteratio: duo erunt alterationis modi. Pr. eterea dicitur aliquid scietes actu: quado habitu habes/ scietes cu opera & considerat. & hic maxime/ pfectissimeq. scietes dicitur. quicquid enim pfectionis habet scietes habitus: idem habet scietes actu. & pterea scietes actu/ operatione sup addit q. multū pfectionis offert habitum. Est enim habitus/ operationis gratia. Eodem mo dicitur aliquid dupliciter potetia scietis. Primo aptitudine / quia ipsū a natura ordinatū est vt ex eo fiat scietis: sed anteq. scietis sit/ rei cuiusq. vt forma/ substantialis indiget acquisitione: quale est semel ex quo generadū est animal. Et huiusmodi scietis habet analogia ad scietis potetia primo. Secundo scietis potetia dicitur quod insitū habet & sibi ingentia sentiendi virtute: consimile habitum scietis/ sed hic acquisitionis est: illa vero innata. Et habet hoc mo potetia scietis analogia ad scietis potetia secundo. Dicitur & scietes actu: quod scietis operatione impresentiarū exercet. Et id maxime scietis est: cui virtuti scietis operatione gratia cuius est vis indita rebus/ adiuuatur. Et respondet actu scietis ipsi actu contemplantur. Id tamē differentia est q. q. scietis operatione vt obiecta faciunt: sunt extra sensū. vt rerū colores/ soni/ odores. Quae vero faciunt intellectus operationem & scientiam vt conclusiones & communes (quarum opifex animus est) rerum notiones sunt in anima: non quidem vt partes in suo toto/ quemadmodum Platonici posuerunt dicentes scientias esse de essentia animae: sed alio quodam modo scilicet vt accidentariae formae in suo subiecto. Et id non sine ratione contingit. nam q. sensatione faciunt: singularia sunt/ hic & nunc existētia. quae vero contemplantur: vniuersalia/ quae in anima sunt vt albedo in pariete. Et quis singularia/ externaeq. res primas faciunt & rudes intellectones: quae adhuc indigestae & informes ex sensu enascuntur: ille tamen/ contemplantiones non sunt. Nam contemplantio solum est vniuersalium. Correlarium. Quo fit vt intelligere & contemplantur in nostra (qui habitus partos habemus) est situm potestate: cum semper praesto & internum affit intellectui suum obiectum. Senti re vero non ita situm est in nostra libertate: sed opus est sensibile exterum adesse/ quo quidem absente non fit sensatio. Nam cum volumus intelligere/ protinus intelligimus. Et cum volumus: minime intelligimus. non autem cum volumus sentire: protinus sentimus. Quod quidem ipsius intellectus vltra sensum arguit perfectionem / & libertatem ob maiorem ab indigentia distantiam. Sed de his alijs requiritur determinandi locus. Et iam satis dictum videtur quomodo potentia simpliciter & vniuoce non dicitur sed multipliciter: quemadmodum puer dicitur potentia militans quia naturalem habet ad militandum aptitudinem & impossibile militare possit: & sicut vir perfecta etate etiam dicitur militans quia artem militandi consecutus sit. At quia diuersis illis potentiae rationibus non sunt nomina imposta diuersa: idcirco in vtrisque cogimur promiscue vsdem nominibus vti cum earum operationes exprimere volumus: vt his nominibus / alterari / pati: quis potentia secundo scietis (sicut & vir adulta etate militans) quando operationem exercet non proprie dicitur alterari & pati: cum non sit ibi alicuius abieccio/ sed solum speciei sensibilis acquisitio: a qua tamen subiectum non denominatur quale/ vt a specie albedinis non dicitur oculus albus: neq. a specie nigredinis niger. Sentiens autem ante operationem est tale potentia / quale est subiectum quod sentitur actu. Et cum sentiens patitur/ est non simile: cum vero passum est / factum est simile. Sexti capitis note.

Timotheus musicus.

Platonici.

¶ Sensus / sensus exterior.

Sextum



Extum cap. continet duas diuisiones, & duas sensibiltum per se & per accidens differentias. ¶ Prima diuisio. ¶ Sensibiltum quaedam sunt per se: & quaedam per accidens. ¶ Secunda. Sensibiltum per se haec sunt propria: haec vero pluribus sensibus communia. Sensibile proprium est quod ab vno & nullo alio sensu. sentiari potest: & circa quod rite sensui obiectum non contingit sensum errare. vt circa sonum: auditum/ circa colorem: visum/ circa odorem: odorandi sensum/ saporis: gustum/ caliditatem/ frigiditatem/ humiditatem & siccitatem: tactum. habet enim has plures sentiendi differentias: tactus, circa quas iudicatur vt ceteri circa suas. & no errat. No enim errat visus iudicando esse colorem: & auditus / esse sonum. sed errare potest quid coloratum sit/ vbi sit/ quid sonum edat/ & vbi. Communia sunt quae nullus sensum sibi vt propria vendicat, & sunt haec: numerus/ magnitudo/ figura / tempus / motus & quies. quae pluribus sunt communia sensibus. Motus enim a tactu percipitur & aspectu. ¶ Differentie sensibilis per se & per accidens. differunt sensibile per se & per accidens. Nam sensibile per se sentiendo: patitur sensus. vt colorem videndo: patitur visus. Non autem sensibile per accidens: vt huiusmodi. vt Diaris filius cum sit albus/ sensibile est per accidens: q. et albedo insit. non autem vt Diaris filius: quae talem subeat rationem. Et sensibilia per se propria: proprie sentiuntur. & ad ea persentienda: vniuscuiusq. sensus. substantia/ commoda/ aptaq. maxime natura instituitur.

48

49

48

49

49

Sexti capitis prima diuisio. ¶ Sensibiltum quaedam sunt per se: vt colores/ soni: quaedam vero per accidens/ aut positiua: vt huiusmodi. ¶ Sensibiltum per se quaedam sunt: sensibilia per se propria: quaedam vero sensibilia per se communia. Sensibile per se proprium est quod ab vno solo exteriori sensu percipi natum est: vt sonus ab auditu. tantum & color a visu. Et circa quod recte sensui oblatū non est possibile sensum errare. Est autem sensibile per se proprium rite sensui obiectum: quando organum sentiendi est bene dispositum/ medium sentiendi conueniens & non impeditum/ & obiectum debite applicatum & in ea quae requiritur aut propinquitas. Quando sensus aut distantia ad sensum. Si enim organum est indistinctum: vt oculus/ aut lingua amaritudine infecta / aut medium impeditum ob caliginem/ & vaporum interiectionem / aut sensibile nimium distans: facile sensus circa proprium errare sentibile est rite uibus tamen rite dispositis errare non potest: vt auditus non errat circa sonum / nec visus circa colorem / olfactus circa odorem/ sui & q. nō. circa saporem gustus/ circa caliditatem/ frigiditatem/ humiditatem/ siccitatem (quae sunt propria tactus obiecta) tangendi sensus. Potest tamen sensus errare circa ea quae accidunt sensibilibus suis proprijs: vt quid est/ quantum/ quo tempore/ quo loco. vt visus non errat iudicando colorem esse: licet errare possit quid coloratum sit & vbi. sic nec auditus errat iudicando sonum esse: licet ipsum errare contingat quid sonum efficiat/ & vbi. Sensibilia autem communia sunt quae nulli sensuum propria: & peculiariter sunt: sed pluribus sensibus exterioribus percipi possunt. Vt magnitudo/ numerus/ non quidem numerans sed numeratus/ motus localis/ quies a motu localis/ figura/ & tempus: quae pluribus sunt communia sensibus. Vt magnitudo visu percipitur & tactu: itidem & motus. Et haec sunt sensibilia per se: nam suam in sensu imprimunt speciem. Quis enim semper species magnitudinis conuenit/ sit speciei coloris/ similesq. percipiatur: sicut & magnitudo coloris in rebus sensibilibus conuenit/ semper certitur: nihilominus magnitudo propria habet speciem quam sensui imprimunt/ genere distinctam a coloris speciei: sicut & magnitudo a colore. distinguitur. vt si quis clausis oculis caelum tetigerit: non aliquam sensibiltum qualitatum percipiet/ tamen nulla sit quae tactu percipi possunt in caelo/ sed celi magnitudinem. Ita & motus propriam habet quam sensui imprimunt speciem: quae aliq. diu in oculis absente obiecto permanere solet. Ita sensibiltum per accidens quaedam propria sunt: vt tenebrae/ silentium: quaedam communia: vt flos/ lac / campana. ¶ Duae sensibiltum per se & per accidens differentiae. ¶ Prima. Cum sensus apprehendat sensibile per se: aliquid patitur. & recipit vt pote sensibiltum per se speciem: vt cum visus percipit colorem patitur a colore/ eiusq. speciem recipit. Cum vero sensus percipit sensibile per accidens: non patitur ab eo/ neq. ipsius speciem recipit. vt oculus videns hominem non suscipit in se speciem hominis / & auditus percipiens campanam non suscipit speciem campanae. Et quis sensus apprehendens sensibile per accidens positiuum/ aliquid patitur: quia simul percipit sensibile per se conuenit: non tamen patitur a sensibili per accidens/ sed a sensibili per se quod simul percipit: quare non patitur vt sentiens sensibile per accidens. Vt si Diaris (quod nominis proprii Diaris genitiuus est/ vt Socratis a Socrates) filius albus videatur/ patitur quidem visus percipiendo albedinem/ q. sensibile sit per se. non autem patitur vt percipiens Diaris filium: cum is suam/ propriamq. in sensu non causet speciem. ¶ Secunda differentia. Sensibilia per se propria/ habent proprium a natura determinatum in sentiente organum quo debent percipi. vt visibilia oculum/ audibilia aures. Vniuscuiusq. enim sensus materia debitis contemperamentis aptata est ad vnum quodq. sensibile per se/ & proprium percipiendum. sensibilia autem per accidens non habent proprium & sibi peculiare organum/ sed eodem percipiuntur organo quo sensibilia per se: quod non gratia percipiuntur.

¶ Septimi capitis note.

¶ Diaphanum/ perspicuum/ transparent/ translucens.



51

52

Septimum cap. continet nouem conclusiones, vnum correlarium/ distinctionem perspicui & luminis ad tertiam, duas rationes & vnum correlarium ad quintam, & duas ad octauam. ¶ Prima conclusio. Color est visibile. ¶ Na cunctis sensibilis/ visus est: illud est visibile. visus autem est coloris. Est igitur visibile. Et nō modo color visibile: sed & pleraq. alia quae nomine carent/ vt ex determinatione dilucebit. ¶ Secunda conclusio. Color per se visibile est: nō ratioe. ¶ Per se quidem. quia ex se speciei prebet: qua videatur. Non ratione. quae absoluta res est: quae ad visum nō refertur/ vt visibilis. quae licet nunq. conspecta: plane tamen consistet/ eritq. color.

P

Tertia. Color sine lumine videri non potest. **Nam** colorem ita diffinitur. Est qui suapte natura mo-
 uet: actu perspicuum. Actus autem perspicuum (quod Diaphanes vocant) sine lumine non est. Non itaque
 contingit colorem sine lumine videri. **Correlatiu.** Unde fit vt de lumine & perspicuo: prius determinan-
 dum sit. **Perspicuum** enim est quod suapte natura visibile non est: sed alieno visibili. vt celum/actu
 aqua/ & plerumq; solida corpora. Aer enim vt aer/ & aqua vt aqua: visibilibus non est. sed illius ratione q
 in ipsis recipitur visibile. Et lumen est actus perspicui: vt perspicuum est. Est enim lumen/ quasi perspicuo
 rum color. **Quarta.** Quae potentia perspicua sunt: tenebrae aliquando sunt. quae autem semper actu per-
 lucent: nunquam. **Nam** quae potentia perspicua sunt: aliquando actu perlucent lumine collustrata/ & per-
 spicua sunt actu. aliquando autem non perlucent: lumine carentia. Sunt igitur aliquando tenebrae. Te-
 nebras enim dicimus/ luminis in perspicuo carentia. q autem semper actu perspicua sunt: semper lumine pos-
 sident collustrans. non igitur tenebrae sunt vnquam. **Quinta.** Et si corpore lucida vt ignis/ sol/ & astra/ lu-
 men praesentia in perspicuo suelucis speciem. non tamen lumen: aut ignis/ aut sol/ aut astrum/ aut ab illis
 corporibus defluxus esse potest. **Primo.** Quia si quod illorum esse/ aut quidam (vt autum) defluxus ab
 illis: corpus esset. quod cum sit totum perspicuo praesens: duo corpora simul erunt/ atq; se simul occupabunt
 quod fieri non potest. **Secundo.** Quia tenebrae: sunt luminis privatio. non autem ignis/ solis/ astra/ aut
 corporum defluxus. **Correlatiu.** Unde fit vt Empedocles abstruse de satis censuerit lumen inter terram
 & continentis caeli ambitum ferri: nosq; interdum latere. **Nam** dignaretur venia: si paruo latum spa-
 cio latere diceret. sed in tanto (q; tum ortu clauditur & occasu) spacio idem sibi concedi/ magnum postu-
 lat: & non a rationis compote profecto admittendum. **Sexta.** Perspicuum coloribus vacat: & vt de se
 inuisibile est. **Nam** quod sonus capite de se sonus est vacuum. & quod odores: in odore. tale autem per-
 spicuum ad colores/ cum potentia sit: quae aer ad potentia sonum. perspicuum igitur coloribus vacat
 biveritq; vt de se inuisibile. **Septima.** Et si proprius vnusquisq; rei color videatur in lumine: non ta-
 men omnia visibilia spectantur in lumine. **Nam** nonnulla sunt quae non in lumine sed in tenebris cerni
 efficiuntq; sensum. vt ignita/ fungi/ quorundam animalium cornua/ piscum capita/ squamae/ oculi/ putres
 arborum trunci: carnes/ situsq; marcidis. quorum non est vnum nomen: quo simul ea complecti possimus.
 Et quam ob causam in tenebris & non interdum fulgeant: postea dicitur lumen. **Octava.** Non recte De-
 mocritus putauit: si totum quo cernimus spaciū vacuum esse: & per se vnusquisq; singula videri. adeo vt
 medio intersite vacuo: formica in caelo a nobis exactissime ac expedissime videret. **Primo.** Quia id
 cognitum est: quod in lumine spectat/ color esse. natura enim eius est mouere: actu perspicui/ vt aerem.
 qui cum sit oculo attigens: mouet oculum. Hoc indicio cognitum. q si colorem habens/ supra oculum
 existente igitur vacuo medio spacio: nullus perciperetur color. Perperam itaq; opinatus est Democritus:
 res singulas tunc expedientius/ acutiusq; videri. **Secundo.** Fit visio: cum sensus afficitur. Ipse autem
 colore qui videtur affici nequit. Afficitur igitur a medio. Ipso igitur existente inani: non fieret visio. quae
 re non modo existente medio vacuo/ non exactus videretur: sed ne omnino quidem videretur. & idem
 subit iudicium: de sono/ & odore/ sapore & tangibili. Ea si quidem supra auditus/ odoratus/ gustus/ & ta-
 ctus sedes locata: sensum non efficiunt. sed medio (vt sentiantur) haec omnia egent. In sono enim: mediū
 est aer. in colore: perspicuum. in odore: inominatum est. & est aer & aqua/ aliqua communi passione affe-
 cta. Aquatiles enim animantes sensum odoris obtinent/ & cetera quae in terra degunt respirantia: quae si
 ne respiratone olfacere nequeunt. **Quid** in saporibus/ quid in tangibilibus sit medium/ & eorum quae
 modo tetigitus causas: posterius adhaesemus. **Nona.** Sunt nonnulla quorum color & in lumine
 & in tenebris se prodit. **Nam** flammę mouent/ actu perspicuum: aliorum colorum naturam
 imitando. quare interdum se produnt: & medium ipsum afficiunt/ redduntq; actu perspicuum. quare no-
 ctu iterum se manifestant. Ex his itaq; notum est/ quod intenditur. & visibilibus has esse differentias:
 haec solo lumine/ haec solis tenebris/ haec vero vt rorūq; naturā imitata: & lumine & tenebris deprehēdi.

Notarum septimi capitis declaratio.

Diaphanum est quod non modo secundum superficiem sed & secundum profundum lumen
 admittit/ totumq; lumine offunditur: vt aer/ aqua. Opacum vero quod secundum superfi-
 ciem solum & non secundum profundum lumen recipit: vt terra/ lignum.

Septimi capitis prima conclusio. Color est visibile. **Nam** sensibile cuius vt obieci visus est/ ipse est visibile. At color est se-
 sensible. cuius vt obieci visus est. igitur color est visibile. Et non solum color (vt albedo/ nigredo) sed etiam colores qui mouet actu pspi-
 cui) visibile est/ sed etiam aliqua alia visibilia sūt q non sūt colores/ inomen coloris proprie sumendo: vt lumen/ fulgor/ q vno nomine
 non sunt nominata: vt ex his quae hoc in capite dicuntur postea fiet manifestū. **Secunda.** Color est per se visibilis: non tamē secon-
 dum rationem. Neq; enim eadem est coloris & visibilis ratio: sed longe diuersa. **Primum patet.** Quia color suam in visu im-
 primit speciem quam per medium itidem diffundit: igitur per diffinitionem color est per se visibilis. **Secundum patet.**

Quia color non dicitur in comparatione ad alterum: sed absoluta res est/ neq; ad visum refertur: non enim dicitur color visus color.
 Visibile autem ad visum refertur & relatiuum est. Nam visibile dicitur visu visibile. Etiam si quis assignetur color qui nunquam con-
 spiciatur/ non ei conuenit ratio visibilis: attamen aequae color est semper atq; alter qui videtur. Est igitur alia coloris & visibilis ra-
 tio: huius quidem ad aliquid/ illius vero qualitatis: q color id sit secundum quod aliquid quae scilicet coloratum dicitur. **Tertia**
 conclusio. Color sine lumine videri non potest. **Nam** color (vt proprie sumitur pro ea scilicet qualitate qua opaca corpora affe-
 ctant) a visu per lumen perceptibili: quomodo lux/ lumen/ aut fulgor/ minime colores sunt/ quod quidem modo in toto capite sumi-
 tur/ sic diffinitur: est qui natus est mouere actu perspicuum/ id est qui suam speciem natus est diffundere per medium illuminatum.
 vt albedo per aerem lumine persusum. At actu perspicuum sine lumine non est/ per diffinitionem. Dicitur enim actu perspicuum:
 quando ipsum est lumine repletum. igitur color sine lumine videri non potest: vt neq; imago in speculo sine lumine. Est enim oculus
 omnium colorum naturale speculum. **Correlatiu.** Quo fit vt de lumine & perspicuo prius sit determinandum. **Nam** per
 spicuum diffinitur id esse quod suapte natura & de se visibile non est: sed alieno visibili. De se quidem non est visibile: quia inges-
 nitam non habet neq; a sua forma produciam qualitatem: qua videatur. Alieno autē visibili est conspicuum: nam ab extrinseco pro-
 ductum visibile: vt a lucido lumen recipit/ quo redditur spectabile. Et haec diffinitio de pure perspicuo intelligenda est quod nullum
 habet natium colorum sibi conuenientium/ sunt enim & quaedam perspicua mixta quae lumen secundum interiores partes suscipi-
 unt/ & propriam habent colorem: vt rubeum aut croceum. qualia sunt vitra depicta. Et haec media sunt inter opacum & pure pers-
 picuum: de quibus non intelligitur haec diffinitio. Lumen autem diffinitur q est actus perspicui vt actu perspicuum est. Sane vt ab
 albedine paries dicitur albus/ ita a lumine quicq; denominatur actu perspicuum. quare vt albedo est actus & forma accidentaria al-
 bi vt album est/ ita & lumen est actus/ formaq; perspicui/ nam per lumen quicq; est actu perspicuum. Et lumen dat corpori esse actu
 perspicuum: corpusq; in eo esse conseruat. Siquidem praesente lumine corpus actu perspicuum est/ & abente lumine desinit esse hoc
 modo perspicuum. Et se habet lumen ad actu perspicuum/ sicut color ad opacum: estq; lumen vt perspicuum color/ & color vt
 opacorum lumen. **Quarta.** Quae potentia perspicua sunt/ aliquando quidem lumen habentia & aliquando non/ vt aer/ & aqua:
 interdum tenebrae sunt. Quae vero semper actu perspicua sunt/ lumineq; perpetuo illustrantur/ vt corpora caelestia: nunquam sunt te-
 nebrae. **Nam** quae potentia perspicua sunt/ hoc est non habentia actu lumen sed nata habere: aliquando actu lumen habent cum
 scilicet ipsis adesse lucidum/ & tunc per diffinitionem sunt actu perspicua. aliquando vero actu lumen non habent quando abesse illis
 lucidum: tunc autem sunt tenebrae. Diffiniuntur enim tenebrae esse luminis in perspicuo carentia & privatio: hoc est perspicuum
 priuatum lumine & natum habere lumen. Quae vero semper actu sunt perspicua: semper lumen habent praesens sicut & lucidum:
 non igitur vnquam sunt tenebrae. **Quinta conclusio.** Quis corpora lucida qualia sunt ignis/ sol/ astra: lumen diffundunt in perspi-
 cūo quod suae lucis est species: tamen lumen non potest esse ignis/ neq; sol/ nec astrum nec atomorum ab illis corporibus defluxus: si-
 ne corpora atomalia ab ipsis (vt posuit Democritus) defluentia. **Primo.** Nam si lumen esset ignis/ sol/ aut astrum/ aut corpus ab
 illis defluens: lumen esset corpus. & lumen est praesens toti perspicuo/ quod quidem perspicuum etiam est corpus: igitur duo corpo-
 ra simul erunt in eodem & se occupabunt/ quod est impossibile. **Secundo.** Quia tenebrae diffiniuntur esse privatio luminis. At tea-
 nebrae non sunt privatio ignis/ solis/ astra/ aut corporis defluentis: igitur lumen non est aliquid illorum. **Correlatiu.** Quare
 Empedocles non bene putauit lumen inter terram & caeli concavum loco moueri per se & tanq; substantiam: nosq; interdum vt no-
 ctu ipsum lumen non percipere. **Nam** venia dignus esset: si diceret lumen agitari: in paruo spacio a nobis non percipi. Id enim
 non tantum haberet absurditatis. At cum asserit lumen ferri in tanto spacio quantum inter ortum & occasum intercipitur: & ta-
 men nos latere: plus q; veritas & rei probabilitas permittit/ sibi concedi petit. & quod nunquam quoq; sane mentis & rectum rati-
 onis iudicium haberet: debeat concedi. **Sexta conclusio.** Perspicuum colore caret & de se inuisibile est. **Nullum** enim sibi ha-
 bet connaturalem colorem. quia si talem haberet: omnia per ipsum visa consimilis apparerent coloris. perinde atq; quicquid vitra
 croceum videtur: apparet croceum. Est igitur is a natura determinatus color impedimento rerum coloribus vere discernendis:
 perinde atq; congenitus aeri sonus obstaculo esset sonis & odor odoribus percipiendis. Quod ne fieret/ natura melius rebus consu-
 uuit: videndi/ audiendi/ & olfaciendi media coloribus/ sonis/ & odor odoribus priuauerit. Proinde perspicuum suapte natura in-
 uisibile est: quia de sua natura nullo adueniente extrinseco nihil in se habet unde videatur. **Patet.** Quia vt se habet medium sonos
 percipiendi ad sonos/ & medium percipiendi odores ad odores/ ita perspicuum quod est medium percipiendi colores/ ad colores. h
 medium sonos percipiendi/ de se sonus est vacuum: & medium percipiendi odores proprio caret odore/ & de se est inodorabile. igitur
 perspicuum vacat coloribus. **Septima conclusio.** Quis proprius cuiusq; rei color in lumine videatur: vt secunda
 ostendit conclusio/ tamen non omnia visibilia cernuntur in lumine. Sane color omnis/ visibilis est: non tamen ediuerso
 omne visibile/ color est: vt prima ostendit conclusio. **Patet.** Quia multa sunt quae in lumine visum non mouent sed
 solum in tenebris: q; diei maius lumen ea impediunt videri/ luminis autem absentia nocturno tempore visum sunt peruia. vtm
 flammationes ignitae circa terram consistentes/ piscum capita vt alae cum squamae/ catorum oculi/ & ligna putrefacta: quibus
 non vnum est positum nomen quo simul ea significentur. licet ipsa fulgida dicantur: & nomine fulgoris homonymo pro omnibus
 vtamur. Et haec non reddunt actu perspicuum: quia de se lumen non diffundunt/ quod vel eo constat argumentis: q; inter visum
 & fulgentia corpora coloratum corpus interiectum non videmus. **Octava conclusio.** Non bene existimauit Democritus si to-
 tum per quod visio fit spaciū esset vacuum: q; omnia melius & aptius viderentur. Ita q; si totum inter visum nostrum &
 celum spaciū esset vacuum: formica in caelo perfectissime videretur. Inducebatur enim ad hoc dicendum q; visionem fieri puta-
 uit per corporum atomalium defluxum. hinc quae solida sunt & opaca plurimum habere pleni dixit & nihil vacui per quod
 transeant atomi: idcirco per eam non fieri visionem. sed quae perspicua sunt/ multum habere vacui: quare per illa prompte fieri vi-
 sionem. Quod si totum spaciū esset vacuum: tum demum promptissime visus operationem parari dixit/ q; tunc cor-
 pus omne (quod corpori videndo impedimento esse credebatur) ablatum esset. Sed non haec recte asseruit. **Primo.**
 Quia color (vt prius ostensum est) solum in lumine spectatur. Est enim coloris proprium solum in actu perspicuo
 p ii

suam similitudinem efformare: quod nulli ceterorum sensibilibus concessum est. non minus enim sonus in tenebris q̄ lumine percipitur: sic odor/sapor/caliditas: & in lumine & tenebris percipiuntur. Quo circa in diffinitione coloris ad tertia conclusionem posita intelligenda est particula exclusiva solum/aut tantandem valens/qua excluduntur soni & odores & consimilia/que non solum mouent actu perspicuum: sed & potentia perspicuum. Color autem solum mouet actu perspicuum, vt qui nisi presente lumine (quod reddit actu perspicuum) videri non possit. Et dicitur ipsi perspicuum esse secundum vna extremis corpori colorato attiguum/ & secundum altera oculo videtur: q̄ ab aere primo tanquam nullo intermedio corpore. Quod hoc argumēto statim cognoscitur: nā si corpus habes colorē nullo interstitio corpore sup oculū ponat, nō videbit oculū colorē: quia desit videndi spaciū: ergo vt videat requiritur medium actu perspicuum. Vt autē actu perspicuum sit/ ei lumē adesse debet. At si sit vacuū: nullū inter rē visā & oculū interiacebit corpus perspicuum/ neq̄ lumen diffundi poterit. nam cum sit accidens: non potest nisi in subiecto recipi. igitur si spaciū medium inter corpus visum & oculum sit vacuū: nullus percipi poterit color. **Secundo.** Tunc fit visio cum visus affectionem in se suscipit. At non potest visus proxime affici a colore qui videtur: cum is sensui superpositus non agat in organum. igitur afficitur visus a medio videndi spacio. At qui si medium/ vacuum sit: non potest visus ab eo affici/ neq̄ rei visibilis speciem suscipere: nam colorum (vt & ceterorum sensibilibus) species cum sint accidentia/ non possunt in vacuo diffundi: sed subiecto in quo subsistant egent. igitur si medium spaciū sit vacuum: non potest fieri visio. quare nec fieret acutior aut expeditior (vt dicebat Democritus) rerum conspectio. Et eodem modo dicendum est de sono/ odore/ sapore/ & tangibili: q̄ medio scilicet indigent vt percipiantur. Nam dicta sensibilia contingit suis organis superposita non faciunt sensationem: sed intermedium requirunt corpus & interstes quo percipiuntur: aut extraneum/ vt color/ sonus/ odor/ aut intraneum/ vt sapor & tangibile. Siquidem in colore medium est perspicuum. In sono: aer/ aut aqua inter sensibile & sensū interiacēs/ p̄ quā soni spēs diffundit. In odore itidē mediū est aer aut aqua specie odoris affecta. Nā q̄ in aq̄ degūt aialia/ odoratū habēt: similiter & q̄ in terra viuūt & respirāt. q̄ tamē sine respiratiōe odorē percipere nō possūt: q̄ sine respiratiōe aerem non attrahant. Quid vero in saporibus & tangibilibus sit medium/ & quē prius dictorum sit ratio: postea futurus est sermo. **Nona conclusio.** Pleraq̄ sunt visibilia quę & die & nocte videntur: vt lux & flamma. **Nam flammę suam in actu perspicuo produciunt speciem sicut ceteri colores: quare consimiliter in die videntur. Ipse eadem de se lumen diffundunt/ efficiuntq̄ medium actu perspicuum: ergo nocte videntur. Quare ex dictis colliguntur triplices visibilibus differentię: q̄ quedam solo lumine videri nata sunt vt colores. quedam solis tenebris vt fulgores. Quedam vero & colorum & fulgorum naturam quodammodo participant: & in lumine & in tenebris deprehenduntur. Non q̄ aer sit tenebrę in quo percipiuntur: cum ab illis diffuso opereatur lumine/ & sit actu perspicuus: sed q̄ dato aere tenebroso anteq̄ percipiuntur & nullo ab extrinseco adueniente lumine/ preterq̄ ab ipsis rebus visis: ipsa in eo percipiuntur/ secumq̄ ferant id quod ab ea conspicienda requiritur/ scilicet lucem aut quicq̄ lucis emulum. Quia si a coloribus hoc pacto lumen diffunderetur: omnis color & que in tenebris atq̄ lumine perciperetur. Nunc autem color requiritur: aliud & ab extrinseco lumine.**

Visibilibus diuisio.



Cur gurgulio: guttur/ spiritalis fistula/ ac arteria vocalis
 Ctauum cap. continet vnam diuisionem, vnde ctm conclusiones, vnum correlatiu ad primam, duas ad septimam, vnam queestionem. Responsonem/ & sonorum differentias post nonam, vocis diffinitionem post vndecimam. **Diuisio.** duplex est sonus. Vnus actu/ alter vero potentia. nam sunt quę plaga illata actu sonum edunt: vt es & quecūq̄ plana & leuia corpora. & hic sonus actu dicitur. Sunt vero q̄ actu pulsa non sunt: pu. sa tamen sonare possunt. vt nominata/ & eorum sonus potentia nominatur. sunt deinceps quę neq̄ actu/ neq̄ potentia sonum habent: vt spongia/ lana/ pili. **Prima conclusio.** Sonus actu (si percipi debeat) fit inter corpus sonans & auditum. **Nam fit actu sonus/ alicuius ad aliquid attactu (percussio enim edat sonū) & in aliquo semper. exauditurq̄/ cum de re quę sonat ad aurem delatus: medium opplet spaciū. Correlarium.** Quo fit vt vno solo existente corpore: non elicatur sonus. **Nam aliud est verberans/ & aliud verberatū atq̄ percussum. Fit enim sonus/ alicuius ad aliquid attactu & in aliquo. Secunda.** Sonus non fit sine motu. **Nam percussio non fit sine motu: sonus autem non fit sine ictu & percussione. Non fit igitur sonus sine motu. Tertia.** Non ex quorūcūq̄ corporum percussione: eliditur sonus. **Nam vt diximus: lana & pili collisa non perstrepunt efficiuntque sonum. sed corpora dura/ leuia & concaua. Leuia quidem: q̄ integre magis ferantur/ incolumiorq̄ aer/ minusq̄ fractus perducitur ad auditum. concaua vero: q̄ refractione complures post primum congeminant ictus. cum aer motus ac agitatatus: libere exilire non possit. Quarta.** Sonus & in aere et in aqua editur: sed in aqua subobscurus. **Et in aere/ & in aqua editur: notum est. Sunt enim hęc media inter sonans & auditum. Et q̄ subobscurior in aqua/ hoc ideo est: quia sopitur/ hebescitq̄ in ea. Quinta.** Et si aer sonior sit aqua: non sufficit tamen ad soni editionem. **Nam (vt dictum est) requiruntur solida corpora: & vt ad aerem ictus fiat/ priusq̄ diffundatur. Quapropter aer aliquo vt virga/ cito & vehementer percussus sonat: tunc duorum & percussus & medius fungens officio. tunc enim plaga/ motioq̄ percussientis velocitate: diffusionem anticipat aeris: quem admodum si quis harenę cumulum cadentem velociter cedat: eiusdemq̄ casum velocitate prænatiat. Sexta.** Cum fiat sonus: semper redditur Echo/ & si non semper audiat. **Echo est soni reflexio: aere ob vas aut locum ipsum circum dantem (vt pila repulsa) resiliēte. Et q̄ semper reddatur: patet. Nam ita fit in sono: sicut in lumine. Atqui lumen semper repercutitur. alioquin non vbicq̄ vt in vmbra fieret lumen: sed extra locum illum in quo solis radii vertuntur/ summe essent tenebrę. hoc autem falsum. Fit igitur semp & soni repercutio: quare redditur Echo. Et q̄ nō semp audiat: idē vt de lumine pditur indi-**

ctum. Nam non ab omnibus sic refrangitur lumen vt semper appareat/ sed interdum facitur vmbra vbi minime lumen percipitur: sed ad eam terminatur sensibile lumen. Sic Echo nō semper redditur sensibilibus: sed cum a solidis/ concauis & planis exceptus refrangitur sonus. **Septima.** nō longe distat a vero: quod antiqui audiendi facultatem vacuo attribuerūt. **Nam ad audiendum: aer maxime proprius/ aptusq̄ videtur. facitq̄ audire percussio leui: cum vnus & continuus fuerit ad auditum vīq̄ agitati per-**
latus. Aer autem eorum opinione inane erat & vacuum. Non igitur longe distabant a vero. **Primum correlarium.** Nimirum igitur auditus connaturalis: congenitusq̄ aer inest. **Sicq̄ enim exteriore aere motus: internus aer excitus meliorem prestat audiendi facultatem. Secundum fit etiam iure: vt non omni ex parte animal audire debeat. Nam non vbicq̄ transit aer/ neq̄ talem natuum & congenicum habet aerem: ad quem agitatus exterior perferatur. Sicut neq̄ vbicq̄ animal/ humidum habet pupillę.**
Octaua/ aer insonus est. Quia facile dissipatur/ difficitur/ & omni corpori vltro cedit. Si tamen ar-
tior fiat illisio/ diffunditq̄ prohibeatur: elicitur (vt dictum est) sonus. Nona. Internus aer auribus in-
stus: immobilis est. Hoc enim ideo est quod omnes motuum differentias exacte percipiat. Non tamē omnino immobilis est: sed placide/ tranquilleq̄ agitatus: citra turbam aliquam/ auisq̄ obstrepitum. Hinc membrana contactus & conuolutus est/ & auris iter inflexuosum atq̄ anfractuofum factum est: ne ledatur/ ne turbetur/ a suauē tranquillitate dimoueat. Et in aqua audimus: cum viarum anfractus difficultate defenditur/ ne aurem subeat. Cum vero subit: organum indisponit & non amplius audimus. Et cum membrana (qua contegitur congenitus aer) leditur: auditio impeditur. perinde atq̄ læsa cuticula pupillam obuoluerit: prepeditur visio. Et argumentum incolumis auditus est: si auri aliquo (vt manu) contra admoto/ insonitus & tinnitus quidam aeris (vt cornu sonantis) obaudiat. Ille tamen sonus nō est infito aeri proprius: sed alienus. Hinc antiqui nos inani & vacuo audire (quod illo aere interno/ de-
terminatoq̄ egcamus) iterum trahere potuerunt opinionem. Questio. An verberans/ an verberatum sonet: an vtrūq̄ sed alio modo? **Responso.** Sonus eius est quod illo motu agitatur & resiliit: cum corpora leuia feruntur. Debet enim quod verberatur planum esse & equale: vt inde vnūuersus aer totus con-
colliseris: sonum non elicies. Differentię sonorum actu. Hęc sunt/ acutum & graue. Sicut enim colores non sine lumine percipiuntur/ ita neq̄ hęc sonorum differentię sine sono actu. que a tangibilibus ad nos transferuntur. Nam sicut tangibile acutum: cito tactum pungit & penetrat. ita sonus acutus/ celeriter auditum mouet quasi pungens. Et vt obtusum tangibile: tarde tactum vt tridens obtundit. ita gra-
uis sonus auditum. Non tamen graue & acutum idem sunt quod tardum & velox: sed tarditate & celeritate pariuntur. Et obtusum: lentum efficere videtur motum. acutum vero & gracile: concitatorem. Sed de sono haftenus. Nunc de voce aggrediendum est. Decima conclusio. Vox solius est animantis: effi-
non omnium. Nam nulla inanima vocem fundunt. Et si vocis nomen nonnullis attribuitur instru-
mentis: vt tibię/ lyraę/ hoc proprie non est sed similitudine quadam ad id quod proprie vox est. quod imitentur eiusmodi soni: vocis humanę sonoritate & allocutionem. Et sunt pleraq̄ animalia (vt exan-
guia & sanguine predita vt pisces) que vocem non eliciunt. Et id sane non sine ratione euenit. Nam sonus/ motus aeris est. exanguibus autem nulla est pellendi aeris facultas. & pisces aerem non attrahunt: vt pote qui in aquis degunt. Et pisces quos amnis Achelous nutrit: sonitum attritu branciarum audunt.
Vndecima. Vox/ sonus est animalis: sed neque omnis/ neque ab omni corporis parte. **Nam manus collise strepitum audunt: qui non est vox. sed ad gignendam vocem hęc requiruntur: percussio/ percussum/ & in quo. hoc enim aer est/ non omnis: sed is spiritus quem vicario ordine/ anhelitu accipimus & reddimus. Et quemadmodum lingua: duplex est officium. Primum est gustandi: ad vitę necessitatem. quapropter in omnibus hoc obtinet officium. Secundum est vt loquelę sit vsus: ita spiritus quem anhelitu ducimus/ & alternatim emittimus: duplex est vsus. Primus est ad internum temperandum calorem/ necessarius quidem: cuius causa ex alio requiritur loco. Secundus est ad effingendam vocem: boni quidem gratia & non ad vitę necessitatem. Mentis enim interpretatio/ nimirū boni gratia adhibita est: & ei commoda/ aptaq̄ tradita sunt instrumenta: fauces & pulmōnes. Non sine ratione igitur ea sola animalia vocem eliciunt: que respirant & aerem attrahunt. Et hęc/ ea ex parte ceteris sunt calidiora. vt que acre egeant attractio ad precordiorum calorem temperandum: & quoquo pacto refrigerandum. Diffinitio.** Ex his/ vocis diffinitionem elicere facile est. Vox est sonus aeris ab anima respirati: percussus ad vocalem arteriam cum alicuius significationis imaginatione. Non enim fatis esset respirati aeris percussio/ emissio: vt tussis. sed ad gurgulionem percussio fiat oportet: & cum quadam intentione affectio: neue significandi. Et quod necessaria sit ad gurgulionem & sonantem arteriam/ aeris percussio: hinc fit mitur indicium. quod non contingit expirantem & respirantem: vocem vnquam emittere. sed aerem continere oportet: & ita internum concutere. Hinc item fit cognitum: cur pisces sint sine voce. nam gurgulionem non habent. & hoc: quia non respirant. & qui eos respirare arbitrantur: peccant. Sed cur non respirant: alio differendum est loco.

Cur gurgulio diuisio. Duplex est sonus. Quidam est sonus actu: qui nunc fit & in presenti tempore existit. Alter vero potentia, qui nunc non est sed esse potest. Siquidem corporum quedam sunt actu sonantia, quedam potentia sonantia, quedam p iii

Quid est corpus sonans.

uero neq; actu nec potentia sonantia. Actus sonantia sunt que percussione eis illata actu sonum efficiunt, ut campana nunc sonans & illorum sonus dicitur sonus actu. Potentia aut sonantia sunt que nunc sonum non efficiunt, tamen sunt nata efficere, ut campana actu non sonans & homo tacens; & illorum sonus dicitur sonus potentia. Corpora aut nec actu nec potentia sonantia sunt que sonum efficere nata non sunt: ut spongia, lana, pili. **Prima conclusio.** Ut sonus actu percipiatur, debet fieri inter corpus sonans & auditum. Corpus sonans dicitur id quod pulsus, sonum efficit: nec in eo sonus est sicut neq; caliditas in sole, quamuis sol caliditatem in aere producat, sed est sonus in aere circumstante, & attiguo corpori sonanti, & idcirco aer sonorus dicitur sine soni susceptione: distans aut aer non sonum sed soni speciem suscipit, & ad aurem usq; perducit. Est ergo proximus corpori sonanti aer, ut corpus coloratum: quod utriusq; ipsam habeat qualitatē sensibilem. Remotior uero, ut perspicuum inter coloratum corpus & uisum interceptum per quod coloris species diffunditur: sicut per aerem remotiorem species soni. Similiter corpus sonans est ut candelā lumen producat: quod tamen in se non habet: aer attiguis sonanti ut aer candelae proximus per quem diffunditur lumen. Aer uero distans a corpore sonante est ut aer remotior a candelā: in quo solum luminis suscipitur species. Et oculus in hoc existens, lumen per suam speciem percipit: ut auris sonum per suam speciem. Itaq; manifestum est quod proponit conclusio, atq; diceat. ut color percipiatur, debet eius inter corpus coloratum & uisum species diffundi. **Pate.** quia sonus actu fit percussione, uolentiaq; collisione unius corporis ad aliud, quia fit contactu percussantis ad percussum, & in aliquo: scilicet aere, aut aqua circumstante corpus sonans. Tuncq; sonus ab auditu percipitur, cum sonus a corpore sonante ad aurem usq; diffusus replet intermedium spacium/partim quidem per se, partim uero per suam speciem sicut tunc color uisu deprehenditur: quando a corpore colorato ad ipsum oculum diffusa species replet totum medium. **Correlarium.** Quare uno solo existente corpore non fit sonus. **Nam sonus omnis fit percussione & contactu.** Fit enim (ut prius dictum est) sonus, unius ad alterum contactu & in aliquo subiecto. At uno solo existente corpore, non fit contactus aut percussio, cum sit alterum re ipsa percussans & percussum, aut numero quidem: ut cū duae manus aduicem concutiuntur, aut specie, ut cum manus ulla dicitur ligno, igitur uno solo existente corpore non fit sonus. **Secunda conclusio.** Sonus non fit sine motu locali. **Nam percussio non est sine motu, quo percussans & percussum prius quidem sciuncta, sibi inuicem applicentur & se tangant.** At sonus non fit sine ictu & percussione ut prius dictum est: igitur sonus non fit sine motu. **Tertia conclusio.** Non ex quoruncunq; corporum percussione fit contactu & ictus sonus. **Nam corpora mollia ut lana, spongia, pili aduicem collisa sonum non faciunt.** Sed que sonum faciunt corpora debent esse dura, leuia, & concava. Dura quidem, ut sua soliditate contranitentia in se non cedant, sed plagam uehementiorem efficiant. Leuia uero & plana, id est omni ex parte in rectum iacentia: quod huiusmodi corpora undiq; magis integre percussantur, & ex omni parte regulariter & uniformiter pulsus aer, integrior & minus discontinuus ad auditum perferatur. Deniq; concava: quia talia post primum ictum sepius aerem modo in unum latus modo in alterum impellunt, qui ob laterum concauitatem liberum non habens exitum, in diuersas agitata partes sonum reddit diuturniorem: & post completum sonum, quandam refert tinnitum paulatim & sensim euanescenti: qui sepius post totum sonum auditur. **Quarta conclusio.** Sonus fit in aere & in aqua sicut coloris uisio: sed in aqua obscurius & obtusius. **Primum patet,** nam aer & aqua sunt corpora intermedia inter corpus sonans & auditum: nata in se sonum suscipere. **Secundum patet,** quia aqua densior est & grossior: ideo sonus in ea magis hebetatur, obtunditur & obscuratur quam in aere rariore & subtiliore. **Quinta conclusio.** Quamuis aer aptior est ad sonum suscipiendum quam aqua: tamen solus aer non sufficit ad soni generationem. **Nam ut prius dictum est** requiruntur solida corpora: requiritur etiam ut ad aerem ictus fiat & impulsio priusquam aer diffundatur: igitur solus aer non sufficit. Et cum aer aliquo corpore ut uirga aut flagello cito & uehementer percussatur, & sonat: tunc duorum corporum scilicet percussis & medij fungitur officio. Est enim tunc idem re ipsa percussus & medij: scilicet aer diuersis tamen rationibus. nam percussus dicitur: quod ab altero corpore uehementer collidatur. Medij uero: quia sonum productum in se suscipiat. Et tunc percussio & motio uirgae ad aerem ob ipsius percussantis uelocitatem praenit aeris diffusionem: prius aer percussatur, quā diffundatur. perinde atq; quis cum uulū harenā meditantē ruinā & casum uelociter percussit: uelocitate ictus casum illum praenens. **Sexta conclusio.** Cū fit sonus, se nper fit soni reflexio (quae Echo dicitur) sonus tamen reflexus non semper auditur. **Diffinitur** qui dicit Echo quod est soni reflexio: aere quo sonus diffunditur ob corpus ali quod concavū ipsum circumdans resiliens. Ut enim pila a mobili ad terrā directe mouetur: ita aer a sonante ad corpus solidū illi oppositū, & una cū aere sonus qui directus dicitur. Et quoniam illud deinde a terra rursus uersus mobile pila repercutitur, ita aer a solido corpore circumdante iterū uersus sonans reflectitur, & una cū ipso sonus: qui ad primū reflexus dicitur. Et quod is, quando unq; fit sonus, etiam fiat: patet. Quia sicut se habet lumen ad repercussione & ut reflectatur: ita & sonus. At lumen directe diffusum semper reflectitur. Nā si dicatur lumen nō reflecti sed solū uideri lumen directū: tunc nō ubiq; fieret lumen, sed solū ubi solis radij qui directū causant lumen pertinent. extra radios aut solis & in umbra summe fierent tenebrae, quod falsum est: cum in umbra bene discernantur colores: igitur & sonus semper repercutitur. Est enim sonus directus ut lumen directū radij solaris: & sonus reflexus ut lumen reflexū in umbra. Quod aut aliquando auditur echo & aliquando non: patet similiter per analogiā de lumine. Nā in aliquibus lumen sensibilibus reflectitur, ut in umbra diurna cōtra radiū solarē facta: in qua facile lumen esse conspicitur, sic & sonus interdū sensibilibus resilit, ut circa montes, siluas, aquas & loca concava factus. Est enim sonus reflexus qui auditur, per similes luminis reflexo quod clare uidetur. In aliquibus uero lumen quamuis reflectitur non apparet propter debilem reflexionem, sed interdum fit umbra in qua minime lumen esse apparet, sed ad eam uisibile lumen finiri, & terminari censetur ut in umbra nocturna ex opposito candelae facta. Sic & sonus interdū quāuis resilit, non percipitur nec auditur ob debilitatē eius: reflexione. Et is sonus qui reflexus nō auditur, similis est luminis quā reflexū in umbra non uidetur. Cū aut sonus reflexus auditur quaelibet soni directi pars tā prima q̄ ultima reflectitur, quāuis ultima solū audiatur. Quod enim ultima soni reflexi pars & que fini soni directi respondet solū audiatur, ex eo uenit: quia cū sit posterior pars soni directi, simul sit prior soni reflexi: qui debilitat/ ob sonum directum fortioriorem cum eo factum non auditur. Cum uero posterior sit soni reflexi pars: motus directus iam finitus est, ideo ille non impeditus auditur. Quod si quis singulas syllabas interposita temporis mora sigillatim proferat: singularum

Quid est Echo.

audiet sonum reflexum eo quidem tempore quo motus directi fit silentium ergo & si tota dictio continue proferatur, tota reflecti tur & si non tota auditur. Nam pausa & continuatio non uariat soni speciem. Ouidius autem in fabula Echo & Narcisi uulbet soni directi pars i reflectitur. **Quod quaelibet soni directi pars i reflectitur.** **Septima conclusio.** Non multum a uero discrepat antiquorum dictum nos per uacuum audire. Si quidem uacuum capiatur pro loco non repleto corpore nato repleti, aut spacio quo nullum coninetur corpus: falsum est nos per uacuum audire: cum sonus non nisi per plenum diffundi possit sicut & colorum species. Alio quis accidens esset sine subiecto: quod est impossibile. Si autem pro spacio non repleto corpore grosso & denso: planeq; uisibili accipiatur, quamuis corpore subtili & raro plenum sit: uerum est nos per uacuum audire. Nam ad audiendum aer maxime est aptus: qui collis aduicem solidis corporibus unus & continuus ad auditum usq; delatus, facit auditionem. Non enim solum corpora sonantia moueri secundum locum debent: sed & aer intermedius, ad quem sese habet motus ut fiat auditio: sicut ad perspicuum se habet lumen ut fiat uisio. Et quemadmodum externus aer inter coloratum corpus & oculum interceptus non facit uisionem nisi fuerit lumine perfusus: ita nec aer exterior inter corpus sonans & auditum medius facit auditionem nisi sit motu agitatus. Aer autem antiquorum opinione erat inane & uacuum: quod ob suam subtilitatem uisum fugiat: igitur non omnino uero dissonat antiquorum dictum nos per uacuum audire. **Primum correlarium.** Quare non ab re inest auditui aer conaturalis ex natura in sitis qui est organum auditus, sicut pupilla organum uisus. **Nam sicut perspicuo lumine perfuso, pupilla quoq; lumine suscipitur & fit uisio, ita cum exterior aer motus fuerit, & membranam quae internam aerem ab exteriori distinguit placide agitauerit: ea motione internus aer mouetur: sicut agitatione ab exteriori flatu laxae uesicae illata: ipsa in se cedit & internum mouet aerem. At intus clausus aer motus facit auditionem, suscipitq; sonorum in se speciem: perinde atque pupilla lumine perfusa recipit in se species colorum. Quod enim est lumen ad pupillam: id est motus ad internum aerem natura auribus inclusum. Et sicut non potest fieri uisio nisi pupilla fuerit lumine collustrata: ita nec auditio, nisi aer interior fuerit motus. **Secundum correlarium.** Quo fit iterum ut non omni ex corporis parte animal audire natum sit. **Nam non ad omnem corporis partem exterior aer transit ut interior moueat, neque animal in omni parte corporis habet aerem natuum: qui ut organum audiendi efficiat auditionem, quemadmodum non in omni corporis parte animal habet pupillam ad uidendum: igitur non omni corporis parte animal natum est audire. **Octaua conclusio.** Aer de se & suapte natura sonis uacat. Nullum enim habet natura determinatum & sibi congenitum sonum. Nam si quis talis esset, obiectum sonis in aere factus percipiendus praeretur. Nam si soni simul in eodem facti disturbant & confundunt. Hinc natura sonum fecit successiuum, ne si esset per manens, prior posteriorem impediret. Sicq; aer omnem sonum aptus in se recipit, sicut de colore prius dictum est. Etiam aer in sonum est secundum aliam quam conelasio praefert intelligentiam: quod scilicet non fit corpus sonans suapte natura nec sonum efficere natum. Nam aer facile dispersetur ob suam agitabilitatem, & omni corpori cedit ob mollitiam & subtilitatem: corpora autem sonantia debent esse solida, dura, & resistentia. Si tamen illis fiat uiolenta in aerem & adeo uelox ut diffusionem aeris praeniat: aer corpus est sonans & percussus, ut quinta ostendit conclusio. **Nona conclusio.** Internus aer animalibus conueniens, de se immobilis est. **Nullum enim habet motum sibi proprium & qui ab intrinseco fiat: sicq; melius omnem motuum diuersitatem percipit ab extrinseco, quemadmodum pupilla non habet de se lumen sibi congenitum sed ab extrinseco suscipit: & sic omnes colorum differentias melius percipit. Non tamen internus aer omnino motus & agitatio est: experis: nam (ut superiora ostendunt) mouetur ab aere exteriori, placide tamen & tranquille sine aliqua turbatione & strepitu auris: ut non percipiamus quando aer ille mouetur & quando non. quemadmodum pupilla imperceptibiliter lumen suscipit: ut non percipiamus sensibili signo quando lumen habet & quando non. Et sicut natura pupillam oculi circumdedit cuticula, ita & aerem illum internam membrana contextit & conuoluit. Et quemadmodum natura ad manus munimentum oculos obduxit palpebris obuoluentibus, sic & auris iter fecit crebra cartilagine flexuosum & tortuosum, ne corporum exteriorum uiolenta agitatione aut impetuosa ui membrana ledatur & aer interior disturbetur. Sic enim minus ad aerem internam exterioris aeris perueniet: quam si sine anfractibus esset in propatulo & parte corporis patentiore. Et qui peruenit, fracto impetu & represso cum anfractuoso subit iter, tranquille solum mouet internam aerem: sicut si aqua uehementi impetu impellat ripam fluminis: & una in parte per multos anfractus introrsum ducatur aqua ad aliquam partem ripae abstruorent propter uiae angustiam, sinuososq; & flexuosos meatus: placide & tranquille feriet illam partem ripae quae in longo secessu ab alijs est remota. **In aqua etiam fit auditio, quando ipsa propter uiarum ad internam aeris partem ducentium difficultatem prohibetur ne aerem introcat.** Cum uero aqua aurem ingreditur, ipsa audiendi organum reddidit indispotum, & amplius non fit auditio. **Cum autem membrana qua intraneus aer clauditur, leditur, impeditur auditio, sicut quando leditur cuticula obducens pupillam, leditur uisio.** Proinde caute admodum & provide aures mundandae sunt, neque acutum quicquam introrsum auri inserendum est, ne membrana ea ledatur. Deposito tamen certamine (quod auris expurgamentum est, a natura segregatum) expeditius fit auditio: perinde atque humore concreto ab oculis semoto clarius fit uisio, & pituita naribus expurgata aptior odoratio. **Et quemadmodum uirtutis uisus in oculis arguendum & indicium est: si oculo radio solis aut lucido corpori obiecto lumen percipiatur in pupilla, & palpebrae tremulae claudantur ne nimio lumine offundatur oculus. Deperdit autem uirtutis signum: si oculo soli contraposto nulla in pupilla percipiatur luminis collustratio, ita auditus integri signum est, si manu auribus admodum aut digito concauitatis illato / quidam sonitus & tinnitus aeris introrsus auditur: qualis est sonitus alicuius cornu obscure sonantis, cum uero is sonitus non auditur, leui auditus argumentum est. Is tamen sonus non est intraneo aeri proprius, cum nullum habeat proprium & a natura determinatum sonum, sicut pupilla nullam habet coloris speciem sibi natura conuenientem: nam ea impeditur colorum species uere percipi, sed ab extrinseco eas pupilla recipit, sic & sonus ille in isto aeri alienus est: hoc est, ab extrinseco in illo receptus. Nam exterior aer inter auris anfractus clausus neque exire ualens, ob manum admodum mouet membranam, & illa internam aerem: sicque causatur sonus. Et ex isto antiqui iterum occasionem sumere poterunt dicendi nos sentire in uacuo: quia ad sentiendum indigeamus interiori aere, quem ipsi uacuum dixerunt. **Quaestio, huius**********

Quare sonus suapte natura est successiuus.

Quo signo cognoscitur auditus esse in oculis.

corpus uerberans sonat solum/an uerberatum tantum/uel utrunq; sed alio modo uerberans & alio uerberatum. ¶ Respondetur quod utrunq; sonat & sonum efficit. Est enim uerberans omne, uerberatum: ¶ Contra uerberatum omne, est uerberans. Nenntrum tamen sonum in se habet: si utrunq; sit solidum. Contingit autem alterum corporum sonantium in se sonum suscipere: potest cum idem re ipsa est percussum & medium, ut aer uirga percussus. Itaq; sonus eorum est ut efficientium simul: quae se mutuo feriunt & collidunt. Illius autem est sonus ut subiecti: quod cum percussus & percussum se mutuo collidunt) eo motu agitur & dissipatur, qualis est aer aut aqua corpora sonantia circumstant. Et debet id quod uerberatur, planum esse ¶ omnino esse quales: ut ab eo corpore moto uniuersus aer inter se reflectatur. Nam non omne uerberans & uerberatum cum concutiuntur sonum efficiunt. Si enim acus acui colliditur: nullus efficitur sonus, quod nimium exiguæ molis sunt corpora. ¶ Differentie sonorum actu sunt hæc. Sonus acutus & sonus grauis: qui ad sonum se habent ut albedo ¶ nigredo ad colorem. Acutus quidem ut albedo: quod fortiter auditum moueat. Grauis uero ut nigredo/ quod lente ¶ debiliter auditum moueat. Et sicut colores sine lumine percipi non sunt: ita nec hæc sonorum species, quibus unus ab altero sonus differt, sine sono actu. Et hæc sonorum differentie a tangibilibus propter conuenientiam ad sonos transferuntur. Nam ut tangibile acutum ut acus cito pungit tactum, ita acutus sonus ut extreme ¶ timule Chordæ in cythara cito mouet auditum. Et ut tangibile obtusum tarde mouet tactum, ita sonus grauis ut primæ Chordæ in cythara tarde mouet auditum. Tamen grauis sonus non est idem quod tardus motus: sed tarditate motus fit, ita sonus acutus non est idem quod motus uelox: sed motus celeritate acquiritur. Obtusum enim/ tardum efficit motum: acutum uero, uelociorem. Quæmadmodum intensio qualitatis non est ipsa potentia sed per potentiam fit, nec remissio est impotentia: fit autem per impotentiam. Est enim sonus acutus ut intensio ¶ uelocitas: grauis autem ut remissio ¶ tarditas. ¶ Decima conclusio. 76 Vox soli conuenit animali quamuis non omni. ¶ Patet, nam corpora inanimata & plante uocem non formant. Quamuis enim cybie, lyre, ¶ fistule dicantur formare uocem, non tamen id proprie est sed translative/ ¶ per quandam similitudinem ad uocem humanam quam imitantur, sicut similitudo coloris in speculo dicitur color, ¶ equus pictus dicitur equus. Aliqua etiam animalia ut quæ sanguinem non habent ¶ sanguine prædita in aquis uiuentia, uocem non faciunt, cuius ratio est: nam uox est sonus ex motu aeris per respirationem emissi factus. Animalia autem sanguine carentia non respirant/ nec attractum aerem emittunt: re ualent: igitur non efficiunt uocem. Similiter quæcumq; formant uocem, respirant. Pisces autem et si sanguinem habeant, non respirant: nam in aquis uiuunt/ igitur neq; pisces formant uocem. In Acheloo autem flumine Calidoniae pisces sunt, attritu ¶ collisione branciarum sonum facientes: qui tamen non est uox, quemadmodum apes, muscæ, cicadæ, confricatione alarum ¶ impulsione susurrum faciunt & stridorem: sicut ¶ aues agitatione alarum: ¶ pauones attritu penarum suæ caudæ faciunt sonum: qui tamen non est uox. ¶ Undecima conclusio. Vox a solo fit animali, licet non ab omni, neq; ab omni corporis parte. ¶ Duo prima, 77 superiori conclusione ostensa sunt. Tertium autem patet, quia manus collisæ faciunt plausum & pedes strepitum: qui quidem sonus est, sed non est uox. Ad efficiendam enim uocem hæc tria requiruntur: primo percussio & est uis expulsiua animalis uocem formantis. Secundo, percussum ut latera gutturis ¶ uocales arteriæ contra quæ impellitur aer expellendus: sicut latera fistule aut tube percutiuntur cum quis illas inflat. Tertio, id in quo formatur uox: ¶ est aer quem alternatis uicibus animalia respirantia anhelitu attrahunt ¶ deinde emittunt. Ut enim lingua ad duo a natura est ordinata, primo ad gustandum ¶ sapores discernendos: ¶ id propter uitæ necessitatem, idcirco in omnibus eam habentibus lingua hoc habet officium. ¶ Secundo ad loquendum ¶ uerba formanda: ¶ id ad commoditatem solum ¶ non ad necessitatem uitæ/ cum multi hoc lingua officio destituti, uiuant. Ita ipsius anhelitus quem alternatim animalia attrahunt ¶ emittunt, duplex est a natura ordinatum officium. Primum est ad præcordiorum calorem temperandum: quemadmodum uehementem producit cor in partibus sibi adiacentibus, ad quem refrigerandum natura pulmonem ordinauit ut follem qui suarum partium dilatazione aerem attrahit ¶ suscipit: deinde earundem compressione susceptum aerem emittit. ¶ hanc alternationem quandiu uiuunt animalia facit. ¶ Secundum est ad uocem formandam: ¶ id non ad uitæ necessitatem sicut primum, sed boni gratia. Vocis enim beneficio homines mentem explicant ¶ alteri significant: bruta uero animi affectiones, passioneq; ut cupiditatem, iram, metum, gaudium: uocibus sibi a natura concessis significant. Idcirco ad formandum uocem natura peculiariter designauit instrumenta ¶ organa, pulmonem scilicet ¶ fauces. Quare manifestum est ea sola animalia uocem efficere, quæ respirant, ¶ ipsa cæteris animalibus non respirantibus calidiora habent præcordia: nam indigent aere ad interiora attracto ad calorem præcordiorum refrigerandum. ¶ Diffinitio uocis. Vox est sonus aëris ab anima respirati, percussus ad uocalem arteriam cum alicuius significationis intentione. Dicitur quidem uox, sonus aëris ab anima respirati ut subiecti: nam uox est in aere ab anima respirato: non quidem cum aer attrahitur ad interiora, sed cum expiratur ¶ emittitur ad exteriora. Nec sufficit quod aer expiretur ¶ emittatur solum, nam tacens expirat ¶ emittit aerem cum silentio ¶ sine uoce: quod non ut eum pellat ad latera gutturis, sed requiritur illius aeris cum emittitur percussio ¶ impulsio, non quidem ad quamcumq; oris partem aut animalis, sed ad uocalem arteriam ¶ cum intentione quicquam significandi, cum ad id natura uox ordinetur, quare iussus, sternutatio ¶ sonitus stertentium inter dormiendum non sunt uoces, cum in illis non percussio aer ad uocalem arteriam, neq; fiat intentione alicuius rei significandæ. Quod autem necessaria sit ad formandam uocem, aeris emissio ad uocalem arteriam impulsio, hoc cognoscitur signo, quia expirans tranquille ¶ libero aeris meatu nunquam formare posset uocem, ut neq; laxo ore stans per fistulam unquam faceret sonum. Sed ut fiat uox, oportet aerem intus continere, ¶ interius contentum ad gutturis latera concutere. Ex illo etiam cognoscitur quare pisces uocem non edunt. Id enim ex eo est quia guttur non habent neque uocalem arteriam: quamuis pisces habeant uiam cibi. Nam alia est uia cibi ¶ alia uocis. Et quando homo comedit clauditur uia uocis ne aliquid eam subintret, hinc cum modicula pars panis aut cibi non intrat uiam cibi sed uocis, ferme homines suspirant ¶ magnam patiuntur angustiam. Et quod neq; guttur neq; gurgulionem habeant pisces: ex eo est quia non respirant, ¶ qui eos respirare putant, in philosophia errant, Cur uero pisces non respirent, ex alio loco causa requirenda est.

¶ Noni capitis nota. ¶ Sensorium, organum. ¶ Olfactus, odorandi sensus, odoratus. ¶ Suffitus, fumo, suffumigio. ¶ Bitumen ex mari mortuo la-

en Syriæ trahitur: quod ¶ asphaltus dicitur.



79 **N**onum caput continet quatuor conclusiones, quatuor rationes ad primam, duas ad secundam cum correlario primæ, tres modos inodorabilis post tertiam, unam quætionem: eius responsonem: tres rationes quod non respirantia odorant/ & unum correlarium post quartam. ¶ Prima conclusio. De odore & odorabili non usque adeo (ut de dictis) facilis & prompta determinatio est. ¶ Primo, quia non est ita facile deprehendere quid sit odor: sicut quid color/ quid lumen/ quid perspicuum: quid sonus, hoc enim ideo euenit: quod olfactu perdebile habemus. Odorat enim prauè homo: & multis animalibus/ ut canibus uulturis: hoc sensu inferior est. ¶ Secundo, quia nos non sine delectatione aut fastidio: odorum differentias percipimus, hoc aut in visu & auditu non accidit. Et ideo hic sensus: homini datus esse uidetur ad mensuram, non ut odores quales in se sint percipiamus: sed quales ad nos perueniunt. Itaq; difficilior ipsorum deprehensio est. ¶ Tertio, quia odorum sensorium: minus cognitum/ exploratumq; habemus. ¶ Quarto, ita homines/ odores ipsos comprehendere uidentur: quibus odorandi sensorium obtestum est: ut animalia durorum oculos habentia apprehendunt colores. Atqui consentaneum uidetur huiusmodi durorum oculorum animalia: non omnes sentire colores/ sed eos qui ipsis terrorem/ tristitiamq; ingerant/ quæ uoluptate afficiant: quare neq; homines quoscumq; diiudicant odores. ¶ Secunda, et si odoris difficilis sit nature deprehensio: ex saporum tam similitudine nobis ad hoc patebit aditus. ¶ Primo, quia certum gustum habemus: quod gustus/ quidam sit tactus, homo autem certissimum habeat tactum. Et cum homo a cæteris in reliquis superetur sensibus: in hoc uno euincit/ superatq; omnia. ¶ Correlarium. Hinc fit ut homo: animalium prudentissimum cognoscatur. ¶ A tactu enim/ mentis aptitudo aut ineptitudo deprehenditur. Duros enim carne/ mentis hebetes & ineptos: molles uero/ bene aptos esse dicimus. ¶ Secundo, quia ex saporum nominibus: odoribus nomina indimus, ut enim saporum hunc dulcimum nominamus/ hunc amarum/ pinguem/ acrem/ acutum: ita quoq; saporum (tracta similitudine) hunc dulcimum/ atq; hunc dicimus amarum/ pinguem/ acrem/ acutum. Et quandoq; in odore & gustu: similes conueniunt denominationes/ ut in melle & croco, mellis enim odor dulcis/ & dulcis mellis sapor: aliquando uero discrepant. ¶ Tertia, Olfactus: odorabilis est & inodorabilis. ¶ Nam ut de visu/ auditu/ & reliquis sensibus: ita de odoratu, uisus autem est uisibilis & inuisibilis. Auditus/ audibilis & inaudibilis. Eiusdem enim sensus: est cognoscere sui sensibilis presentiam & eius absentiam, presentiam quidem per se: absentiam per accidens, est igitur olfactus: odorabilis & inodorabilis. ¶ Tres modi inodorabilis. Inodorabile multis modis dicitur. Primo, quod omnino odore non habet/ odorariq; natum non est, ut color. Secundo, quod debilem & uix sensibilem habet odorem. Tertio, quod prauum/ tetrumq; habet odore. ¶ Quarta, aer & aqua/ olfaciendi sunt media. In aere de nobis constat. In aqua uero & sanguine prædicta & non prædicta illud monstrant, quia eminus alimenti odore percipientia: properant ad illud fumens dum adnatare. ¶ Quæstio. An omnia quæ sunt odorum capacia: consimili modo odorent? ¶ Responso, non omnium consimilis est odorandi modus. Nam animalia respirantia spiritum trahendo odorant. Guitus hæc sunt indicia, si spiritum detinet homo aut expirat: neq; eminus neq; cominus (etiam si remolentem in ipsius nares fundas) sentit. Si enim inodorandi sede atq; sensorio: id per palam est. Nam omnium sensuum commune est: sensibili sensorio supraposito/ non sentire. Insecta autem animalia/ & quæ sanguine ne carent ut apes: hoc pacto (cū non respirent) odorare non possunt, Odorant tamen. ¶ Primo, quia conueniunt longe ad odoriferorum partem. Habent igitur alium præter quinq; (qui assignati sunt) sensum: aut olfactu odores discernunt, non autem habent alium: habent igitur olfactum. Sensus enim tam bene quam male olentis: nimirum olfactus existit. Secundo, grauium odorum suffitu (ut bituminis & sulphuris fumo) corrumuntur: sicut & homo. Odorant igitur non respirantia: & alio quæ spiritus attractione/ modo. ¶ Tertio, quia ut animalium oculi diuersi sunt: hominem enim sunt molles, & hæc palpebras pro oculi munimento habent, quibus non apertis/ deuclatisq; non contingit animal uidere. Horum uero duris sunt oculi: quæ hoc genere folliculorum/ cooperulorumq; carent. Et semper colores apertos & occurrentes habent. Ita hinc in modum diuersi sunt odoratus. Nam in respirantibus adopertus & reconditus est, quem cum spiritum ducimus: aperimus/ ampliatis uiarum meatibus. Non respirantium uero apertus: & per similes duris animalium oculis. Itaq; semper habent occurrentes & in aperto odores, non autem respirantia: nisi spiritum ducendo sensorium reuelent ac aperiant. ¶ Correlarium. Hinc fit ut respirantia: in aqua non odorent. ¶ Nam in aqua respirare nequeunt. Et est odor sicci: sicut sapor humidus. Hinc res cū adolentur/ incenduntur/ calefunt: suauiter fragrant. Et cum res non odoratur: talis est odorandi sensus potestatis/ qualis ipsa sit actu. Cū autem odoratur actu: & talis sensus est actu. Et de odore & odorabili hæc tenentur.

79 **N**oni capitis prima conclusio. Non tam facile est de odore ¶ odorabili sicut de colore & sono determinare. ¶ Primo, quia non est tam facile cognoscere quid odor: sicut quid color, lumen, perspicuum, sonus: quæ nobis domestica ¶ familiaria sunt. Id autem euenit quod homines debilem habent ¶ infirmam odorandi uim: multorum animalium ut canum ¶ uulturnum olfaciendi uirtute minorem. Canes enim odorem ferarum percipiunt olfactu: ¶ hominum proprios discernunt odores (ut enim cuius que rei sua est figurata ¶ odor) quod homines facere nequeunt. Vultures etiam a longe cadaverum sentiunt spiramina: ¶ ad

ea depascenda magno spatij intervallo aduolare dicuntur. **Secundo**, homines non percipiunt odores aliquos nisi cum delectatione si conuenientes sunt: aut cum tristitia si sunt disconuenientes, quod non semper in visu & auditu euenit. Colores enim & soni ab homine percipiuntur tam uoluptatem non afferentes & tristitiam quam delectationem doloremque inducentes. Quare olfactus homini datus est, non ut omnes percipiat odores quales sunt, sed quasi prescripta ei meta ut excellentiores tantum & uehementiores percipiat: minus autem uehementes qui nec ei uoluptati sunt nec dolori, minime percipiunt. **Tertio**, Organum olfaciendi in hominibus occultum est & latens: naturaeque industria consulto abstrusum: quare difficilius odorem cognoscere possemus quam colorem & sonum/ quorum organa nobis aperte constant. **Quarto**, sicut animalia duros oculos habentia percipiunt colorem, ita homines organum olfaciendi occultum habentes, sentiunt odores. At animalia duros oculos habentia ut locusta & cicadae, non omnes sentiunt colores: sed eos solum qui ipsi tristitiam inferunt aut uoluptatem, ergo neque homines, quoscumque indifferenter percipiunt, sed illos dumtaxat qui uehementer sensum mouentes aut delectabiles sunt aut tristitiam ingerunt. **Secunda** conclusio. Quamuis difficile sit odoris naturam cognoscere, ex saporum tamen similitudine in illius cognitionem peruenire erit conueniens. **Primo**, quia homo certissimum habet tactum, ut quamuis in ceteris sensibus ab alijs superetur animalibus: in tactu tamen cetera animalia longe superet, cum non solum tactu homo de qualitatibus discernat tangibilibus: uerum etiam de interna corporis dispositione pulsus attrahit diiudicat. Gustus autem, quidam est tactus. Quod quidem in analogia dicitur: nam tactui affinis & germanus semper ei coniunctus est, ut ne gustatio quidem sine tactione fiat unquam: igitur & homo certum habet gustum: quare sapor certe diiudicat, ex quorum similitudine facilis est ad odorem cognoscendum uia. **Correlarium**. Quare hoc 81 animalium omnium prudentissimum & maxime in harmonia constitutum esse dinoscitur. **Nam** sensu tactu uero mens apta sit disciplinis & eruditioni uel inepta, discernitur. Duros enim carne, obtusos & hebetes esse dicitur: molles uero carne, aptos animo. Et ex physionomia (quae est dispositionum animi per exteriora corporis signa cognitio) exploratum est duritiam naturalem carnis, hebetudinis esse signum: molliem uero, aptitudinis & idoneitatis ad scientias perdiscendas. **Secundo**, quia ex saporum nominibus ipsis odoribus ob inuis cum altero conuenientiam nomina imposita sunt. Sicut enim saporum aliquis dulcis dicitur, aliquis amarus, pinguis, acris, acutus: ita & odorum aliquis dicitur dulcis, alius amarus. Et interdum eiusdem rei odor & sapor idem habent nomen: ut in melle & pomis & odor & sapor dulcis dicitur, quamuis equiuocum in plerisque, aut rebus nomen odoris a nomine saporis discrepat. Ut odor uiole, dulcis est & suauis: eius autem sapor, amarus est & tristis. **Tertia conclusio**. Olfactus odorabile percipit (ut rerum odores, per se quidem natos odore percipi) & inodorabile, odorisque priuationem. **Nam** ut est de visu & auditu, ita de odoratu, habent enim ipsi sensus mutans inter se analogiam & conspirationem. At uisus percipit uisibile ut colorem: & inuisibile ut tenebras. Et auditus percipit audibile ut sonum: & inaudibile ut silentium. Idem enim sensus exterior, sui sensibilis proprii & per se cognoscit praesentiam: & eiusdem absentiam. Praesentiam quidem per se & per habitum: absentiam, uero per accidens & per priuationem. igitur olfactus similiter odorabile percipit & inodorabile. **Tres modi inodorabilis**: 83 inodorabile primo, quod omnino natum non est odore percipi: ut quod nullum in se odorem habet, cuiusmodi est color & caelum & sic odori priuatiue opponitur. Secundo, quod debilem admodum & uix perceptibilem habet odorem: ut lignum aridum, gleba terre, aer aqua. Tertio, quod tetrum & naturae odorantis disconuenientem habet odorem: ut bitumen & sulphur. **Quarta** conclusio. Et aer & aqua, odorandi sunt media: per quae species odoris a re odorifera diffunditur, & ad olfactus organum peruenit. perinde atque species coloris a re colorata per eadem media ad uisum usque multiplicatur. **Quod** aer olfactus sit medium: homines experientia cognoscunt. Quod autem aqua etiam odorandi medium sit: in aquis degentia animalia sine sanguinem habeant ut pisces, sine sanguine careant ut cancri: liquido ostendunt. Nam a longe alimenti odorem percipientia, protinus ad sumendum illud aduolant: perinde atque aues in aere percipientes odorem passus: ad illum continuo aduolant. **Questio**. an omnia animalia odorem percipere nata, consimili modo odorant, an diuerso. **Responsio**. Non omnia animalia consimilem habent odorandi modum. Nam animalia respirantia, aerem attrahendo odorant in quo species odoris diffusa est. Cuius haec sunt signa. Si aerem continet homo intra se, nouum non attrahens: aut si attractum aerem emittit, non percipit odorem, quamuis etiam res odore imbuta in ipsius nares fundatur. Si enim in odorandi organo recipiatur odor, manifestum est eum non percipere odorem. Nam omnibus sensibus conuenit: quod sensibili organo supraposito non sentiant, ut uisibile suprapositum oculo sine aliquo intermedio: non facit uisionem, ita au libile suprapositum auribus: non facit auditionem; sic odor organo olfactus sine medio corporis interiectione suprapositus: non facit odorationem. Nam medio ut percipiatur haec omnia egent. Animalia autem quae distractis & disconuenientis partibus adhaerent, ut colubri: & animalia sanguine carentia ut apes, hoc modo quo homines odorare non possunt: quia non respirant. Ipsa tamen odorem percipiunt, quod his constat rationibus. Primo, quia muscae & apes a longa distantia conuolant ad odoriferorum ut racemorum, tymi & florum passum: & apes florem conuenientem & uegetum, a marcido, elanguidoque flore discernunt. Id autem nec uisu nec auditu nec gustu nec tactu efficiunt. Habent igitur alium sensum a quinque assignatis ad discernendos odores: aut olfactu eos discernunt. At non habent alium a quinque assignatis sensum, nam sensuum exteriorum numerus quinario consummatus est: qui & in homine comperitur. Alioquin aliquis homini deesset sensus qui ceteris animalibus concessus esset: quod est inconueniens & perfectioni hominis repugnans. igitur olfactu odores discernunt. **Secundo**, quia apes grauis & tetri odoris fumo ut sulphuris & bituminis extinguuntur, quemadmodum & homines: igitur animalia non respirantia odorant, & alio quam spiritus attractione modo. **Tertio**, sicut se habent animalia ad uidendi potentiam, ita & ad odorandi uiam. At non omnia animalia eundem habent uidendi modum, nam quorundam animalium molles sunt oculi, pro quorum munimento natura palpebras obduxit, quibus clausis ipsa non uident: & ea ut uideant, palpebras aperire debent. Quorundam uero animalium oculi sunt duri instar uetri aut cornu percipui: & haec nulli habet oculorum operimentum. Hinc semper obtusos colores, sibique praesentes habent nullo tegmine remoto, igitur & animalium diuersa sunt odorandi genera & organa. Nam in animalibus respirantibus organum olfactus operium est & absconditum: quod cum aer attrahitur instar ianuam uento introrsum agitar aperitur, amplianturque uiarum meatus. In animalibus autem non respirantibus organum olfactus apertum est, semperque

patens: & persimile duris animalium oculis. Adcirco ea animalia odores semper obtusos & praesentes habent: animalia autem respirantia non semper habent praesentes odores, nisi aerem attrahendo organum aperiant. Est enim horum olfactus organum, per simile mollium animalium oculis. **Correlarium**. Ogo fit ut animalia respirantia, in aqua non odorant. **Nam** (ut dictum est) odorare nequeunt: nisi actu aerem attrahant & respirent. At in aqua respirare nequeunt. igitur in aqua odorare nata non sunt. **Et** odor est calidi & sicci, sicut sapor est humidus. Ex eo prouenit quod cum res odorifera concremantur & incenduntur suauis spirant & olent. Nam spiratio & odoratio fit effumatione a re odorifera per odorandi medium, sicut uisio lumine, & auditus motu aeris. Calidum autem resoluit & segregat uapores & fumos. Hinc tempore calido flores suauius spirant quam frigido: nam frigiditas obtundit & hebetat odores, prohibetque diffundi. Et antequam res odorifera ut flos odore percipiatur, olfactus est talis potentia, qualis res odorifera est actu. Ut enim flos est actu suauis, ita olfactus est suauis potentia, quod natus sit suauitatis speciem in se suscipere, cum uero res actu odoratur, olfactus est talis actu, qualis res quae olfactu percipitur. haec quidem per ueram qualitatem quam in se habet permanentem: ille uero per susceptam odoris in se speciem.

Decimi capitis nota.

Poculentum, quicquid in usu potandi est preparatum. **Decimum** caput continet quatuor conclusiones, duas rationes, & duo correlaria ad primam. Vnum correlarium ad secundam. Et species saporum ad quartam. **Prima** conclusio. Gustabile quiddam tangibile est. **Primo**, quia quod non extrinseco medio/ sed solum sentitur intraneo: tangibile est. Gustabile autem non extraneo: sed solo sentitur intraneo. Est igitur quiddam tangibile. **Secundo**, quia illud in quo ut in materia consistit sapor/ & sine quo sentiri non potest: est humor. Humor autem solus tactus est. Est igitur gustabile quiddam tangibile. **Primum** correlarium. Quo fit ut existetes in aqua; sapor uero dulce deprehendamus: non quia aqua gustandi sit medium/ sed quod sapor humoris permixtus sit. quoadmodum in liquore que bibimus. **Neque** simile est ut de calore/ sono & odore. Non enim ideo per aerem aut aquam percipiuntur/ quia immisceantur: sed quia haec sunt media ipsis (ut ad organa deferant) apta. Sine enim aliquo a sensu abiuncto/ uisus/ auditus/ odoratus/ sensatione explere nequeunt, quae sicut gustus. **Secundum**, fit etiam ut quicquid gustandi sensum afficit: humidum sit/ aut actu/ aut potentia. **Nam** absque humore (ut dictum est) nihil afficit saporis sensum. Et sunt quaedam humida potentia: quae statim ad actum sunt reducta. ut sal cum primum ad motus fuerit linguae: statim liquefit/ lingua uero gustum percipit. **Secunda**. Gustus/ gustabilis est & ingustabilis. **Nam** id ita fit in ceteris sensibus, ut uisus/ uisibilis est ut coloris: & inuisibilis ut tenebrarum/ quas reputat inuisibiles. & auditus/ audibilis ut soni: & inaudibilis ut silentii. & odoratus/ odorabilis ut odoris: & inodorabilis ut odore priuati. Et sicut inuisibile tribus modis dicitur, quod non est aptum uideri: ut sonus, quod debiliter uidetur, quod praeuert quod excellentia uisum offendat/ aut corrumpat, & inaudibile tribus, quod auditu inequit/ ut color, quod debiliter, quod praeuert. Et inodorabile tribus: qui dicitur sunt. Ita ingustabile tribus dicitur, quod gustari nequit, quod debilem obtinet saporem, & quod tetrum prauumque, ut enim moderatum/ naturae amicam est & gustum saluat: ita prauum & excellens/ ipsum corrumpit. **Tertia**, omne poculentum: & tactui & gustui commune est. **Tactui** quidem: quia sit actu humidum/ gustui uero: quod sapore praeditum. **Quarta**, gustandi natura institutum sensorium: neque actu debet esse humidum/ neque tale ut humidum diluti/ diffunditque nequeat. **Nam** debet esse potentia tale: quale gustabile actu est. Sine humore autem non sentitur gustabile. **Correlarium**, hinc fit ut cum lingua nimium areseat/ inuisibile humeat/ quod in aegrotantibus per sepe accidit/ gustare nequeat. **Aegrotantibus** enim sepe omnia acida dicit amara uideri: quod lingua amara sit humore infecta. **Species** saporum sunt, Dulce/ Amarum: contrarie, consequens dulce: Pinguis, consequens amarum. Salsus, medicus sunt acris/ austerum/ suauis/ acritum/ acerbum/ acidum, ut species colorum digestae. Et gustandi sensorium (ut iam dictum est) tale est potentia: quale gustabile actu/ faciens autem ipsum tale: gustabile. Et de gustu & gustabili haec tenent.

Decimi capitis prima conclusio. **Omne** gustabile, tangibile est: & cum quicquam gustatur, simul tangitur: ut nunquam gustus a tactu abiunctus sit. **Primo**, quia sensibile quod non extraneo sed ipsi sentienti intrinseco percipitur medio: tangibile est. At gustabile non sentitur medio existente extra sentiens: sed solum intrinseco. Est enim caro linguae, medium gustandi: quae est intrinseca sentienti, igitur omne gustabile est tangibile. **Secundo**, quia ut uisio non potest fieri sine lumine, nec auditio sine motu, nec odoratio sine effumatione: ita nec gustatio sine humore. Id enim est humor ad saporem percipiendum, quod lumen ad percipiendum colorem. At humor a solo tactu percipitur: igitur omne gustabile est tangibile. **Primum** correlarium. Hinc fit ut bibentes aquam aut uinum, saporem percipiunt/ non quia aqua sit medium gustandi, sed quia subiectum saporis sit, ut in quo sit sapor, tanquam color in pariete. **Ut** enim color prima est qualitas uisibilis, & paries eius subiectum: ita sapor aquae, prima qualitas gustabilis, quare putare aquam esse gustandi medium: est putare parietem esse medium uidendi. Et sicut color suam diffundit speciem per medium ut aerem: ita & sapor suam per medium intraneum scilicet carnem linguae. Neque simile est de colore, sono, & odore: sicut de sapore. Nam color, sonus, odor: per aquam percipiuntur: non quia sint in aere aut aqua ut primis subiectis. Est enim color in re colorata, & odor in re odorata. Sed quia aer & aqua apta sunt media ad ea sensibilia percipienda. Indigent enim uisus, auditus, olfactus medio extraneo & a sensu separato. Gustus autem non: sed solo intraneo sicut & tactus. **Secundum** correlarium. Hinc etiam fit ut quae uisus, gustu percipiuntur, humida sint aut actu aut potentia. Actus quidem, si humorem tunc cum percipiuntur habent, ut liquor ad potum accommodatus. Potentia uero, si adhuc humorem non habent, tamen habere

Cur ea quae incenduntur suauiore sunt odorem.

87
88



Handwritten marginal notes in a cursive script, likely a commentary or gloss on the main text. The notes are written in a dark ink and are somewhat faded and difficult to read in many places. They appear to be organized in a columnar fashion, following the main text's layout.

possunt. ¶ Nam sine humore nihil est natum gustu percipi. Quaedam autem gustabilia sunt humida potentia/que statim in se quorem soluntur: & ad actualem reducuntur humiditatem. cum primum lingue superponuntur. ut sal lingue ad motus, calore oris statim liquefit: & zaccarum. Quaedam uero neq; actu neq; potentia humida: extraneo eis humido a natura ad sapes discernendos determinato: scilicet salina humectantur, & ita percipiuntur. ¶ Secunda conclusio. Gustus, primo & per se gustabile ut pote saporem percipit: pariterq; & in gustabile, saporisq; priuationem. ¶ Nam in ceteris sensibus ita accidere comperitur est. Visus enim percipit uisibile scilicet colorem: & inuisibile ut tenebras. Et auditus sentit audibile ut sonum: & inaudibile ut silentium. Et odoratus percipit odorabile ut odorem: & inodorabile quod est odore priuatum, igitur gustus percipit etiam gustabile ut saporem & per se: & in gustabile, saporisq; priuatum per accidens. Et quemadmodum inuisibile dicitur tribus modis. primo quod non est natum uideri, ut sonus: & tunc negatiue & infinitanter capitur. Secundo quod debilitur uidetur: ut lumen in umbra reflexum. Tertio quod prave uidetur: ut excellens uisibile quod sua ui ledit uisum aut corrumpit. Quemadmodum etiam audibile tribus modis dicitur. Primo quod audiri non potest: ut color. Secundo quod debilitur auditur: ut submissus in aure susurrus. Tertio quod prave auditur & naturae est disconueniens: ut tonitruum. Vt etiam inodorabile trifariam dicitur: sicut ostensum est. Ita & ingustabile tribus dicitur modis. primo quod gustari non potest: ut aer & cetera insipida. Secundo, quod debilem habet saporem & uix bene perceptibilem ut aqua. Tertio, quod tetrum habet saporem & noxium: ut aconita & uenena. Vt enim moderatum gustabile, naturae amicum est & gustum saluat: ita prauum & excellens, gustum corrumpit. Imo omne sensibile moderatum, sensum saluat: excellens autem corrumpit. ¶ Tertia conclusio. Omne poculentum & tactu percipitur & gustu. Tactu qui dem percipitur potus: quia actu humidus est. gustu uero, quia saporem habet. Tamen non est idem ipse gustatio & tactio: imo specie differunt. Est enim aliud gustus, & aliud ipsius tactus, quamuis gustus semper tactui coniunctus sit. ¶ Quarta conclusio. Organum gustandi non debet esse actu humidum, neq; imhumectabile: sed tale ut humido facile perfundi possit. ¶ Nam gustandi organum debet esse potentia tale, quale gustabile est actu. Et gustabile cum gustatur, est actu humidum. Nam sine humore non est natum percipi gustabile: igitur organum gustandi debet esse potentia humidum. ¶ Correlarium. Quarecum lingua nimium arida est ut in laborantibus febricitantibus, aut nimium humida ut in abundantibus superfluo humore: ipsa gustare non potest. Hic enim excellentiam habet humoris, illic uero defectum. perinde atque acre aut minus equo luminis habentur aut nimis: oculus uideri non potest. ¶ Sepenimero enim accidit egrotantes iudicare omnia quantumlibet dulcia esse amara: quod eorum lingua humore sit amaro infecta, per quem perceptus quicunq; sapor: amarus uidetur. ut per uinum croceum quaeunque res conspicitur, confetur crocea. ¶ Species saporum sunt 1 Dulce 2 Amarum 3 Pingue 4 Salsum 5 Acre Quorum quidem specierum, quae habet 6 Austeru 7 Suae 8 Acutum 9 Acerbum 10 Acidum duae eiusdem limitis a sinistro in dextrum porrecti, contrariae sunt. Primae quidem duae extremas in colore, album & nigrum in sono, acutum & graue: in odore, redolens & grauitur oleus. Duae reliquae consequuntur extremas species. Nam pingue consequitur dulce, & salsum consequitur amarum. Aliae sex species sunt mediae extremis interceptae. Illae quidem quae sub dulci ponuntur, in affirmatione sunt, quae uero sub amaro, in negatione. Et hae species consimilem inter se ordinem habent & distinctionem, ut colorum species inter se, quemadmodum liber de Sensu & Sensato ostendit. Et gustandi organum antequam sentit saporem, est tale potentia quale gustabile est actu. ut si gustabile sit actu dulce, & ipsum gustandi organum est potentia dulce. Gustabile autem facit ipsum organum esse tale actu, quale ipsum est actu. ut si gustabile dulce sit: reddit ipsum organum actu dulce.

¶ Undecimi capitis nota.

¶ Plures sensus dicuntur, a pluribus & diuersis organorum contemperamentis. Requirit enim quilibet unam moderatam, modificatamq; sentiendi mediocritatem.



¶ Undecimum caput continet duas quaestiones. post quas tres conclusiones. Duo correlaria ad secundam, Vnam quaestionem/eius responsionem/tactus ad alios sensus comparationem: & vnum correlarium post tertiam. ¶ Prima quaestio An vnus/an plures sint sensus tactus: ¶ Secunda. quid sensorium tactus: an caro in carnem habentibus: & in ceteris quod carni respondet / emulumq; est: An aliud quicquam intermedium interius latens: ¶ Prima conclusio. Plures sunt sensus tactus. ¶ Nam omnis sensus vnus vnus est contrarietatis. ut visus albi & nigri/auditus: acuti & grauis/odoratus & gustus: dulcis & amari. Tactus uero plurium. ut calidi/frigidi/humidi & sicci/grauis/leuis/mollis & duri. Sunt igitur plures tangendi sensus. Neque sufficere videtur solutio quam adhibent, visus & auditus consimiliter plures esse contrarietates. ut in voce non solum acutum & graue contraria sunt: sed magnitudo/paruitas/lenitudo & asperitas vocis. Et ita in colore. Sed vt de tactu simile non est. Nam magnitudo/paruitas/lenitas/asperitas translaticie in voce sunt: vox grauis & acuta. Et haec translaticie omnibus sensibus applicari possunt: contineturq; in visu & auditu sub eodem sensus obiecto/ut sub sono/sub colore. Ita autem de calido/frigido/humido & sicco dicere non possumus. ¶ Secunda conclusio. Caro non est sensorium tactus: sed sentiendi medium. ¶ Nam sensibile sensui suprapositum nunquam sentitur. Carni autem suprapositum tangibile sentitur. Non est igitur caro tangendi sensorium. Porro sensibile omne: medio quodam sentitur. carni autem suprapositum tangibile: sentitur. & non est caro sensorium: est igitur sentiendi medium. Et nihil est id quo molliuntur efficere carnem esse sensorium tactus: quod carne contacta illi

co perferantur. Ita enim fieret: ipsa tenui linteolo aut membrana conuoluta. Nullus autem idcirco dubitauerit membranam esse tangendi sensorium: ita neq; de carne addubitandum est. sed in toto corpore vt tegmina sensorium tactus potius extimanda est, quae quidem sensoria plura sunt (vt plures tactus) quibus latentia sensum. quemadmodum si congenitus aer vt auris / intelligatur natura totum nostrum corpus cingens & circumdans: eadem facilitate putare possemus nos eodem organo: sonos, colores / & odores deprehendere: & eorum delitescere organa, essetq; idem congenitus aer: audiendi / videndi / odorandi medium. Vt enim illic plures sensus: visus / auditus / olfactus / & plura eorum sensoria: ita & hic sub eodem velamine plures tactus & tangendi sedes & machinamenta. ¶ Primum correlarium. Vnde fit vt medium tangendi: aer aut aqua esse non debuerit. ¶ Nam corpus animatum: solidum & firmum esse debet. Et cum tactus intra corpus latitet: debet igitur esse mixtum ex ipsis quae firmum / constans & defluxibile minus / efficiunt. vt terra ceteris commixta: qualis est caro aut quod carnis vicem obtinet. ¶ Secundum correlarium. Quo fit iterum vt si quis ignea aut aerea statuerit animalia: difficile sit quicq; sensus & eorum sensoria in ipsis collocare. ¶ Tertia, Argumento linguae plures produntur esse tactus. ¶ Nam eadem in parte & intraneo medio: omnia tangibilia & gustabilia sentit. Est tamen alius sensus tangibilis / & alius saporis. Si igitur toto corpore sic promiscue tangibilia & gustabilia perciperemus: possent gustus & tactus vnus sensus videri: vt calidi / frigidi / humidus / & sicci vnus tactus. modo autem quia non ita gustus & tactus toto corpore coniuncti sunt: manifestum est eos esse plures sensus. ita & tactus plures (& si toto corpore coniuncti sint) intelligere oportet. ¶ Quarta. An tactio similiter vt visio / auditio / & olfactio fiat: medio scilicet interueniente extraneo. ¶ Responso. Mollium corporum vt aeris / vt aquae (quae nullo interueniente medio carnem suis extremis attingunt) fit bene tactio nullo interueniente extraneo medio. Durorum vero corporum aliquid (cum tanguntur) interfacet medium. Nam ea aut tanguntur in aere / aut in aqua. Atqui uis demus nos in aqua sic ea tangere non posse: quin semper medius humor percipiatur. ipsiq; tangendo excludere non possumus: quin medius interstetq; (extremis non manentibus sicci) habeatur. Quod si in aqua ita fuerit: tanto minus subtiliorem aerem nobis licebit excludere medium: & illa in aere sine medio tangere: tamen in aere ob ipsius insensibilitatem magis sensum lateat. ¶ Et quis ita fit vt nos firma & dura (interueniente medio) tangamus: tamen in hoc a visu & odoratu differt. qd huiusmodi sensibilia suo medio apprehendunt. ille uero cominus: & pene nihil distante / sic vt medium (quemadmodum de membranula diximus) lateat. Et in visu / auditu / & odoratu spatium afficitur: & species defert. tangendo autem non id necessarium est: sed intraneum medium simul cum extraneo afficitur. quod quidem (quia afficiatur / & non quia huiusmodi exterum medium) tangitur. sed vtrunq; simul affici contingit. Quomodo percussus clypeus gerulum non percussit: sed vtrunq; simul percussit: accidit. ¶ Correlarium. Vnde fit quemadmodum aer & aqua sese habent ad visum / auditum / & olfactum: ita caro & lingua ad tangendi sensorium. ¶ Et in ceteris videtur tactus alios imitari sensus. vt quemadmodum in aliis sensibus: sensibile suprapositum / nullum parit sensum. vt album sita suprapositum oculo nullam uisionem: ita est & in tactu. Hinc sub carne tactus sedem delitere oportet: quandoquidem res tangibiles carni suppositae: sese praestent perceptibiles. Et res tangibiles sunt: calidum / frigidum / humidum / & siccum: quae prius simplicium corporum differentias locauimus. & sensorium tactus / tale potentia esse debet: quale sit actu ipsum tangibile. Hinc tactus quae calida / quae algida / quae leuia & aspera non sentit: sed extrema / superabundantias atq; defectus. est enim mediocritas quaedam & medium / extremorum iudex est. Et qui omne calidum & omne frigidum percipitur sit: calidi & frigidi actu sit expertus oportet: potentia futurus & calidum & frigidum. quemadmodum visus album aut nigrum percipitur: neq; actu album neq; nigrum existit. Et sicut visus est uisibilis & inuisibilis. & ceteri: suorum oppositorum. ita tactus / tangibilis est & intangibilis. Et sicut inuisibilis: & aliarum insensibilium tres sunt modi: itidem intangibile tripartitum est. quod tangi non potest: vt vox. quod debilitur tangitur: vt aer. quod prave: vt ignis tactum corrumpens. Sed de tactu: & quolibet in particulari sensu: hoc pacto paucis astrictum & diffinitum sit.

¶ Notarum undecimi capitis declaratio.

¶ Sicut vnus sensus dicitur / quia vnus est organi contemperamentum: quibus duo sint eiusdem naturae & contemperamenti organa. vt vnus est visus: quibus duo in homine sint oculi / vnus auditus: quibus duae aures / & vnus odoratus: quamuis duo olfaciendi organa / & vnus gustus. Ita plures dicuntur esse sensus: quia plura sunt & specie diuersa organorum contemperamenta / qualitatumq; dispositiones naturae determinatae. vt visus & auditus plures sunt sensus: sic gustus & tactus in lingua. Quilibet enim sensus / proprium requirit contemperamentum: debitamq; qualitatum mediocritatem.

¶ Undecimi capitis prima quaestio. An vnus sit sensus tactus: an plures. ¶ Secunda quaestio. Quid organum est tactus: an scilicet caro in animalibus carne praedita / & in ceteris animalibus quod carni analogum est: vt in piscibus: an potius aliud quicq; sub carne latens. ¶ Prima conclusio. Plures sunt sensus tactus: non quidem a diuersis formis substantiis tactionem

A quo tactus efficientibus denominati / aut diuersis materijs eas suscipientibus: Nempe eadem est vis substantialis tangendi calidum & frigidum: quae tangendi humidum & siccum: Et in eadem prorsus materia suscipitur calida & frigida tactio: in qua humidum & siccum. Sed consentur tactus diuersi a diuersis temperamentis qualitatibus: quia aliud est temperamentum ad percipiendum calidum & frigidum / aliud vero specie ad percipiendum humidum & siccum. ¶ Patet. Quia quilibet sensus vnus: solum vnus est contrarietatis / vt pote extrema suorum sensibilibus. Media enim ad extrema reducuntur: tanquam ad praecipua contraria. Vt visus album percipit & nigrum: extrema contraria. Auditus: acutum & graue. Olfactus: dulce & amarum in odore. Gustus autem: dulce & amarum in sapore. Tactus autem plurimum est contrarietatum / vt calidi & frigidi: & insuper aliorum scilicet humidum & siccum. Ad quas duas contrarietates praecipuas: ceterae qualitatibus tangibilium contrarietates reducuntur. Vt graue ad frigidum / leue ad calidum: q. in elementis coniuncta inueniuntur. Molle ad humidum: durum vero ad siccum. igitur plures sunt tactus. ¶ Sed posset quis obijcere / eadem ratione ponendos esse plures visus & auditus: q. illi sensus etiam diuersas percipiunt contrarietates / vt auditus magnitudinem vocis & paruitatem: lenitudinem & asperitatem: ¶ Responso. Non est simile de tactu & ceteris sensibus: immo triplex inter eos notatur discrimen. primum. q. magnitudo / paruitas / lenitudo / asperitas / non est propria in auditu contrarietatis sed solum translata / nam vox grauis & acuta per quamdam translationem huius contrarietatum nominibus appellatur. nempe vox grauis: magna dicitur / & acuta: parua. Vox grauis lenis dicitur / & acuta aspera: q. auditum penetret. Quilibet autem in tactu contrarietates praecipuae est: & citra omnem translationem propria. ¶ Secundum. Haec contrarietates magnum paruum / leue / asperum / non modo auditui: verum etiam cuiuslibet sensui per translationem applicari possunt. vt sapor magnus dicitur: qui vehemens est / paruus: qui debilis / sapor dulcis: lenis / & amarus: asper. Contrarietates autem tactus / nulli alteri sensui possunt attribui. ¶ Tertium. Quaecumq. in visu contrarietates sub eodem obiecto communi scilicet colore comprehenduntur: & quaecumq. in auditu sub eodem obiecto scilicet sono. Diuersae autem in tactu contrarietates / non sub eodem communi continentur obiecto: non enim sub qualitate tangibili. Nam tangibile aliam & longe diuersam habet rationem a ratione calidi / frigidi / humidum & siccum: q. horum rationes / qualitatis sunt: illius vero ratio / ad aliquid. quemadmodum alia est coloris / & alia visibilis ratio. ¶ Secunda conclusio. Caro non est organum tactus / sed tangendi medium. ¶ Primum patet. Nam sensibile sensui & eius organo suprapositum: non sentitur. At tangibile suprapositum carni / sentitur. igitur caro non est tangendi organum. ¶ Secundum patet. Quia omne sensibile: per medium sentitur. Tangibile autem suprapositum carni / sentitur: & caro non est tangendi sensorium igitur est tangendi medium. Cum enim per carnem fiat tactio: aut organum aut medium tangendi sit oportet: quandoquidem nihil aliud quod esse possit relictum est. ¶ Quod si quis obijciat. Cum primum caro contacta fuerit: illico tangibile sentitur. Vt cum gutta vehementer calida aut frigida super manum desillauerit: continuo percipitur calor aut eius frigiditas. ergo caro est organum tactus. ¶ Respondetur admissio eo quod assumitur: non oportere id quod subinfertur. Nam percipitur statim tangibile contacta carne / non quia caro sit tangendi sensorium: sed quia medium est. quo aliqua qualitate affecto: protinus & interioris organum specie eiusdem qualitatis afficitur / & ideo percipitur tangibile. Et ita ratio haec refellitur. Sic tota caro sit tenui linteolo aut membrana contigua corpori circumdata. Cum primum tale linteum aut membrana esset contacta: illico tangibile a corpore perciperetur. quandoquidem non posset linteum sine corpore cui possum est contiguum tangi: ergo id linteum aut membrana est organum tactus. manifestum est id quod concluditur falsum esse: assumpto tamen vero / q. haec argumentandi ratio non valeat. Sed quemadmodum in hac analogia: membrana corpus circumdans est tangendi medium: & tegmen corporis. ita caro / tangendi medium est: ipsa tangendi organa velans & obducens. ¶ Et quemadmodum plures sunt tactus vt ostensum est / ita & tangendi organa plura sunt: non quidem pluralitate subiectorum / q. in vna materiae particula: vnus sit temperamentum sine altero. & in altera materiae particula: secundum temperamentum sine primo. id enim falsum est / cum quacumq. parte materiae percipitur caliditas & frigiditas: eadem prorsus sentitur etiam humiditas & siccitas: sed q. in eadem parte materiae / plura sunt & diuersa temperamenta. Vt enim plures tactus dicuntur a diuersis organorum temperamentis: ita & plura organa a diuersis qualitatibus temperamentis / quibus etiam eadem subiecto assint. quemadmodum in oculo plura sunt organa videndi & tangendi / quibus eadem omnino parte materiae sit visio & tactio. Ita in lingua plura sunt organa gustandi scilicet & tangendi / ob diuersa qualitatibus temperamentis: in eodem penitus subiecto subsistentia / cum quacumq. parte sit gustatio: eadem fiat tactio. ¶ Quod si quis obijciat. Eadem prorsus parte / eodemq. medio percipimus caliditatem / frigiditatem / humiditatem / & siccitatem: vt nulla corporis particula / vnam contrarietatem sine alia sentire valeamus. Neq. nobis manifesta sunt diuersa tangendi organa. igitur non sunt ponenda plura. ¶ Respondetur admissio quod assumitur: ex quo tamen id quod intenditur minime conficitur. cum vt dictum est diuersa organa non sumuntur secundum diuersas materiae partes: sed temperamenta diuersa / quibus in eodem existentia. Neq. oportet nobis organa (si diuersa esse debeant) sensu constare: quae (vt manifestum est) in lingua sunt. Et refellitur argumentum. si aer nobis naturalis & congenitus (qualis dicitur est auri inesse ad auditionem faciendam) intelligatur naturaliter: & a principio circumdare totum corpus nostrum: occultare ipsum / quemadmodum squamae pisces / & plumae: volucres. Tunc ita consimile fiet argumentum. eodem medio scilicet aere congenito audimus / videmus / & olfacimus: & nobis sensu non percipiuntur diuersa videndi / audiendi / & olfaciendi organa. Hic enim quod assumitur verum est / & quod conficitur falsum: q. infirma sit huiusmodi ratio. Non enim oportet si idem sit sentiendi medium: protinus idem esse organum. cum posset homo eodem aere colores / sonos / & odores / diuersis tamen organis percipere. Quare quemadmodum posito aere nobis congenito totum corpus circumdare / plures sunt sensus: scilicet visus / auditus / & olfactus: & plura eorum organa eodem velamine / vt pote aere congenito obuculata. Ita in tactu sub eodem velamine intraneo scilicet carne / plures sunt tactus: & plura tangendi organa. ¶ Primum correlarium. Quare aer aut aqua / non conueniens esset tangendi medium. ¶ Nam corpus animalis solidum & firmum esse

Obiectionis solutio.

debet ad suas operationes exercendas. Et quia tactus & eius organum intra corpus lateat: medioc. egeat intraneo: debet igitur ipsum tangendi medium ex his esse mixtum & compositum / quae firmum & constans quocumq. efficiunt / quemadmodum ceteris commixta terra: ob suam soliditatem firmum & constans efficit. Talis autem est caro / aut quod carnis vicarium est: ex terra enim componitur / ab ea firmitatem & constantiam suscipiens: quare ea / conueniens est tangendi medium. Aer autem & aqua non sunt firma & constantia: neq. tale quocumq. efficiunt / sed destituta & mollia: igitur non sunt aer & aqua conueniens tangendi medium. ¶ Secundum correlarium. Quare si quis ignea posuerit animalia: & in quibus ignis excellat temperamentum: aut aerea & in quibus aer dominetur / non facile posset in eis quinq. sensus & eorum organa assignare. ¶ Na tactum & eius organum / mediumq. (cum terra magis commixtionem requirant) assignare non posset. Hi autem non tam Plato q. Platonicis fuerunt: qui ad gentium ritus declinantes / posuerunt animalia ex igneo corpore / rationalia quidem: sed immortalia quae vocabantur Vestiam & Vulcanum. Alia ex corpore aereo: vt Iouem / Lunonem / malarum potius potestatum illusionem: q. naturae liberatione ad dae ponenda permoti / quibus Aristoteles veritatis aspiator / minime in ea re assentitur. ¶ Tertia conclusio. Lingua / argumentum praebet & indicium: quo plures esse tactus cognoscuntur. ¶ Nam quis ipsa / eadem corporis parte eodemq. medio scilicet sua carne / omnem percipit saporem & qualitatem tangibilem: nihilominus alius est sensus saporis scilicet gustus / & alius sensus qualitatis tangibilis scilicet tactus: q. diuersa sunt in ipsa / sentiendi temperamenta. Et si quis tactus & tactus toto corpore esset coniuncti / vt qualibet corporis parte gustaremus pariter & tangere: nihilominus gustus & tactus diuersi essent sensus / quibus eadem parte & eodem medio fieret gustatio & tactio: quemadmodum nunc in lingua sunt distincti. Vt enim se nunc habent in parte: ita & tunc in toto se haberent. Ergo & tactus calidi & frigidi / similiter tactus humidum & siccum: quamuis toto corpore coniuncti sunt & eadem parte / eodemq. medio fiant: sunt diuersi. Vt enim in gustu & tactu diuersa sunt temperamenta: ita & in diuersarum contrarietatum tactibus: Quod si quis contendat non esse diuersos tactus / quia eadem prorsus parte corporis fiunt & eodem medio: eadem ratione / gustus & tactus toto corpore coniuncti non essent diuersi: quare neq. gustus & tactus in lingua inter se diuersi essent: quod est inconueniens. Itaq. si toto corpore perciperentur indifferenter sapores & tangibilia: posset tunc gustus & tactus / vnus sensus videri / quia vnus sine altero se inueniret. quemadmodum omnium tangibilium videtur esse vnus tactus: quia toto corpore coniuncti sunt / vt vbi vnus: & alter inueniatur. Illud tamen secundum veritatem: non videretur: sed solum secundum apparentiam deceptoriam / qua quis crederet: quocumq. in eodem coniuncta inueniuntur / vt vnus sine altero se inueniri non queat: illa inter se esse eadem / quod quidem falsum est. Quare sicut deciperentur qui crederent gustum & tactum toto corpore coniunctos esse eodem sensu: non minus q. credentes gustum & tactum in lingua coniunctos / inter se esse eodem. Ita fallerentur qui crederent: non esse diuersos in toto corpore tactus. Modo autem quia gustus & tactus non ita toto corpore coniuncti sunt: sed in compluribus corporis partibus tactus a gustu semotus est manifestum est gustum & tactum esse plures sensus: ita a simili plures esse tactus credendi sunt: tametsi toto corpore coniuncti sunt. ¶ Quaesitio. An tactio similiter sit sicut visio / auditio / & olfactio: scilicet extrinseco medio inter tangens & tactum. ¶ Responso. Mollia corpora quae sua extrema superficie carnem siue aliquo intermedio contingunt: tactu aut calida aut frigida / aut humida aut siccata esse percipiuntur siue extrinseco corpore interiacente. vt aer percipitur calidus a manu in eo existente / & aqua frigida sine extraneo corpore. Cum autem dura corpora tactu sentiuntur: aliquod medium est corpus extrinsecum. vt cum lapis manu tangitur aut in aere aut in aqua: inter manum tangentem & lapidem interiacet aer aut aqua. Nam corpora dura / aut in aere aut aqua tactu deprehenduntur. In aqua autem ipsa tangi non possunt / quin semper medius humor aquae interiacet: quod ex humectatis vtriusq. corporis / & tangentis & tacti extremis: facile cognoscitur. Et cum aqua densior sit & grossior / aer vero rarior & subtilior: multo minus aer (cum duo se dura tangunt corpora) excludi poterit: quin sit intermedium. In aqua tamen id manifestum est / & sensui apertius. in aere vero minus constat / propter ipsius subtilitatem & insensibilitatem. Et hic secundum materiam subiectam sit sermo de tactu secundum sensum / & vt est in sensu qualitatum tangibilium perceptio: & non de tactu secundum molem / quo quidem modo duo corpora se tangere diffinita sunt: quorum vltima sunt simul. Et licet cum sit tactio vt sensus est operatio: simul interdum fiat secundum molem contactus. Alia tamen est vnus & alterius ratio: vt quae ab invicem separari possunt: nam potest fieri molis contactus / sine tactione sensuali. vt cum corpora inanimata configua se tangunt. Potest item fieri tangibilis qualitatis alienius corporis perceptio: ad quod non est secundum molem contactus. vt cum lapis a manu percipitur calidus aere interstitio. Inueniuntur & haec duo coniuncta: vt cum corpora mollia percipiuntur siue alterius corporis interiectione: ab animali esse calida aut frigida: nunq. tamen fieri potest qualitatis tangibilis perceptio: quin sit ad aliquod corpus / scilicet vel illud quod tactu percipitur: vel alterum secundum magnitudinem contactus: sed id accidit. ¶ Et quis corpora dura tangi non possint quin aliud sit intermedium corpus: sicut nec visio / auditio / aut odoratio sine medio corpore sunt. tamen tactus a visu / auditu / & odoratu differt: primo. quia hi tres sensus sua sensibilia a longinquo sentiunt: medio notabili & perceptibili interstitio. Tactus vero de propinquo suum percipit sensibile / fore nihil ab eo distans: sic q. medium interiacens penitus lateat & non percipiatur. ¶ Secundo. Quia in visu / auditu / & odoratu medium suscipit qualitatis sensibilibus speciem: eamq. ad sensum vsq. defert. In tactu autem medium corpus extrinsecum / non ipsius qualitatis speciem: sed veram qualitatem suscipit. Et q. medium corpus suscipit qualitatem quae tactu percipitur suscipiat: necessarium non est ad tactum. sed & extrinsecum corpus medium / & intrinsecum scilicet tangentis carnem: qualitati tangibili affici / eamq. in se suscipere contingit. ¶ Tertio. Fit visio / auditio / odoratio: quia medium extrinsecum afficitur specie qualitatis sensibilibus: eamq. efformet in organo. Tactus autem fit / quia medium intrinsecum scilicet caro tangens suscipiat qualitatem tangibilem: & non quia medium extrinsecum / huiusmodi qualitatem suscipiat. quamuis non possit intrinsecum qualitate affici: nisi extrinsecum corpus intermedium

simili qualitate duri corporis contactu afficiatur, id tamen ad tactus rationem quoquo pacto non attinet: sed utrumque / tam in
 trinsicum quod extrinsicum medium simili qualitate affici contingit. Quomodo enim clipeus militis cum gerentis percussus:
 non percussit militem portantem clipeum / sed utrumque: & clipeum & militem ab eodem tercio percussu contingit & ledit.
 Correlarium. Quare sicut aer & aqua se habent ad visum / auditum / olfactum / eorumque organa: ita caro se habet ad
 tactum & tangendi organum. Est enim caro / medium tangendi: ut aer & aqua / videndi / audiendi / olfaciendi sunt
 media. Hec quidem extrinseca / illud vero intrinsecum. Et in ceteris proprietatibus / tactus cum alijs sensibus itidem convenit
 & habet similitudinem, ut sicut in alijs sensibus sensibile suprapositum organo sensus non efficit sensationem: ita neque in ta-
 ctu. Ex quo cognitum est carnem non esse tangendi organum: quia qualitates tangibiles carni suprapositae continuo percipi-
 untur. Sunt enim qualitates tangibiles: caliditas / frigiditas / humiditas & siccitas / quae prius elementorum differentia po-
 site sunt: secundum quarum combinationem & nexum / elementorum numerus sumptus esse in secundo libro de Genera-
 tione dictus est. Organum autem tactus debet esse tale potentia: quale est actu ipsum tangibile. Ut si tangibile sit nunc
 calidum: organum / illud percepturum / est potentia calidum. Et si tangibile est actu frigidum: organum tactus quod
 illud sentiet / simul est potentia frigidum. Quo fit ut cum aequa fuerit in organo tactus & re tangenda qualitas: &
 aequae aut intensa aut remissa: tactus eam non percipiet / ut neque illam percipit quam in se habet: ut aequam habens cum suo
 organo caliditatem aut frigiditatem tactus percipiet nunquam, sed solum extremas percipit qualitates: aut intensiores scilicet &
 in excellentia / exuperatione / abundantiaque ad sibi inherentem qualitatem constitutas: aut remissiores / & in defectu ad suam
 qualitatem collocatas. Est enim tactus / quaedam mediocritas & temperamentum: in mirabili harmonia constitutum / su-
 perabundantia autem & defectus: extrema sunt. Medium autem / extremorum est index: ut rectum obliqui. quandoquidem
 mediocritas rectitudinem semper amittit: extrema vero obliquitati. Et sicut qui album percepturus est: actu speciem albedi-
 nis in organo visus habere non debet. Et qui nigrum: speciem nigri. Impedirent enim intrinseca illa & insite species: res
 exteriores vere percipi: carumque species recte ab oculo suscipi. Ita qui calidum percepturus est: caliditatis expertus esse debet:
 & qui frigidum / frigiditatis. Hinc manum calidam habens: frigiditatem in aqua tepida percipit non caliditatem. Et
 manum habens frigidam: contra caliditatem aquae tepidae percipit / non frigiditatem. Impedit enim intrinseca tangen-
 ti qualitas: similem quae in extraneo est corpore percipi. Et quemadmodum visus percipit visibile & invisibile:
 & ceteri sensus sua opposita: ita tactus tangibile percipit / ut dictas qualitates: & tangibile ut carum privas-
 tiones. Sicut etiam invisibile & aliorum insensibilium tres dicti sunt modi: ita & tangibile tribus modis
 dicitur. Primo quod tangi natum non est: ut vox / color / odor. Secundo. Quod debilitate & exi-
 liter admodum tangitur: ut aer cuius caliditas aut humiditas vix tactu discernitur. Tertio.
 Quod prae & ad naturae disconvenientiam tangitur: ut quod nimia excellentia tactum
 corrumpit & ledit / ut ignis. Sed de quolibet particulari sensu haecenus dictum est.

¶ Duodecimi capitis nota.

¶ Esse rationes. ¶ Sedes sentiendi / organum. ¶ Magnitudo / res magnitudinem habens.



Vodecimum cap. continet quatuor conclusiones, vnum correlarium /
 vnam quaestionem: eius responsonem ad secundam, duas rationes: &
 vnum correlarium ad tertiam, vnam quaestionem: & eius responsonem
 ad quartam. Prima conclusio. Id sensuum commune est: rerum for-
 mas / sine materia suscipere. Nam sicut sigillum sigillitum effigiem: for-
 mabilis cera sine ferro / ere / aut auro recipit. eo pacto patitur sensus ab eo
 quod colorem habet / quod sonum / quod odorem / quod saporem. & non
 ut vnum quodque est: sed ut tale / talemque habens speciem. Et quis haec idem
 int: ipsorum tamen esse / diversa sunt. Quis etiam sensorium / magnitudo
 i quaedam sit: esse tamen magnitudini non idem. Non enim sentit ut magni-
 tudo / magnitudinem habens: sed ut rationem / potentiamque sentiendi. Secunda conclusio. Sensibilis
 lum exuperationes & excellentiae: sensum corrumpunt. Nam huiusmodi sensibilem fortes motio-
 nes: sensoriorum rationem atque temperamentum dissolunt. Est enim sensus ut concertus quidam. Fidis
 bus enim vehementius pulsus: canora confunditur / disperitque harmonia: temperatumque omne ab intem-
 perato dissolvitur. Correlarium. Unde nimirum cognosci potest: cur plantae (& si quaedam animae par-
 tem obtineant: & tangibilibus afficiantur / calefant / frigescant / humescentur / arefiant) non sentiant.
 Nam huiusmodi (quae ad sentiendum requiruntur) mediocritatem non habent. neque rerum sensibilem
 formas sine materia apprehendunt: sed eas cum materia obtinent. Quae-
 stio. An aliud a sensu pati possit a sensibili: ut aliud a visu: patitur a colore / aliud ab auditu: a sono / aliud ob olfactu: ab odore / & ita
 in ceteris. Responso. A sensibili ut sensibile est: quemadmodum a visibili ut visibile / ab audibili ut au-
 dibile / odorabili ut odorabile: nihil aliud a sensu patitur. Non enim a colore ut visibile est: quicquid nisi
 visus patitur. Est enim color ut visibile: prout est a visu perceptibile. Itidem a sono ut audibile est:
 solus auditus patitur. Quod autem tonitruo discernuntur ligna & lapides: non hoc facit sonus /
 sed

sed spiritus cum sono elisus. Et ita de odore & sapore. Patitur tamen plane ab ipsis: non ut sensibilia
 sunt: sed ut sunt affectiones / passionese quaedam. ut aer aliquid passus spirat & olet / odoraturque capitur.
 Hinc fit ut videre / audire / olfacere / gustare / tangere: non sit his passionibus afficit atque pati: sed ipsis ali-
 quid affectum sentire. Tertia conclusio. Nullus praeter quinque: visum / auditum / olfactum / gustum & ta-
 ctum: alius superesse existimandus est sensus. Primo. Quia nos / omnes sensus habemus: & nos / solos
 quinque nominatos habemus. Tamei enim plures tactus posuerimus: quia tamen omnia tangibilia ut
 tangibilia sunt / tactu percipimus: illos vnus sensus nomine censemus. Non est igitur alius a positus
 quinque superesse existimandus sensus. Secundo. Si aliquis sensus nobis abesse: & aliquid nobis sen-
 tiendi organum abesse oporteret. At vero nobis nullum deficere apparet. Nam organi corpus / vno aut
 pluribus elementis constat. Ex humore autem constat pupilla & visus. ex aere auditus. olfactus vero pro-
 miscuus: nunc ex hoc / nunc ex altero est. nam aquatilius odoratus ex aqua: ceterorum ex aere. ignis nul-
 lius est: sed omnium communis / omnibusque temperatus habetur: quod nihil praeditum sensu / calore va-
 cet. Ex terra etiam nullum est organum: quod ineptissima sit ad sentiendum. maxime tamen tactu est im-
 mixta. nullum igitur videtur nobis deficere sentiendi organum. Correlarium. Hinc fit ut extra aereum
 & aquam nullum sit sentiendi organum. Aquatilibus enim ad percipiendos colores / sonos / & odores
 sufficit aqua: & terrestribus aer. Et utrumque / vtriusque commune est & idoneum. Et non modo homines. om-
 nibus sensibus & omnium sensuum sedibus pollent: sed & animalia perfecta omnia & non aliquo mem-
 bro capta. imo & talpa oculos habere videtur sub cute latentes. si igitur praeter quattuor elementa & quae
 ex his concreta sunt / nihil sensibilem existat: nullus profecto sensus / nullaque sentiendi sedes deficere vi-
 detur. Quarta. Non existimare oportet vllum deficere sensum / communibus sensibilibus deprehen-
 dendis aptum: eaque quodlibet positum sensuum per accidens deprehendi. Communia sensibilia
 sunt vnus / numerus / magnitudo / figura / motus & quies: quae falsum est a quolibet positum sensuum
 per accidens deprehendi. Nam magnitudo visui speciem suam imprimit / oculumque mouet: quare & fi-
 gura. Est enim figura / magnitudo quaedam. Et vnusquisque sensuum: vnum & numerum proprii sensibi-
 lis / contentum privatione dinoscit. & motus / vt magnitudo cognoscitur. & quies: motus privatione. Non
 itaque deest: quo sensibilia communia per se cognoscantur. Non necessarius igitur quicumque alius pro ip-
 sis deprehendis assignaretur sensus: & haud fecus atque ab eo deprehenduntur. Non igitur alius existi-
 mandus est deficere sensus. Unde quae per accidens sentimus: forma / speciemque sensuum non afficiunt. Fitque
 id duobus modis. Primo. Quomodo dicimus nos sentire Cleonis filium: non quia filius sit Cleonis /
 sed quia albus sit: cui accidit esse Cleonis filius. Secundo. Quomodo singuli sensus sensibilia reliquor-
 rum sensuum sentire dicuntur. Non quidem ipsorum ratione: sed quia omnes in vno communi (de
 quo futurus est sermo) conveniunt. Exempli causa. Aliquis fel flavum vidit: quod seorsum gustavit / &
 invenit amarum. Ideo viso atque inspecto flavo: putat esse amarum. Et huiusmodi iudicium non tam vi-
 sis est: quod communis interioris sensus. Non enim est aut gustus aut visus: talia vnum aut plura esse: ita
 care / discernere: inter noscere. Quae-
 stio. Clare dilucet plures sensus quod quinque esse non posse. Sed quae
 ret aliquis cur natura plures ordinaverit sensus / non vno sensu contenta: quo omnia sensibilia ut com-
 munita discerneret: Nos huic quaestioni hanc adhibemus responsonem. Quo sensibilem differen-
 tia nobis prospectores / exploratoresque habeantur: & quo sensibilia propria magis a communibus co-
 gnoscantur differre / sitque distinctionum rerum maior certitudo. Si enim solus esset visus & hic albi: ma-
 gis nos lateret albedinis & magnitudinis diversitas (quia se mutuo sequuntur) quod cum alio quoque
 sensu magnitudinem percipimus quo non percipimus albedinem. ita si omnium esset vnus sensus: non
 visus adeo explorata esset eorum diversitas. & haec vel sola ratio sufficere potest.

¶ Notarum duodecimi capitis declaratio.

Magnitudo interdum voce & re abstractum est: & mole / extensionemque designat. Quomodo non est admittendum substanti-
 am ut organum sensus / esse magnitudinem. Interdum vero sola voce abstractum est & re concretum atque denominatum / si-
 gnificatque rem magnitudine perditam & substantiam habentem in se magnitudinem. Et hoc modo sumitur: cum dicitur in pri-
 ma conclusione / quod sensorium est magnitudo quaedam. Sic latio interdum tam voce quod re abstractum est / significatque motum / secun-
 dum locum. Interdum vero abstractum voce & re concretum: & designat id quod fertur / moveturque. Quo pacto caelos esse
 se lationes interdum ab Aristotele dictos facile est invenire.

Duodecimi capitis prima conclusio. Convenit omnibus sensibus suscipere qualitatibus sensibilem species sine
 subiecto / substantiaque in qua subsistunt ipse qualitates. Ut visus speciem coloris parietis suscipit sine pariete / &
 auditus speciem soni sine aere in quo est sonus / & olfactus speciem odoris sine flore / gustus speciem saporis sine ipso
 sapido: & tactus speciem caliditatis non suscipiendo in organo aquam. Manent enim ipsa qualitatibus sensibilem subiecta
 & materiae extra ipsos sensus / & eorum organa. Nam sicut cera in se suscipit speciem sigilli: ita & sensus species
 coloris / odoris / saporis & soni. At cera sigilli effigiem sine materia eius scilicet ferro / ere / aut auro suscipit: igitur
 & sensus qualitatibus sensibilem species sine materia & subiecto suscipit. Et sicut cera non ipsam cere figuram
 suscipit (non enim potest. ea de subiecto in subiectum transire) neque similis naturae & solo numero differentem figuram
 9

Communia quidem sensibilia sunt vnum & numerus rerum numeratarum: vnum quidem & numerus sensibilium communium. Nam proprium sensibile vnum vt vna albedo & numerus vt duae albedines: sunt sensibilia propria. Nihil enim aliud est vna albedo q̄ albedo / & duae albedines q̄ albedines. Vnum etiam magnitudinis vnaue magnitudo / & numerus magnitudinis siue plures magnitudines sunt sensibilia communia: sicut & magnitudo res numerata. Sequuntur enim vnum & numerus naturam conditionem rerum numeratarum: eodemq; modo sentiuntur. Imo vnum & numerus ambiunt omnia sensibilia: & adeo diuersa inueniuntur vt sensibilia. Vnum autem & numerus sensibilium communium per accidens: sunt sensibilia communia per accidens. vt vnus homo / duo / tres / quattuor homines: nam res numerata homo / sensibile est commune per accidens. Et quis in sensibilibus communium enumeratione motus potissimum pro motu secundum locum capiatur: alij tamen accidentales motus etiam sensibilia sunt: eo scilicet modo quo res ad quas fiunt: sensibiles sunt. vt augmentatio & diminutio sensibilia sunt communia: quia visu & tactu percipiuntur / sicut magnitudo terminus ad quem vtriusq;. Alteratio ad qualitates proprias sensibiles vt colorem / sonum / odorem / saporem / caliditatem / sensibile est proprium & per se: quemadmodum & termini ad quos huiusmodi motus proficiscitur sunt sensibilia propria & per se. **¶** Quod autem nullus desit sensus ad sensibilia communia percipienda / constat ex eo: quia quodlibet sensibile communium pluribus assignatorum sensuum deprehenditur eodem modo: quo perciperentur ab eo sensu qui praeter quinq; datos ad ea peculiariter cognoscenda assignaretur. Quod vero sensibilia communia non percipiuntur per accidens / patet. quia quae per accidens percipiuntur a sensu: non formant in sensu suam speciem. At sensibilia communia suam in sensu imprimunt speciem: non igitur per accidens sentiuntur sed per se. Magnitudo enim visui speciem suam imprimit & tactui: quare a visu & tactu per se percipiuntur. Et cum figura sit quaedam magnitudo: re ipsa magnitudini eadem / ratione sola ab ea discrepans: coniectans est figuram visu & tactu per se cognosci. Vnusquisq; praeterea sensus: vnum proprii sensibilis & eius numerum / discretionem (quae continui est priuatio) cognoscit. vt visus vnum colorem a ceteris secretis / & plures colores inter se discretos & subiecto distantes. sic auditus vnum sonum / & plures discernit. Olfactus vnum odorem & plures. Sed huiusmodi vnum & numerus sensibilia sunt per se & propria: sicut & res numeratae. Sic visus vnam magnitudinem a ceteris seuenclam & plures inter se discretas discretionem cognoscit: itidem & tactus. Vterq; etiam sensus vnam motum & plures discernit. Et tale vnum & numerus sensibilia sunt per se & communia. Motus secundum locum visu cognoscitur & tactu: in vtriusq; sensu organo suam imprimens speciem. quoniam in visu interdum adeo vebementer imprimitur motus species: vt perfectio motu ille aliquandiu maneat in oculo / videanturq; post diuturnam circumgyrationem omnia in gyrum torqueri. Quies autem percipitur motus priuatione per visum & tactum: quemadmodum tenebrae / priuatione luminis. Quocumq; enim sensu habitus: eodem & sua priuatio cognoscitur. Manifestum est igitur sensibilia communia pluribus assignatorum sensuum & per se cognosci: quare nullus pro illis cognoscendis / alius requiritur sensus. **¶** Contingit autem dupliciter quicq; per accidens sentire. **¶** Primo. Quia ipsum sit subiectum sensibilis per se aut eius efficiens: & percipiatur gratia sensibilis per se in eo vel ab eo existentis. vt paries videtur gratia coloris in eo subsistentis / & campana gratia soni ab eo existentis. quomodo dicitur quis sentire Cleonis filium: non ea ratione quia Cleonis sit filius / substantiaq; ad alterum comparata. nam ea in sensu non imprimitur suam speciem: sed quia sit albus / cui quidem albo accidit esse Cleonis filium. Vnde sermo magis proprius esset: accidit filio Cleonis esse album / q̄ accidit albo esse Cleonis filium: quemadmodum accidit homini esse dominum / magis proprie dicimus q̄ contra accidit domino esse hominem. & melius subiectum siue substantiam datiuo collocamus ante verbum esse. Accidens autem accusatiuo & post esse. Sed per hypallagen (quae est mutua in dictionibus casuum commutatio) interdum accidens datiuo & subiectum accusatiuo (vt in littera) ponitur: quemadmodum haec / perflantibus stula buccas: loco huius / buccae perflantibus stulam. **¶** Secundo sentitur aliquid per accidens quando in eodem subiecto sunt diuersorum sensuum obiecta: ante seorsum (quodlibet suo sensu) percepta: & deinde per vnum illorum sensuum / de alterius sensibili fertur iudicium: quia prius in eodem subiecto coniuncta fuisse cognita sunt. vt in igne lux est & calor: & prius tactu cognitus est ignis esse calidus: ideo cum videtur in aliquo lux: putatur eidem inesse calor / & sic visus de calore tactus obiecto discernit. Sic cum quis lac album viderit / & seorsum gustando dulce esse perceperit: idcirco cum quid album videt / putat esse dulce: & visus de dulcedine gustus sensibili iudicat. Ita & de odore visus iudicat: cum quis rubrum florem videns putat esse suauis odoris: quia prius talem perceperit. Et de sono: cum quis grossiorem cytharae chordam cernens eam iudicet grauius sonare / & exiliorem / leuioremq; acute. quia prius ita sonantes similes chordas in cythara senserit. Et tale iudicium de alterius sensus obiecto non est ratione sensus exterioris iudicantis vt visus: sed quia omnes sensus exteriores in vno communi & interiore sensu conueniunt. Quare huiusmodi iudicium potius est communis sensus interioris: q̄ ipsius visus. quia non potest visus aut quicumq; sensus exterior iudicare plurium sensuum obiecta esse diuersa / & inter ea differentiam cognoscere: cum eorum quodlibet seorsum non cognoscatur. sed id sensus communis est officium: vt postea ostendetur. **¶** Quaestio. Quare natura plures in animalibus ordinavit sensus: & non potius vnum sensum pro omnibus sensibilibus cognoscendis constituit. **¶** Responso. Ideo factum est vt melius cognoscantur sensibilia propria abinuiem differre: per hoc q̄ pluribus sensibus cognoscuntur / & eodem cognosci non possunt. Quia enim visu cognoscitur color & non calor / & tactu calor cognoscitur & non color: ideo magis abinuiem cognoscuntur differre q̄ si eodem penitus sensu cognoscerentur. Praeterea vt sensibilia propria magis a communibus differre percipiuntur: sicq; maior habeatur certitudo distinctionis rerum abinuiem. Si enim solum vnus esset sensus vt visus percipiens albedinem / & simul in eodem subiecto coniunctam magnitudinem quae nullo alio sensu percipi posset: minus cognosceretur albedo differre a magnitudine: vt quae semper simul perciperentur: q̄ nunc cum tactu percipitur magnitudo quo non potest albedo percipi. Ita si omnium sensibilium vnus esset sensus: non esset tam manifeste cognita ipsorum sensibilium differentia: vt nunc cum eorum plures sunt sensus. Et haec ratio propositae questionis satisfaccere videtur.

Deciminterij capitis nota.

Idem esse actu sonum & auditionem: de sono intellige citra materiam in auditu suscepto / & non de eo qui foris euagatur. **¶** Sensus / sensatio. visus / visio. auditus / auditio. **¶** Sensus actu / nomen actus: vt auditus actu. **¶** Sensus potentia: nomen potentiae. **¶** In diuisibile / Indiuisibile numero / Vnum numero. **¶** Ratio / proportio.



112

113

114

115

116

117

118

119

120

Deciminterij cap. continet sex conclusiones, duo correlaria ad secundam, vnti correlarium ad quartam, vnam instantiam: et eius solutionem ad sextam. **¶** Prima conclusio. Dubitatio existit nec immerito: cum sentimus nos videre / & audire: an id eodem sensu percipiamus / an alio? **¶** Nam si alio dixeris: eiusdem obiecti duos sensus facies: eum scilicet qui primo obiectum (vt colorem) intuetur: & eum qui primum sensum / colorem intueri iudicabit. qui vt primus: colorem apprehendet. Fieri enim nequit vt sensus aliquis: visum / colorem apprehendere iudicet: qui praeterea non apprehendat & colorem. & ita de auditu & ceteris. Et si fuerit alius vt potius: cur non erit iterum qui de ipso secundo iudicet: & iterum alius qui de tertio: & hoc abeat in infinitum: aut tandem decumbatur in aliquo: qui seipsum cognoscat. quod si sic: cur primus eadem ratione seipsum non sentiebat? Sed esto dicas modo: nos non alio sensu sentire: aut videre / & percipere nos videre. Primo. hoc ingeret difficultatem q̄ idem sensus sentiet seipsum. Secundo. quod a visu percipitur / color est: aut colore affectum. est enim color / eius proprium obiectum. si igitur percipit se videre: & eius visionem / colorem aut coloratum esse oportet. Tertio. non eodem modo semper discernit visus. Nam discernit lumen: speciem suscipiendo. tenebras itidem discernit. sed nihil suscipiendo. Nonne igitur sentit se sentire tenebras: cum nihil sentiat? Haec nimium dubitationem ingerunt: quid potissimum hac in parte sit sentiendum. **¶** Secunda. Quod sentit vt quod colorem percipit: aliquo pacto sensibili vt colore delibutum / affectumq; est. **¶** Nam instrumentum omne quo sensus administratur: sensibilem formas (vt iam dictum est) sine materia recipit. vt colorem / vt sonum / vt odorem citra materiam. Est igitur quod sentit: quodammodo sensibili delibutum / atq; affectum. **¶** Primum correlarium. Hinc enenit vt sensibilibus remotis: sensationes in sensibus aliq; diu perdurare videantur. **¶** Nam huiusmodi species citra materiam susceptae: aliq; diu absentibus suis obiectis residet permanent / fitq; (his perdurantibus) sensatione. Nam rei sensibilis actio / sensatioq; vna eademq; est / esse autem non idem. vt idem actu sonus: & auditus actu. non autem id dico de auditu potentia (fit enim / vt qui talem auditum habeat: non audiat) & neq; de sono potentia. quod enim talem sonum habet: non idcirco sonum elicit. cum autem aliquid sonum elicit / auditusq; fit actu: alterum sonationem & alterum auditionem dicimus. **¶** Secundum correlarium. Fit iterum vt sonus actu & auditio in eo sint quod patitur & quod potentia tale est. **¶** Nam motus / actio & passio in eo est quod patitur ac mouetur. Et sonus actu siue sonatio: sonantis est actio. Auditus vero actu siue auditio: est quod audire potest passio. Sunt igitur sonus actu & auditio in eo quod patitur / & quod potentia tale est. Agentis enim & mouentis operatio: in eo fit quod mouetur. Quo fit vt quod mouet: non oporteat motu moueri. **¶** Tertia. Veteres naturae interpretes haud sane asseruerunt: colorem siue visu / & sonum siue auditu (& ita in ceteris) esse non posse. **¶** Nam cum sensus sit duplex: actus / & potentia. ita sensibile duplex est: actus & potentia. Et quilibet in particulari sensus / itidem duplex: & particulare sensibile / duplex. vt visus actu / visus potentia: auditus actu / auditus potentia: olfactus actu / olfactus potentia: ita de gustu & tactu. Sensibilibus vero aliq; quibus nomina posita sunt. vt in auditu: sonus & sonatio. In olfactu: odor & odoratio. In visu non habemus quomodo a colore nomen actus deriuamus: nec in gustu nomen gustus a sapore. Modo quibus actu sensibile / sine sensu esse non possit: id tamen de sensibili potentia vt colore / odore / sapore / perperam asseretur. Non itaq; simpliciter eorum sententia sensibile sine sensu esse non posse / probanda est. **¶** Quarta. Qui sensus: rationes quasdam / proportionales / harmoniasq; asserunt: haud irrationabiliter loqui videntur. **¶** Nam cum vocum: sint harmoniae & concentus / colorum: picturae / odorum: pigmenta / atq; fragrantiae. & sensus vt auditus nunc sit sonus / nunc vero non. aliquando fit concentus & ratio: & ita de visu / odoratu / & ceteris. Et cum ea quae moderamen / proportionemq; excellunt: sensus corrumpant. vt exuperans graue & acutum: auditum / nimium splendidum / & tenebrosum: visum / vehementer & grauius olens siue dulce siue amarum: olfactum. non ab re dictum esse videtur: sensus / rationes quasdam proportionalesq; esse. **¶** Correlarium. Quapropter sensibilia sincera atq; simplicia (vt simplex / acutum / graue / dulce / salum) cum adiuicem miscentur / bonaeq; proportionem temperantur: sensui iocundiora / atq; delectabiliora sunt. vt auditui delectabilior concentus: q̄ simplex graue aut acutum. Et tactui: calido / frigido / humido / & sicco contentemperamentum / rationemq; habens: amicum est & iocundum. Simplex autem aut calidum aut frigidum: non. Sensus enim in quadam ratione / proportionemq; consistit: quam exuperantia dolorem asferens corrumpit. **¶** Quinta. Alterum sensum / qui diuersorum sensuum sensibilem differentias diuisum esse oportet. **¶** Nam vnusquisq; sensuum (de quibus hactenus egimus) est vnus sensibilis obiecti: cuius differentias in sua sede discernit ac iudicat. vt visus: albi & nigri / auditus: acuti & grauis / olfactus: dulcis & amari. Atqui sensibilia album & dulce: vi quadam sentimus differre. non autem visu: na dulce non apprehendit. neq; gustu: quia non apprehendit album. est igitur alter sensus / illorum discerni culum & differentiam apprehendens: vt sensibilia sensu (quemadmodum rationale est) internoscit / discerniq; dicantur. Estq; is sensus: interior / occultiorq; q̄ tangendi sedes. Male itaq; putaretur vltimam carnem esse tangendi sedem: quae tangendo discerneret. **¶** Sexta. Sicut vnus sensus est qui iudicat album differre a nigro: ita & vnum sensum (qui huiusmodi differentias discernit) esse oportet.

¶ Nam si diuerse sint vires : quarum altera hoc apprehendat / altera vero illud nullum discrimen inter sensibilia constituitur poterunt . non secus ac si tu clam me aliquid perceperis / ego vero clam te alterum perceperim : non fieri potest vt ab vtroque nostrum neque simul neque seorsum : quod apprehensa sunt cognoscantur diuerfa ac euariantia . sed vnum eundemque qui vtrūque cognoscit / esse oportet . Neque igitur sensibilia a diuersis sensibus apprehensa : sed ea discernens & iudicans esse diuerfa / vnum esse oportet . Sicut igitur vnus sensus iudicat album a nigro differre : ita & qui iudicat album differre a dulci / vnus erit . Et non modo sensus ille vnus est : sed & simul tempore diuersorum affert iudicium : & duo vt pulchrum & amarum / malum & bonum iudicat : nunc esse diuerfa . & non per accidens quia nunc dicat : esse diuerfa . sed dicit : esse nunc diuerfa . Quo fit vt vnus inseparabilis / & tempore inseparabilis : diuerfa discernat .

¶ Sed instabis . impossibile est idem / & diuisibile / & tempore indiuisibile : motibus agitari contrariis : pariter & album & nigrum . Non igitur simul illa iudicat . ¶ Dicimus sensum vnum esse & numero indiuisibilem : & tempus in quo sentit . ipsum tamen ratione esse diuersum . & sic vno modo vt numero / indiuisibilis est : altero vero modo vt ratione / diuisibilis . Sed hoc non satis est . Nam idem numero / & si ratione multa sit / varieque diuisibilis / simul album pariter & nigrum esse non potest . ¶ Proinde ipsum numero inseparabilem / indiuisibilem & vnum esse dicimus / similem circuli centro : ad quod vndique ex circumferentia / linee diriguntur . Ita quoque is sensus (quem communem / & aliorum principem nominare possumus) aliorum sensuum vt centrum est . & vndique ex vnoquoque sensu : sensibiles ad ipsum diriguntur linee . qui vnus & idem manens apprehendit / diiudicat / & discernit . Quo enim diuisibilis / diuersas apprehendens : linee : vt varia & diuerfa apprehendit . quo vero vnus & numero indiuisibilis : eadem plane vt vnus apprehendit / & apprehensa distinguat .

¶ Cum duplex sit sonus actus vnus in medio circumstante corpus sonans vt aere qui foris euagari dicitur quia non est in organo auditus . Alter vero sine materia in auditu organo susceptus : qui quidem non tam sonus est quam soni species / nomen tamen soni retinet vt imago sui exemplaris & vestigium veritatis . cum dicit littera idem esse actu sonum & auditionem : id de secundo sono intelligendum est & non de primo . ¶ Sensus / visus / auditus in littera operationum nomina sunt & idem sunt quod sensatio / visio / auditio . Sensus actus / nomen / actum operationemque : sensus designans . & idem quod sensatio . vt visus actus : visio / auditus actus : auditio . Sensus autem potentia : nomen / potentiam virtutemque : sentiendi denotans : vt visus potentia : virtus videndi / & auditus potentia : virtus audiendi . ¶ Indiuisibile non hic dicitur quod in partes quantitatis & magnitudinis diuidi non potest : sed quod vnum est numero & pluralitatis expertus .

¶ **D**ecim tertij cap. prima conclusio . Cum aliquod sensibile sentimus / & percipimus nos illud sentire . an secundum eodem sensu percipimus quo primum / an alio . vt vtrum eodem sensu videmus colorem & sentimus nos videre colorem / similiter an eodem sensu audimus sonum & percipimus nos audire sonum . ¶ Huic dubitationi respondendum est prorsus alio sensu nos aliquid sentire . & percipere nos id sentire . Primum enim sensu exteriori sentimus vt colorem sonum / odorem / secundum vero sensu interiori . Nempe sensu communi percipimus nos externum cernere colorem / audire sonum / odorem affici / sapore imbui / & tangibilem affectionem apprehendere . Nam is se conuertit supra sensus exterioris operationes & de illis diuine dicit : quod quidem de proprijs operationibus exterior sensus efficere non potest . ¶ At si quis obijciat . Cum exterior sensus vt visus colorem cernat : manifestum est eum / colorem apprehendere . & eum secundus sensus reipsa alius percipit primum videre colorem : etiam secundus eundem apprehendit colorem . Quicunque enim sensus iudicat visum apprehendere colorem : & idem eundem apprehendat colorem necesse est . Et ita de auditu / olfactu / & ceteris : igitur duo sensus primus & secundus eiusdem erunt obiecti scilicet coloris : quod videtur inconueniens .

¶ Respondetur admissis omnibus que assumpta sunt : non esse inconueniens duos sensus vnum exteriorem & alterum interiore / eundem percipere colorem : licet inconueniens putandum esset duos sensus exteriores eundem percipere : quandoquidem color sensibile est proprium . Præterea color alio modo percipitur a primo sensu & secundo . Nam a primo immediate & nulla priori interueniente operatione discernitur : a secundo vero mediate & antecedente primi sensus operatione . ¶ Secundo . Si quis ita insurgat . Si alius est sensus qui iudicat de primo : eodē prorsus iure ponendus est tertius / qui iudicat de secundo & quartus qui iudicat de tertio : & hoc procedet in infinitum . aut tandem peruenietur ad aliquem sensum qui seipsum cognoscit / & percipiat sentire . ¶ Si sic eadem ratione & primus sensus ponendus est percipere seipsum sentire . quare non est assignandus alius vt secundus sensus qui id ipsum de primo sentiat : quod est positi oppositum . ¶ Respondetur non esse ponendum tertium sensum qui idem de secundo iudicat quod secundus de primo . Nam vis sensitua binario completa perfectaque existit : scilicet virtute sensitua exteriori & interiori : immo nulla alia vis sensitua a prima & secunda de secundo sensu iudicare potest : cum nulla sit reliqua . Neque secundus sensus de seipso iudicare potest : vt de primo iudicat . Nam vis cognoscendi corporea non se reflectit supra suas operationes : neque de illis fert iudicium . Vis autem sentiendi interior : virtus est corporea . Est tamen superior cognoscendi virtus supra sensitiuam que iudicat secundum sensum sentire scilicet vis intelligendi : qua apprehendimus nos potentia interiori sentire vt interne videre / audire imaginari . quia potentior est & valentior quam exterior sentiendi virtus & interior : quare ipsum de vtroque iudicat . Neque querenda est ulterius altera que iudicet intelligendi virtutem intelligere : nam ipsa virtutum cognoscendi extrema est & dignissima non fungens organo corporeo . idcirco se supra se reflectit & conuertit supra suas operationes : per eamque intelligimus nos intelligere . Nempe intellectus seipsum intelligens est vt oculus seipsum videns : quare in eo fit cognoscendi status sine vltiori progressu . Siquidem sensus exterior est vt linea / præsens / vnitas . Interior vt superficies / præsens & præteritum / binarius . Intellectus vt corpus / præsens / præteritum & futurum / ternarius . Et sicut magnitudo perfecta in ternario consistit : neque vlla est magnitudinum reliqua . Ita cognoscendi vis ternario completur & in intellectu absoluitur : vltra quem nulla superat cognoscendi virtus . ¶ At si quis dixerit eodē sensu nos videre & percipere nos videre : multiplex in eum militabit ratio . Primo . quia tunc idē sensus sentiet

seipsum . Nam (exempli gratia) visus vt percipiens seipsum videt : sicut seipsum vt percipit videt . Erunt idē sensus / seipsum obiectum : id aut impossibile .

¶ **S**ecundo . Quod a visu percipitur : aut color est / aut colorem habens : nam color proprium est obiectum visus . ergo si visus percipit seipsum videt : visio a visu percipitur / & ipse visus est obiectum : quare visio aut color est / aut colorata . quod manifeste est falsum . ¶ **T**ertio . Diuerso modo visus sua apprehendit sensibilia : nam colorem sensibile per se & postiuum percipit / eius speciem apprehendendo . Tenebras vero sensibile per accidens & priuatiuum percipit nihil suscipiendo : sed speciei sensibilibus priuatione . Cum igitur sentiendo tenebras nihil sentiat neque percipiat : non potest visus percipere se sentire tenebras : quare non est ponendus idem sensus primo sentiens & se sentire percipiens . Et hæc rationes concedendæ sunt : nam quod respondendum est concludunt . ¶ **S**ecunda conclusio . Organum sensus vt quod videt / audit / olfacit : aliquo modo sensibile vt colore / sono / odore affectum esse debet : non quidem vera qualitate sed ipsius spem in organo efformata . ¶ **N**am organum sensus qualitatum sensibilibus specie sine materia & subiecto recipit : vt prius offensum est / vt speciem coloris / soni & odoris . igitur quodammodo organum sensus affectum est qualitate sensibili . Ab ea tamen non denominatur : quia huiusmodi species solum est passio cito transiens . secundum quam non dicitur organum sensus / quale : sed magis aliquid passum . vt oculus percipiens colorem croceum : non dicitur croceus / neque purpureus : purpureus . ¶ **P**rimum correlarium . hinc fit vt remotis exteris sensibilibus sensationes alio quanto tempore in sensibus perdurent : vt cessante superius circumrotatione adhuc motus percipitur ab oculo / cui omnia videntur in gyrum torqueri & absente vehementer lucido / oculoque in oppositam partem conuerso / adhuc luminis & fulgoris percipitur visio . ¶ **N**am qualitatum sensibilibus species sine subiecto / materiaque in organo suscepto / absentibus suis exteris obiectis aliquanto tempore permanent in organo . At quid manent species in organo sensuum : fit sensatio . Nam qualitatis sensibilis actio / & sensatio : reipsa idem est / ratione tamen differunt . sicut calefactio solis / vt efficientis agentisque & aeris vt patientis / reipsa idem est : ratione tamen diuersum . cum hoc passionis / illud vero actionis rationem habeat . Quippe dicitur calefactio solis : fit a sole / calefactio vero aeris : fit in aere . Sic reipsa sensibilibus actio : rationem actionis habet / & est speciei sensibilis a sua qualitate in organo sensus productio . Adiectum est in organo sensus / quis id ipsum ad actionis rationem non attineat : adcludendum productionem speciei ab obiecto que fit in corpore medio : ea enim cum sensatione eadem non est . Sensatio vero est speciei sensibilis in organo sensus susceptio : & rationem habet passionis . Sic idem est sonus actu & auditus actu secundum rem : diuersa tamen secundum rationem . Nam sonus actu est speciei soni ab extero sono in auditu productio : & actionem signat . Auditus autem actu est speciei soni in organo auditus apprehensio : & passionem denotat . Imo vtrumque reipsa non est nisi ipsa soni species que in auditu suscipitur quemadmodum motus & mutatio aliud non est quam ea ipsa forma / aut affectio que per eam acquiritur aut deperditur . Sic actu color & visio idem sunt : actu odor & olfactus & ita de ceteris . Non tamen idem sunt actu sonus / & auditus potentia . Nam accidit aliquem vt dormientem aut circa quem tacita fiant vndique silentia habere auditum potentia / audiendi que virtutem : & tamen non audire neque habere sonum actu in organo susceptum . Neque etiam idem sunt sonus potentia / quique impresentiarum non fit sed fieri natus est : & auditus actus . Nam quod sonum potentia habet non idcirco sonum efficit : quare non protinus fit auditus actus . Et ita de ceteris sensibus & suis obiectis consimiliter dicendum est / nomina operationum a sensuum nominibus formata rationem passionis seruare . a nominibus autem obiectorum deducta operationum nomina : vt sonus actu sine sonatio / odor actu sine odoratio : vim habere actionis . ¶ **S**ecundum correlarium . Quo fit iterum vt sonus actu & auditio in eo fit vt subiecto quod soni speciem in se apprehendit scilicet organo auditus : quod ante auditionem tale est potentia / quale suum præcipuum / exterioremque sensibile est actu . ¶ **N**am motus omnis siue actio sit siue passio est in mobili : quod quidem patitur & motum intra se suscipit . At sonus actu siue sonatio : ipse corporis sonantis est actio / nam est a corpore sonante vt efficiente . Auditus vero actu siue auditio est ipse audientis passio : nam est in audiente vt subiecto . Sunt igitur sonus actu & auditio in mobili & organo auditus : quod soni speciem suscipiens patitur . Agentis enim & momentis operatio (sicut vt patientis) in eo fit quod mouetur . Nam vna eademque est . Quare non omne quod mouet / oportet contra motu moueri . Nam exteri sensibile (vt formam substantialem omittamus) mouet sensum : & tamen non mouetur neque sentit : vt color non videt : nec sonus audit . ¶ **T**ertia conclusio . Antiqui naturalis philosophiæ inquisitores non recte dixerunt colorem siue visum esse non posse / nec sonum siue auditum : & ita in ceteris sensibus . ¶ **N**am sicut duplex est sensus : vt pote sensus actu siue sensatio / & sensus potentia que est sentiendi virtus nobis natura insita . Ita duplex est sensibile scilicet sensibile actu quod est ab ipso sensibili in organo producta species / & sensibile potentia quod est præcipuum exterioremque sensibile : vt color in pariete / odor in flore / & sapor in pomo . Ita quilibet in particulari sensus est duplex vt visus actu / visus potentia : auditus actu / auditus potentia / olfactus actu / olfactus potentia : & ita in ceteris que consimiliter ad suum vniuersale diffiniuntur . Sic quodlibet particulare sensibile duplex est : vt visibile actu / visibile potentia : audibile actu / audibile potentia : odorabile actu / odorabile potentia : que consimiliter ad suum genus diffiniuntur . In aliquibus quidem sensibilibus nomina operationum ab obiectis formata imposita sunt : que actionis rationem expriment . vt in auditu a sono / sonatio . in odoratu ab odore / odoratio . in aliquibus vero non sunt nomina ab obiectis formata / sed ea circumloqui oportet : vt in visu non aptum succurrit deductum a colore nomen operationis / sed circumloqui possumus coloratio . ita in gustu non adest conueniens a sapore nomen actionis formatum : sed circumloqui licet hoc nomine saporatio . a nominibus autem sensuum etiam omnibus operationum nomina apte formantur . vt a visu : visio / ab auditu : auditio / ab olfactu : olfactio / a gustu : gustatio / a tactu : tactio . Ex quibus has colligere interpretationes possumus . Visibile actu / color actu / coloratio / idem . visus actu / visio / idem . Audibile actu / sonus actu / sonatio / idem . Auditus actu / auditio / idem . Odorabile actu / odor actu / odoratio / idem . Olfactus actu / olfactio / idem . Gustabile actu / sapor actu / saporatio / idem . Gustus actu / gustatio / idem . Tangibile actu / qualitas tactibilis actu / idem . Tactus actu / tactio / idem . Et cuiusque sensus priora nomina ab obiecto formata actionemque designant : posteriora vero / a nomine sensus & designant passionem . ¶ **H**æc autem quatuor comparantur admutic : sensus actu / sensus potentia / sensibile actu / sensibile potentia : penes hoc quod est vni posse esse sine altero . ¶ **P**rimo . sensus actu non potest sine sensu potentia existere : tamen contra sensus potentia siue sensu actus existit / vt in dormientibus . ¶ **S**ecundo . Sensus actu siue sensibili actu existere non potest : neque sensibile actu siue sensu actu . ¶ **S**ensa enim sunt esse penitus eadem secundum rem & ratione sola discrepare .

Tertio. Sensus actu sine sensibili potentia esse non potest; nam sine extero sensibili non fit sensatio. Contra tamen sensibile potentia sine sensu actu esse potest; ut in tenebris est color sine visione / & nullo presente: sonus est sine auditione. **Q**uarto. Sensus potentia sine sensibili actu esse potest; ut in dormiente; contra tamen sensibile actu sine sensu potentia esse nequit. Nam sensibile actu non potest esse sine sensu potentia. **Q**uinto. Sensus potentia sine sensibili potentia natura esse non potest. Nam si est sensus potentia ut tactus: est animal; quare etiam est calidum / frigidum / humidum / & sicum / magnitudo / color sine quibus animal natura subsistere non potest: & illa sunt sensibilia potentia. ergo si est sensus potentia est sensibile potentia. Contra tamen sensibile potentia sine sensu potentia esse potest. Nullo enim existente animali non esset sensus potentia; tamen adhuc essent calida / frigida / humida / sicca / magna / colorata. **S**exto. Sensibile actu sine sensibili potentia esse non potest. Nam sensibile actu sine species sensibilis a sensibili potentia in prospectu formatur in organo: ut lumen a luce in speculo. Contra tamen sensibile potentia sine sensibili actu esse potest. ut in tenebris color / & nullo audiente sonus. **Q**uarta conclusio. Qui sensus proportionem esse & harmonias diffinitur: recte dixisse visi sunt. **N**am cum blanda diversarum vocum concordia: harmonia sit & concetus. Et pulchra diversorum colorum in eodem imagine congruentia sit pictura. Sic conveniens diversorum odorum in eodem commixtio: fragrantia dicitur / & redolentia: manifestum est ipsorum sensuum sensibilia in proportionem & harmonia constituta a sensibus percipi. **E**t cum auditus aliquando sit sonus actu: ut auditus actu & auditio: aliquando vero non sit sonus: ut auditus potentia. aliquando sit in auditu concetus & harmonia. Nemp cum fit auditus actu: fit concetus actu. Et cum solum est auditus potentia: est concetus & harmonia potentia. Et sic de visu / olfactu / & odoratu dicendum est. Præterea que ab excellentia & exuperatione corrumpuntur: in mediocritate & harmonia quadam consistere dicuntur. At sensibilia moderamen et proportionem sensuum excellentia: sensus corrumpunt ut excellens graue aut acutum corrumpit auditum. Nimis splendidum aut tenebrosum / corrumpit visum. Vehementer olens sine suavitie sue tette: corrumpit olfactum. ergo sensus in quadam proportionem & harmonia consistere recte ab antiquis positi sunt. **C**orrelarium. Quapropter sensibilia simplicia & impermixta ut simplex acutum & per se perceptum / simplex graue / simplex dulce aut amarum: minus sensui delectabilia sunt & iocunda: quæ cum bona adinivem proportionem miscentur. mixta vero & temperata adinivem / sensui gratiora & iocundiora sunt quæ simplicia. ut visui gratior est pictura diversorum colorum quæ simplex albedo & nigredo / auditui iocundior est concetus quæ simplex graue aut acutum. Ita tactui quicquid calido / frigido / humido / sicco temperatum iocundius est & delectabilius: quæ simplex calidum aut frigidum. **N**am sensus (ut dictum est) in quadam proportionem et mediocritate consistit: quam quidem mediocritatem exuperatio dolorem afferens (ut vehemens caliditas aut in gens frigiditas) corrumpit & dissolvit. **Q**uinta conclusio. Alterum ab exterioribus sensibus sensum esse oportet: qui diversorum sensuum exteriorum sensibilia discernat & differre cognoscat. **U**t qui album a dulci iudicat sensus: nec visus est / nec gustus / nec quisque exteriorum sensuum sed ab eis alius. Nam diversorum sensuum sensibilia / virtute quadam cognoscuntur differre: ut album & dulce. At non cognoscuntur differre visu: nisi visus dulcem apprehendit. Modo vi virtus aliqua diversorum sensuum sensibilia abinivem differre cognoscat: ut eorum quodlibet apprehendat oportet. Ergo sensus non quodlibet diversorum sensibilia apprehendens: ea abinivem differre minime cognoscere potest. At gustus (ut prius de visu dictum est) non eorum albi scilicet & dulcis quodlibet apprehendere potest: nam gustus non apprehendit album. Et tanto minus auditu / olfactu & tactu ea abinivem discernere possumus: qui datorum sensibilia neutrum / nec album scilicet nec dulce comprehendunt. Vnusquisque enim sensuum exteriorum solum est vnus sensibilis obiecti: ut visus solus coloris / olfactus odoris / & gustus saporis. ut quemadmodum hæc color / odor / sapor / propria sunt sensibilia: ita ipsi propriæ respondent sensus / & qui diversorum non sunt obiectorum. Et quilibet exteriorum sensuum sui sensibilis differentias & contrarietates in proprio organo diiudicat: ut visus discernit differentiam albi & nigri / auditus grauis & acuti / olfactus suavis & terti in odore / gustus dulcis & amari in sapore. Tactus vero: contrarietatem albi & nigri. Nullus igitur exteriorum sensuum diversorum sensibilia differentias internoscere potest. At rationabile est sensibilia a se invicem sensu discerni: si enim alia quæpiam potentia ut intellectu dinoscuntur: non ut sensibilia abinivem distinguantur / sed quatenus intelligibilia. Alius igitur ab exterioribus sensibus est diversorum sensibilia differentiam apprehendens. Est huiusmodi sensus interior / & occultior quæ organum tangens: quod tangibilem qualitatum differentias in se perciperet. **S**exta conclusio. Sicut sensus exterior scilicet visus album a nigro discernens: vnus est / tamen si sensibilia sint specie diversa & sensus diversorum sensuum sensibilia ut album & dulce discernens: vnus est numero / quibus sensibilia sint genere diversa. **N**am si diversi essent sensus & numero differentes: quorum vnus solum apprehendat vnum sensibile ut album / & alter solum alterum sensibile ut dulce: neuter eorum differentiam inter illa sensibilia ponere posset. Quandoquidem sensus diversorum sensuum discernens sensibilia: quodlibet eorum percipere debet. Sicut si sortes clam platonem aliquid perciperet quod platonem lateat / & contra plato quicquid perciperet quod lateat sorte: neque a sorte neque platonem cognoscere possunt illa duo sigillatim percepta esse diversa: sed vnus & eundem qui vtrunque perceptorum cognoscat esse oportet. Sic neque sensibilia a diversis abinivem sensibus percepta: diversa esse cognosci possunt. sed vnus sensus qui ea iudicat esse diversa: esse necesse est. Quare sicut exterior sensus iudicans album a nigro differre / vnus est & idem. sic interior sensus album a dulci discernens vnus est. Et non modo hic internus sensus vnus est numero: sed eodem penitus tempore diversa etiam genere diiudicat & internoscit. Et duo sensibilia penitus discrepantia ut pulchrum quod est visus / & amarum quod est gustus / malum & bonum in sensibilibus iudicat esse nunc / hocque momento diversa. Non tamen per accidens quia nunc iudicat illa esse diversa: idcirco ea abinivem discernit. non enim id euenit propter idem tempus / aut quia eodem tempore illa apprehendat. Nemp quis diversis temporibus ea apprehenderet: non minus illa abinivem discerneret: ut album in primo minuto & dulce in secundo. Quare quod eodem tempore iudicat ea esse diversa: accidit ad vim illam discernendi: per quam sibi natura insitam & non per quodcumque exteriorum aut aduentitium ut tempus iudicat illa esse nunc diversa. Quare vnus & idem numero / & tempore penitus eodem / diversa diiudicat sensibilia. **A**t insubabit quispiam. Impossibile est idem numero & eodem tempore moueri motibus contrariis: quandoquidem impossibile est con-

Obiectionis solutio

traria simul esse in eodem subiecto. At dulce & amarum mouent sensum tum externum tum internum motibus oppositis. Vt enim dulcedo & amaritudo adinivem contraria sunt: ita & dulcedinis & amaritudinis species in organo aut extero aut interno suscipi. Et sicut albedo & nigredo repugnantia & albedinis & nigredinis species. Par enim est eademque ratio & analogia. ergo neque exterior sensus neque interior illa simul eodemque tempore apprehendit. **R**espondent nonnulli huic obiectioni primas & precipuas qualitates sensibiles esse quidem adinivem contrarias: sed earum species ut speciem albedinis & nigredinis minime adinivem contrariari neque repugnare / idcirco non esse inconueniens contrariarum qualitatum species simul esse in eodem subiecto. Sed id non videtur rationi consonum: neque sententiæ Aristotelis accomodum. Nam accidentia que sunt imagines & species quedam substantialium formarum adinivem contrariarum magis distant a formis substantialibus suis exemplaribus: quæ species qualitatum sensibilibus a primis qualitibus sensibilibus / minorque est illorum quæ horum nature conuenientia. Nam substantiæ & accidentia genere entis differunt & non solum ut exemplar & vestigium. qualitates autem sensibiles & earum species in organis susceptæ eodem genere comprehenduntur: cum ambo sint accidentia. At accidentia sunt adinivem contraria sicut & substantiæ: ergo etiam species qualitatum sensibilibus contrarie sunt / sicut & ipsæ qualitates sensibiles. sic quæ si qualitates sensibiles sunt simpliciter contrarie ut maxime albu & maxime nigrum / & ipsæ species earum sensibiles etiam simpliciter sunt contrarie: & non possunt simul eidem adesse. Si vero primæ & extere qualitates sunt contrarie secundum quid: & earum species sunt secundum quid contrarie: & possunt se simul admittere in eodem secundum aliquid sui. Quæ enim qualitatis ad qualitatem est repugnantia vel conuenientia habitudo: eadē est speciei vnus ad speciem alterius. **Q**uare aliter respondendum est dictæ obiectioni quæ impossibile est idem secundum eandem eius partem quantitativam moueri motibus contrariis: non tamen inconueniens est idem secundum diuersas sui partes integras motibus agitari contrariis: ut neque idem in vna parte esse album & in altera nigrum. Modo sensus & exterior & interior suscipit species contrarias non secundum eadem organum partem sed diuersas: ut speciem albedinis secundum lineam albedinis porrectam ab albedine ad oculum secundum vnam oculi partem / & speciem nigredinis secundum lineam nigredinis porrectam a nigredine ad oculum secundum alteram oculi partem: quæ quidem duæ lineæ non se confundunt nec permiscuntur sed extra se manentes & diuersæ sunt. **R**espondet autem philosophus factæ obiectioni: sensum interiore diuersa ut album & nigrum simul iudicantem esse vnum numero & indiuiduum / similiter & tempus esse numero vnum: ipsum tamen esse ratione diuersum & diuersa habere nomina secundum sensibilia que apprehendit diuersitatem. Nam ut colores apprehendit dicitur visus interior. ut sonus: auditus. ut odores: olfactus. ut sapores: gustus. ut caliditatem aut frigiditatem per susceptas ab exteriori sensu species: tactus. Tamen idem reipsa est interior visus / auditus / olfactus / gustus / & tactus. Sicut idem est reipsa visus exterior perceptiuus albi & nigri / itidem flauus fuluus purpureus: ratione tamen sunt diuersa. At sicut alia reipsa est visio albi / & visio nigri ita alia est interior visio & interior auditio. Sed ex diuersitate operationum non consequitur potentias illarum operationum effectiuas esse reipsa diuersas. Itaque interior sensus reipsa vnus est & indiuiduus: alio vero modo scilicet ratione plura est & diuisibilis. **A**t contra hanc solutionem prior obiectionem vim suam retinere videtur: quia impossibile est vnum numero & reipsa (quis ratione plura sit) habere in se simul contraria: ut albedinem / nigredinem aut vtriusque species. **C**ui quidem obiectioni prior præter litteræ sententiam data solutio abunde satisficit. **R**espondet autem philosophus sensum interiore reipsa esse inseparabilem & in plura indiuisibilem: quæ sit vnus numero. Et analogiam habere ad circuli centrum / sensus autem exteriores ad eiusdem circumferentiam. Sicut enim ex omni parte circumferentia ad centrum duocuntur lineæ & illic terminantur: ita ex quolibet sensu exteriori species sensibiles (quas rerum sensibilia lineas dicere possumus) duocuntur & deferuntur ad sensum interiore / & illic residues permanent & reseruantur: ut ex visu species visibiles / ex auditu lineæ audibiles / ex olfactu olfactibiles / & ita de alijs conueniuntque huiusmodi qualitatum sensibilia lineæ in sensu communi: qui id nomen sortitur ex eo quod omnium exteriorum sensuum sensibilia percipiunt / communisque sit & coloribus & sonis & odoribus apprehendendis. Estque aliorum princeps: quæ exterioribus sensibus præstantior sit & potentior. solus enim id potest & per se quod quicquid sensus exteriores possunt / & amplius. Quare hic internus sensus quatenus diuisibilis & ratione diuersus: diuersas apprehendit lineas / diuersaque rerum sensibilia simulachra: quatenus vero vnus & indiuiduus: est ut vnus apprehendens.

Species contrariarum sensibilibus sunt contrarie

Semper vera potentia dicitur: quæ semper suæ operationis rei respondentiam habet. Falsa: cum rei correspondentia deest. **S**ensus / sensus exterior. **P**hos phos / lumen. Inde deducitur phantasia.



Decimumquartum cap. continet vnâ quæstionem. Antiquorum responsionem, tres conclusiones, tres rationes ad primam partem primæ & duas rationes ad secundam, quinque ad primam partem tertie, & duas rationes: vnâ correlatum. Phantasia sic diffinitionem / declarationem / duo correlaria: differentiam sensus & phantasia. Et quæ animalia natura Phantasia regantur post quartam partem eiusdem. **Q**uæstio. Cum anima motu secundum locum / sensu / discretionem & intellectu maxime discernatur: an intellectus a sensu discrimen patiat? Et plane antiquorum sententia est: ipsa non distare. & intelligere / sapere & sentire idē esse. Canit enim Empedocles. Sic homini ut reliquis augetur aduersus voluntas: Hinc homini semper mens & sapientia crescit.

Et Homerus.

Talem animum plane mortalibus esse necesse est: Qualem quotidie: primo deus efficit ortu. Et hi intelligere & sapere p̄inde atque sentire: credunt esse corporis. & sensibile (ut superius dictum est) suum per noscere simile. **P**rima conclusio. Non idem est sensus & intellectus: neque cognitionis sufficientem causam adhiberunt. **N**am cum animal plus sit in errore quæ scientia: dicere debuerunt vnde error et deceptio cognoscendarum rerum nascatur. Et siue negauerint esse deceptionem vllam: dixerintque quæ apparent omnia vera esse. siue deceptionem fateantur ex dissimilium contactu: absonum vtrunque vides

bitur. Nam qui vnum contrariorum cognoscit cognoscet & alterum. Et qui circa vnum errat errabit & circa alterum. Contrariorum enim scientia eadem/idemque error habetur. Et quod alterum sit sensus & intellectus: statim cognitum est. ¶ Primo. Quia omnibus animalibus adest sensus: intellectus vero per quos paucis. ¶ Secundo intelligendo recte percipimus & non recte. & eiusmodi recta perceptio: prudentia/scientia & opinatio vera dicitur. non recta vero: contrariis nominibus. At proprium est sensus: vt semper sit verus & omnibus assistens animalibus. ratiocinatio autem plerumque falsa est. ¶ Tertio. Cuiusque intellectus adest: eidem adest & ratiocinandi virtus. & cui illa non adest: neque eidem intellectus adest. Atqui complura sunt animalia: quibus ratiocinandi virtus abest. aberit igitur & intellectus. Non itaque idem erit sensus & intellectus: sentire & intelligere. ¶ Secunda conclusio. Imaginatio (quam & phantasia nuncupamus) ab extimatione altera est. ¶ Primo. Quia imaginatio/in nostra potestate sita est. vt cum volumus quod libet effingamus: quemadmodum facere solent qui pro saluanda memoria: imagines / simulacraque qualia volunt / & quando volunt / sibi presentia fingunt. Extimare vero minime in nostra situm est potestate cum volumus: sed cum id aut verum aut falsum esse / deprehendimus. ¶ Secundo. cum extimamus malum aliquod aut terribile nobis futurum: conturbamur. Et si diuerso bonum aliquod aut presidium: contrario motu mouemur / atque confidimus. Sed cum talia imaginamur / fingimusque presentia: non hinc in modum turbamur / passionibusque afficimur: perinde vt neque nobis talia representante pictura moueremur. Non est igitur phantasia / extimatio: cuius: prudentia / scientia / opinio vera / & eorum contraria: species sunt & differentie: de quibus exacte differendi alius requiritur locus. ¶ Tertia conclusio. Imaginatio: neque sensus / scientia / intellectus neque opinio est. ¶ Nam imaginationem qua phantasmata / simulacraque rerum sola in nobis efformamus & non alia quacumque nobis translatione / sumimus. quod quod non sit sensus ostenditur. Quia sensus aut potentia aut operatio est. vt visus & visio. At imaginatio / neutrum horum est. Sensus enim potentia non est: quia is semper adest. non autem imaginatio. Neque quidem sensus actu & operatio. ¶ Primo. Quia in quiete & somno imaginatio adest. non autem sensus operatio. ¶ Secundo. Omnibus animalibus operatio sensus conuenit: non autem imaginatio. vt apii / formice / vel vermi. ¶ Tertio. Operationes sensuum semper vere sunt. Imaginationes vero plurimum falsae. ¶ Quarto. Cum exacte circa presentia sensibilia intendimus / atque ea perfectissime sentimus: non dicimus nos imaginiari. sed ipsi aut absentibus aut eminus & dubie apparentibus. non est igitur sensus. ¶ Quinto. Quia clausis oculis / iam visa imaginamur: quae tamen neque videmus neque alio quoque sensu sentimus. Non est igitur imaginatio: sensus. Et quod non sit scientia aut intellectus / sic cognoscitur. Scientia namque & intellectus: solum sunt verorum. Atqui imaginatio & phantasia: vt plurimum falsorum est. Neque quidem erit opinio. ¶ Primo. Quia opinionem sequitur assensus & fides: non autem imaginationem. ¶ Secundo. Opinio persuasioni annectitur: persuasio autem rationi. Est enim opinio / quaedam cum ratione assensio. Non autem de imaginatione ita est. Feris enim quibusdam imaginatio inest: quibus nulla praesto adest ratio. ¶ Correlatiu. Vnde fit vt imaginatio non sit semper sensui coniuncta / semperue coniuncta opinio / nisi / aut vtriusque: sensus & opinionis connexio. ¶ Nam illa sensus & opinionis connexio / eiusdem effectus obiecti. Fieri enim nequit vt esset diuersorum: vt opinio boni & sensus albi. Sed profecto haec complexio accidit. Nam eiusdem rei plerumque accidit opinionem sensui discrepare / & veram esse: sensus iudicio existente falso. vt videtur sol pedaneus: & opinatur sol maior terra / & vere quidem. quae igitur ex hac opinio ne vera & sensu falso connexio erit: Si fieri debeat: aut re salua quisque veram sui resciet opinionem: aut opinioni noue assentiet sensus quae prima manet: eiusdem non modo erit vera & falsa opinio / sed eade vera & falsa. ¶ Phantasiae & imaginationis diffinitio. Cum imaginatio nihil eorum (quae dicta sunt) esse possit: talis est aptari poterit diffinitio. Imaginatio / motus est a sensu actu: in communi sentiendi potestate factus. Cum enim sensus mouetur a sensibili: sensus motus mouet interiore potestate simili quo mouetur motu: atque simile vestigium ex apta interioris potentiae dispositione impressum relinquit. & tale interioris potentiae motum phantasia nuncupamus. ¶ Primum correlatiu. Hinc perspectum est Phantasia sine sensu fieri non posse: sed eam sensum habentibus & sentientibus accidere. ¶ Secundum. Fit etiam vt phantasia vera sit aliqua / & aliqua falsa. ¶ Nam pendet ex sensu: qui priorum obiectorum semper verus est / aut vt paucissimum falsus. Et qui circa propriis sensibilibus accidentia vt numerum / magnitudinem / & communia sensibilia: plerumque fallitur atque errat. Sensus enim iudicando esse album non mentitur: sed iudicando hoc vel illud esse album / vnum vel plura / magnum vel paruum / longe vel prope: etiam crebro decipitur. quare & aliqua phantasia vera erit & aliqua falsa. Et accidit eam in tribus esse falsam. Primo iudicando propria: vt album in absentia & longe a tempore sensus. Secundo iudicando hoc vel illud esse album. Tertio iudicando de communibus propria sensibilia consequentibus. ¶ Et in his tribus differt a sensu. Nam sensus illorum solum praesentium: & quasi in prospectu est. Phantasia vero & praesentium & absentium. & magis circa absentia errat atque fallax est. Et quia visus perspicacissimus sensus est: qui sine lumine percipere non potest: haec interior potentia / eiusque operatio: lumine nomine phantasia sortita est. Est enim vt latens interior oculus: & sensus. Et vt finem verbis faciamus: quia imagines diu saluat / estque sicut perpetuus sensus: plerumque animalia illa vi ducuntur / suaeque exercent operationes / quia superiore non habeant vt beluae. Alia vero animalia vt homines qui superiorem habent virtute:

aliquando etiam ob impedimentum vt morbum / aut somnum: phantasia rapiuntur / imaginatio nemque sequuntur. Sed quid phantasia / & quomodo animalibus accidat: satis dictum putetur.

¶ Secundi de Anima Aristotelis finis.

¶ Notarum decimiquarti capitis declaratio.

¶ Cum potentia virtusque agendi dicitur vera aut falsa: non capiuntur verum & falsum vt sunt passionum propositionum / sed rerum. Dicitur enim potentia semper vera: quia ita se res habet sicut ipsa apprehendit. vt sensus exterior recte dispositus / cum meo dum itidem rite dispositum est / & sensibile debite sensui obiectum. Falsa vero: cum non ita se habet res vt ipsa apprehendit. vt interdum sensus interior iudicat in somno colorem videri aut sonum audiri: cum nec color videatur nec sonus audiat. Ita & intellectus interdum falsa est potentia: cum quicquam intelligimus alio modo quam res se habeat. ¶ Vbi in tota littera sensus simpliciter & per se ponitur: accipitur pro sensu exteriori solum. ¶ Cum littera in fine habet phantasia a lumine nomen sortitur: non intelligendum est nomen graecum phantasia a nomine latino lumen deduci sed a nomine graeco phos photos: quod latine lumen significat. A re itaque luminis / & vocabulo graeco id significante: nomen phantasia formatur.

¶ Decimiquarti capitis questio. Ex praedictis manifestum est animam potissimum dinosci motu quo animalia a seipsis mouentur / sensu / & intellectuque. haec tria solum bis quae anima participat conuenire ostensa sunt. Sed oritur dubium vtum intellectus aliud quiddam sit a sensu: vel idem quod sensus. ¶ Dixerunt enim antiquorum plerique sensum & intellectum abinuenire non differre: & intellectum / discretionemque idem esse quod sensationem. Nempe dicit Empedocles idcirco voluntatem semper hominibus augeri vt ceteris animantibus: & mentem / sapientiamque homini semper crescere. Quod non de cremento quod fiat partium adiectione ad voluntatem aut mentem (si verum esse debeat) intelligendum est: cum ipsi animae humanae (quae re ipsa voluntas est & intellectus) nulla fiat partium additio / nullaque subtractio: sed de cremento secundum perfectionem / qua anima virtutibus & disciplinis praedita: augeri / crescere & perfici dicitur. Non etiam penitus verum est ceteris animantibus voluntatem adesse / cum ea soli concessa sit hominibus: ceteris vero adest appetitus sensitivus voluntati analogus / & ideo saepe voluntatis nomen sibi vendicans. Homerus vero inquit quod talis animus est hominibus: qualem deus in hominis nativitate producit. vt si efficit bene dispositum & naturalibus affectum potentis: animus hominis & recte dispositus est / & naturalibus habitatibus decoratus. Sin vero male dispositum & prauis imbutum inclinationibus: & talis est animus. perinde ac talis est oculus qualis natura producit. Et haec Homeri sententia vera quidem est de eo tempore quo homo nondum ad rationis usum / discretionemque peruenit: & non de sequenti aetate. Nam in ea interdum prauus fit animus: a nativitate exordio recte dispositus / & contra bonum fit per recte operandi consuetudinem: quia suae originis initio fuerat male dispositus. Et huius sententiae philosophi putant discretionem & intellectum ad corpus pertinere: & in organo fieri corporeo sicut sensatio / credunt etiam simile solum cognoscere suum simile. proinde animam ex omnium rerum principijs / elementisque componunt: quo omnia cognoscat. ¶ Prima conclusio. Non est idem sensus & intellectus sed longe abinuenire differunt: neque antiqui sufficientem cognitionis causam assignauerunt. ¶ Nam cum homo magis in errore versetur quam in scientia. (Sicut enim homines in pluribus sunt mali / & in paucioribus boni: ita in pluribus sunt errantes: in paucioribus autem scientes) debuerunt determinare vnde in hominum cognitione error & deceptio provenit: sicut dixerunt scientiam & cognitionem ex similitudine cognoscentis ad cognitum enasci: quod minime fecerunt. ¶ Quod si antiqui negant errorem vllum esse aut deceptionem: & dixerint omnia quae apparent sensui esse veram manifestum est inconueniens / & falsum / experientiaeque repugnans. Si vero dicant errorem fieri ex dissimilium contactu. sicut cognitio ex contactu similium / & id quidem inconueniens videtur. Nam qui circa vnum contrariorum non errat: neque circa reliquum. ergo si quis / quod simile tactu percipit / contrarium sentiens non errat: & alterum ex dissimilium contactu contrarium percipiens non errabit. quare non oportet quando cumque est dissimilium contactus: & errorem adesse. Ita qui circa vnum contrariorum errat: & circa alterum errabit. ergo si quis errat circa vnum contrariorum in quo est dissimilium contactus: errabit & circa alterum in quo est contactus similium. quare etiam similium contactus efficiet errorem: quod est positionis eorum oppositum. Consimilis enim contrariorum scientia habetur: & consimilis error. vt qui vnum sciat: & alterum / & qui vnum ignoret aut circa ipsum errat: errabit & circa alterum. ¶ Quod vero alterum sit sensus & intellectus vt proposuit conclusio / patet primo. quia omnibus animalibus adest sensus: quandoquidem quicquam esse animal ob sensum primum cognoscimus. & non omnibus animalibus adest intellectus sed admodum paucis / vt hominibus: igitur intellectus non est sensus. ¶ Secundo. Intelligendo contingit interdum recte intelligere / quando scilicet nostrae intellectioni res vere respondet: & interdum non recte / vt quando nostrae intellectioni res ipsa dissidet. Recta quidem intellectio aut scientia dicitur: quae est principiorum aut ex principijs cognitorum consideratiua / aut prudentia: quae contingentium est ad humanam vitam pertinentium: quaeque in humanis versantur actionibus. Aut est opinio vera: quae est verorum contingentium & ad humanam consultationem minime attinentium. Non recta vero sive falsa perceptio contrariis nominibus appellanda est: vt imprudentia / inscitia sive error scientiae / & opinatio falsa. & sensus exterior circa proprium obiectum semper est verus: quae suae operationi res ipsa respondeat / & omnibus conuenit animalibus. igitur intellectus non est sensus. ¶ Tertio. etiamque adest intellectus: eidem adest virtus ratiocinandi & argumentandi: vt cuiusque adest vis vegetandi: eidem vis nutriendi & alendi simul conuenit. & cui vis sentiendi: eidem vis tangendi conuenit. Quare ex opposito quibus non conuenit nec adest natura vis ratiocinandi: eisdem abest intellectus. & multa sunt animalia quibus ratiocinandi abest virtus: vt ea quae rationis sunt expertia / eisdem igitur abest & intellectus. Et videri conuenit sensus: igitur intellectus non est sensus. ¶ Secunda conclusio. Imaginatio quae est phantasia dicitur & interioris est sensus operatio: non est extimatio. ¶ Est enim extimatio / intellectus operatio qua quicquam aut verum esse aut falsum diiudicatur. vt credulitas huius propositionis vera est: sensus non est intellectus / aut huius falsa: sensus est intellectus / est extimatio. ¶ Primo. Quia imaginatio constituta est & collocata in nostra potestate. vt cum velimus / imaginemur: cum vero nolimus / non imaginamur. sicut vt facere solent: qui ad saluandam memoriam imagines quales volunt & quando volunt sibi praesentes fingunt. Extimare vero minime in nostra potestate collocatum est: vt cum velimus / extimemus: & cum nolimus / non extimemus. sed tunc solum extimare possunt

Quo crescit mens & voluntas.


mus: cum illud quod extimandum obicitur aut verum aut falsum esse cognoscimus. **¶** Secundo. Cum extimamus aliquod terribile & formidabile nobis futurum: ut hostem stricto nos esse inuadurum/aut in preceps deturbaturum: conturbamur ex eo quod credimus id iam iam evenire. Et si contra bonum aliquod nobis futurum extimamus: ut cum affuturum qui nobis erit praesidio/gaudemus atque confidimus. At cum terribilia imaginatione nobis praesentia fingimus: non hoc modo commouemur aut turbatione afficitur/ ut neque commouemur si talia nobis per picturam representarentur. ut si imaginamur armatos milites in nos irruere: nihil magis commouemur quam si pictura referret armatos milites nos adoriri. Est plane organum interioris sensus/specierum sensibilibus receptaculum: ut tabula picta. Rerum sensu exteriori perceptarum species in sensu intimo susceptae: ut pictura. Et anima se ad illas rerum seruatatas imagines conuertens/eas spectat: perinde ac oculus se ad picturam conuertens:eam intuetur. igitur phantasia minime est extimatio. Cuius quidem extimationis species sunt: prudentia/qui habitus est recte cum ratione actiuus/scientia/qui est conclusio demonstratiuus habitus (sub quo intellectus principiorum habitus continetur) & opinio vera: qui habitus est quo contentia cum incertitudine vere cognoscimus. Et eorum contraria/scilicet error scientiae/qui falsus est conclusio demonstratiuus habitus/im prudentia/qui falsus est circa operationes humanas consultandi habitus. Et opinio falsa: qui falsus est contentia cum incertitudine cognoscendi habitus. Sed haec alio loco ut sexto Ethicorum latius differenda sunt. **¶** Tertia conclusio. Imaginatione non est sensus exterior/neque scientia/neque intellectus nec opinio. **¶** Imaginationem quidem hic supponimus sumi pro ea sensus operatione: quae rerum extimo sensu perceptarum imagines in interioris sensus organo efformamus. & apprehendimus. neque id nomen per translationem pro quoocumque altero impresentiarum sumimus. **¶** Vtiq; imaginatio non sit sensus exterior/patet: quia sensus exterior aut est sensus potentia/aut sensus actu sine operatio. At imaginatio nec sensus est potentia virtutis/ sentiendi exterior: nec illius operatio. Non enim imaginatio est sensus potentia: quia is animalis semper adesse quod uiuit/imaginatio vero non semper adest. **¶** Neque imaginatio sensus est actu sine operatio. **¶** Primo. Quia in somno fit imaginatio cum occurrunt in somnia/ & tunc nulla est exterioris sensus operatio: eum qui libet sensus exterior sono ligatus sit. igitur. **¶** Secundo. omnibus animalibus operatio sensus adest ut tactio. At non omnibus adest imaginatio saltem perfecta. Sunt enim plerumque animalia quae perfectam imaginationem non habent: ut apes/formicae/vermes/ & si exiguum admodum & debilem habeant. **¶** Tertio. Sensuum exteriorum operationes semper vere sunt/reiq; habent correspondentiam: imaginationes vero saepe numero immo fere semper falsae/ & a rei correspondentia alienae: ut liquido produnt somnia quibus ludimur. **¶** Quarto. Cum quis intensissime praesentia intuetur & perspicitur non dicitur ea imaginari. sed tunc solum quoniam aliqua imaginari dicimus: cum aut absentia sunt/aut eminus & dubie apparentia. **¶** Quinto. Quia operis oculis & palpebrarum velamine obductis: quae ante visa sunt imaginamur. & tamen illa nec videmus/nec audimus/aut alio quoque sensu exteriori percipimus. igitur imaginatio non est sensus exterioris operatio: quare confectum est imaginatio non esse sensum: quod est primum. **¶** Quod vero imaginatio non sit scientia & habitus conclusionum/nec intellectus habitus ue principiorum: patet. quia scientia & intellectus solum circa vera versantur: nempe circa necessaria & impossibilia aliter se habere. Imaginatione autem ut plurimum falsorum est/ & quae nullam rei habent correspondentiam: igitur imaginatio non est scientia neque intellectus. **¶** Denique imaginatio non sit opinio constat primo. quia opinionem subsequitur assensus & animi iudicium/ quo quod opinatur: verum esse discernit/ & fides reiq; opinatae quae vera sit credulitas. Imaginationem autem nec assensus sequitur nec fides: immo plerumque intellectus his dissentit/ quae imaginationi occurrunt. **¶** Secundo. opinatio persuasioni amectitur quae est rei contingentis & verisimilis per rationem inducitur/ credulitas/ persuasio vero amectitur rationi/ igitur & opinio amectitur rationi. Est enim opinio: quaedam contingentis cum ratione assensus. Imaginatione autem nec persuasioni amectitur nec rationi: cum feris & rationis expertibus animalibus assit imaginatio/ quibus nulla adest ratio. **¶** Correlarium. Quare imaginatio non semper exterioris sensus operationi coniuncta est: neque semper coniuncta opinioni/ neque est virtus/ scilicet sensus & opinionis annexio/ & in consimili iudicio conspiratio conuenientia/ & ut diffinierunt aliqui. **¶** Primum patet in dormientibus/ secundum in brutis. Tertium vero patet. quia si imaginatio esset sensus & opinionis annexio: deberet illa circa idem obiectum versari. Ut enim diuersae potentiae consimiliter indicant: de eodem obiecto iudicium ferant/ oportet. neque fieri possit ut ea connexio diuersorum esset obiectorum ut opinio boni & sensus albi. Nam tunc ad invicem concordare non possent. Sed illa sane connexio non necessaria est/ nec natura ordinata: sed penitus accidentaria. eum interdum sensus ab opinione discrepet: & opinio vera sit iudicio sensus existente falso. Enimvero indicatur sola visu pedaneus: & opinione intellectus censetur esse maior terra/ & hoc quidem vera. At ex opinione vera & falso sensu nulla potest fieri connexio nec concordia: igitur imaginatio non est sensus & opinionis annexio. **¶** Quod si quis dicat sensus & opinionis debere fieri connexionem & concordiam. tunc mente salua/re salua/ & ratione eadem manente quisque huic verae opinioni sol est maior tota terra prius habitae dissentiet: & ea reiecta hanc sensui conformem amplectetur sol est pedaneus. At impossibile est mente salua/re salua. & ratione eadem manente veram opinionem prius habitam reuocet: eum haec tria sint cause sufficientes conseruationis verae opinionis. quare ipsi permanentibus: necesse est opinionem eandem permanere. Aut sensus assentiet nouae opinioni scilicet sibi conformi & consimili/ sol est pedaneus. cum qua secunda si prima sol est maior tota terra maneat: sequentur duo manifesta inconuenientia. Primum. quod eiusdem obiecti ab eodem simul erit opinio vera & falsa. Nampe de sole habebitur tunc opinio vera quae sit maior terra: & de eodem opinio falsa quae sit pedaneus. At impossibile est eiusdem & ab eodem simul haberi opinionem veram & falsam. Secundum inconueniens est quod eadem opinio esset vera & falsa: ut opinio quod sol sit pedaneus cui assentit sensus/ esset vera per hypotesim/ & ista itidem veras/ sol est maior terra/ ex qua sequitur quod sol non est pedaneus: quae cum ex vero sequatur: vera est/ quare sua opposita sol est pedaneus est falsa. Eadem igitur opinio ut propositionis sol est pedaneus: & vera est & falsa. **¶** Phantasiae & imaginationis diffinitio. Cum imaginatio non sit extimatio/ sensus/scientia/intellectus/opinio/nec sensus & opinionis annexio/ ut ostensum est: hoc modo diffiniri potest. Imaginatione est motus a sensu actu in communi sentiendi potestate factus. **¶** Et hic phantasia/imaginatioq; sumuntur ut nomina sunt operationis sensus interioris: quod satis ostendit prima diffinitionis particula scilicet motus/locum generis sortita. Dicitur plane interioris sensus operatio: motus/ eodem modo quo exterioris: translatione scilicet/ & nomen motus pro operatione sumendo. Ut enim motus omnis operatio est/ & ab aliquo proficiens & in aliquo

subsistens. Ita & sensus interioris operatio ab aliquo est/ ut pote a sensu actu/ operationeque sensus exterioris producente similem speciem ei quam habet in sensu exteriori. Eadem in aliquo est/ scilicet in communi sentiendi potestate facta: hoc est in sensu communi sine interiori. qui cum totum sit ex actu & potentia substantiali compositum: in eo ut subiecto est imaginatio gratia eius materia/ sensus interioris quae primum est subiectum. sicut visio dicitur esse in oculo gratia pupillae. Vnde intelligatur praesens lapidi speculum a/ omnino perspicuum & diaphanum & primo loco positum. Deinde speculum b secundo positum loco: non tamen perspicuum: speculum a suscipiet in se speciem lapidis: & consimilem diffundit in speculum b/ suscipiens quidem imaginem sed ulterius non producat. Ita sensus exterior eum ab extero sensibili mouetur/ illiusque speciem suscipit: mouet sensum interiore/ & speciem in eo producat consimilem ei quam in se recipit. ad quam anima se conuertens & intendens: interioris sensus operationem exercet/ quae imaginatio nuncupatur. Itaque exterum sensibile est ut lapis obiectus speculo. Sensus exterior ut speculum a perspicuum/ & sensus interior ut speculum b non diaphanum. Et sicut ut exterior fiat sensatio requiritur apta medij dispositio: ut in visione quae lumine illustratur: praeterea apta exterioris sensus dispositio: per spirituum sensitiuorum ad cuiusque sensus organum diffusionem/ qui sunt tanquam lumen animae internum. Ita quoque ut interior fiat sensatio: requiritur apta sensus interioris dispositio per intimi luminis collustrationem/ spirituum scilicet sensitiuorum ab anima ad intimi sensus organum transmissionem. Ad percipiendos enim colores requiruntur spiritus visui interiores: ad sonos intra nos sensui interiori apprehendendos/ necessarii sunt spiritus auditui/ & ita de caeteris. Illa tamen sensui interioris per huiusmodi interna lumina dispositio: non est interior sensatio. ut neque illuminatio medij: est exterior visio. **¶** Primum correlarium. Ex his manifestum est imaginationem sine sensu potentia esse non posse: sed eam solum habentibus sensum conuenire. Id enim aperte diffinitio ostendit. **¶** Secundum correlarium. Quare etiam aliqua imaginationum vera est & aliqua falsa. **¶** Nam imaginatio ex sensu exteriori pendet & nascitur. At exterior sensus interdum verus est & interdum falsus. Verus quidem circa propria obiecta omnibus rite dispositis. Falsus vero: circa ea quae proprijs accident sensibilibus. ut quid est album aut nigrum/ an propinquum sit an distans/ similiter & circa sensibilia communia ut magnitudinem/ figuram/ numerum/ motum/ quietem. Visus enim iudicando esse album: non decipitur. sed iudicando hoc vel illud esse album/ unum vel plura/ magnum vel paruum/ longe vel prope: saepe decipitur. Est igitur & phantasiarum aliqua vera/ & aliqua falsa. **¶** Contingit autem phantasia tribus modis esse falsam. **¶** Primo. Cum iudicat propria sensibilia (ut album aut nigrum) in eorum absentia: & longo temporis interuallo a sensationis exterioris tempore. **¶** Secundo. Cum iudicat hoc corpus vel illud (ut animal aut lapidem) esse sensibili qualitate affectum: ut esse album aut nigrum. **¶** Tertio. Cum iudicat de sensibilibus communibus sensibilia propria consequentibus: ut de magnitudine/ figura/ aut numero. Et in his tribus per adiectis differat imaginatio a sensu exteriori. Nam sensus exterior solum est suorum obiectorum/ subiectorum & propria sensibilia consequentium: in praesentia & prospectu rei. Phantasia vero & praesentium est & absentium: & magis circa absentia sensibilia errat & fallitur. Et quia visus: exactissimus & acutissimus est sensus: qui sine lumine non potest colorem percipere/ interior sensus & eius operatio nomen habet phantasia a lumine deductum: quae interno itidem quaedam lumine (ut visus externo) iudicat. Est enim interior sensus. ut latens interior oculus & visus. **¶** Et quia sensus hic interior imagines ab extero sensibus receptas diu saluat/ & ut perpetuus sensus/ quae perpetuo cōtinetur/ res sentire possit/ ob diurnitatem imaginum in eo reseruataram/ & illarum per frequentem meditationis curam conseruationem. Sensus autem exteriores momentanei sunt & temporarij: quae protinus ablato a nostro prospectu sensibili cesset eorum operatio. hinc fit ut multa animalia imaginatione & phantasia ducantur/ illarumque faciant operationes: quia superiorem cognoscendi virtutem non habent: ut bruta rationis expertia: homines vero cum superiorem habent discernendi vim scilicet intellectum. si propria sequantur naturae perfectionem & ordinationem/ non ducuntur phantasia sed intellectu/ & ratione reguntur. Aliquando tamen ob degenerationem a propria sorte & neglegentiam percipiendi intellectus curam: homines phantasia ducuntur/ ad brutorum imperfectionem declinantes. Interdum vero id contingit ob impedimentum: ut morbum grauem/ aut somnum/ vel ob vehementem animi affectionem ut amorem insanum: cum quis plus a quo suo animo indulget/ in mentisq; alienationem cadit/ & recte rationis vsu destituitur.

¶ Secundi de Anima finis.
¶ Primi capituli tertij de anima note.

¶ Esse: species/forma/ratio/ quod quid erat esse. **¶** Ea quorum rationes sunt ipsa concreta/ tota/ atque composita. **¶** Magnitudo/res magnitudine praedita ut caro/ os/ sternus. **¶** Speculatiua scientia/ intellectio. **¶** Scibile actu/ intelligibile actu.

¶ Tertius liber de anima decem complectitur capita. Primum quinque conclusiones, unum correlarium ad secundam, duo ad tertiam, unum correlarium, duas quaestiones & earum solutiones ad quintam. **¶** Prima conclusio. Considerandum se offert de parte anime quae contemplatur/consultamus atque discernimus: an a ceteris loco & magnitudine disclusa sit, quo modo fiat intelligere/ quouae pacto ab imaginatione differat. **¶** Nam tantillo determinato/ pene vis illius anime naturae deprehensa erit/ quam praeter ceteris cognoscere operis praecipuum est. **¶** Secunda. Intellectus ab intelligibili patitur. **¶** Nam ut sensus ad sensibile: & intellectus ad intelligibile pari proportionem respondet. patitur autem (ut iam cognitum est) sensus a sensibili. Patitur igitur & intellectus ab intelligibili. **¶** Correlarium. Quo fit ut eius ad impassibile existat/ illud vero passibile specierum susceptiuum/ & potentia tale: qualia sunt actu intelligibilia. **¶** Nam ut sensus ad sensibilia: ita intellectus ad intelligibilia. Sensus autem id impassibile est: sensationis effectiuum. id vero passibile: sensationis susceptiuum. **¶** Tertia. Neque male probandum est Anaxagore dictum: intellectum esse immixtum/ nullamque naturae speciem certam/ determinatam/ praecipuamque habere. **¶** Sic enim fiet ut facile lime omnia cognoscat: qui omnium species potentia retinet/ nullam intus propriam retinens quae extraneas & aduentitias excludat. intus profecto apparens prohiberet extraneum: aliquidque obstrueret aditum.



¶ Primum correlarium. Vnde fit iterum vt cum ante intelligere nihil eorum actu habeat que intelligit (est enim purus/immixtus) duplicis se prodat esse nature: cuius hęc agens/hęc possibilis nuncupari potest. **¶** Et de eo loquor quo anima intelligit atq; contemplatur: & non de imaginandi virtute: ad qua nonnunquam intellectus transfertur vocabulum. **¶** Secundum correlarium. Quo rursus recte enenit: vt intellectus non admisceatur corpori. **¶** Nam eius instrumentum/organum (quia corporeum) nunc calidum/nunc frigidum: vt sensuum organa/ fieret, essentq; talia intellectioibus impedimento: perinde atq; plerumq; sensibile sensationibus. nihil autem tale est: sed quemadmodum nonnulli probe dixerunt/ animam locum sedemq; esse specierum. non totam: sed intellectiuam qua possibilis est. & non quidem actu natura: sed potentia vt dictum est. **¶** Quarta. Non est sensus & intellectus: similis passibilitas. **¶** Nam sensus maiore sensibili occupatus: vt forti colore/sono/aut odore: alia non videt/audit/aut odorat. Intellectus autem & si excellentius quicq; contemplatus fuerit: non minus intelligit infima. Et id certe organorum diuersitas prestare videtur: qd sensus non sine corpore sentiat. Intellectus vero separatus sit: suas incorporeo functiones atq; operationes absoluens. Et intellectus cum factus fuerit in actu vt sciens (hoc enim tunc est: cum per se contemplari & considerare potest) seipsum potest intelligere. qui tamen adhuc sit in potentia: completior tamen/absolutiorq; est: atq; bona dispositione iutus. At priusq; quicq; inuenit aut didicerit: non ita fieri potest. **¶** Quinta. Sensus & intellectus iudicandi virtus altera et altera est. **¶** Nam sensus iudicat calidum/frigidum/ & ea quorum ratio quedam est. intellectus autem non modo illa: sed eorum esse atq; effectus. Aliud enim est magnitudo: & aliud magnitudinis esse. vt aliud aqua: & aliud aq esse: & caro: & carnis esse: & simus & esse simi: & ita in multis aliis. at non in omnibus: sed in quibusda idem est. Et intellectus esse carnis & carnis vt alio aut aliter se habere discernit: sicut circumflexa linea sese alter habet ad seipsum rectam. aut vt alio esse carnis: reque ipsa a carne separato. & ita in aliis. Et in his in quibus abstractione utimur/ vt in recto & curuo: duplici intellectioe utimur. vna vt in simo: & vt simul cu continuo & materia apprehendimus. Altera vero sine materia. Est enim alterum quod quid erat esse recti: & rectum. Et cum intellectus totum concretum & compositum intelligit: intellectio vt composita & dualitas est. cum vero formam: simplex & vt vnitas. & ad primam & compositiorem intellectioem ad miniculo sensus utitur: secundam vero propria virtute nixus operatur. **¶** Correlarium. Vnde fit vt quomodo res separabiles sint: eo modo eas contempletur. si enim omnino ab iuncte sint: omnino materiam a sua contemplatione reicit. si non reipsa: neq; reipsa se iunctas intelligit: sed sola ratione atq; cogitatione precidit. **¶** Prima questio. Si intellectus simplex est & impassibilis: nullam speciem & formam (vt dixit Anaxagoras) retinens: cu intelligere sit quoddam pati: quomodo intelligit igitur? **¶** Responsio. Vt resq; & agere & pati: ipsius intellectus aliquid commune est. vt enim agens: agit. & vt possibilis: patitur. **¶** Secunda questio. An intellectus sit intelligibilis: si enim seipsum per se & sine specie intelligat: cur & de aliis non ita futurum sit? & alia per se intelligat? Si vero mixtus/speciesq; habens se intelligit: igitur aliquid habebit quod ipsum (sicut cetera) facit intelligibilem. **¶** Responsio. Diximus ipsum prius secundum aliquid pati: & esse potentia quodammodo intelligibilem. actu vero priusq; intelligat: nihil. Quemadmodum tabula: in qua nihil actu scriptum est. Hinc ipsum (vt cetera intelligibilia) intelligibilem esse dicimus. Et in se iunctis a materia idem est intellectus & quod intelligitur: vt idem spectatuna scientia & actu scibile. Non tamen semper noster intellectus intelligit: nam non semper factus est in actu vt sciens: & per se considerandi virtutem habens. In his vero formis que materie addicte sunt & coniuges: non idem esse potest intellectus & quod intelligitur. est enim intellectus sine materia. Talem tamen vt intelligibilem potentia/ intellectus est: & earum vnaqueq; reuera erit intelligibile.

¶ Notarum primi capituli tertij de Anima declaratio.

¶ Esse idem est quod species/ siue forma. que si substantialis fuerit vt forma ignis/ siue forma hominis: est esse substantiale. Si vero accidentalis vt albedo/ nigredo/ est esse accidentale. Ea vero quorum rationes id est forma sunt: hoc est entia que habent formas: sunt ipsa concreta siue coniuncta/ tota & ex partibus composita. vt homo/ album. **¶** Si ipsorum rationes sunt substantiales: ipsa sunt concreta/ tota & composita substantialia. vt homo ab anima rationali/ & leo a forma leonis. Si vero ipsorum rationes sunt accidentales: & ipsa concreta/ tota atq; composita sunt accidentalia: vt album ab albedine & nigrum a nigredine. **¶** Magnitudo hic reipsa denominationum est non voce: & est res habens molem siue extensionem vt lapis/ lignum. **¶** Speculativa scientia & intellectio/ idem: sicut visus actu & visio idem. & est speciei intelligibilis in intellectu susceptio/ habetq; rationem passionis. Scibile actu & intelligibile actu/ idem: & est speciei intelligibilis ab extero obiecto in intellectu efformatio. habetq; rationem actionis/ sicut color actu & visibile actu sunt idem.

¶ Primi capituli tertij de Anima prima conclusio. Nunc considerandum est de ea virtute anime qua contemplantur & consulantur/ & investigandum est an illa anime virtus a ceteris viribus subiecto/ magnitudineq; se iuncta sit: inueniaturq; in aliqua parte materie vis intellectiva sine vegetativa/ sensitiva/ & ceteris. Præterea que modo fiat intellectio/ & quo pacto intellectio ab imaginatione differt. **¶** Nam cum hæc tria/ determinata fuerint: virtutis intellectivæ natura fere tota cognita erit. quam tanto dignius est & rationabilis præ ceteris anime viribus cognoscere: quanto ipsa ceteris anime viribus præstat/ & maiorem perfectionem habet. **¶** Ad questionem autem primo loco propositam respondendum est q. sicut ceteræ anime vires vt vis vegetandi/ sentiendi/ motu di non sunt a se iuncte locis & subiecto distinctæ: quemadmodum secundus de anima liber ostendit q. quilibet anime particula in quacumq; sit parte corporis/ eandem prorsus & consimilem cum altera retineat vim & naturam. Ita neq; intelligendi virtus a ceteris

teris loco & subiecto seclusa est: sed vbi vis intellectiva in homine simul est vis vegetativa/ sensitiva/ motiva. quoniam istarum virium quælibet reipsa non est nisi rationalis anima. Si enim vires illæ que certum sibi determinant organum corporeum in quo suas peragunt functiones/ vt visiva/ auditiva: non ab iuncte locis & subiecto distinguuntur. multo minus & virtus intellectiva a ceteris loco & subiecto distinguuntur: quæ non determinat sibi certum suarum operationum organum in corpore/ cum corporis organo suas non peragat operationes. **¶** Ad secundam vero paucis respondendum est q. intellectio fit vt visio scilicet per speciem intelligibilem in mente susceptionem: aut per intellectus ad servatas in eo species conuersionem/ sicut interior sensatio. **¶** Ad tertiam vero respondetur intellectum ab imaginandi virtute/ & illius operationes ab huius operationibus differre: vt corpus a superficie/ tero narius a binario/ perfectum ab imperfecto/ separatum a coniuncto/ immortale a mortali/ quemadmodum sequentia ostendit. **¶** Secunda conclusio. Intellectus ab intelligibili patitur/ ipsius speciem in se suscipiendo: non tamen secundum quodlibet sui sed secundum partem passibilem & specierum susceptiuam. **¶** Patet. Quia vt se habet sensus ad sensibilia: ita intellectus ad intelligibilia. Sensus autem patitur a sensibili/ ipsius speciem in se recipiendo igitur & intellectus patitur ab intelligibili. Enimvero vtrunq; suorum obiectorum spes citra materia/ subiecta recipit. **¶** Correlariū. Quare intellectus vna pars est intellectiois effectiva & impassibilis: nullas in se spes suscipere nata. Et hæc intellectus agens nō cupat. Altera vero passibilis specierūq; susceptiva: sed nullo modo effectiva/ qd dicitur intellectus possibilis. Et hæc ante intellectioem talis est potentia/ quæ ipsū intelligibile est actu. Per intellectioem vero fit talis actu. qle ipm intelligibile est actu. Nō qd ipm intra se intelligibilis receptione sed speciei eius. **¶** Nam vt se habet sensus ad sensibilia: ita intellectus ad intelligibilia. At ipsius sensus vna pars est ipsa passibilis & sensationis effectiva/ appbēstuaq; specierū in organo susceptiva: vt pote forma/ actuq; substantialis. Altera vero pars est passibilis & sensationis susceptiva sed minime effectiva. Et organum sensus ante sensationem est quale potentia: tale sensibile est actu. **¶** Et cum sit sensatio: fit organum tale actu per speciei susceptionem. vt prius ostensum est/ igitur sic est de intellectu. Et sicut ex actu substantiali sensus / & eius materia componitur totus sensus: ita ex duabus intellectus partibus/ vna quidem effectiva & impassibilis altera vero passibilis & non effectiva inter se manere diuersis & specie: totus componitur intellectus. **¶** Tertia conclusio. Recte sensit Anaxagoras intellectum hominis immixtum esse: & nullam rei intelligibilis speciem sibi natura congenitam & innatam habere. **¶** Si enim aliquam sibi natura haberet determinatam: illa impedimento esset ne extraneæ & aduentitiæ species in intellectu susceperentur. sicut effigies sigilli cere impressæ: aut litteræ tabellis cereis inscriptæ oblaculum præbēt aliam effigiem imprimendi aut litteras exarandi. quandoquidem species intus existens & a natura insita: extraneas prohiberet & eis accessum occluderet. vt species coloris natua in oculo: impediret colores sinere percipi/ & species soni auri ingentis sonos. Cum autem nullam intus propriam habeat a principio natiuitatis speciem: facile intellectus omnia cognoscat/ quia omnium species potentia retinet. Estq; omniformis potentia & non actu: sicut dixerunt Platonicæ animam nostrā Platonicæ omnium rerum species & formas natura insitas habere ante eius cum corpore coniunctionem. sed per immersionē in corpus: ante manū quodammodo illarum obliuisci: at per laborē & exercitium ea obliuione deleta iterum in memoriam reuocare. quare non possunt rerum scientias in nobis acquiri de nouo sed esse nobis insitas & congenitas: & contemplationem intellectus nihil aliud esse qd ipsius ad servatas in se rerum species conuersionem. Sicut si rerum omnium sensibilibus essent natura nostro interiori sensui congenitæ imagines & simulacra: ad que anima se conuertens faceret imaginationem/ nihil de nouo contingeret imaginari: neq; oporteret a sensu exteriori rerum sensibilibus imagines recipere vt que natura adessent anime. sed cæcus inter dormiendum/ intimo sensu colores perciperet: & surdus sonos. At cum philosophus asserat deficientem in nobis sensu exteriori & scientiam propriis sensibilibus abesse debere: quod quidem non oporteret si rerum notionem natura essent innatæ intellectui (tunc enim exterioris sensus adhibere ad eas recipiendas non indigeret) non hoc modo ponendus est intellectus actu omniformis. sed quemadmodum nullæ in sensu interiori species colorum sonorum aut odorum nobis congenitæ sunt: sed eas ab exteriori sensu recipere/ & in sensuali memoria seruare oportet. Sic nullæ in intellectu ponendæ sunt rerum notionem homini congenitæ: sed de nouo acquiruntur & intellectu seruantur oportet. Non tamen inconueniens est rerum notionem prius acquisitas aut propria mentis vi effectas. (Est enim intellectus suarū notionum opifex: & in se rerum omnium species efformando/ imitatur potentiam creatricem omnia in sua veritate efficientem) in mente seruari & habitu firmari: neq; notionem prius acquisite notionibus posterius acquirendis impedimento sunt quo minus acquirantur: sed potius adiumento. Sicut rerum sensibilibus species in sensu exteriori diutius seruatur: non sunt oblaculo alijs speciebus de nouo recipiendis. Nam intus existens & post natiuitatis exordium acquisitum: non prohibet extraneum neq; in sensu interiore neq; in intellectu. sed intus existens a principio natiuitatis & congenitum: prorsus extraneum excluderet. Sicut in oculo aduenientes colorum species: minime alias (quo minus simul percipiatur) impediunt. sed natura inexistentis cuiuspiam coloris species/ oblaculo alijs de nouo acquirendis & recipiendis præstat. Itaq; intellectus nonnunquam intelligit vt oculus exterior videt: scilicet per aduentitiæ speciei & extraneæ susceptionem. Interdum vero vt sensus interior videt: scilicet per sui ad species in se servatas & firmiter impressas conuersionem. Et hæc intellectio tanto altero intelligendi genere perfectior est: quanto sensus interior præstat exteriori/ permanens euasidus & habitu dispositioni. **¶** Primum correlarium. Vnde fit rursus vt cum intellectus ante primam intellectioem/ & intelligendi initium nihil actu habeat notionem quas intelligit: quandoquidem dictus est esse purus & immixtus/ nullamq; a natura intelligendi. speciem habens in genitam & propriam: sicut oculus ante visionis principium nullas habet actu colorum species quas nunc videt. consequens est intellectum gemine esse substantiæ & nature/ quarum vna sit agens & altera possibilis atq; suscipiens. **¶** Nomenpe cum ei natura non insit rerum species: vt eas de nouo acquirat (si modo intelligere debeat) necesse est. Sed ad illas acquirendas requiritur pars agens & eas efficiens: & altera pars patiens/ illasq; suscipiens. Est igitur intellectus ex vna parte agens rerum naturalium formis analogus & altera parte patiens gerentesq; materie similitudinem/ compositus: que ita inter se differant sicut rerum naturalium materia & forma: quemadmodum correlario precedente ostensum est. Hic autem versatur sermo de intellectu rationali quo anima intelligit & contempletur: & non de intellectu sensuali/ imaginandiq; virtute. que nonnunquam vocabulo intellectus nominatur propter similitudinem quam habet cum intellectu: vt umbra imago & vestigium cum suo exemplari & veritate. Quomodo dicimus canes cum proprio audito nomine aures arriunt intelligere: & equos cum ad vocē aurigæ aut

Hum est intellectum secundum unam suarum partium pati / Et ipsum esse potentia quodammodo intelligibile non quidem secundum ipsorum essentiam Et substantiam. (Nam substantias intelligibiles in se intellectus non suscipit) sed secundum eorum notiones quas induit / quibusque afficitur. Est enim intellectus quodammodo lapis: cum lapidis in se speciem recipit / Et quodammodo lignum: cum ligni specie afficitur. Quomodo oculus quodammodo est ipsa visibilia Et colores: per ipsorum colorum species in se susceptas. At prius intellectus actu intelligat: nihil est intelligibile cum nullas intelligibilium species in se habeat: ut oculus antequam videat nihil est visibile per speciem susceptionem. Et sicut tabula in qua nihil actu scriptum est: nullam habet scripturam aut litterarum effigiem. Cum vero intellectus actu intelligit: est ipsa intelligibilia actu. sicut tabula cum in ea sit actu scriptio: litterarum formas suscipit. Quare ut intelligibilia cetera per suam speciem susceptionem in intellectu intelliguntur: ita quoque intellectus propria notione in se efformata a seipso intelligitur. Et in formis supramundanis omnino a materia seiunctis ut intellectus habet vim Et eius operationem: idem est intellectus Et obiectum quod intelligitur: nam nullam speciem aduentitiam qua intelligant recipiunt sed seipsis intelligunt se: cetera vero per ipsas rerum essentias atque veritates in se receptas, quae quidem ut ab eis apprehenduntur: intellectus sunt / Et ipsa etiam quae intelliguntur: obiecta: quare idem est intellectus Et precipuum obiectum quod intelligitur: perinde atque si oculus ipsam albedinis essentiam in se suscipiens: per eam videret albedinem: ibi idem esset visio Et quod videretur / operatio scilicet Et eius obiectum. ut idem spectativa scientia sive intellectus Et actu intelligibile: idem inquam recipit / tamen ratione diversa. Nam spectativa scientia / operationis nomen est Et actu intelligibile sive quod actu intelligitur / nomen obiecti. Modo operationis Et obiecti rationes diversae sunt. Intellectus tamen non solum non semper actu intelligit: quia non semper in actu factus est / ut sciat neque per se considerandi virtutem habens. Nam antequam habitibus perfectus sit Et quicquid dicitur: id virtutis non habet. Etiam quis cosecutus fuerit habitus: plerumque intermittitur per somnum aut corporis administrationem eius operatio / estque ut oculus interdum videns Et interdum clausus. Supramundane vero mentes: sunt oculi semper videntes. In formis vero substantialibus ut intelliguntur: materia coniunctis / non idem esse potest intellectus Et quod intelligitur / operatio Et obiectum. Nam forma humana quae recipit ipsa materia coniuncta est Et secundum operationem separata (Et idcirco media inter formas supramundanas Et secundum rem Et operationem a materia seiunctas / Et formas omnino sensibiles re Et operatione materia coniunctas) non intelligit per ipsas rerum veritates Et substantias sed per notiones Et species rerum: quas in se sine materia recipit. quare intellectus sine materia est sicut Et visio est speciei visibilis sine materia Et subiecto in oculo susceptio. res autem quae intelliguntur coniunctae sunt materiae: non igitur idem est intellectus sive intellectus. Et precipuum obiectum quod intelligitur. Talium tamen formarum coniunctarum materiae Et in formarum gradu infimo ut intelligibilium potentia / exteriorumque Et extra intellectum existentium: ipse intellectus est / sicut visus: colorum exteriorum Et visibilium potentia. Et vnaqueque earum formarum erit intelligibile Et mentis obiectum perinde atque color omnino visibile.

Secundi capitis nota. Intellectus potentia / intellectus possibilis / passibilis patiens. Abiunctus a materia. Impassibilis, quia nihil unquam in se recipit. Immixtus, nullam rerum speciem in se tenens. hoc enim impassibilitatem consequitur. Id verum est: cuius substantia fluxa non est / dissolubilis atque deficiens unquam. Intellectus qui verum est / intellectus rationalis. Intellectus quo reminiscimur / intellectus sensualis / imaginatio.



Secundum cap. continet unam conclusionem. septem intellectus agentis proprietates / Et unam utriusque agentis Et patientis communem. Unam questionem: Et eius solutionem. Conclusio. Intellectus / duas actus Et potentie obtinet differentias. Nam quae cum natura sunt: eorum aliquid ut materia est / ad omnia quae in illo genere sunt / potentia. aliquid vero forma: illorum (quae sunt) effectuum principium. Ita igitur erit in anima: atque has aptare conveniet differentias. Est enim intellectus hic in omnia fieri: Et omnimodum potentia / ut in sensibilibus omnimodum sensibile materia. hic vero in omnia facere / intelligibilibus omnimodum effectuum principium: ut omnium rerum naturalium forme Et actus. Et hinc intellectus agentem nuncupamus / illum vero intellectum potentie. Et intellectus agens rerum notiones in intellectu potentie inducit: ut habitus / Et species / Et ut lumen. Quomodo enim lumen existens colores actu facit: ita intellectus agens susceptis materialibus Et singularibus notionibus: eas distinguit / distinctasque apparere facit. Et notiones universales nunc has / nunc illas efformat: quae sine ipso (ut neque sine lumine colorum varietas) apparerent. Septem intellectus agentis proprietates. Est abibit / patiens: Et species Et forma honorabilior materia / idem intelligens Et intelligibilis: ut scientia actu Et quod factum est intellectu potentie tunc posterior: quod non quod primum est intellectus potentie: intelligat. Et cum tunc non itelligat: postea intelligit. non tamen omnino posterior est: neque quidem tunc. Nam substantia semper adest: actio vero non semper. Et intellectus solus id separabile est: quod vere est: atque id solus immortale atque perpetuum. Quae questio. cur post mortem non reminiscimur. Responso. Intellectus qui separatur: verum est impassibilis / nullaque dissolubilis morte. is vero quo reminiscimur / sine quo anima non reminiscitur (modo eum liceat vocare intellectum) passivus est: mortemque dissolubilis. Hinc merito post mortem non reminiscimur.

Notarum secundum capitis declaratio. Intellectus potentia / est ipse intellectus pars substantialis intellectuum susceptiva: Et idem dicitur intellectus possibilis / intellectus passibilis: Et intellectus patiens. Intellectus agens dicitur abiunctus secundum operationem a materiaque. suas in materia / operationes non efficiat / quodque cum materia totum intellectum cuius est pars non constituit: sed cum propria potentia intellectusque passibilis. Idem dicitur impassibilis: quia nullas rerum notiones in se suscipit. Et immixtus: quia nullas species in se retinet Et servat / quod ex priori sequitur. Neque si nullas rerum species suscipit: neque nullas quidem servat. quare si impassibilis est: Et immixtus.

Animae rationalis substantia fluxa non est: cum nihil unquam ei auferatur aut subtrahatur. Non est solubilis neque deficiens unquam cum nulla morte intereat: quare anima rationalis verum esse dicitur / sicut Et mentes supramundane. Res vero naturales quarum substantia deca fluxa est Et decidua / morte solubilis / Et deficiens: non verum sunt / propter longam a verissimo ente distantiam: sed verum est eorum comparatione dicuntur recte non entia. homo vero utriusque mediam tenet: gratia corporis non verum est / gratia formae autem verum est. Intellectus rationalis est qui simpliciter apprehendit / coponit / dividit / ratiocinatur / contemplantur / consultat. Intellectus quo reminiscimur: est memoria sensualis / utriusque sensitiva interiori quae rei prius exteriori sensu perceptae / Et deinde oblivione deletae rursum recordamur. Et mortalitate intellectus sensualis dicitur: quod sensu exteriori Et eius operatione sequatur. Est enim reipsa idem quod imaginandi virtus Et phantasia. supra exboris Et homibus Et brutis communis / prior vero solis hominibus convenit. Ex proprietate communi intellectui agenti Et possibili haud difficile est deprehendere Aristotelem: omnia pie philosophantur ducunt immortalitatis animae consilium fuisse eaque sine hesitatione aliqua asseruisse. Quae quisquis sibi persuasus habet Et exploratamagnam sane habet ad sui perfectionem per doctrinam Et purgatorias animi virtutes incitamentum. Cum enim tantae dignitatis intellectus esse dignoscitur / ut nullo interitu depercat: quis (nisi metis inopis Et frigore Scyllibico torpescens) non incitetur ad ipsam pro sua dignitate pulchris disciplinis exornandam Et excolendam: ut immortalis / immortalibus bonis ornatus effulgeat? Quid denique magis animam deiciat Et a virtutum acquirendarum certamine / palestraque renouat: quam existimare animam cum corpore intrinsece: cum tunc omnis labor admittatur affectionum animi / studium omne / Et honeste vivendi cura videatur inanis Et irrita / iuocque praemio caritura. At cum in mentem venit animam immortalem esse / Et corpore soluta manere superstitem: nihil laboris recusat ad virtutem consequendam / nihil durum / nihil difficile videtur quicquid pro anima virtutibus exornanda suscipitur. Leuat enim omnem sese adomandi Et vincendi difficultatem ipsa immortalitatis animae consideratio / Et futuri praemii spes: cum nullo interitu casura animi bona considerantur eam animo semper permanens. Proinde qui ex sacro philosophiae studio proficere cupit: optimo rerum omnium parati gratia: immortales pro suscepto immortalitatis a beneficio agite / ad ipsam vestram (quae ab eo immortalitatem accepistis) animam convertite / Et eam immortalitatem ei dicite Et offerite. Ad disciplinam Et virtutum studia vos ipsos incitate: Et animam immortalis / bonis immortalibus locupletare contendite. persuasusque habete immortalitatis animi credulitate: pietatis ois in deum iam et introitum esse susceptivam Et altera parte itidem substantiali ut formam omnium suarum operationum effectivam. ut in ignis / olivae / equus. At intellectus / substantia est per se nata subsistere: Et propria habens operationem. Et habet igitur unam partem suarum operationum susceptivam quae est eius potentia: Et altera suarum operationum effectivam quae est eius actus. Nihil enim in seipso natum est quicquid efficere: aut suarum (quas efficit) operationum esse subiectum. Nihil itidem ea quae suscipit natum est efficere. Sunt enim efficere Et suscipere respectu eiusdem repugnantis: ut nulli eodem competere possint: sed hoc potentia / illud vero actu convenit. Itaque totus intellectus ex duabus partibus actu substantiis Et potentia constituitur. Est enim intellectus una pars nata fieri omnia: non quidem secundum substantiam / sed speciei susceptione assimilationem Et conformitatem. quae dicitur id fieri: cuius notionem in se recipit. Perinde ut Cameleon cuiuscumque coloris propinquat / se illi protinus assimilat. Et haec pars rerum omnium intelligibilium potentia subiectiva est: sicut materia est potentia rerum sensibilium. Altera vero intellectus pars est nata omnia facere. non rerum substantialis producendo / sed notiones Et species. Et species omnium intelligibilium hoc modo effectivum principium: sicut formae substantiales producendo / sed notiones Et species. Et species omnium intelligibilium vocatur intellectus agens / illa vero prior: intellectus potentiae sive possibilis. Et intellectus agens ut habitus / species / Et lumen: producit notiones rerum in intellectu potentiae / ut forma operationes in materia. Ut habitus quidem: nam efficit ipsas notiones suapte virtutes: sicut habitus proprias de se gignit operationes. Et non solum evanidas Et statim transeuntes producit rerum species: verum etiam permanentes Et stabiles: quibus assidue praesentibus anima cum vult operatur. Et haec per consuetudinem Et longam exercitacionem acquisita: propria sunt animae ad considerandum Et expedita instrumenta. Ut species vero: nam intellectus agens est ut forma / Et perfectio intellectus / efficiens rerum omnium in se simulachra: magnum animo decorem Et pulchritudinem afferentia. Ut lumen vero: quia sicut lumen facit quodammodo colores esse actu / non quidem secundum eorum substantiam sed perceptionem: quae efficit colores actu apprehendi / qui in tenebris minime apprehendi potuerunt: ita cum a sensu materiales coherent Et singulares notiones in intellectu susceptae fuerint: abstractas eas mens ut notionem subiecti a notionem accidentis: Et eas distinctas apparere facit. Ex singularibus itidem notiones universales efformat nunc substantiae / nunc quantitates / nunc qualitates: quae quidem sine intellectu agente apparere non possunt: ut neque colorum diversitates sine lumine. Et quemadmodum ad interitum Et quae a phantasia proficiscitur visionem peragendam: requiritur intimum lumen / ut spiritus visui / qui ab anima ad communis sensus De lumine spiritus organum diffundatur: ita quoque ad intelligendum / spirituale quoddam lumen Et intimum requiritur: omni lumine corporeo longae praesentibus: Et divinum lumen subvultus fulgor. Et hunc intellectus agens suapte natura efficit / Et suam potentiam immo splendore irradiat Et perfundit: quo haud secus peragitur intellectusque visio lumine exteriori in aere diffuso. Et qui in errore versantur: non hoc lumine praediti sunt: sed sophistico quodam / falsoque luminis nitore: quo vera indicant falsa Et contra sicut oculus male dispositus lumen haberet quo album indicaret esse nigrum. Qui autem vero hoc lumine perfusi sunt: inter verum Et falsum haud maiore negotio recte iudicant: quam oculus corporeo effusus lumine inter album Et nigrum. Sed quemadmodum lumen corporeum interiectis nebulis aut atra caligine nostris subtrahit / obtutibus ita candidissimi illud / divinumque lumen extinguit / diffunditque phibet per vicia Et aegritudines: Et potissimum per interperantiam inducentem nebulas Et nebulas in aere ex fumo Et spiritu exhalatione / aut aboritur coagulatione: quarum interiectioe prorsus impeditur aeterna animi illustratio. Hic honeste Et temperate ius vivendum est: quod hoc lumen colime Et sincerum servare voluit. Septem intellectus agentis proprietates. Prima. Intellectus agens est abiunctus. Possibilis itidem abiunctus est: quae suas in materia minime notiones suscipiat. Immo Et totus intellectus secundum propria operationem pro utraque parte a materia abiunctus est. Secundum intellectus agens est impassibilis. Possibilis autem / passibilis est: omnes rerum species in se recipit. Tertia. Intellectus agens est immixtus Et non permixtus rerum notionibus: cum nullas in se retineat. Possibilis autem mixtus est: Et rerum notionibus conservandis aptum reconditorium. Quarta. Intellectus agentis substantia / actu est

immo ipse intellectus agens/actus est, sic intellectus possibilis substantia/potentia est: & ipsemet intellectus possibilis / est potentia.
 ¶ Quinta. Intellectus agens/intellectu potentia natura dignior & perfectior est intellectus autem possibilis natura inferior & minus prestant. Nam agens honorabilius est patiente: & forma dignior materia. At intellectus agens est agens & ut forma. Intellectus vero possibilis est patiente & ut materia. igitur.
 ¶ Sexta proprietas. Intellectus agens/ & intelligens est & intelligibilis: ut pote cum seipsum intelligit. Tunc enim intelligens est actus: & si intellectiorem efficiat. Intelligibilis vero: & si intellectiorem obiectum. ut si oculum singas seipsum videns: id est videns & visibile. Quoadmodum idem est scientia actus sine intellectu/ & quod scitur sine intelligibile actus: scilicet ipsa rei intelligibilis notio in intellectu formata. quae si ad intellectum quo suscipitur referatur intellectus dicitur: si vero ad obiectum a quo causatur: dicitur intelligibile actus/ sicut idem est visibile actus & visus actus: ut per eadem libro ostensum est.
 ¶ Septima. Intellectus agens/ & intellectu potentia tempore posterior. non quidem secundum substantiam: nam cum primus est intellectus possibilis/ simul est intellectus agens. Alioquin potentia esset sine actu: quod fieri nequit. & contra cum primus est intellectus agens: est & possibilis. Alioquin actus esset sine potentia: quod itidem fieri non potest. Sed secundum operationem: quia intellectus possibilis longo tempore est: antequam intellectus agens in eo faciat operationem. sicut forma oculi posterior est sua materia: quia non cum primus materia oculi est/ forma eius in ea facit visionem: sed tempus natura determinatum expectandum est. Immo intellectus agens: seipso/ tempore posterior est. quia aliquid est: antequam operetur.
 ¶ Proprietas utriusque intellectui & agenti & patienti communis. Is solus intellectus a corpore separabilis est/ & post separationem per se natus subsistere: qui vere est. Et is intellectus est rationalis: a quo homo dicitur intelligens/ qui quidem solus & immortalis est: & perpetuus. Intellectus vero sensualis/ cum suas in organo corporeo faciat operationes/ minime a corpore separatur: sed mortalis est: & interitus obnoxius. Hinc recte dicit littera. id solum intellectus separabile est/ quod vere est: ad excludendum intellectum sensualem. quod nonnulli perperam exponunt de intellectu agente: quia solus a corpore separabilis sit: putantes intellectum possibile non esse a corpore separabilem & ipsum bis philosophi verbis excludi. Si enim solus intellectus agens separatur: post separationem actus sine potentia subsisteret. qui cum in se efficere rerum notiones non posset/ neque quicquam haberet aliud in quo eas efficeret: esset otiosus: & nullum visum/ operationemque exercens/ quod est inconueniens. Totus itaque intellectus/ ex utraque partium scilicet actus & potentia coalitus a corpore separabilis est: quarum connexio & commercium penitus est indissolubile. ¶ Quinto. Cur post mortem rerum prius exteriori sensu perceptarum non reminiscimur interiore sentiendi potentia.

¶ Responso. Intellectus qui a corpore separatur & manet superstes & secundum substantiam & secundum operationem: suas in organo corporeo non absoluit operationes. quare corpore solutus aequo ut prius / quinimo perfectius propriam peragat functionem. Et is impassibilis est: hoc est nulla morte dissolubilis. Intellectus vero quo reminiscimur (si modo apte intellectus ei nomen accommodatur: cum nomen re dignius videatur) qui est sensus communis & interior / suas non nisi in organo corporeo facit operationes. Cum autem anima corpore soluta fuerit: desinita est organo sentiendi interiore sensu/ & reminiscendis quare amplius non reminiscitur. sicut nec visionem facit/ nec auditionem/ nec cetera (quae organum corporis requirunt) agit opera. Et hic passibilis est: & morte dissolubilis non quidem secundum substantiam in homine: nam re ipsa idem est intellectus sensualis & rationalis. Et hic dicitur esse nunquam morte interire: quare nec illa secundum id ipsum quod est/ sed secundum rationem & operationem: quia post separationem a corpore: amplius reminiscitiam & recordationem non exercet: quare nec et amplius conuenit illa denominatio aut ratio intellectus sensualis & virtutis reminiscendi.
 ¶ Tertij capitis nota. ¶ Verum & falsum propositionum passionis. ¶ Intellectus potentia / intellectus actus. ¶ Tempus indiuisibile / atomus / indiuisibile temporis.

Tertium cap. continet duas operationes intellectus, tres modos indiuisibilis, & vnum correlatum. ¶ Duas intellectus operationes. ¶ Prima. Primum intelligit simplicia / quae decem praedicamentorum generibus sunt digesta: circa quae non est verum aut falsum. ¶ Secunda est simplicium compositio: ut ex quibus fiat vnum. Compositio enim simplicia intellectus/ non sicut ad eorum: sed aliter ut ex ipsis simplicibus notionis dissociatis atque discollectis vnum efficiat. Similiter est et membrorum compositio: quam Empedocles cecinit a concordia factam. Sicut enim apud Empedoclem non omne membrorum in vnum congestum componit animal: ita neque omnium notionum congeries facit compositionem. Et haec compositio vera est: ut qua componitur Diameter a symetro. haec vero falsa: ut qua componit Diameter symetro. Et iterum compositio haec praeteritorum est: qua intellectus res ipsas factas/ genitasque intelligit. Haec praesentium: qua res ipsas intelligit ut praesentes: & quasi praesenti coassistentes Atomo. Haec vero futurorum: qua res tanquam gignendas & future conspicuntur. ut intellectus apprehendit quod Cleon fuit albus/ Cleon est albus/ quae futurus est albus. Et quae hoc modo coniuncta sunt: contingit negatione diuidere omnia/ atque ita intelligere: Cleon non fuit albus/ non est albus/ non erit albus. Est enim negatio: diuisioni/ diuisionisque simillima: & affirmatio compositioni. ¶ Tres indiuisibilis modi. Primo indiuisibile est/ quod neque actu neque potentia diuidi potest. Secundo. Quod actu indiuisibile est: potentia vero diuisibile. ut linea/ superficies/ corpus/ tempus: & omne continuum. Tertio dicitur indiuisibile non secundum quantitatem: sed secundum speciem. ut homo. Et cum intellectus intelligit indiuisibilia primo ut immateriales formas utrumque & intellectus & tempus indiuisibilia sunt. Et cum indiuisibilia secundo ut longitudinem: tunc actu indiuisibilis est & intellectus/ & tempus indiuisibile. Non enim magnitudinis hanc partem prius & illam posterius intelligit: sed totam simul. Nam tunc non vnam: sed plures intelligeret magnitudines. Si tamen eam diuellit: pariter diuellit & tempus/ & in tempore intelligit. Et in diuisibilia tertio: intelligit notione animae indiuisibili/ & tempore indiuisibili. Et non intelligitur quomodo voces & vocabula diuidere proferuntur. per accidens tamen intellectiorem diuidua esse & non suapte natura: sed vocabuli



culpa (quod cum in ora/ vocibus protractione effertur) concedere: nihil apparet incommodi. Et cum in omni magnitudine: & quod secari potest insit aliquid impartibile: quod separari non potest/ & quod vnum & continuu esse efficit: ut punctus longitudine vna/ & nunc tempus vnum. huiusmodi impartibilia. ut priuationes apprehendit intellectus: quemadmodum malum & nigrum ex suis quodammodo apprehendit contrariis. ¶ Correlatiu. Quo fit ut intellectus noster potentia sit cognoscens. ¶ Nam si quis est potest non nisi xus/ suoque iunctus contrario (potentia enim actui quodammodo contraria est) is semper seipsum cognoscit: & eius substantia maxime actus est/ & proprie maximeque separatus: rerum priuationes/ contraria/ & informia haud intelligens. pinde atque si oculum singas semper videns/ & auditum semper audient: nunquam hic silentium percipit/ ille vero tenebras perferret nunquam. est igitur intellectus qui priuationes apprehendit & contrarium ex contrario: potestque iunctus/ suoque quodammodo iunctus contrario. Et sicut oculus circa proprium visibile non errat: ita neque intellectus fallitur cum quid simplicium tractat: ut formas sine materia. At si enunciat ut affirmat alterum de altero: saepe ipsum falli contingit/ falsumque dicere. Quoadmodum oculum iudicando hoc vel illud esse albi/ per sepe falli contingit. ¶ Notarum tertij capitis declaratio.

¶ Verum/ propositio vera/ id est/ & falsum/ propositio falsa. ¶ Intellectus aliquando in littera capitur pro intellectu potentia & virtute intellectus: ut cum dicitur quod duae intellectus sunt operationes. Aliquando vero pro intellectu actu/ & ipsa intellectiōne/ ut ubi dicitur. utrumque & intellectus & tempus indiuisibilia sunt. Et rursum: tunc actu indiuisibilis est intellectus/ & tempus indiuisibile. Sicut sensus interdum pro sensu potentia/ & interdum pro sensu actu accipi dicitur. ¶ Tempus indiuisibile est secundum successionem impartibile: partes temporis conueniens/ quod nunc impartibile & insans etiam dicitur.

Tertium caput primo duas intellectus operationes continet/ quarum prima est simplicium comprehensio: quae decem praedicamentis/ substantia/ quantitate/ ad aliquid/ qualitate & ceteris sunt diuisa: ut qua hominem intelligit/ lineam/ albedinem. & circa illa nec verum nec falsum versatur: quia sunt incomplexa. ¶ Secunda est simplicium compositio: & est plurimum simplicium per copulam verbalem affirmatiuam in mente connexio. Siquidem intellectus simplicia conuenit/ non tamen indifferenter & sine discrimine: ut in conuenit homo / lapis / equus / albedo/ quo modo aceruus ordi aut tritici ex multis separatis non facientibus vnum nisi logica aggregatione/ componi dicitur: sed hoc pacto ut ex ipsis notionibus diuersis / vnam notionem totam componat. Et ea intellectus compositio/ similis est compositioni membrorum: quam dixit Empedocles a concordia factam. Nam quemadmodum secundum Empedocle / non quodlibet membrum in vnum compactum: ut caput equi/ manus hominis & pes avari componit animal/ sed membra sibi debita proportionem respondentia: ita nec omnis notionum aggregatione facit compositionem. Sub compositione autem diuisi/ ut negatio sub affirmatione comprehenditur: quae est simplicium notionum per copulam verbalem negatiuam in mente connexio. Et cum omnis ratiocinatio/ compositio sit/ nam est propositio hypothetica: illa mentis operatio sub compositione continetur/ ut species sub genere. Cum autem contemplatio/ ratiocinatio sit ex necessarijs procedens/ consultatio vero indidem ratiocinatio: sed ex contingentijs/ utrumque & contemplatio & consultatio/ sub compositione comprehenditur. Ea vero mentis intellectio qua plura conueniunt/ aut per vniōnem determinationis & determinabilis: aut per conueniōnem/ ut homo albus/ homo & astutus: media est inter utramque operationem hic positarum/ utriusque aliquid participans: quare sub ipsis tanquam sub extremis medium continetur. ¶ Duplex autem est compositio. quaedam est vera/ & est compositio habens rei correspondentiam/ cui scilicet ita se res habet/ sicut intellectus apprehendit: ut ea qua intelligitur diameter esse a symetro. Quaedam vero est falsa/ & est cui rei correspondentia deest. & non ita se res habet/ sicut intellectus comprehendit/ ut qua dicitur diameter esse symetro. Sane propositio mentalis est ut imago occulta sitio vocalis & velata in speculo. vera quidem: ut imago vere referens id cuius est/ falsa vero: ut imago false referens. Propositio autem vera aut scripta dicitur & scripta est ut nota sensibilis/ signumque sensibile in exteriori speculi superficie oculis conspicuum: designans latentem in eo autem vera aut imaginem. Ita enim propositio vocalis aut scripta signum est exterius: exprimens propositionem mentalem. Et sicut huiusmodi in falsa extrema parte speculi nota diceretur vera: quia latens imago quam denotat est vera/ & falsa: quia interna imago quam hoc sensibile signum refert est falsa. Ita propositio vocalis dicitur vera/ quia ei respondens mentalis est vera: & falsa/ quia sua in mente res condita quam exprimit est falsa. Praeterea compositio diuiditur/ quaedam est praesentium: & est qua intellectus res ut praesentes & impartibili temporis nobis adiacenti coassistentes intelligit. Et explicatur per copulam de praesenti: ut Cleon est albus. Quaedam est praeteritorum: qua scilicet intellectus res ut factas & genitas intelligit. Et explicatur per copulam de praeterito: ut Cleon fuit albus. Quaedam vero est futurorum: qua intellectus res ut futuras & gignendas apprehendit. Et explicatur per copulam de futuro: ut Cleon erit albus. Et quae cumque hoc modo affirmatione coniuncta sunt/ negatione diuidi possunt. nam (ut logicus ponit) quicquid contingit affirmare/ contingit & negare. Etenim negatio diuisioni similis est: & affirmatio compositioni. Nam ut per diuisionem sunt multa & separata/ quorum vnum ab altero diuulitur: ita in negatione multa sunt/ quorum vnum non esse aliud denotatur. Et sicut in compositione ex multis partibus adiuicem continuatis fit vnum: ita in affirmatione ex multis notionibus quarum vna alteri coheret & eadem esse denotatur/ constituitur vna propositio. Est enim copula affirmatiua/ identitatis signum. negata vero/ diuersitatis. ¶ Tres indiuisibilis modi. Indiuisibile primo est: quod nec actu diuiditur/ nec diuidi vnum potest. ut punctum / momentum/ impartibile/ formae omnino immateriales. ¶ Indiuisibile secundum quod nunc quidem non diuiditur/ sed diuidi potest. ut tota linea/ superficies/ corpus/ tempus & omne continuum. ¶ Tertio. Indiuisibile est quod in plures species diuidi non potest. ut homo: & ceterae species indiuiduae/ quas logicus specialissimas vocat. Interpretatio. Indiuisibile tertio/ indiuisibile secundum speciem/ sub quo indiuisibile secundum genus: ut color/ & indiuisibile secundum numerum/ ut species. Haec autem indiuisibilia intellectus diuerso modo intelligit. Nam cum indiuisibilia primo apprehendit: & intellectio & intellectiōnis tempus indiuisibile est: si modo intellectiōnis moram tempus appellare liceat. Nam reuera nec in tempore nec temporis momento aut impartibili intellectus intelligit: sed aut in eio aut eius Atomo. Cum enim magnitudo & tempus vicina admodum analogia respondeat: & intellectus operatio non intelligit a magnitudine abstractatur / fiatque in organo corporeo/ consequens est eam & supra tempus fieri neque eius coerceri mensura/ in tempore.

quemadmodum \bar{e} animo supra tempus est. quod magna operationum animi perfectione arguit ab infirmis plenitudinis \bar{e} eter-
 nitatis vestigijs magnitudine \bar{e} tempore absolutarum: \bar{e} maiori plenitudine ac duratione ad immensam plenitudinem \bar{e} eter-
 nitatem propius accedentium. Temporis tamen nomine hic utimur: quia aptius quod id exprimitur non succurrit vocabula: \bar{e}
 illius/ ipsum tempus apta est similitudo. \bar{e} Cum vero indivisibilia secundo intelligit intellectus ut linea: tunc intellectio ipsa/ ac-
 tu indivisibilis est pariter \bar{e} intellectiois mora indivisibilis. Non enim vnam partem magnitudinis ut priorem medietatem in vna
 parte temporis intelligit/ \bar{e} alteram in altera: tunc non vnam intelligeret magnitudinem/ sed plures: quod est positi oppositum.
 Intelligit ergo totam simul: ut oculus totam albedinem decupedalem simul \bar{e} in tempore indivisibili apprehendit. Si
 tamen intellectus magnitudinem in partes dividat: \bar{e} eas sigillatim intelligat/ correspondenter dividet \bar{e} tempus: ut vnam
 partem magnitudinis in vno tempore: \bar{e} altera in altero comprehendat. perinde atq; oculus ad vna \bar{e} media parietis cunctus parte:
 media videt colore/ et deinde ad altera medietate conversus: \bar{e} reliqua coloris parte subinde contuetur. Indivisibilia vero tertio/ in-
 tellectus \bar{e} intellectiois indivisibili intelligit: \bar{e} mora indivisibili. Quibus enim voces \bar{e} vocabula (ut syllabae dictionis homo/ \bar{e}
 dictiones orationis homo est animal) dividuae pferantur ob natura soni/ ut vna vox prius \bar{e} altera posterior: non tamen idcirco opora-
 tet intellectiois in diuersis temporis partibus fieri. O occasione tamen vocis dividuae prolate non inconueniens est intellectiois per ac-
 cidens dividuae esse eam tamen suapte natura sui indivisibilia. Et cu in omni continuo sit aliquid imparabile/ eius scilicet extremu \bar{e}
 terminus: continui partes connectens/ \bar{e} quod a continuo separari non potest: nam tunc amplius non esset continuum. \bar{e} id efficit
 id ipsum cuius esse continuum: nam terminus est communis ad quem cotinui partes copulatur. ut punctus facit lineam esse vna/
 \bar{e} nunc impartibile: sps esse vna. huiusmodi impartibilia \bar{e} cotinui priuationes/ intellectus apprehedit priuatione suoru positiuoru \bar{e}
 rone negatiua: ut punctu esse lineae terminu cuius ps scdm extensione no est/ \bar{e} nunc esse sps extremu cuius pars scdm successio-
 ne no est. que admodu oculus tenebras ex luminis priuatione/ \bar{e} auditus silentiu priuatione soni percipere dicitur. Et intellectus ma-
 lum quod in negatione est: ex suo contrario bonu/ \bar{e} nigrum quod itide est in negatione: ex suo contrario albu intelligit. Et vniu-
 saliter negatio per suam affirmationem cognoscitur. \bar{e} Correlariu. Ex his manifestu est q intellectus noster est potentia cognoscens: 17
 potens quide cognoscere/ sed non semper actu cognoscens. \bar{e} Nam si quis est intellectus non conuinctus potentiae sed semper actu cog-
 noscens: ille suo non iungitur contrario. Est enim potentia actu quodammodo contraria: cum actus sit vt esse/ potentia vero vt non
 esse: quare ille semper seipsum cognoscit. Et eius substantia maxime actus est/ ab omni potentia actus aut notionum susceptiua peni-
 tus alienus: \bar{e} hic rerum priuationes contrariaq; non intelligit. Quemadmodum si sit oculus semper videns: nunq; percipit tenebras/
 \bar{e} auris semper audiens: no percipit silentiu. Neq; idcirco sequitur huiusmodi intellectus no oia intelligere: quia intelligere priuationes
 \bar{e} negationes: non est proprie intelligere/ sicut nec videre tenebras/ est proprie videre: sed visione priuari/ \bar{e} audire silentiu no est
 proprie audire: sed auditu priuari. Dicitur enim is intellectus oia intelligere. q; quae sua referunt similitudine/ aut remota aut propina
 qua intelligat oia/ \bar{e} no quia cognoscat ipsefecta oia ab eius vestigio deficientia. Quare intellectus priuationes apprehedit/ \bar{e} vnu
 contrariu qd in negatione est ex altero quod est in affirmatioue: conuinctus est potentiae \bar{e} quodammodo suo contrario. Et quemadmodu
 oculus circa propriu visibile vt colore no errat: ita neq; intellectus/ cu simplici aliquid apprehedit. Si vero vnu cu altero contine-
 gat per compositionem: vt hominem esse asinum/ aut equum esse lapidem: decipitur. sicut oculus iudicando hoc vel illud esse al-
 bum: sepe itidem fallitur. \bar{e} Quartu capitis nota.

\bar{e} Pupilla oculi sphaerula per quam visio completur.



Vartum cap. continet decem sensus & intellectus conuenientias atq; coparationes. 18

\bar{e} Decem sensus & intellectus conuenientia atq; coparationes. Et si intellectus loge
 dignitate sensum antecedit: multa tamen cum sensu comerca/ multaq; conuenientias
 tenet. \bar{e} Prima. Sicut sensus potentia: actu sensu tempore prior est: \bar{e} id est sensibile actu
 & actu sensus ita intellectus potentia/ intellectu actu tempore puenit: \bar{e} id est scribibile actu
 atq; scilicet. \bar{e} Secunda. Quoadmodu sensus neq; pprie passio/ alteratio/ motus est.
 (Nam motus/ actus est imperfectus. actio autem sensus: absoluta semper/ perfectaq;
 habetur) ita neq; intellectus: passio/ alteratio/ aut motus est: sed perfectio quaedam.
 \bar{e} Tertia. Sicut sensus aliquando simplex vt flauu apprehedit: aliquando vero alteru cu altero nectit/ vt cum
 flauu apprehedit pariter & dulce. ita intellectus interdum simpliciter ref essentia intelligit: interdum vero ea cu
 altero nectit/ \bar{e} dicit/ ea pulchra aut bona esse. \bar{e} Quarta. Sicut sensus cu sola flauitate apprehedit: neq; ap-
 petit neq; fugit: cu vero coapprehedit dulce aut amarum: ptinus appetit aut fugit. huc in modu intellectus so-
 la sanitatis essentia neq; psequitur neq; fugit: sed simul atq; sanitate cu bonitate iunxit: psequit. Quan-
 tu em voluptas in sensu: tantu bonitas operatur in intellectu. & q; tum in sensu dolor: tantu potest in in-
 tellectu malicia. vt enim sensus voluptate trahitur/ refugitq; dolore: ita intellectus bonitate rapitur/ ma-
 liciaq; repellit. \bar{e} Quinta. Sicut in sensu appetituum aut fugituum a sensitiuo/ aut a sensituum fetum-
 cta non sunt: sed esse/ solaq; ratio altera est. itidem & in intellectu profectuum/ refugituumq;.
 \bar{e} Sexta. Quemadmodum cum sensus sensibilia vt voluptaria apprehendit: prosequitur. cum vero
 tristia atq; dolorifica: fugit. ita quoq; cum intellectu animae quaedam simulacra (quae phantasmata di-
 cuntur) assunt: q; cu bonitate aut malicia affirmado aut negado nectit: totiens aut psequitur aut fugit.
 neq; em sine phantasmate intelligit anima. \bar{e} Septima. Sicut aer motus mouet pupilla: & pupilla interio-
 re & abditu sensu. & aer motus mouet auditu/ & auditus cōsimiliter eundē introrsu sensu: q; subiecto vno
 est & in medio constitutus vt centrum: ratione tamen multa. est enim ille: qui prius positus est discrimen-
 albi & dulcis apprehendere: & non modo duorum: sed & trium & quatuor & quinque sensuum sensu-
 bilium discrimina diiudicat. ita ad phantasmata intellectus sese habet. Nihil enim refert iudicare non si-

milis: & iudicare contraria. vt si ita a album ad b nigrum: sicut c album ad d dulce. & apprehendens a &
 b idē subiecto sit: ita apprehendens c & d idē subiecto erit. & ita transmutato apprehendēdi mō. \bar{e} Oc-
 taua. Sicut sensus simulachris vtitur seruatis: & mouetur animal absentibus sensibilibus. ita intellectus
 saluatis phantasmatis: inuenitq; in ipsis quod profectatur aut fugiat. Et saepe ex pteritis aut; praesentibus
 futura coniectat: delibetq; profecti aut fugere. Et hic intellectus qui modo profectorem/ modo
 fugam inolitur: practicus/ actiuus/ ac administratiuus nominatur. Contemplatiuus vero nihil inouet; ip-
 sa rei apprehensione/ conspectio neq; contentus. \bar{e} Nona. Sicut voluptas & dolor ad sensum/ bonum &
 malum ad intellectum actiuum: ita fe habet veritas & falsitas ad ipsum contemplatiuum. \bar{e} Decima. Si-
 cut sensus non separate cognoscit: ita intellectus aliqua vt finem secundum q; finem intelligit non se-
 parate. non enim similitatem a naso pcedere potest: quando quidem nasum in suo esse/ suaq; diffinitione
 claudat. Est enim finitas/ nasi cauitas. Mathematica tamen & in quibus vtitur abstractione: aliter intelli-
 git. Tamen si enim re ipsa/ mathematica separata non sunt: ea tamen vt cogitatione & intelligentia separata
 sine materia respicit. Et omnino intellectus qui purus actus est: absolutissima atq; abstractissima intelli-
 git. Vtrum autem intellectus qui non omnino separatus est: aliquid intelligat earum formarum quae om-
 nino a materia consortio immunes sunt & absolute: alius & alio loco futurus est sermo.

18 **Q**uartu caput continet decem sensus & intellectus conuenientias. \bar{e} Prima est. sicut sensus potentia \bar{e} sentiendi virtus: sensu actu
 \bar{e} sensatione tempore pcedit: cu in aialibus nondū in luce editis sentiendi sit virtus necdū operatione exercet. ita intellectus
 potentia \bar{e} intelligendi virtus/ intellectu actu \bar{e} intellectiois ipsa pcedit: na a vite exordio intellectus hoibus adest/ qui tamen
 no cum primu existit intelligit: sed catuloru oculis p similibus/ determinatu natura tempus expectat. Praeterea vt idē re ipsa est sensu
 bile actu \bar{e} sensus actu/ scilicet sps scibilis ab obiecto causata/ \bar{e} in organo sensus recepta: ita idē est intelligibile actu \bar{e} intelli-
 ctus actu scilicet notio/ specieq; intelligibilis ab obiecto pducta/ \bar{e} recepta in intellectu. \bar{e} Secunda. sicut sensatio vt visio/ proprie
 motus no est nec alteratio. Na motus est actus imperfectus cuius aliquid acquisitū est \bar{e} aliquid acquirendū qd cotinue acquirit \bar{e}
 in tpe pficitur/ resq; id qd motu acquiri pfectus posterior q; prius. Operatio autē sensus vt visio: pfecta est \bar{e} completa. Quis em to-
 ta hora fiat visio: tamē aequē pfecta est in primo minuto vt sine horae/ neq; tps successioe sit pfectior visio/ sed pfectior visio \bar{e}
 completa vt continua pfectio: quarū prior \bar{e} posterior vna tota no constituit/ sed qlibet aequē pfecta \bar{e} completa est \bar{e} tota. Ita nec
 intellectio est alteratio aut motus/ na primo minuto aequē pfecta est vt secūdo aut tertio: sicut \bar{e} illuminatio primo momēto no mi-
 nus est pfecta: q; posteriore. \bar{e} Tertia. Sicut sensus (praeferim interior) interdum vnus tantum sensus apprehendat sensibile vt fla-
 num/ interdum vero vnus sensus obiectum cum alterius obiecto in eodem subiecto comprehendit. vt cum in eodem comprehendit
 album et dulce: quae adinuicem necere dicit: q; in eodem subiecto cotinua deprehendat. vt pictor in eadē tabula/ \bar{e} canē/ ceruū/ \bar{e} equū/
 hoīem. Est enim sensus interior/ vt pictor teius autē organu vt tabula oim sensibilibus genere depicta. At sicut in pictura nec affirmatio
 tio est nec negatio: ita nec in sensu interiori copositio aut diuisio. ita intellectus aliquando simplici rei notione apprehedit vt sanitate:
 aliquando vero vna cu altera affirmado coponit: dicitq; ea bona esse. \bar{e} Quarta. Quoadmodu sensus sola apprehedit flauitē aut solū
 vnu sensibile: neq; prosequit/ neq; fugit. cu vero simul dulcedine apprehedit/ prosequit. \bar{e} cu amritudine/ fugit. ita intellectus so-
 la sanitatis ratione intelligit/ neq; appetit/ neq; fugit: cu vero sanitate bonitati cotinuerit/ dixeritq; sanitate bona esse: psequit. Quod
 enim facit voluptas in sensu: idē bonitas in intellectu actiuo/ \bar{e} quod dolor in in sensu: malitia in intellectu. Neq; vt sensus voluptate
 allicitur \bar{e} dolor refugit: ita intellectus actiuus suapte natura bonitate trahit: \bar{e} malitia retrā animi labem repel. \bar{e} Quinta. Si-
 cut in sensu appetituum \bar{e} fugituum/ nec a seipsis nec a sensitiuo re ipsa differunt: sed sola ratione. Est enim vnum \bar{e} idem/ vt potest for-
 ma substantialis \bar{e} anima. quodlibet enim eorū dicitur appetituum quatenus appetit \bar{e} prosequitur/ fugituum quatenus fugit/ \bar{e}
 sensitiuum quatenus sentit. ita idem re ipsa est profectiuum \bar{e} fugituum in intellectu/ \bar{e} intellectuum: scilicet ipse intellectus
 actiuus/ ratione tamen aliud. nam profectiuum dicitur pro quanto aliquid consilio prosequitur/ fugituum vt fugit/ \bar{e} intel-
 ctiuum prout consultat \bar{e} deliberat. \bar{e} Sexta. Sicut sensus apprehendens sensibilia vt delectabilia \bar{e} conuenientia/ sine talia sint
 siue non illa prosequitur/ apprehendens vero vt tristitia \bar{e} nociua/ fugit. ita intellectus actiuus cum aliqua intelligit bonitati per
 compositionem annexa: ea prosequitur. Si vero ea cum malitia componendo iunxit/ fugiet. vt sanitatem prosequitur
 cum eam bonam esse dixerit: \bar{e} agnam fugit eam eam malam esse conceperit. Sicut enim sine phantasmate sensu-
 suali non apprehendit quicq; sensus interior: ita nec intellectus sine phantasmate intellectuiali \bar{e} rei intelligibilis simulachro.
 in eo recepto quicq; intelligit. Ad quam quidem rei intelligibilis notionem in intellectu existentem: phantasmatis transmittitur vo-
 cabulum/ sicut \bar{e} imaginatio interdum pro intelligendi virtute sumitur. Neq; intelligendum est philosophi dictum/ quod sine
 phantasmate sensuali anima non intelligat: \bar{e} idcirco putandum philosophum posuisse animam esse mortalem/ vt quae corpore
 destituta: phantasmate sensuali penitus careat: \bar{e} idcirco intelligere non possit. Falsum est enim animam sine sensuali phantasmate
 etiam cum corpori coniungitur intelligere non posse: tamē si vt sensibilia intelligat: phantasmatis sensibilibus indi-
 geat. \bar{e} Septi-
 ma. Sicut aer coloris specie affectus: mouet pupillam \bar{e} in ea speciem coloris producit/ \bar{e} pupilla similem coloris speciem in sen-
 sus interioris organo producens mouet sensum interiorem. Et quemadmodum aer motus secundum locum/ \bar{e} sonu/ sonuque specie
 affectus mouet auditu: in eo soni specie producendo. Et vterius auditus mouet interiorē sensu/ consimile soni specie in eo pducendo.
 Qui quidem interior sensus re ipsa vnus est \bar{e} idem omnium sensibilibus obiecta percipiens: ratione tamen plura. Et in sensuum
 exteriorum medio constitutus est: vt centrum in medio circumscriptione. Et ille est qui prius dicitur est duorum sensuum sensibilia
 vt album \bar{e} dulce interioscere. Et non solum duorum: sed etiam trium/ quatuor/ \bar{e} quinque sensuum exteriorum sensibilia
 abinuicem discernit. ita intellectus ad intellectualia phantasmata diiudicanda se habet: \bar{e} inter ea differentiam ponit.
 \bar{e} Quod si quis deat. Potest quidem intellectus contraria diiudicare vt album \bar{e} nigrum/ sed non ea quae contraria
 non sunt: \bar{e} tamen sunt dissimilia. Nonnullis enim primum conuenit: quibus secundum conuenire non potest vt sensu exteriori
 t iiii

Respondet philosophus nihil quantum ad intellectum interesse an iudicet contraria an no similia: eque enim vnum vt alterum facere potest. quandoquidem sensus interior minoris q̄ intellectus virtutis / vtrūq̄ potest. Vt si ita se habeat a album ad b nigrum; sicut a album ad d dulce / et apprehendens a ē b album ē nigrum est idem subiecto; etiam apprehendens c et d album ē dulce idem subiecto erit. At sicut se habet a album ad b nigrū: ita c album ad d dulce / quantum ad hoc quod est ab eodem cognoscendi intelligendi; virtute comprehendendi. Et intelligens a ē b album ē nigrum est idem subiecto; sicut ē oculus vtrūq̄ vidēs est idem, ergo ē discernens album et dulce est idem subiecto. Et idem fit si transmutetur intelligendi modus. vt si discernens c album et d dulce est idem subiecto / ita apprehendens a album ē b nigrum contraria idem subiecto erit. Quicquid enim apprehendit non contraria ē genere dissimilia: itidem contraria comprehendere potest. Cum contrariorum percipiendorum eadem sit virtus ē potestas. **O** claua. Sicut sensus interior seruat rerum sensibilibus imagines ē illis virtutis: et animal sensu interiori mouetur absentibus primis sensibilibus: ita intellectus in se rerū notiones efformatas seruat / ē illis cum operatur virtutis / aut ad prosecutionem aut fugam rei alicuius agendam. Et sepe ex factis preteritis aut presentibus futura prouidet / ē deliberat illa nunc prosequi nunc fugere. Et is intellectus qui modo res agendas prosequitur / modo fugit: actiuus ē consultiuus dicitur. Contemplatiuus autē neq̄ ad prosequendum neq̄ ad fugiendum mouet / vniuersalium et abstractarum rationum contemplationi solum intentus. **N**ona conuenientia. Sicut se habet voluptas ad sensum / ē bonum ad intellectum actiuum: ita verum ad intellectum contemplatiuum. Quodlibet enim illorum delectationem affert ē inuauat. Contra vero sicut dolor ad sensum / et malum ad intellectum actiuum: ita falsum ad intellectum contemplatiuum, cum eorum quodlibet suae potentiae tristitiam ē incommoditatem inferat. **D**ecima. Sicut sensus cognoscit non separate sed coniuncte / subiectum simul et formam apprehendendo: ita intellectus aliqua vt simum propria ratione simi intelligit concrete ē coniuncte / quod abstracte intelligere non potest. Intellectus enim similitatem a naso abstracte non potest: ē sigillatim vnum sine altero intelligere: quia simitas nasum in sua ratione et diffinitione includit. Est enim simitas nasi curuitas. Mathematicas autem magnitudines: ē ceteras rerum formas in quibus abstractionem facit intellectus / aliter intelligit. licet enim re ipsa separate non sint mathematicae magnitudines: eas tamen intellectus vt ratione et cogitatione separatas intelligit. Intellectus autem qui omnino purus est actus ē potentiae nequaquam permixtus: absolutissimas ē abstractissimas rerū formas intelligit. Vtrum autem intellectus humanus qui non omnino separatus est: sed secundum substantiam materiae coniunctus / eas intelligat formas quae omnino a materia commercio se iuncte sunt: alio loco futura est determinatio. Ex sequentibus autem plane constabit intellectum humanum saltem tenuiter et vmbrae hiter formas illas comprehendere posse: cum probet statim philosophus intellectum quodammodo esse omnia: et omnium rerum ambitu mentes supramundanae comprehendantur.

Quinti capitis nota.

Sensibilia / quae sensui sunt perua. Intellegibilia / quae capiuntur intelligentia. Actus scientia / intellectio. Res actu scite / quae in anima existentes: actu sunt deprehensa. Res actu scite / actu scibilia: vt actu sensus et actu sensibilia. Sensum esse sensibilia et animam omnia est sensum: actu sensibilia in se continere / sensibilibusq; similitudine indui: ē animam rerum omnium notiones ē simulachra continere / vt omnium induit / informariq; similitudine: quae res ipsas / eam quodammodo videri et apparere facit. Phantasmatis / phantasmatis.



Vintum cap. continet tres conclusiones, & vnum correlarium ad secundam. **P**rima conclusio. Anima quodammodo omnia est. **N**am omnia aut sensibilia aut intelligibilia sunt: quae omnia sunt scibilia / intellectusq; apprehensibilia. At qui actu scientia nihil aliud est q̄ res ipse actu scite. vt sensus actu nihil aliud est q̄ ipsa actu sensibilia. Est igitur anima quodammodo omnia: vt sensus sensibilia. Quod adhuc vt clarius diluceat: sensus & scientia ducuntur in potentiam & actum. Potentia quidem: cum non in opera & functione sunt. in actum vero: cum suam exercent operationem. Et cum sensus est in potentia: res sensibiles (quae sensibilia dicimus) est potentia. & sensus / sensuum dicitur. & cum est actu: illa est actu. Ita cum anima est in potentia: res intelligibiles potentia est / & potens scire dicitur: & res ipse dicuntur scibilia. Cum vero est actu: est ipsa intelligibilia actu. **S**ecunda conclusio. Anima / res ipse cum materia non existit. **N**am anima quodammodo est omnia, necesse igitur est aut ipsa sit cum materia: aut ipsorum citra materiam species & formae non autem est ea ipsa cum materia: vt neq; sensus cum materia sensibilia. Lapis enim non est in anima: sed lapidis species. est igitur citra materiam omnia. **C**orrelarium. Quo fit vt anima sicut manus habeatur. **V**t enim manus / organum organorum est: & quo omnibus vtimur instrumentis. ita anima / species specierum est: & qua omnibus vtimur speciebus & formis. itidem & sensus / species sensibilibus est. **T**ertia. Rerum sensibilibus & quae sine magnitudine non percipiuntur: sensibiles species a materia separate / intelligibilia sunt. **N**am huiusmodi sensibilibus siue habitus siue passionibus: & abstractorum atq; mathematicorum vt lineae / superficiei / circuli / trianguli intellectus habentur: vt sensibilia sensibus. Hac de causa si defuerint sensibilibus sensus vt linearem & magnitudinum: neq; disceret neq; intelligeret / fieri Geometria poterit vnq;. Et ita si defuerit sensus aliorum sensibilibus. Talia enim cum speculetur intellectus: necesse est pariter phantasma aliquod speculari. Phantasmata enim sicut sensibilia sunt: praeter hoc qd praeter materiam existunt. Sed ab affirmatione & negatione differunt qd affirmationes & negationes vere aut false intellectus complexiones sunt: non autem phantasmata. Hinc neq; phantasmata: primae sensibilibus intellectiones sunt: ex quibus constant affirmationes & negationes. Non tamen haec primae intellectus notiones sine phantasmatis existunt.

Notarum quinti capitis declaratio.

Actu scientia idem est q̄ intellectio siue intellectus actu / nomine scientia (vt toto in libro capitur) communiter sumpto: et est intelligibilis notio vt in intellectu possibili tanq̄ subiecto suscipitur. Res actu scite sunt rerum notiones quae in anima actu sunt apprehensa: et eadem res actu intellecte dici possunt / actusq; scibilia / et actu intelligibilia. Sicut actu sensus est rei sensibilibus species in organo suscepta: et idem est actu sensibile. **S**ensus dicitur esse sensibilia: quia sensibilia actu et primorum sensibilibus species in se continet / illorumq; similitudinem induit / quae facit ipsum sensum apparere esse res sensibiles. Sicut quis veste regia indutus videtur rex: et amictu militari miles: et ritu agricolae postea vestitus / agricola: et ita in ceteris. Sic anima dicitur esse omnia: quia omnium rerum notiones et species in se continet / induiturq; omnium rerum similitudines: quae facit animam videri et apparere esse eas ipsas res. Sicut speculum omnium sibi obiectorum informatur similitudine: quae facit vt speculum videatur esse ipsa res obiecta. vt si obiciatur lapis speculo: fit speculum lapidi conformet et appareat esse lapis. et si ignis: reddatur speculum igniforme. Si vero lignum: efficitur ligniforme. **C**um littera dicit. Non tamen haec primae intellectus notiones sine phantasmatis existunt: phantasmatis ablatiuus pluralis est / idem significans quod phantasmatis. **A**d intelligendum autem ea quae hic Aristoteles asserit: praenotandum videtur qd sicut albedo existens in pariete suam format similitudinem in oculo / fitq; visio: cuius albedo obiectum est. Ita phantasma sensuale existens in sensu exteriori suam causat speciem in intellectu: et fit prima intellectio / singularis scilicet et concreta: cuius sensibile phantasma obiectum est / et eius notio recepta in intellectu: est intellectio. Neq; recte probaretur phantasma sensuale specie differre ab eius specie in mente recepta: quia haec in subiecto in extenso sit / illud vero in extenso: cu id accidentium extensi species speciem non euariet. vt de albedine promptum est ostendere: quae eadem consimiliq; natura in anima et pariete esse poneretur. intelligibilis Neq; extensum esse vel inextensum est de intrinseca accidentis natura aut ratione: sed prorsus extrinseca et aliena. Sed recte illa duo est inextensa. specie differre comprobantur: qd vnum sit obiectum / scilicet phantasma quod sensu intimo reseruat: alterum vero sit species et similitudo prioris. **O** biectum autem et similitudo specie differunt: vt veritas et eius vestigium / exemplar et imago. Huius itaq; primae intellectio intellectus agens et opifex intrinsecus: concurrens tamen simulachro sensibili opifex extrinseco / sicut forma oculi est efficiens intrinsecum visionis et apprehendens speciem visibilem. Albedo autem externa quae obicitur oculo: est efficiens extraneum visionis. **V**terius notio illa concreta et singularis (quae prima intellectio esse dicta est) obiectum est notionum vniuersalium et abstractarum: quae intellectus propria virtute mixtus format. Sed huiusmodi prima notio nihil producit in intellectu ad faciendam notionem abstractam: non enim suam causat speciem quae sit notio abstracta et vniuersalis. quia non potest notio illa concreta et singularis causare speciem nisi sibi consimile scilicet concretam et singularem. Sed intellectus nihil a prima intellectio recipiendo sed solum se ad illam vt obiectum conuertendo: format suapte natura notionem abstractam et vniuersalem / non modo vnam sed etiam tot / quot praedicamentorum rationes ei conueniunt: vt notionem substantiae / quantitatis / qualitatis / figurae et ceterorum. Et haec secunda intellectio per similes est visioni albedinis quae fieret in oculo: non suscepta tamen in organo visus similitudine albedinis. Vt enim albedo illic esset obiectum visionis / et oculus ipse videns: obiectum in quam non producit quicq; in oculo / ex conuersione sui ad albedinem efficiente visionem. Ita prima intellectio obiectum est nihil efficiens in intellectu: et intellectus producit notionem abstractam ex nihilo / facit eam in se cum inuamine notiois concreta qua abstractat. Et istarum abstractarum notionum intellectus solus est opifex sine quopiam cooperante. Quare magis huiusmodi notionum secundarum opifex est intellectus qd primarum. **I**ntellectus autem noster entium supramundanorum vt intelligentiarum format notiones sine aliquo phantasmate sensibili (quod pro obiecto habeatur) praecedente: et sine notione animi concreta praeterea. quandoquid em propria eius natura est intelligere nostra intelligentia intelligibilia et a sensu longe aliena: quare ea sine notioe ex sensu profecta tanq̄ propriam prolem ex se gignit. At non est propter propria eius natura intelligere sensibilia: sed ea infra suam dignitatem subsidentia complectitur / vt viam praebent et admniculum mundana. ad propria obiecta perueniendi: tanq̄ vestigia ad veritatem / et imagines ad exemplar. Sunt enim sensibilia / intelligibilia vestigia. Nimirum ergo si sensibilia non intelligat nisi mediante phantasmate sensibili: quod quidem causat notionem primam et concretam in intellectu. **I**ntellectus tamen ex notiois sensibilibus assurgit ad notitias intelligibilibus tanq̄ ex medijs in finem ordinatis ad ipsa finem: et ab imperfectis ad perfectum. sic qd nisi intellectus fuerit a sensibilibus excitatus et initium sumpsit: impossibile est ipsum ad intelligibilibus notitias peruenire / vt sine via interstiti impossibile est ad metam et constitutum terminum peruenire. Siquidem in sensibilibus relicta sunt ipsorum intelligibilibus vestigia: ex quorum quidem vestigiorum perquisitione vt via perueniendum est ad notitia intelligibilibus. Sed non assurgit intellectus ex sensibilibus ad intelligibilia: formando de intelligibilibus notioes similes his quae habentur de sensibilibus. Na si quis volens intelligibilia a materiae consortio prorsus exempta comprehendere / formauerit notionem alienius sensibilibus: haud qua intelligibilia intelliget. cum notio illa rei sensibilibus tantum distet a vera notione intelligibilibus quantum sensibilia ab intelligibilibus. Vt si quis volens angelū intelligere / formet notionē similem notioi hominis: et concipiat quantum sensibilia ab intelligibilibus. Vt si quis volens angelū intelligere / formet notionē similem notioi hominis: et concipiat caput / manus: et pedes similiter et alas / vt aliquando aut picem aut effigiatum angelum conspexit: tantū abest ea notio a propria angeli notione: quantum angelus pictus a vero angelo. Et quis conantibus incorporea intelligere propterea sese offert corporea moles a phantasia obiecta: et a qua intellectus se vix bene potest eximere, tamen nisi illam exuerit / et infra se phantasmatis speciem sibi impropria abiciens / altius exadere conatus fuerit: non potest ad intelligibilibus species peruenire. Distat enim tantum vera et propria intelligibilibus notio a notione sensibili hoc modo a phantasia profecta: quantum ipsa intelligibilia a sensibilibus natura distat / scilicet et diuersitate differunt. Sed ex sensibilibus mens nostra ad intelligibilia cognoscenda eleuatur per abstractionem et abnegationem eorum quae in sensibilibus comperiantur. Habent enim sensibilia proprietates et affectiones imperfectionem arguentes et distantiam a natura intelligibilibus: aptas tamen similitudines veriorum et perfectiorum naturarum ipsorum intelligibilibus. Intellectus ergo noster paulatim et per gradus quosdam ascendens abnegat et abstractat huiusmodi sensibilibus affectiones et proprietates: et huiusmodi abnegatione tandem peruenit ad veras intelligibilibus notiones. vt ex notione corporei format notionem incorporei: non quidem sumendo corporei notionem pro obiecto et eius speciem concipiende / nam ea species nil nisi corporeum refert: sed eam abnegando et ex ea aliam penitus alteram et quodammodo oppositam efformando. Sic ex notione plenitudinis

nis occupantis format notionem plenitudinis non occupantis: quæ tantum natura differunt quantum plenitudo occupans & plenitudo non occupans. Sic intellectus ex duratione occupante notionem efformat durationis non occupantis: & ex motu rapidissimo notionem maximi & perseverantissimi status. Et quia intelligibilia suam speciem non causant in intellectu sed ea apprehendunt in intellectu ex cognitione alterius ut sensibilia assurgendo: ideo notionem intelligibilium quas habet intellectus pro isto in corpore incolatu sunt solum vmbrales et debiles. Ille vero quas habet ex sensibilibus sibi obiectis: sunt firmiores. hinc melius sensibilia quæ intelligibilia pro hac vita deprehendit. Et cum phantasmata sensualia de lineis/circulis & triangulis in sensu interiori servata sint singularia & concretata: representantia simul substantia/quantitatem/figuram/situm. Et primæ intellectus notionem ab illis formatate speciebus sensibilibus: etiam singulares sunt & concretata: scientia autem notionum sit communium & abstractarum. constat huiusmodi phantasmata & primas intellectiones non constituere propositiones disciplinarum ut geometriæ. Nihil magis quæ linea/sensibilis in pariete descripta aut triangulus/aut circulus/aut visio de ea formata singularis & concreta constituat propositiones ad disciplinas pertinentes: cum singularia sint reiecta a disciplinis. Sicut enim ex visione lineæ a b in materia sensibili descripte nihil aliud deprehendit oculus quæ illam lineam/ neque ullam alteram quantumcumque sibi similem videt. Ita ex phantasmate sensuali causato a sensu exteriori & intellectu primæ causata ab huiusmodi phantasmate: nihil aliud nisi linea illa deprehenditur/ aut vnicus circulus aut triangulus. Sed intellectus a primis notionibus sensibilibus & concretis/ per abstractionem efformat notionem communes abstractas: quæ quidem solummodo representant lineam sine subiecto & alijs accidentibus. Et non solum lineam in pariete descriptam representat verumetiam omnem lineam: abstrahendo a tempore/loco/ & cæteris proprietatibus singularia consequentibus. Et ex huiusmodi communibus notionibus constituuntur propositiones Geometriæ. Et ita de cæteris disciplinis quæ versatur circa sensibilia dicendum est. Hinc verum esse deprehenditur quod dicit philosophus in primo posteriorum: quæ Geometria nihil demonstrat de linea in pariete descripta/ sed de ea quæ per ipsam intelligitur. Inuat tamen ad demonstrationem/ huiusmodi sensibilis descriptio: cum per eam sensus afferat intellectui præsidium quo minus turbetur & confundatur. Et sic figuratio illa sensibilis ut scriptura quæ ad explicans notionem animi communit: perinde atque scriptura homo explicat notionem hominis. Et sicut voca scripturæ sunt ad animi levamen/ ne aut confundatur aut oblivionem incidat: ita & figuratio Geometrica animi iuvat.

Quinti cap. prima conclusio. Anima quodammodo est omnia. Nam res omnes aut sensibiles sunt aut intelligibiles. At res sensibiles omnes quæ in mundo sunt sensibiles aut celestes & intelligibiles in mundo superiori de gentes: intellectum comprehendit possunt. Est enim intellectus quantitate minimus: capacitatis vero amplitudine maximus. Et mundi huius capacitatem excedens: cuius continentia summus rerum opifex omnia sua opera comprehendit voluit/ ut ex omnibus & cognosceret & laudaret suum optimum auctorem. Sensus autem mensura longe brevior: & cui angustiores præscripti sunt limites. At actus scientia siue intellectio re ipsa est res ipsa actus scientia & intellectus licet ratione aliud sit: hoc actione/ illud vero passionem denotet: quæ admodum sensus actus nihil aliud est re ipsa quæ actus sensibilis: tamen si hoc actionis illud vero passionis rationem obtineat. Est igitur anima quodammodo omnia: quemadmodum sensus quodammodo est omnia sensibilia. Vt enim sensus ad sensibilia se habet: ita intellectus ad omnia sese habere demonstratur/ cum omnia sint obiectum ipsius intellectus: sicut sensibilia/ & sensus. Quod ut rursum euadat manifestius: sensus & intellectus diuiduntur in actum & potentiam. Sensus potentia est cum quis actu non sentit: tamen sentiendi vim habet. Et intellectus potentia: cum in operatione non versatur homo/ facultatem intelligendi habens. Sensus autem actu est cum quis sensus operationem exercet. Et intellectus actu: cum intellectus operatio exercetur. Et cum sensus est in potentia: ipse sensus est res sensibiles siue ipsa (quod idem est) sensibilia potentia: cum actu sensibilibus species in se non habeat sed potest habere. Et sensus ipse/ sensuum dicitur. Res autem sensibilia. Cum vero sensus est in actu: est ipsa sensibilia actu: quæ sensibilibus species actu habeat. Et tunc sensus dicitur actu sentiens: vero/ actu sensibilia. Ita cum intellectus est in potentia: est res intelligibiles potentia: cum non habeat actu notionem rerum sed possit habere. Et intellectus dicitur potes intelligere siue intellectuum: res vero dicuntur scibilia siue intelligibilia. Cum vero intellectus est actu: est ipsa intelligibilia actu: quæ actu in se continent rerum notionem. Et dicitur intellectus tunc intelligens: & res ipse vocantur actu scite siue actu intellectus. Est igitur anima quodammodo omnia.

Secunda conclusio. Anima non est ipse res intelligibiles cum ipsarum materia. Vt non est lapis: eius notionem cum materia lapidis recipiendo/ nec est lignum: recipiendo speciem ligni cum materia/ & ita de alijs. Nam anima ut probatum est: quodammodo est omnia. Aut igitur est omnia cum materia: aut omnium notionum & formæ sine materia. At anima non est omnia cum materia: quia sensus non est ipsa sensibilia cum materia: quandoquid ostensum est sensum omnem rerum formas siue materia suscipere. Sensus autem rerum species in propria suscipit materia/ subiecto corporeo: intellectus vero non in materia sensibili neque subiecto corporeo, quare multo magis anima non est res ipse cum materia obiectorum. Lapis enim non est in anima sed species & similitudo lapidis: igitur anima est ipse rerum species & formæ sine materia. Non quidem quæ anima re ipsa sit rerum species: nam ab invicem differunt ut subiectum & accidens: & sicut oculus & species coloris in oculo: sed quia anima est illarum specierum susceptiva/ quæ faciunt animam quodammodo esse ipsas species. Correlarium. Quare anima intellectiva quandammodo cum manu similitudine habet. Nam sicut manus est organum organorum: plura exerens opera: ut plecturam/ celaturam/ modulationem cytharæ: quæ aliud quodcumque corporis membrum. Nepe omnium fere artium operationes fiunt mediante manu: atque per eam vtimur cuiuslibet artis instrumentis: ut artis edificatoriarum/ agrorum/ colendi/ nauticam/ militaris. Ita anima est species specierum/ plures intra se rerum species suscipiens quæ alia quæcumque virtus specierum susceptiva. Et per animam omnibus vtimur speciebus: per animam quidem a gentem speciebus efficiendis: & per patientem speciebus suscipiendis. Sic & sensus est species specierum sensibilibus.

Scientia sensibilibus sensus a natura deficientis haberi non posse.

Tertia conclusio. Rerum sensibilibus & que magnitudinem continentia sensu percipiuntur species sensibiles ab obiecti materia separate: sunt intellectus obiecta. Vt color/sonus/odor/sapor/realitas: sunt res sensibiles: quæ non percipiuntur sensu sine magnitudine/ cum non possint natura a magnitudine seungi. Ipsorum igitur species sensibiles citra materiam in sensu organo receptæ: sunt intelligibilia & intellectus obiecta. Nam huiusmodi sensibilibus species siue habitus & diu permanentes ut quæ sensu interiori servantur: siue passionem & cito transientes ut quæ percipiuntur sensu exteriori. similiter species mathematicorum re ipsa quidem coniuictorum & ratione abstractorum ut lineæ/ superficiæ/ circuli/ trianguli/ se habent ad in-

tellectum ut sensibilia ipsa ad sensum. At sensibilia: color/odor/sapor/ similiter linea/circulus sunt obiecta ipsius sensus: ergo ipsorum species sensibiles citra materiam sensibilibus in sensu receptæ/ sunt obiecta intellectus. Hanc ob causam si defuerit cuius natura aliquorum sensibilibus sensus ut linearum & magnitudinum: non potest illa natura consequi scientiam illorum sensibilibus ut geometriam. Et sicut defuerit sensus colorum: non potest de coloribus habere scientiam/ ut cæcus a nativitate. Et si audiens/ qui sonorum sensus est: non potest sonorum adipisci disciplinam ut musicam. Nam si defuit sensus exterior: non potest is exteriore sentiendi facultate huiusmodi deficientis sensus percipere sensibilia: quare nec interiore. Nam nihil percipit interior sensus/ quod ab exteriore non suscepit. Quod si nec interior sensus nec exterior huiusmodi sensibile phantasma speculari. quare ex opposito si intellectus sensibile phantasma speculari non potest: neque ipsa sensibilia. At cum defuit sensus a natura: non potest intellectus sensibile phantasma speculari/ cum nullum sit in sensu: ergo nec sensibile speculari poterit. Phantasmata enim sensualia sunt ad intellectum: sicut prima ipsa sensibilia ad sensum. Id tamen interest quod ipsa sensibilia prima & externa/ materiae coniuncta sunt. Phantasmata vero sensualia/ in sensu sine suorum sensibilibus materia existunt. Et huiusmodi sensualia phantasmata sensu interiore servata (nam de vis solis hic agitur sermo) differunt ab affirmatione & negatione: quia affirmationes & negationes sunt vere aut false intellectus enunciationes. Phantasmata autem nec vere sunt nec false compositiones aut divisiones: nam extra intellectum sunt. At extra intellectum nec veritas nec falsitas est: nam circa compositionem aut divisionem intellectus dumtaxat veritas aut falsitas versatur. Quare neque interioris sensus phantasmata sunt primæ sensibilibus intellectiones & notionem: ex quibus quidem notionibus sunt affirmationes & negationes. Sunt enim phantasmata sensualia/ obiecta primarum intellectuum: ut albedo est obiectum visionis: quare sicut albedo non est visio: ita nec phantasmata sunt ipse notionem primæ concretæ & singulares. Non tamen he primæ intellectiones sine phantasmatis sensuibus esse possunt: ut neque visio sine colore.

Sexti capitis note. Cupiditas/animositas/voluntas: vis cupiendi/ irascendi/ & volendi. Motus/motus secundum locum eius quod a se movetur.



Extum cap. continet sex conclusiones. quattuor rationes ad secundam, duas ad tertiam, & tres ad secundam partem sextæ. **Prima conclusio.** Nunc de movendi potentia determinandi scaptus affert locus. Nam anima duabus potissimum differentis discernitur atque diffinitur: cognitione videlicet & motu. De ea vero quæ cognitionem explicet: quæ sensum/intellectum/discretionemque continet: iam ample diffuseque differimus. De motu igitur & de loco in locum movendi facultate: nunc oportunitus determinandi se præbere videtur locus. Et de ipsa quaestio est an pars sit animæ: a cæteris animæ partibus magnitudine/subiecto/locoque differens atque distincta: an ratione sola. an tota sit anima. Et si pars sit: iterum an sit vulgarum animæ partium: quæ nuncupari solent concupiscibilis/ irascibilis/ & rationalis: an alia quælibet. **Secunda.** Anima non est tribus partibus concupiscibilis/ irascibilis & rationalis discernpta/ diuisa: quæ ut volunt aliqui. **Primo.** Quia quibus discernimibus cupiditas/animositas/atque ratio differant: liceret ob consimilia & consimiles differendi occasiones an animam in infinitas partes secare. **Secundo.** Quia videntur alie animæ potentie amplius quæ hæc distare. Nam vegetatiua virtus (quæ & plantis & animalibus communis est) plus videtur a tribus his differre: quæ ipse inter se. Et sentiendi virtus similiter. quam neque rationalem neque irrationalem facile putare possis. In has autem: animam non partuntur & secant. Minus igitur & in tres prædictas eam ipsam secari debere putandum est. **Tertio.** Non modo sensus: sed & imaginandi virtus ab his distare videtur. & tamen si anima in has tres partes esset dissecta/ imaginariã virtutem aut concupiscendi facultatem/ aut irascendi/ aut volendi esse oporteret. Sed dicant quam illarum efficiant. **Quarto.** Appetendi virtus/ altera potentia ratione esse: ab omnibus concederetur. Atqui hæc sequestrare/ diuelli & præcidere inconueniens videtur. quod tamen fieri necesse foret: & eius vna partium in concupiscibili/ vna in irascibili/ & vna in rationali abiret. Sunt enim concupiscencia/ ira/ voluntas: appetitus. non est igitur hoc pacto secanda anima: sed has partes (quemadmodum cæteras) sola ratione distare/ scilicet esse putare oportet. Sed nunc quid moueat animal/ disquirendum est: & alio quoque loco de spiratione & respiratione/ somno & vigilia futuram determinationem relinquemus. **Tertia conclusio.** Vegetatiua virtus/ animal non mouet. **Rati enim** sunt nonnulli altricem potentiam mouere ob augmentum & diminuentum quæ ab ipsa proficiuntur. Sed id non ita esse ostendimus. **Primo.** Quia semper de loco ad locum motus: alicuius fit gratia/ cum imaginatione/ prosecutione/ vel fuga: modo sponte & non coacta vi fiat. At nutritiua virtus & imaginatione caret/ & (qui sensum & imaginationem sequitur) appetitum. Non igitur vegetatiua virtus animal mouet. **Secundo.** Stirpibus inest vegetatiua virtus. si igitur ipsa esset motiua: ipsi natura aliquod tribuisset organum/ ad se de loco in locum transferendum. Nihil enim in natura sine visu & ociofum. Id autem factitatum non comperitur. Non modo uet igitur vegetatiua virtus. **Quarta.** Sensualis virtus: animal non mouet. **Nam plerumque** animalia sensum habent: quibus virtus motiua non adest. Fecisset enim ipsi natura ad illum exequendum instrumenta: si nihil frustra facit/ & in necessariis non deficit. nisi forte orbata/ lacerata/ & mutua excipias. quælia non sunt hæc: ut quæ augmentum & decrementum sumant/ pariter & generent. Non igitur sensitua virtus motiua est. **Quinta.** Virtus appetitiua: motiua non est. **Eadem cum superioribus** ratio duci potest. & concupiscencia & irascencia ut continentur: non sequuntur appetitum/ & minus rationales: sed intellectum rationemque sequuntur. Intellectus autem (ut modo probabitur) non mouet. **Sexta.** Motus/ a vis-

tute intellectiva non proficiscitur. ¶ Nam duplex est intellectus: contemplatiuus & actiuus, sed eorū neuter mouet. Contemplatiuus enim non mouet: quia de singularibus prosequendis fugiendisque nihil considerat. motus autem prosequentis aut fugientis est. Neque quidem actiuus; & si prosequendis fugiendisque vis illa consultatrix præsit. ¶ Primo. Quia sepe cum vis illa quæ non contemplatur/aliquid horrendum & fuga dignum intelligat: ita ut cor tremat/inhorrescant pilæ: non tamen mouet. Et cum aliquid prosequendum videat/vt pars altera voluptate prosequendi trahatur: plerumque tamen non mouet. ¶ Secundo. Quia frequenti vsu cœnit, vt cum ratio præcipiat aliqua fugere: non moueamur / aut aliqua prosequi: itidem non prosequamur, sed spreto rationis imperio quocumque concupiscentia trahit sequamur: vt incontinentes facere solent. ¶ Tertio. Medicus non semper sanat: & si medendi scientiam habeat. Et eques non semper equitat: & si equestrem possideat disciplinam. Itidem neque prudens consultans semper mouebit: quasi alterius sit proprium mouere quæ scientiæ & consultationis: & sciendi/consultandiue facultas. Non igitur vis intellectiva mouet.

¶ Notandum sexti capitis declaratio.

¶ Cupiditas vis cupiendi. Animofitas vis irascendi. Voluntas vis volendi. Et hæc tria idem sunt reipsa: vt pote anima operationum ex hisce potentis procedentium effectiua: diuersa tamen ratione secundum diuersas operationes/vt prius dictum est. ¶ Motus cuius causam hic philosophus inquirat est motus secundum locum animalium quo a seipsis mouentur: cuius species sunt progressio/volatio/natio/serptio: quarum definitiones ex prioribus sunt cognitæ.

Sexti capitis prima conclusio. Nunc de mouendi potentia determinandum est. Quis enim secundum communiorum rationem ipsa intelligendi vim præcedat: quia pluribus conuenit/¶ Et idcirco in ordine nominandi potentia virtuti intellectiue præponitur, tamen quia intellectus est vis cognoscendi vt sensus exterior & interior/magnam habens ad vtriusque sensum analogiam: apte post determinationem sensus continuato ordine subiuncta est determinatio de intellectu. Etiam intellectus est causa efficiens motus secundum locum animalium. Cognitio autem causa habenda est ad effectum cognoscendum: recte igitur de intellectu virtute prius de motu facta est determinatio. ¶ Probat ut ergo proposita conclusio. Quia anima potissimum duobus cognoscitur a cæteris formis substantialibus differre: scilicet cognitione & motu. De cognoscendi autem virtute (quæ sensum & intellectum continet) prius facta est determinatio: reliquum est igitur de virtute mouendi quæ animalia a se mouentur determinare. De qua quidem agitur questio an particularis sit animæ potentia a cæteris animæ viribus subiecto ¶ loco distincta. vt in aliqua materie particula & animæ sit mouendi potentia in qua nullæ cæterarum potentiarum sint: vel an potius sola ratione a cæteris distinguatur, aut vt in tota sit animæ potentia. Si vero particularis sit animæ potentia: an sit virtus concupisibilis/an irascibilis/an rationalis: in quas quidem tres potentias vulgariter antiqui animam/eiusque potentiam diuidebant: an sit alia a prædictis potentia. Ad has autem questiones breuiter respondendum est mouendi facultatem non esse totam animæ potentiam sed partialem: non distinctam subiecto a cæteris. Nam quæcumque animæ particula ¶ in quacumque parte materie habet vim mouendi: habet simul vim vegetandi/sentiendi/appetendi. Et non est determinata animæ pars illam vim habens: sed tota anima ¶ quæuis eius particula. Nam cum animæ partes consimiles sunt specie: easdem habent ¶ consimiles virtutes. Vltimum respondendum est mouendi potestatem non esse aliquam virtutem virtutum: & antiquos perperam diuisisse animam in illas tres virtutes: vt sequens ostendit conclusio. ¶ Secunda conclusio. Anima non recte in tres potentias diuiditur scilicet concupisibilem/irascibilem ¶ rationalem: vt volunt aliqui. ¶ Primo. Quia quantum deserunt inter se tres nominatæ virtutes: tantum ¶ cõplures aliæ differre assignari possunt: vt vis amandi/timendi/miserandi/gaudendi. Ergo quæ a ratione anima diuiditur in tres prædictas potentias: eadem prorsus ¶ in alias per multas diuidi potest: non est igitur data diuisio conueniens. ¶ Secundo. Quia aliæ animæ potentie plus differunt inter se ¶ a prædictis tribus quæ dicte tres inter se. Nam vegetandi virtus a prædictis tribus genere differt: similiter ¶ virtus sentiendi. Prædictæ autem tres sola specie inter se differunt. At quæ genere differunt plus differre cognoscuntur quæ sola specie. Et non diuidunt prædictæ diuisiois assertores animam in potentiam vegetandi ¶ sentiendi: neque eas sub aliquo membrorum prius positorum comprehendere possunt. Neque enim sub rationali appetitu quæ voluntas est: neque sub irrationali quæ cupiditas ¶ ita dicitur/duæ prædictæ potentie contineri possunt. Non igitur bene diuidunt animam in prædictas tres potentias. ¶ Tertio. Non solum sensus exterior sed etiam virtus imaginandi ab illis tribus genere differt. Quæ si anima in tres prædictas partes recte esset diuisa: oporteret imaginandi virtutem sub aliqua trium prædictarum comprehendere/¶ esse aut vim cupiendi ¶ irascendi aut volendi. At imaginandi virtus similitudo est istarum trium: neque sub aliqua recte potest comprehendere, igitur data diuisio non est sufficiens. ¶ Quarto. Virtus appetendi a prædictis tribus esse ratione altera ab omnibus admittitur, ergo si posita diuisio completa ¶ ¶ perfecta: necessarium esset eam sub his tribus membris aut earum alter: tantum contineri, at eam sub vna tantum contineri est impossibile: cum quælibet trium aliquid rationis eius participet: igitur sub illis tribus simul contineri dicenda esset: ¶ in tres partes diuidenda: quarum vna esset in concupisibili/altera in irascibili/tertia vero in rationali, perinde atque in gens lignum quolibet trium locorum cui imponi debeat inuis: in tres partes secaretur quarum vna vno loco accommodetur/altera pars alteri loco/tertia vero tertio. At appetendi virtutem hoc pacto distrahere ¶ reipsa diuidere est inconueniens: igitur anima non est prædicto modo diuidenda. Sed tres istæ partes (in quas appetendi virtus recte diuiditur) sola ratione ab invicem differunt: quemadmodum ¶ cæteræ virtutes animæ. Sed nunc causam efficiens motus animalis inquirere oportet: ¶ in aliud tempus determinationem de spiratione ¶ respiratione (somno ¶ vigilia referre. ¶ Tertia conclusio. Vegetatiua virtus/animal non a se secundum locum mouet. ¶ Putauerunt enim aliqui potentiam nutriendi efficere hunc animalis motum: quia augmentationem faciat ¶ diminutionem/in quibus alimentum ad omnem corporis nutriti partem fertur. Sed id verum non est. ¶ Primo. Quia motus a se animalium secundum locum fit gratia alicuius rei, prosequende aut fugiende cum imaginatione ¶ appetitu: dummodo fiat sponte ¶ non violente sive coacte. Vis autem nutriendi imaginatione caret appetitu sensuali/vt plante manifestat: igitur vegetandi virtus non mouet animal. ¶ Secundo. Si vegetandi virtus moueret: ergo quibuscumque adesse vt vegetandi virtus/eisdem conueniret virtus mouendi. Ad aliquibus vt plantis vegetandi virtus inest: quibus non conuenit sed mouendi facultas. Nam si mouendi virtutem haberent plantæ: natura ipsis aliquod dedisset organum ad se de loco in locum traducendum: quandoquidem in tota natura nihil est ocio sum. At nulla eis natura tradita sunt instrumenta mouendi, sed potius radix vt loco suo fixæ maneat. igitur vegetandi virtus non mouet. ¶ Quarta conclusio. Sentiendi virtus vt totum efficiens/animal non mouet. ¶ Nam si moueret: quæcumque sentirent/¶ loco a se mouerentur: quod falsum est. Nam aliqua animalia sensum habent/mouendi virtutem non habentia sed sed suæ mixta vt Cõbilia ¶ ostræ. Quæ si mouendi virtutem haberent: natura eis aliquod dedisset se mouendi instrumentum/ cum nihil frustra faciat et in necessarijs minime deficiat: si modo perfecta fuerint animalia ¶ non priuata membris. At ea quæ loco suo fixa manent/orbata non sunt ¶ mutila: quia augmentum habent ¶ decrementum simul ¶ suam simile generandi potentiam. igitur sentiendi virtus non mouet. ¶ Quinta conclusio. Virtus appetitiua vt totum efficiens/motiva non est. ¶ Eadem cum superiori ratio duci potest: nam quibuscumque adesse vis sentiendi/eisdem adesse vis appetendi. At quædam vim sentiendi habentia non se loco mouent/vt ostensum est: igitur ¶ non nulla vim appetendi habentia non se loco mouent. Præterea continentes concupiscentiæ/qui delectationes gustus ¶ tactus ad turpia trahentes superant: ¶ continentes iræ/qui appetitionem vindictæ ad quam insimulantur superant: non sequuntur appetitum. Et multo minus rationales/virtutesque prædicti appetitum sequuntur sed rationem ¶ intellectum: igitur appetitiua virtus nullo pacto mouet. ¶ Sexta. Neque intelligendi vis vt totum ¶ præcipuum efficiens/animal mouet. ¶ Nam cum duplex sit intellectus: scilicet contemplatiuus ¶ actiuus: eorum neuter vt sufficiens ¶ tota causa animal mouet. Contemplatiuus enim non mouet: quia de singularibus aut prosequendis ¶ fugiendis (vt quæ contingitia sunt) ¶ hic ¶ nunc existentia) non considerat: sed vniuersalia tantum ¶ impossibilia aliter se habere contemplantur. Motus autem animalis est aut quicquid prosequentis aut fugientis: ¶ ad prosequendum fugiendumque animalis datus. Neque actiuus intellectus animal mouet ¶ si ad prosequendas res aut fugiendas ordinatus sit. ¶ Primo. Quia cum actiua mentis virtus aliquid intelligit iure fugiendū ¶ horrendū vt sola cogitatione rei cor tremat/ ¶ pili eriguntur in capite: nõ tamen profectus mouet: sed voluntatem se mouendi adesse necesse est. vt si intelligat domum casuram se obruere debere / aut hostes sibi mortem insistentem: ¶ fuga suæ salutis nõ consulat. Similiter cum intellectus actiuus videt aliquid prosequendum/¶ voluptate rei prosequende trahatur: plerumque tamen non mouet. ¶ Secundo. Sepius vsu venit vt cõ recta ratio percipiat aliquid fugiendum: non tamen ad fugiendum moueamur: sed concupiscentiæ obtemperemus illa prosequentes. Et contra cum ratio suadet aliquid prosequi: non tamen ad prosequendum moueamur. sed spreto rationis consilio/cupiditate mortem geramus/illud fugientes: vt incontinentes facere solent. igitur actiua vis mentis animal non mouet. ¶ Tertio. Medicus non semper sanationem exercet: ¶ si medicandi artem habeat. Et eques non semper equitat: quæ equestrem artem consecutus sit. Et quicunque habitum habet: non semper illius operationem exercet. Ita nec prudens consultans semper mouet hominem: ac si alteri potius conueniat mouere quæ prudentia ¶ consultationi. igitur intellectus actiuus non mouet animal: quare neuter intellectus mouendi virtutem habet. ¶ Septimi capitis nota.

¶ Eptimum cap. continet quattuor conclusiones, vnum correlatum, vnam questionem cum altero correlario ad tertiam; & vnum correlatum ad quartam. ¶ Prima conclusio. Hæc duo/intellectus & appetitus animal mouent. ¶ Sub intellectus: phantasia & imaginationem comprehendimus. Nam homines plurima ex parte imaginatione: potiusque disciplina & consilio reguntur. Et cetera animalia (quia prudentia carent) solius phantasie vsum habent. Et nos de intellectu practico intelligimus: qui a contemplatiuo fine differt. Nam contemplatiuus finis/ sola veritatis inspectio est: practici vero & administratiui/appetitio atque prosecutio. Et quæ hæc duo mouent/patet. Nam omnis appetitus propter aliquid est: aut prosequendum aut fugiendum. Et cuius est appetitus: hoc principium est practici/consultatiue intellectus. Vltimum enim: & in quod resoluitur actionis principium. igitur cum actiua cognoscens virtus mouet/appetitus rei gratia mouet. Non igitur sine appetitu mouere potest. Non immerito igitur hæc duo: intellectus & appetitus animal mouent. ¶ Secunda. Intellectus & appetitus vt vnum mouens mouent. ¶ Nam vnum est quod vt obiectum mouet/appetibile scilicet est enim principium, & illius gratia intellectus nõ sine appetitu mouet: sunt igitur vnum mouens. Si enim vt duo mouerent: nõ secundum cõmunem vtriusque speciem motus mouerent: sed hoc vna specie: illud altera, quod non fit. Cum enim ratio mouet: consimiliter voluntas mouet. Est enim voluntas/appetitus. non tamen cum appetitus mouet: rationem mouere oportet. Nam concupiscentia & ira/appetitus sunt: qui sine ratione (vt cum imaginatione) tamen mouere possunt. Hoc tamen inter rationem & voluntatem parte ex vna: phantasia ¶ appetitum parte ex altera interest. quæ rationalis intellectus & voluntas semper recta sunt: phantasia vero & appetitus/recta & nõ recta. ¶ Tertia. Non omne bonum/appetitum mouet ad animal mouendum. ¶ Nam appetibile ita mouet appetitum. Appetibile autem hic dicimus quod bonum est aut bonum apparet/contingens/ & in nõstra potestate, non autem omne bonum: tale est. Non igitur omne bonum: appetitum ciet ad animal mouendum. ¶ Correlarium. Hinc fit vt iterum non equa fuisse dignoscatur tripartita animæ diuisio in concupisibilem/irascibilem/ & rationalem. ¶ Nam appetitiua/vna est quæ cum practico intellectu aut cum imaginatione animal mouet, non itaque hoc pacto fuit anima secunda. sed si secunda fuisset: longe in pluribus particulis (vt dictum est) secunda fuisset: vt vegetatiuam/sensitiuam/appetitiuam/ intellectiuam/contemplatiuam/ & actiuam, quæ plus differre ad invicem videntur: quæ concupisibilis & irascibilis. ¶ Quæstio. Si appetitiua virtus vna sit in nobis: quo pacto euenit nos appetitus sentire cõtrarios: ¶ Responso.



¶ Eptimum cap. continet quattuor conclusiones, vnum correlatum, vnam questionem cum altero correlario ad tertiam; & vnum correlatum ad quartam. ¶ Prima conclusio. Hæc duo/intellectus & appetitus animal mouent. ¶ Sub intellectus: phantasia & imaginationem comprehendimus. Nam homines plurima ex parte imaginatione: potiusque disciplina & consilio reguntur. Et cetera animalia (quia prudentia carent) solius phantasie vsum habent. Et nos de intellectu practico intelligimus: qui a contemplatiuo fine differt. Nam contemplatiuus finis/ sola veritatis inspectio est: practici vero & administratiui/appetitio atque prosecutio. Et quæ hæc duo mouent/patet. Nam omnis appetitus propter aliquid est: aut prosequendum aut fugiendum. Et cuius est appetitus: hoc principium est practici/consultatiue intellectus. Vltimum enim: & in quod resoluitur actionis principium. igitur cum actiua cognoscens virtus mouet/appetitus rei gratia mouet. Non igitur sine appetitu mouere potest. Non immerito igitur hæc duo: intellectus & appetitus animal mouent. ¶ Secunda. Intellectus & appetitus vt vnum mouens mouent. ¶ Nam vnum est quod vt obiectum mouet/appetibile scilicet est enim principium, & illius gratia intellectus nõ sine appetitu mouet: sunt igitur vnum mouens. Si enim vt duo mouerent: nõ secundum cõmunem vtriusque speciem motus mouerent: sed hoc vna specie: illud altera, quod non fit. Cum enim ratio mouet: consimiliter voluntas mouet. Est enim voluntas/appetitus. non tamen cum appetitus mouet: rationem mouere oportet. Nam concupiscentia & ira/appetitus sunt: qui sine ratione (vt cum imaginatione) tamen mouere possunt. Hoc tamen inter rationem & voluntatem parte ex vna: phantasia ¶ appetitum parte ex altera interest. quæ rationalis intellectus & voluntas semper recta sunt: phantasia vero & appetitus/recta & nõ recta. ¶ Tertia. Non omne bonum/appetitum mouet ad animal mouendum. ¶ Nam appetibile ita mouet appetitum. Appetibile autem hic dicimus quod bonum est aut bonum apparet/contingens/ & in nõstra potestate, non autem omne bonum: tale est. Non igitur omne bonum: appetitum ciet ad animal mouendum. ¶ Correlarium. Hinc fit vt iterum non equa fuisse dignoscatur tripartita animæ diuisio in concupisibilem/irascibilem/ & rationalem. ¶ Nam appetitiua/vna est quæ cum practico intellectu aut cum imaginatione animal mouet, non itaque hoc pacto fuit anima secunda. sed si secunda fuisset: longe in pluribus particulis (vt dictum est) secunda fuisset: vt vegetatiuam/sensitiuam/appetitiuam/ intellectiuam/contemplatiuam/ & actiuam, quæ plus differre ad invicem videntur: quæ concupisibilis & irascibilis. ¶ Quæstio. Si appetitiua virtus vna sit in nobis: quo pacto euenit nos appetitus sentire cõtrarios: ¶ Responso.

¶ Putauerunt enim aliqui potentiam nutriendi efficere hunc animalis motum: quia augmentationem faciat ¶ diminutionem/in quibus alimentum ad omnem corporis nutriti partem fertur. Sed id verum non est. ¶ Primo. Quia motus a se animalium secundum locum fit gratia alicuius rei, prosequende aut fugiende cum imaginatione ¶ appetitu: dummodo fiat sponte ¶ non violente sive coacte. Vis autem nutriendi imaginatione caret appetitu sensuali/vt plante manifestat: igitur vegetandi virtus non mouet animal. ¶ Secundo. Si vegetandi virtus moueret: ergo quibuscumque adesse vt vegetandi virtus/eisdem conueniret virtus mouendi. Ad aliquibus vt plantis vegetandi virtus inest: quibus non conuenit sed mouendi facultas. Nam si mouendi virtutem haberent plantæ: natura ipsis aliquod dedisset organum ad se de loco in locum traducendum: quandoquidem in tota natura nihil est ocio sum. At nulla eis natura tradita sunt instrumenta mouendi, sed potius radix vt loco suo fixæ maneat. igitur vegetandi virtus non mouet. ¶ Quarta conclusio. Sentiendi virtus vt totum efficiens/animal non mouet. ¶ Nam si moueret: quæcumque sentirent/¶ loco a se mouerentur: quod falsum est. Nam aliqua animalia sensum habent/mouendi virtutem non habentia sed sed suæ mixta vt Cõbilia ¶ ostræ. Quæ si mouendi virtutem haberent: natura eis aliquod dedisset se mouendi instrumentum/ cum nihil frustra faciat et in necessarijs minime deficiat: si modo perfecta fuerint animalia ¶ non priuata membris. At ea quæ loco suo fixa manent/orbata non sunt ¶ mutila: quia augmentum habent ¶ decrementum simul ¶ suam simile generandi potentiam. igitur sentiendi virtus non mouet. ¶ Quinta conclusio. Virtus appetitiua vt totum efficiens/motiva non est. ¶ Eadem cum superiori ratio duci potest: nam quibuscumque adesse vis sentiendi/eisdem adesse vis appetendi. At quædam vim sentiendi habentia non se loco mouent/vt ostensum est: igitur ¶ non nulla vim appetendi habentia non se loco mouent. Præterea continentes concupiscentiæ/qui delectationes gustus ¶ tactus ad turpia trahentes superant: ¶ continentes iræ/qui appetitionem vindictæ ad quam insimulantur superant: non sequuntur appetitum. Et multo minus rationales/virtutesque prædicti appetitum sequuntur sed rationem ¶ intellectum: igitur appetitiua virtus nullo pacto mouet. ¶ Sexta. Neque intelligendi vis vt totum ¶ præcipuum efficiens/animal mouet. ¶ Nam cum duplex sit intellectus: scilicet contemplatiuus ¶ actiuus: eorum neuter vt sufficiens ¶ tota causa animal mouet. Contemplatiuus enim non mouet: quia de singularibus aut prosequendis ¶ fugiendis (vt quæ contingitia sunt) ¶ hic ¶ nunc existentia) non considerat: sed vniuersalia tantum ¶ impossibilia aliter se habere contemplantur. Motus autem animalis est aut quicquid prosequentis aut fugientis: ¶ ad prosequendum fugiendumque animalis datus. Neque actiuus intellectus animal mouet ¶ si ad prosequendas res aut fugiendas ordinatus sit. ¶ Primo. Quia cum actiua mentis virtus aliquid intelligit iure fugiendū ¶ horrendū vt sola cogitatione rei cor tremat/ ¶ pili eriguntur in capite: nõ tamen profectus mouet: sed voluntatem se mouendi adesse necesse est. vt si intelligat domum casuram se obruere debere / aut hostes sibi mortem insistentem: ¶ fuga suæ salutis nõ consulat. Similiter cum intellectus actiuus videt aliquid prosequendum/¶ voluptate rei prosequende trahatur: plerumque tamen non mouet. ¶ Secundo. Sepius vsu venit vt cõ recta ratio percipiat aliquid fugiendum: non tamen ad fugiendum moueamur: sed concupiscentiæ obtemperemus illa prosequentes. Et contra cum ratio suadet aliquid prosequi: non tamen ad prosequendum moueamur. sed spreto rationis consilio/cupiditate mortem geramus/illud fugientes: vt incontinentes facere solent. igitur actiua vis mentis animal non mouet. ¶ Tertio. Medicus non semper sanationem exercet: ¶ si medicandi artem habeat. Et eques non semper equitat: quæ equestrem artem consecutus sit. Et quicunque habitum habet: non semper illius operationem exercet. Ita nec prudens consultans semper mouet hominem: ac si alteri potius conueniat mouere quæ prudentia ¶ consultationi. igitur intellectus actiuus non mouet animal: quare neuter intellectus mouendi virtutem habet. ¶ Septimi capitis nota.

Sicut potentia sentien di vna est: quinque diuersis vsu sensuum functionibus. ita appetendi virtus vna est: in tres diffusa actus/concupiscentiam/iram atq; rationem. Et quotiens ratio aduersatur/contrahit it cupiditatis/ & ire: hos contrarios appetitus in nobis experimur. **Correlarium.** Quo fit vt haec appetituum dissentio his solis animantibus accidat: quae intellectum habent & temporum discretionem. **Nam** concupiscentia cum praesens delectabile & quod titillet attendit: tanq; summum bonum sit/ scelerimanus dat victas: quia nihil de futuro prauidet. intellectus vero futurum prospiciens exitum atq; finem: ipsam retrahit/ suoq; renititur victo. Et hic illa appetituum in nobis dignoscitur pugna. **Quarta.** Vnu est specie mouens quod non mouetur: & vnum specie quod mouet & mouetur. **Nam** primum est appetibile/quod appetitum ciet: pellitq; & non mouetur. Secundum est appetitus qui (vt dictum est) ab appetibili meditante intellectu aut imaginatione excitatur: qui & mouet animal. **Correlarium.** Hinc fit vt ad parandum motum: quattuor requirantur. mouens quod & primum immobile vt bonum. mouens quod & idem mouetur vt appetituum. quod mouetur vt animal. & quo mouetur vt sensibile & corporeum organum. de quo in eo loco (qui de operibus/corporis & animae communibus) diligentius considerandum est. huiusmodi enim corporeum organum: tubera/vertebra/concauaq; ad commissuras & compages tenet. Est & iunctura communis parti quiescenti & motu/ratione diffidens: reuoluiturq; vna pars in alterius concauo. & motus ille pulsus & tractu completur. Estq; aliquid circa quod reuoluitur (vt in circulo) quiescens. Sed hactenus satis dictum est quo modo appetituum (quod non sine imaginatione est) vt tale: animal mouet. & imaginationem intelligimus aut rationalem quae in hominibus reperitur: aut sensualem quae & in hominibus & aliis conspicitur animantibus.

Notarum septimi capitis declaratio.

Potentia dicitur reuera quae suam naturam sequendo prudentiae limites obseruat. vt intellectus actiuus & voluntas rationalis. quae cum naturam suam sequuntur/ secundum prudentiam consultant & operantur/ circumstantias rationis seruando. Prudentiae quidem limites non excedere/ neq; plus neq; minus q; oportet facere: sed modum vt vir prudens diffinit tenere. **Quis enim** in prauis vitijs vis/ prudentiae limites non obseruet: id tamen ex eo euenit q; neutra suam naturam sequitur sed exorbitat. **Reuera autem** est non reuera dicitur potentia quae suapte natura prudentiae legibus non astringitur neq; deumicla est: quibus interdum eas seruet. vt appetitus sensualis in homine & imaginatio/ de se non tenentur limitibus prudentiae sicut neq; in brutis/ immo per prudentiam vtraq; a sua natura quodammodo abducitur/ & superiori virtuti contra propriam inclinationem parere cogitur. tamen interdum seruat vtraq; metam prudentiae: per alterum scilicet & superiorum cui respondet virtutem. vt imaginatio/ intellectu actiuo se conformans: & appetitus sensualis/ voluntatis sequens imperia obseruat circumstantias rationis/ & prudentiae regulam. **Imaginatio per se** pro virtute imaginandi sumitur & imaginatione sensuali. At cum ei adiungitur rationalis. capitur pro intellectu. quemadmodum intellectus per se pro virtute intellectiva & intellectu rationali sumitur: sed cum amectitur ei sensualis/ capitur pro imaginandi virtute. **Quia enim** vnum alterius est vestigium/ & alterum veritas: vtriusq; nomen ad alterum apte transfertur. **Quod vt clarus eluceat** notare oportet: tres esse potentias inferiores & hominibus & brutis animalibus communes: quibus tres in homine respondent potentiae superiores vt exemplaria suis imaginibus/ & immateriale materiali. **Prima inferiorum** est imaginatio sensualis/ & virtus sentiendi interior: in organo corporeo suas exercens operationes. Cui respondet superior virtus intellectiva in homine a corpore secundum operationem separata: & tanto imaginatione dignior/ quanto immortale mortali dignitate praestat. **Vtraq; istarum** cognoscendi dicitur. Sensus autem exterior sub inferiori continetur: cui est administratorius/ & desert ab extrinseco rerum speciebus/ imprimit quo interior suas functiones peragat. **Secunda inferior potentia** est appetitus sensualis: suas inidem in corporeo subiecto operationes absolvens/ praesens delectabile praeteritumq; sensu adminiculo prosequens/ & nihil de futuro prospiciens. Et haec mortalis est imitatio/ patitur. Cui respondet potentia superior scilicet voluntas in homine. in subiecto incorporeo propria potentia sua opera exercens: & proinde a corpore separabilis/ immortalis & perpetua. Et harum vtraq; potentia appetendi dicitur: haec quidem rationalis/ illa vero sensualis. **Tertia inferior potentia** est memoria sensualis: per species in sensu interioris organo seruatas rerum prius sensu perceptarum recordationem faciens. Et haec tam brutis q; homini communis est vt caeterae inferiores: & in organo corporeo suas exercet operationes/ interitumq; habet. Cui respondet potentia superior in homine quae dicitur memoria secundum quae aeternorum & supramundano: per suas species in animo seruatas homines iugiter recordantur/ ea meditantur & recolunt. Et haec (vt caeterae superiores) in subiecto incorporeo propria potentia suas exercet operationes: ab interitu summa dei bonitate vindicata. Et harum vtraq; potentia memorandi nuncupatur. **Tres itaq; recolligitur** potentiae superiores quibus anima rationalis insignita est scilicet intellectus/ voluntas/ & memoria secundum summam vnitatis & eiusdem individuae trinitatis in homine dignissimum vestigium/ ob quod dictum est. Etiamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Et hinc diuinus est vultus quem propheta saepius commemorat: & ad cuius considerationem quoties animus conuertitur/ se intimo & spiritali gaudio persufum attestatur. Signatum est (inquit) super nos lumen vultus tui dominet/ dedisti letitiam in corde meo. Et alio loco. adimplebis me letitia tua vultu tuo. Et rursum. Letificabis in gaudio cum vultu tuo. Et deniq; Spera in deo quonia adhuc confitebor illi: salutare vultus mei & deus meus. Rogandus itaq; est optimus rerum omnium pater qui tanta dignitate pro sua immensa bonitate homini conferre dignatus est: vt eum sui vultus diuina imagine insignuerit: q; illuminet vultu suo super nos/ eiq; persiciat dignis suae maiestatis vestigijs: quae tanta largitate homini concessit. Et qui per naturalis philosophiae studium ad huius diuinae in nobis elucens imaginis cognitionem a vestigijs cognoscendo perducti estis: ad eam dignis & pulchris tum disciplinis tum virtutibus exornanda & pscienda enitimini: quae diuinae maiestatis oculis placeant sua in nobis vestigia recognoscensibus. nec admittite aut turpe quicquam secundum vestros animos contaminare aut pollueret quod diuini abhorreant oculi. Nam si quis regis imaginem aut principis luto defodians/ laese maiestatis reus non effugit supplicium. Ita nec eos immunes penarum fore credite: qui diuinam imaginem vicijs

Quae sunt potentiae inferiores in hoic.

Quae sunt hominis potentiae superiores.

& flagitij commaculant. **Practerea** sicut duplex est intellectus: actiuus scilicet & contemplatiuus. Actiuus quidem ad consideranda singularia & contingentia in hoc vitae statu prosequenda aut fugienda. qui artem & prudentiam habet habitus. Contemplatiuus vero ad vniuersalia & necessaria consideranda: cuius habitus sunt scientia/ intellectus/ & sapientia. Ita duplex est voluntas: quaedam actiuas/ quae cum ratione & proposito circa singularia in hac vita mortali operatur. Et eius habitus sunt virtutes morales: optima ad hic recte viuendum eius praesidia. Altera est supramundana quae summi rerum auctoris & beatissimorum/ immortaliuq; entium desiderio tota apitur/ eorum flagrat amore/ & ad eorum consortiu consequendum gembunda suspirat/ se carere corporis cripi/ dissoluiq; cum diuo Paulo postulat. Et haec tanto voluntate actiuam antecedit: quanto celestia (circa quae tota intenta est) terrenis superiora sunt. Et habitum habet: dei & diuinarum rerum ardentissimum amore. haec enim deum super nos diligere iubetur: inferiori vero proximum sicut nos ipsos. **Ita duplex est memoria** foecunda siue intellectiva. Vna quidem inferior: operationibus in hoc vitae statu agendis subseruiens/ & intellectui actiuo respondens. Altera vero superior & supramundana/ dei & eius bonitatis/ imaginum/ plenitudinem/ maiestatemq; in qui meditatione recolens: & solam rerum celestium/ diuinarumq; beneficiorum cogitationibus intenta/ semperq; diuina sibi recolendo praesentia habens & seruans. Et haec tanto inferiorem memoriam dignitate excedit: quanto celestia exuperat sensibilia/ & intellectus contemplatiuus actiuum. **Cum itaq; triplex sit in homine potentia: cognoscens** Diuisio potentiae appetendi & memorandi: earum vnaquaeq; triplex est. Cognoscendi quidem: imaginatio/ intellectus actiuus/ intellectus contemplatiuus. **Appetendi** Appetitus sensualis/ appetitus rationalis inferior/ appetitus rationalis superior. **Memorandi**: memoria narum. sensualis/ memoria rationalis inferior/ memoria rationalis superior. quare non modo triplex est in homine potentia/ sed & tripliciter triplex & nonario tetragono definita. Et intelligenda sunt haec potentiae sola ratione aduicem distinctae. Nam reipsa non sunt nisi vna eademq; anima rationalis. **Et eiusdem ordinis diuersas coniungendo** vt tres primas/ tres medias & tres supremas: triplex in hominibus inuenitur vita secundum potentias quas sequuntur sumpta. **Prima est infra hominem** & eorum qui sequuntur intellectum sensualem/ appetitum sensualem/ & memoriam sensualem: vt improbi & prauis. Et infra hominem dicitur: q; haec pro humana dignitate vita non est sed bruta: cum sit secundum eas potentias quas bruta sequuntur/ immo brutorum vita inferior. Nam animalia rationis expertia illas sequendo potentias viuunt secundum propriam naturam: & superiores quas sequuntur non habeant. Homo vero dignioribus potentijs neglectis a se de generans: abieciore sequitur & inferiores. Et de his dicitur sacrae litterae. Homo cum in honore esset non intellexit/ comparatus est iumentis insipientibus & similis factus est illis. A qua quidem vita nos reuocat id Dauidicū. Nolite fieri sicut equus & mulus: quibus non est intellectus. Nam qui ita viuunt/ similes sunt animali habenti quidem potentiam sentiendi/ appetendi/ & mouendi sed eius operationes non exercent: immo solum plantarum sequenti & facienti opera/ vt vegetationem & nutritionem. Et sicut tale animal (quod quidem natura ocio sitatem fugiens/ penitus abhorret) esset monstrum simile/ immotum & truncum: immo verius animal arboreum. Ita homo inferiorum & sensiuarum virium operationes solum sequens: est monstruosus animo & homo bestialis. Et hinc omne pendet malum & lapsus in hominibus: suae sortis dignitatem non seruantibus & ab ea de generantibus. **Secunda est vita secundum hominem** & eorum qui sequuntur medias potentias scilicet intellectum rationalem/ appetitum inferiorem & actiuum/ appetitum rationalem & voluntatem inferiorem/ & memoriam rationalem inferiorem. Et dicitur secundum hominem: quia homo ita viuens propria sequitur naturam/ & sibi proprias exercet operationes scilicet virtutum officia per consultationem & electionem. Et haec imitatio (quae ad superiora non fiat consensus) est grata optimo rerum parenti: quam habent pie mentis homines illiterati aut ad altas contemplationes non euecti. Et haec eorum vita actiuas dicitur. **Tertia vero est vita supra hominem** & eorum qui supremas sequuntur potentias earumq; operationes exercent: scilicet intellectum contemplatiuum/ voluntatem appetitumq; rationalem superiorem/ & memoriam rationalem superiorem. Et supra hominem dicitur: quia huiusmodi vita viuentes hominum commune naturam excedunt/ & ad diuinarum vitam excedunt: & homines diuini vocandi sunt siue heroici. Et vita haec contemplatiua dicitur proxima celestium imitatrix: ad quam actiuas vita ordiatur vt modum ad finem. Non enim potest homo contemplatiua vitam recte exercere/ qui prius secundum actiuam non recte vixerit. quemadmodum eiusdem denominationis potentiarum prior ad posteriorem ordiatur: vt imaginatio est gratia intellectus actiuus/ & intellectus actiuus gratia contemplatiuus/ sic appetitus sensualis gratia voluntatis inferioris & inferior gratia superioris. Debet itaq; qui generoso sit aio primam penitus abhorreere & a pecora appellatioe se vindicare/ secundam amplecti hoi propria & peculiariter. Et quibus benignior aspirauerit natura: imo vero naturae & virtutis ois dñs: no debet scda abire cōtēti/ sed & tertiā cōsequi: vt proximae possit diuinae esse participes. Haec aut tres viuendi rationes secundum triplices potentias supra pt: haec descriptioe facile cognoscuntur.

| | Prima vita | Secunda vita | Tertia vita |
|-------------|---------------|-------------------------------|--------------------------------------|
| Intellectus | Sensualis | Rationalis inferior & actiuus | Rationalis superior & contemplatiuus |
| Memoria | Sensualis | Rationalis inferior | Rationalis superior |
| Voluntas | Sensualis | Rationalis inferior | Rationalis superior |
| | Infra hominem | Secundum hominem | Supra hominem. |

Et quemadmodum intellectus est omnia: quia omnium rerum notiones continet/ sic & voluntas sit omnia per concupiscentiam & amorem: quia rebus omnibus se potest addicere & ab eis nomen sumere. Aliquando quidem descendit infra se cum diligit res momentaneas & transitorias: vt delicias/ honores/ pecuniam: & sit illa/ per coniunctionem amoris. Aliquando sine descensu in equalitate manet: cum res sibi consentaneas amore complectitur & sit ipse res amat. Aliquando vero ascendit supra se cum dignissima naturae entia & supramundana amore prosequitur/ & transformatur in ea per vim amoris accipitq; ab eis dignitate sicut a caeteris rebus ipsa sumit rei amatae naturam & conditionem. Hinc doctissimi/ hominem Cameleonta appellant q; sicut Cameleon assimilatur cuiusq; coloris fit propinquus: ita homo per voluntatis libertatem rebus omnibus quas prosequitur sit assimilabilis. Et maxime/ & purissime rerum parentis munus & quo homini aliud praesentius datum non videtur: est liberum arbitriū quo sponte & non necessitate inductus ei praebet obsequium: & fiat non modo humanus vel angelicus/ sed & deiformis. Contra vero si velit fiat aut brutus aut arboreus. Neq; desinitus est homo diuinae prouidentia. vt impij oblatant/ neq; idcirco labitur in deterius: sed libertate arbitrii

donatus eam sepius deflectit ad sinistram & se infra se abicit. Ea enim libertas in homine vestigium est ipsius summæ libertatis qua mundi conditor optimus rebus suam bonitatem comunicavit/eaq; libere perduxit ad ortum: quo quidem vestigio solum insigniuit hominem in hoc mundo sensibili. **M**otus autem animalium quo a se mouetur symbolus est emanationi ipsius mundi ab optimo eius opifice. vt quemadmodum animalia post summam quietudinem ab eo motu eum sponte incipiunt & rursum sponte dimittunt: ita optimus rerum opifex eum sibi placitum est mundum perduxit ad esse: & cum ei visum fuerit rursum finiet. Quare vt animalium motus ab intellectu & voluntate (sub intellectu imaginationem/ & sub voluntate appetitum sensualem comprehendendo) procedit: ita & mundus a diuino intellectu & voluntate processit. Quod si in signo deprehendisset Aristoteles: posuisset mundum incepisse & sine habiturum/ nec a se rursus eum necessitate nature ab ipso rerum autore processisse vt lumen a luce. Ad quod tamen asserendum potissimum eum impulit ociositas in deo vitanda & torpor: quem in ipso posuisse visus fuisset/ si ipsum ante mundi exordium fuisse admisisset: idcirco non recte analogizauit philosophus motum vniuersi ad nutritionem, quia nutritio necessitate nature fit/ & quæ durat animal: durat & ille motus. Et mundus hic sensibilis prodijt a prudentia & intellectu diuino actiuo: qui est contingentium & possibilium aliter se habere. & ergo hic mundus contingens est & possibilis aliter se habere. Mundus autem intelligibilis in sapientia & intellectu contemplatiuo factus est: qui est necessariorum & impossibilium aliter se habere. Et ergo mundus intelligibilis perpetuus est.

Septimi capituli prima conclusio. Hæc duo simul scilicet intellectus & appetitus animal mouet. Intellectus inquam tum rationalis tum sensualem quæ phantasia & imaginatio dicitur. **N**am homines vt plurimum imaginatione potius trahuntur quæ regantur consilio & prudentia: quemadmodum maiori ex parte homines appetitum sensualem sequuntur quæ rationalem. Cetera autem præter hominem animalia (quia prudentiæ sunt expertia) solius phantasiæ vt superioris eorum potentie operationem habent: Motet etiam appetitus tum rationalis quæ dicitur voluntas/ tum sensualem & brutus. Nempe intellectus rationalis cum voluntate mouet homines ratione sequentes. Imaginatio vero & appetitus sensualem mouet animalia irrationalia & homines rationem non sequentes. Et hic de intellectu consultatiuo solum fit mentio: qui a contemplatiuo diuersitate finis differt. Nam finis contemplatiui est sola veritatis sine prosecutione & fuga consideratio: & ergo non mouet neq; ad mouendum incitat. Consultatiui autem & practici intellectus finis est rei prosecutio aut fuga: & hic ad mouendum incitat. **Q**uæ autem hæc duo prius posita moueat patet. Quia omnis appetitus est propter aliquid sequendum aut fugiendum: quod quidem appetibile dicitur/ appetitusq; obiectum. Et illud cuius vt obiecti est appetitus/ principium est excitatiuum & motiuum intellectus actiuum. Nam impellit intellectum ad consultandū de medijs conuenientibus ad finem illum acquirendum necessarijs. Et idem appetibile est vltimum in assecutione: & in quod terminatur desinitq; præcedens actio. Exempli gratia. Appetit aliquis sanitatem quam deperdit/ vt bonum. Sanitas appetibile est & finis: ea mouet intellectum consultatiuum: vt inquirat conuenientia media hunc finem assequendi. Inquirens intellectus deprehendit facile sanitatem reparari posse si consulatur medicus/ accipiaturq; purgatiuum medicamentū. Voluntas id medium acceptat. Ab intellectu actiuo & voluntate impellitur & grotus ad accedendum medicum. Fit ad illum professio/ medicamenti receptio/ & deniq; reparatur sanitas. Ecce sanitas primum est in intentione/ sed vltimum in assecutione. Cum igitur intellectus actiuus mouet: gratia rei appetitæ mouet/ quare cum appetitu mouet. Iure igitur hæc duo coniuncta intellectus & voluntas animal mouet. **S**ecunda conclusio. Intellectus & appetitus vt vnum mouens animal mouent: perinde atq; sortes & plato simul leuantes lapidem sunt vt vnum leuans. **P**ater. Nam obiectum exterius quod mouet appetitum scilicet ipsum appetibile: est vnum, quia est principij excitandi/ impellendiq; intellectum ad consultandū. cuius quidem gratia intellectus simul cum appetitu mouet. igitur intellectus & appetitus sunt vnum mouens. Si enim mouerent vt duo mouentia: non secundum eundem motus speciem mouerent/ sed appetitus vna specie motus moueret & intellectus altera. quemadmodum si duo homines moueant baculum vnus quidem sursum alter vero in gyrum: sunt vt duo mouentia/ & secundum diuersam motus speciem mouent. est enim motus sursum alter specie a circūgyratione. At intellectus & appetitus scdm eandem penitus speciem motus aial mouent: immo motū numero eundem efficiunt. igitur nō mouent vt duo mouentia. Cū enim ratio mouet: cōsimiliter & eodē mouēdi mō voluntas mouet. At voluntas est appetitū. Igitur cū rō mouet: & appetitus mouet, nō tamē e diuerso, quā dōcōq; appetitus mouet: rōnē mouere necesse est. Nā concupiscentiā & irā nō mouet cū ratione sed imaginatione. Et concupiscentia & irā sunt appetitus. aliquis igitur appetitus non mouet cū ratiōe. Nō igitur quandoquē appetitus mouet: & rationem mouere necesse est. Hæc tamen inter rationem & voluntatem ex vna parte & phantasiā cum sensuali appetitu ex altera parte est differentia: intellectus actiuus & voluntas semper recta sunt: & suapte natura prudentiæ regulas sequuntur. Phantasia vero & sensuali appetitus aliquando quidem recta: vt cum a superioribus diriguntur potentijs/ aliquando vero non recta/ cum propriam sequuntur naturam. **T**ertia conclusio. Non omne bonum mouet appetitum ad animal mouendum. **N**am appetibile quatenus appetibile est: mouet appetitum/ vt visibile visum/ & intelligibile intellectum. Appetibile autem in proposito dicitur quod bonum est aut bonū apparet: contingens/ possibileq; non esse/ & in nostra potestate: quod scilicet si volumus prosequimur/ & si nolimus non prosequimur. At non omne bonū est contingens: & in nostra potestate. Sunt enim bona contemplabilia necessaria & bona supramundana: quæ pro hac vite conditione assequi non possumus. igitur non omne bonū mouet appetitum ad animal mouendum. **C**orrelariū. Hinc fit vt iterum cognoscatur non recta fuisse diuisio anime virtutisq; eiusdem in concupiscentia/ irascibilitate/ & rationali. **N**am appetitiua virtus alia a tribus dictis vna est potentiarum anime: quæ cum virtute imaginatiua aut intellectu animal mouet. Non igitur virtus anime in tres illas partes diuidenda fuit: sed lege in plures partitulas/ partialesq; virtutes diuidi debuit: vt vegetatiua/ sensitiua/ appetitiua/ intellectuā/ contemplatiua/ & actiua: quæ plus ab inuicem differunt quæ concupiscentia/ irascibilis/ & rationalis. hæc enim sola specie differunt: illa vero etiā genere. **Q**uestio. Si virtus appetitiua sit vna in nobis vt dictum est: quomodo homines in seipsis percipiunt appetitus contrarios & aduersantes: vt concupiscentia vnum appetitū/ voluntas autē oppositū. **R**esponso. Sicut potentia sentiendi vna est genere: quinque specie diuersis potentijs scilicet visu/ auditu/ tactu/ gustu & tactu distincta. Ita & appetendi virtus vna est genere in homine: in tres specie diuersas virtutes distincta: vt pote concupiscentiā/ irā & rationē. quarum concupiscentia quidē est vt sensus exterior: præsentiu scilicet & imperfectissima. Ira vt sensus interior: præsentiu & præteritū/ perfectior cupiditate/ imperfectior voluntate. Voluntas autē vt intellectus/ præsentiu præteritū & futurorum/ perfectissima. Cōpleturq; vis appetendi in suo ternario sicut & vis cognoscendi. Et cū rationalis intellectus aduersatur & repugnat cupiditati aut iræ/ prohibes quidē illud fieri quod cupiditas & irā suadet: bi contrarij appetitū motus in hominibus percipiuntur. Nō tamē sunt motus illi vere contrarij sicut albedo & nigredo: sed aduersates solum & ad oppositas partes mouentes. pnde atq; duo eandē chordā in oppositas partes trahere niterentur: quorū valentior debiliore secū raperet. **Q**uæ autē contrarij nō sunt: hinc constat, quia concupiscentia rei cuiuspiā vt cibi est in subiecto corpore/ fuga autē eiusdē a voluntate est in subiecto incorporeo. Nam voluntas secundū operationē separata est æque ac intellectus: igitur nō sunt circa idē subiectū, quare nō sunt contrarij: sicut nec dolor appetitus sensitiuus & voluptas voluntatis/ aut contra tristitia voluntatis & delectatio appetitus sensitiuus. Sed voluptas & dolor appetitus sensitiuus contrariantur: similiter voluptas & dolor voluntatis circa idē obiectū. **C**orrelariū. Quare hæc appetitū dissentio & discordia solū illis conuenit animalibus quæ intellectū habent/ & tēpore a tēpore discernere norūt: cuiusmodi sunt hoies. Bruta enim vt canes/ leones/ nō habēt appetitus secū dissentientes/ neq; sentium controuersā inter diuersas appetitū ptes. In hominibus enim concupiscentia cū p̄sens delectabile ipsū illiciet & instigulans p̄ imaginationē atē dicit/ absq; consilio & deliberatiōe tanq̄ summū est bonū rapitur ad illud prosequendū/ trahiturq; in vicij: quia quid futurū sit nō animaduertit. Intellectus autē actiuus futurū prospiciet & quod molitur concupiscentia malū esse & fugiendū dinoscens: p̄p̄ia retrahit/ illiusq; conatibus resistit, perinde atq; cæcus equus pararet in flumiū se & suū sefforē precipitare: seffor autē id p̄uidēs equū freno retraheret a periculo. Est enim appetitus sensitiuus cæcus & brutus. Intellectus vero vidēs & rationalis. Et hæc ob causā illa appetitū p̄p̄ia durūq; certamē: quo caro concupiscit aduersus spiritū: & spiritus aduersus carnē precipitur. **E**t cōsimilis dissentio est inter imaginationē & intellectū: vt sepe nūmero cū imaginatio assētī intellectus dissentiat & contra. Indicat enim imaginatio effugiū in speculo conspectam esse in profundo speculi. Etiam si quicq; fuerit aquæ subsidenti ex superiori loco obiectū: quanto id aquæ efficitur propinquius tanto imaginem eius esse minus in profundo aquæ & propinquiorē summitati iudicat imaginatio, quāto vero remotius & elongatius ab aqua fuerit: tanto eius imaginem esse in aqua profundiorē. Intellectus vero perfectius elementi aditus iudicat imaginem illius rei siue propinquioris siue remotioris esse solum in superficie extrema speculi & aquæ. Sic imaginatio iudicat solem esse pedaneum: intellectus vero astronomis veritatibus assentiens eum tota terra maiorem esse iudicat. Et intellectus vt superior & natura eminentior corrigat imaginationem inferiorē & ignobiliorem: & inde sequitur vera rerum & recta cognitio. Sicut voluntas superior emendat appetitum sensualem & castigat vt pater rebellem filium/ & vt eques edomat equum vnde proies indomitum frenisq; compescit, quod cum sit: tandem comparatur virtus & recte vita agitur. Et sicut appetitus sensualem rapiens ad suas partes voluntatem ducit ad multa flagitia perpetranda: ita imaginatio cum intellectum trahit in suam sententiam cogitq; disciplinis. bi assentire/ multos inducit errores. Et hinc omnis in disciplinis lapsus processitq; ad phantasiā & imaginationem labantur homines putantes quod phantasia iudicat scientiam esse. Et nihil verum admittant: nisi quod phantasia verum esse iudicauerit, quod perinde est atq; putare nihil esse bonum: nisi quod appetitus sensualem bonum esse censuerit. hinc nonnulli negant notiones vniuersales esse & abstractas: asseruntq; nos non nisi singulariter & concrete intelligere / quia phantasia & imaginatione quicq; nisi singulariter & concrete deprehendimus. qui non solum intellectum sensui equant natura superiorē: sed & disciplinas omnes hoc vno dicto negant: quæ & vniuersalia sunt notiorum & abstractarum, hinc quantitatem non distingas qui a re quanta & motum localem non distingui a mobili pleriq; contendunt: ita imaginationi esse appareat. **Q**uemadmodum dum omnis dicitur & exorbitatio in moribus humanis prouenit ex eo, quod potius appetitum sensualem quæ rectam rationem sequantur homines. **Q**uarta conclusio. In huiusmodi animalium motu vnum est mouens quod non mouetur: quod est ipsum appetibile. Vnum etiam est quod mouet & mouetur / quod est appetitus. **N**am appetibile mouet & excitat appetitum ad se prosequendum aut fugiendum: & non mouetur ab alio quatenus appetibile est, igitur vnum est quod mouet & non mouetur. Appetitus autem mouetur & excitatur ab appetibili mediante intellectu si rationalis fuerit / aut mediante imaginatione si fuerit sensualem: & is mouet animal aut progressionē / aut volationē / natationē / aut serpationē, igitur vnum est quod mouet & mouetur. Ex vtraq; autem parte facile cognoscitur quod appetibile etiam mouet animal: nam quicquid est mouens mouentis est mouens mobilis. Alio tamen modo appetibile mouet animal & appetitus, hic enim immediatum & intrinsecum est mouens: præcipue efficiens motum. illud vero mediatum est / extrinsecum / & solum ad motum incitans. Quare præter duas partes hæc tertia colligitur: vnum videlicet esse quod mouetur & non mouet vt animal. Siquidem mouetur ab appetitu: & vltius vt a se mobile / non mouet aliud: & illic fit status. Sicut in sensuali perceptione vnum est quod mouet & non mouetur: & a nullo mouetur. Etiam vnum est quod mouet & mouetur, vt mediam quod mouetur a primo sensibili vt albedine/ & mouet organum. Deniq; vnum est quod mouetur & non mouet: vt organum visus mouetur qui lem ab albedine/ sed vltius nihil mouet quod ad sensus exterioris operationem pertineat. **C**orrelariū. Quare ad faciendum motum animalis a se quatuor requiruntur. Primo mouens primum & immobile/ vt bonum: quod appetitus est obiectum/ vt color visus. Estq; bonum: suapte natura appetibile/ sicut color suapte natura visibilis est. Bonum quidē simpliciter & reuera bonū/ est appetibile simpliciter. Bonū vero apparere & quod alicui videtur bonū: est appetibile alicui. Vnde adeo enim appetitui ingentia est boni cupiditas: vt nihil nisi sub ratiōe boni expetat. Sed in iudicando quid bonum sit nec ne/ per se fallitur appetitus ob indispotionē, sicut & oculus in discernēdis coloribus. At sicut per lumē apte colores discernunt/ in tenebris vero nequaquā ita quid bonum sit nec ne/ prudentia vere discernit: q̄ est vt lumen animi & virtutum omnium lucerna/ sine prudentia vero nequaquā quid bonum sit discernere quispiam potest. hinc qui prudentia carent: cæci sunt animo & in tenebris errantes. Secundo requiritur mouens quod itidem mouetur: vt appetitus. Tertio. Quod mouetur & non mouet vt animal. Quarto. Organum corporeū & instrumentū quo pagitur motus: vt pedes/ alæ/ de quo determinandū est eo in loco: qui est de operationibus corpori & aie cōibus. Corpori quide/ eas suscipienti: & aie/ illas efficienti, habet enim huiusmodi organū ptes in tumore se eleuantes & p̄sumidas/ ptes item se intra se iuncte conuertentes/ & partes conuans ad membrorū colligantiam & coniunctionē. Vertitur enim pars tumida in

Quot sunt potentie appetendi.

imperfectissima. Ira vt sensus interior: præsentiu & præteritū/ perfectior cupiditate/ imperfectior voluntate. Voluntas autē vt intellectus/ præsentiu præteritū & futurorum/ perfectissima. Cōpleturq; vis appetendi in suo ternario sicut & vis cognoscendi. Et cū rationalis intellectus aduersatur & repugnat cupiditati aut iræ/ prohibes quidē illud fieri quod cupiditas & irā suadet: bi contrarij appetitū motus in hominibus percipiuntur. Nō tamē sunt motus illi vere contrarij sicut albedo & nigredo: sed aduersates solum & ad oppositas partes mouentes. pnde atq; duo eandē chordā in oppositas partes trahere niterentur: quorū valentior debiliore secū raperet. **Q**uæ autē contrarij nō sunt: hinc constat, quia concupiscentia rei cuiuspiā vt cibi est in subiecto corpore/ fuga autē eiusdē a voluntate est in subiecto incorporeo. Nam voluntas secundū operationē separata est æque ac intellectus: igitur nō sunt circa idē subiectū, quare nō sunt contrarij: sicut nec dolor appetitus sensitiuus & voluptas voluntatis/ aut contra tristitia voluntatis & delectatio appetitus sensitiuus. Sed voluptas & dolor appetitus sensitiuus contrariantur: similiter voluptas & dolor voluntatis circa idē obiectū. **C**orrelariū. Quare hæc appetitū dissentio & discordia solū illis conuenit animalibus quæ intellectū habent/ & tēpore a tēpore discernere norūt: cuiusmodi sunt hoies. Bruta enim vt canes/ leones/ nō habēt appetitus secū dissentientes/ neq; sentium controuersā inter diuersas appetitū ptes. In hominibus enim concupiscentia cū p̄sens delectabile ipsū illiciet & instigulans p̄ imaginationē atē dicit/ absq; consilio & deliberatiōe tanq̄ summū est bonū rapitur ad illud prosequendū/ trahiturq; in vicij: quia quid futurū sit nō animaduertit. Intellectus autē actiuus futurū prospiciet & quod molitur concupiscentia malū esse & fugiendū dinoscens: p̄p̄ia retrahit/ illiusq; conatibus resistit, perinde atq; cæcus equus pararet in flumiū se & suū sefforē precipitare: seffor autē id p̄uidēs equū freno retraheret a periculo. Est enim appetitus sensitiuus cæcus & brutus. Intellectus vero vidēs & rationalis. Et hæc ob causā illa appetitū p̄p̄ia durūq; certamē: quo caro concupiscit aduersus spiritū: & spiritus aduersus carnē precipitur. **E**t cōsimilis dissentio est inter imaginationē & intellectū: vt sepe nūmero cū imaginatio assētī intellectus dissentiat & contra. Indicat enim imaginatio effugiū in speculo conspectam esse in profundo speculi. Etiam si quicq; fuerit aquæ subsidenti ex superiori loco obiectū: quanto id aquæ efficitur propinquius tanto imaginem eius esse minus in profundo aquæ & propinquiorē summitati iudicat imaginatio, quāto vero remotius & elongatius ab aqua fuerit: tanto eius imaginem esse in aqua profundiorē. Intellectus vero perfectius elementi aditus iudicat imaginem illius rei siue propinquioris siue remotioris esse solum in superficie extrema speculi & aquæ. Sic imaginatio iudicat solem esse pedaneum: intellectus vero astronomis veritatibus assentiens eum tota terra maiorem esse iudicat. Et intellectus vt superior & natura eminentior corrigat imaginationem inferiorē & ignobiliorem: & inde sequitur vera rerum & recta cognitio. Sicut voluntas superior emendat appetitum sensualem & castigat vt pater rebellem filium/ & vt eques edomat equum vnde proies indomitum frenisq; compescit, quod cum sit: tandem comparatur virtus & recte vita agitur. Et sicut appetitus sensualem rapiens ad suas partes voluntatem ducit ad multa flagitia perpetranda: ita imaginatio cum intellectum trahit in suam sententiam cogitq; disciplinis. bi assentire/ multos inducit errores. Et hinc omnis in disciplinis lapsus processitq; ad phantasiā & imaginationem labantur homines putantes quod phantasia iudicat scientiam esse. Et nihil verum admittant: nisi quod phantasia verum esse iudicauerit, quod perinde est atq; putare nihil esse bonum: nisi quod appetitus sensualem bonum esse censuerit. hinc nonnulli negant notiones vniuersales esse & abstractas: asseruntq; nos non nisi singulariter & concrete intelligere / quia phantasia & imaginatione quicq; nisi singulariter & concrete deprehendimus. qui non solum intellectum sensui equant natura superiorē: sed & disciplinas omnes hoc vno dicto negant: quæ & vniuersalia sunt notiorum & abstractarum, hinc quantitatem non distingas qui a re quanta & motum localem non distingui a mobili pleriq; contendunt: ita imaginationi esse appareat. **Q**uemadmodum dum omnis dicitur & exorbitatio in moribus humanis prouenit ex eo, quod potius appetitum sensualem quæ rectam rationem sequantur homines. **Q**uarta conclusio. In huiusmodi animalium motu vnum est mouens quod non mouetur: quod est ipsum appetibile. Vnum etiam est quod mouet & mouetur / quod est appetitus. **N**am appetibile mouet & excitat appetitum ad se prosequendum aut fugiendum: & non mouetur ab alio quatenus appetibile est, igitur vnum est quod mouet & non mouetur. Appetitus autem mouetur & excitatur ab appetibili mediante intellectu si rationalis fuerit / aut mediante imaginatione si fuerit sensualem: & is mouet animal aut progressionē / aut volationē / natationē / aut serpationē, igitur vnum est quod mouet & mouetur. Ex vtraq; autem parte facile cognoscitur quod appetibile etiam mouet animal: nam quicquid est mouens mouentis est mouens mobilis. Alio tamen modo appetibile mouet animal & appetitus, hic enim immediatum & intrinsecum est mouens: præcipue efficiens motum. illud vero mediatum est / extrinsecum / & solum ad motum incitans. Quare præter duas partes hæc tertia colligitur: vnum videlicet esse quod mouetur & non mouet vt animal. Siquidem mouetur ab appetitu: & vltius vt a se mobile / non mouet aliud: & illic fit status. Sicut in sensuali perceptione vnum est quod mouet & non mouetur: & a nullo mouetur. Etiam vnum est quod mouet & mouetur, vt mediam quod mouetur a primo sensibili vt albedine/ & mouet organum. Deniq; vnum est quod mouetur & non mouet: vt organum visus mouetur qui lem ab albedine/ sed vltius nihil mouet quod ad sensus exterioris operationem pertineat. **C**orrelariū. Quare ad faciendum motum animalis a se quatuor requiruntur. Primo mouens primum & immobile/ vt bonum: quod appetitus est obiectum/ vt color visus. Estq; bonum: suapte natura appetibile/ sicut color suapte natura visibilis est. Bonum quidē simpliciter & reuera bonū/ est appetibile simpliciter. Bonū vero apparere & quod alicui videtur bonū: est appetibile alicui. Vnde adeo enim appetitui ingentia est boni cupiditas: vt nihil nisi sub ratiōe boni expetat. Sed in iudicando quid bonum sit nec ne/ per se fallitur appetitus ob indispotionē, sicut & oculus in discernēdis coloribus. At sicut per lumē apte colores discernunt/ in tenebris vero nequaquā ita quid bonum sit nec ne/ prudentia vere discernit: q̄ est vt lumen animi & virtutum omnium lucerna/ sine prudentia vero nequaquā quid bonum sit discernere quispiam potest. hinc qui prudentia carent: cæci sunt animo & in tenebris errantes. Secundo requiritur mouens quod itidem mouetur: vt appetitus. Tertio. Quod mouetur & non mouet vt animal. Quarto. Organum corporeū & instrumentū quo pagitur motus: vt pedes/ alæ/ de quo determinandū est eo in loco: qui est de operationibus corpori & aie cōibus. Corpori quide/ eas suscipienti: & aie/ illas efficienti, habet enim huiusmodi organū ptes in tumore se eleuantes & p̄sumidas/ ptes item se intra se iuncte conuertentes/ & partes conuans ad membrorū colligantiam & coniunctionē. Vertitur enim pars tumida in

tra concavum quo continetur, vt os rotundum baliste quo neruus distensus continetur intra ligni & arcus concavitatem. Est praeterca iunctura partem corporis quiescentem & alteram partem motam conueniens: vt in medio brachio & genu vna quide nuro sed ratione diuersa. Nam ea iunctura finis est vnius partis corporis & principium alterius: haud secus ac in linea continua punctum coniungens vtraque medietatem est vnum numerosed ratione plura. Et duarum huiusmodi partium vna in alterius concavo reuoluitur: vt contentum in concavo continentis quantum ad extremitates. Et talis motus & pulsus & tractus completur: no q illic aut pulsus sit aut tractus vt motus sunt scdm locū ab extrinseco mouete facti: sed q corū motū gerat similitudinē eo ipso q sicut pulsus sit p mobilisa se remotionē, & tractus p mobilis ad se propinquationē. Ita in motu aialū eadē corporis pars iterū dū a ceteris loco seponitur. interdū ad ceteras rursū applicatur. Et aliquid est mediū vtraque parte interceptum: circa quod vtraque pars reuoluitur scilicet os sphericum in medullio vt centrum: concavo vniūsq; partis semicirculum exprimente contentum. Itaq; quomodo appetitus cum imaginatione moueat / aut rationali quae in hominibus reperitur: aut sensuali quae in homine & brutis comperta est / satis superq; dictum est. ¶ Oclau capitis nota. ¶ Appetitus in nobis qui cum ratione & syllogismo habetur: est voluntas, quae & appetitus rationalis nominatur. ¶ Qui vero praeter opinionem & syllogismum in nobis est: concupiscibilis & irascibilis est: quem & appetitum sensualem / irrationalem / brutumq; dicere consueuerunt.



¶ Otaum cap. continet tres quæstiones, & earum solutiones. ¶ Prima quæstio, a quo imperfecta animalia vt muscæ & vermes (quibus diximus prius non adesse phantasiā) moueantur? ¶ Responso. Sicut illa in determinatum habent & vagum motū: ita indeterminatam imaginationem habent & appetitum. Perfectam enim phantasiā eis adesse negauimus. Videtur enim ipsis lectitia & tristitia inesse: quare & concupiscencia & appetitus, quibus etiam imaginationem / phantasiāq; indeterminatam inesse concedimus. ¶ Secunda. Cum imaginatio sensuali ceteris animantibus quæ se mouent insit, hominibus vero & sensuali & rationali: quæ harum an sensuali an rationali mouet in homine? ¶ Responso. Cum doceri volumus ex duabus quantitibus vtra earum fuerit maior: certa constitutaq; vt vtrum mensura / vt palmo aut cubito: vt huiusce rei certitudinem experiamur. Ita duobus propositis cupientes cognoscere vtrum eligibilis sit nos aliquid vnum vt delectabile aut vtile loco mensuræ (ad quam ea conferamus) constituere oportet. Et in nobis appetitus vnus cum ratione & syllogismo habetur: est & vnus qui est praeter opinionem & syllogismum. Et vehementior & valentior debiliorem rapit & superat, hinc sepe euenit vt rationalis moueat irrationalem cum vehementior fuerit. Euenit item & saepe versa vice irrationalem mouere rationalem secum rapere: cum ipse vehementior fuerit. Non quidem q debilior suum motum deferat: sed alterius fortiore & validiore motu rapitur. Quemadmodum in spheris cælestibus sphaera (quæ vltimum cæli ambitum coeret) orbis planetarū / motus pernitate & velocitate præcellens secum rapit: suos tamē in contrariū circuitus efficit. Ita est & in nobis. Hoc tamen interest: q in mundo semper is motus vincit: qui natura eminentior & nobilior est: & alios secum rapit. ut is qui primo & supremo attribuitur circulo. In homine vero fit plerumq; vt natura superior præstantiusq; ab inferiore superetur / vincatur / atq; rapiat. vt in continentium constatarumento, & tribus cognoscantur agitari motibus: inferioris / superioris / & quodammodo tertio raptus. ¶ Tertia quæstio. Cum duplex sit estimatio siue apprehensio: hęc vniuersalis, vt omne liberalitatis opus honeste fit & fieri debet. hęc vero particularis: vt huic philosophi operam studiose nauant & quidem indigent erogare: liberalitatis opus est, quæ harum: motum imperat? ¶ Responso. Vtraq; sed vniuersalis minus: vt quæ stando / quiescendoq; magis moueat & ab actione remotior. Particularis vero magis: vt quæ actioni vicinior / propinquiorq; immineat.

¶ Notarum octau capitis declaratio.

¶ Voluntas dicitur appetitus in nobis qui cum ratione & syllogismo habetur: quia quæ vult / prius rationatione per intellectum consultatum perquisita sunt. Non quidem omnia: nam prudentiæ principijs per se & sine rationatione assentit / vt temperate viuendum esse imitationem diuinam in agilibus esse sequendam, sicut contemplatiuis intellectus principia scientiarum per se ipsa cognoscit esse vera. Itidem neq; finem appetit voluntas cum rationatione: quandoquidem consultatio non est ipsius finis, sed mediatorum in finem. Media vtraq; acceptat voluntas cum rationatione: quia illa inuestigat vis mentis consultatiua per antecedentem deliberationem. Et cum inuenta fuerint conuenientia, voluntas per electionem illa appetit & prosequitur. ¶ Concupiscibilis autem & irascibilis praeter opinionem est & syllogismum: quia quæ appetit aut prosequi aut fugere: non prius rationatione consultatiua inquiri / neq; deliberat / neq; consultat.

¶ Oclau cap. prima quæstio. Cū prius dictū sit motū in aialibus irrationabilibus ab imaginatione sensuali appetituq; sensuali fieri: & in fine libri præcedentis itidem dictum sit animalibus imperfectis vt muscæ & vermibus non adesse imaginationem & phantasiā: a quo igitur huiusmodi imperfecta animalia mouentur? ¶ Responso. Sicut huiusmodi imperfecta animalia indeterminatum habent motum: ita indeterminatam habent & imperfectam phantasiā. Cum enim musca foramine vno ingressa fuerit non facile memoriam habet per idem egressū: sed vltro citroq; volitare conspicitur egressum querens. quem si inuenit: indeterminato quodam motu & quodammodo fortuito comperisse videtur. Et cum semel ambusillis alis lesa fuerit: illius immemor adhuc flammam circumuolat quousq; tota interdum exuratur. Vermes itidem cum ad pastum suo antro exierint vix ad illud norunt reuertī: quare naturæ industria prouisum est vt non longe a suo antro procedant. Perfecta autē animalia / quia perfectam habent imaginationem norunt eadē regredi via & ad suas sedes reuertī. Prius autem dictum est huiusmodi imperfectis animalibus perfectam non adesse phantasiā. Ipsis siquidem adesse voluptas: si prælo sit aliquid delectabile aut con-

ueniens, & dolor: si inferatur triste quippiam & disconueniens, quare sicut eis adesse appetitus & concupiscencia: ita & imaginatio / phantasiaq; indeterminata eis adesse concedenda est. Mouentur tamen in presentia a sensu exteriori prædicta animalia: qui cū appetitu in rei appetitæ prospectu mouere sine dubitatione aliqua conceditur: neq; id prius dictis repugnat. ¶ Secunda quæstio. Cū imaginatio sensuali & appetitus animalibus irrationabilibus solum insit: manifestum est vtraque vim illa mouere. At cum hominibus imaginatio & appetitus sensuali insit pariter & rationali: quæ illarum duarum mouet in homine. ¶ Responso. Cum proposita fuerint duæ quantitates quarum quæ maior fuerit cognoscere volumus: communem accipimus certamq; mensuram: vt pedem / palmum / aut cubitum: quam vtriq; applicantes quod quærimus inuestigamus. Vt cum in ludis duo globi / lapides aut sagitte ab eodem signo & meta equidistare videtur: & cognoscere volumus vtra propinquior fuerit aut remotior: communem vtriusq; accipimus mensuram qua distantias illas facile discernimus. Ita cum duo proposita fuerint bona: quorum quod eligibile sit volumus cognoscere / aliquid vnum loco mensuræ ad quod illa comparamus constitutum, quod quidem tertium interdum subiectum est, vt virtus præstantius bonum est sanitas: nam virtus inest animæ / sanitas vero corpori. Anima autem corpore præstantior est. Interdum vtile, vt quod est maxime & vere vtili propinquius & similis bonum melius est. Interdum diuturnum, vt diuturnius bonum eo quod minus est diuturnum est præstantius: & ita de alijs quæ in tertio Topicorū latinis pertractantur. ¶ De pugna rationis & appetitus in hominibus duplex est appetitus. Vnus rationalis cum ratione & syllogismo: natura quidem perfectior & soli homini peculiaris. Alter vero irrationalis praeter rationem & syllogismum: natura inferior & homini cum brutis communis. Et hi inter se aduersantes sunt & contrarietates / assiduamq; agentes pugnam: in qua valentior appetitus & vehementior rapit secum debiliorem / inuitumq; secum trahit, haud secus q; si duo singulari certamine decerent milites: fortior & viribus superior debiliorem sternit / eumq; in cæcis vinculis secum ducit captiuum. Ex hoc euenit vt interdum appetitus rationalis moueat irrationalem cum fuerit valentior: vt in continentibus, quemadmodum dominus seruum rebellem domitum / aut pater filium duro certamine victum traheret in vinculis. Et motus ille reclus est ad virtutemq; sternit viam ad quam peruenire quis natura non potest / nisi prius secum duratius obiectum & materiam continens fuerit. Euenit itidē sepe numero q; appetitus irrationalis moueat rationalem & secum trahat cum fuerit vehementior: vt in incontinentibus, quemadmodum seruus in dominum obtinens / aut rebellis filius in patrem: viciū / prostratumq; secum raperet. Et motus iste inordinatus est: ad viciūq; disponit, quæ anteq; completa habentur / præcedit circa earum materiam incontinentia. In huiusmodi tamen motu debilior appetitus suum non deserit motum: sed cum seruans iamul alterius valentior & fortiore motu rapitur. Cum enim in continente præualet voluntas: tamen sensuali appetitus reuoluitur & remurmurat in oppositum, sicut quando in incontinente fortior est appetitus sensuali: viciū tamen voluntas contrahitur / & non cessat mali conscia trahere in partem alteram, quemadmodum miles victus & vinculis strictus quis captiuus pertrahitur: non cessat tamen licet in cassum impetere hostem / & enitī se vinculis eximere. ¶ Sicut in spheris cælestibus suprema sphaera vt ceteras inferiores velocitate motus præcellit: ita & eas secum ab oriente in occidentem & rursū in orientem rapit. Nihilominus sphaera inferiores simul præteritum ab orientem motum consiciunt: qui ad appetitus sensuali motum habet respondentiam / sicut & supremi cæli motus ad motum recte voluntatis. Id tamen in maioris mundi motu & minoris interest: q; in maiori mundo semper is motus superat & alios rapit qui natura præstantior est & dignior / vt pote supremi circuli motus: neq; vnq; inferiores cæli supremum secum rapiunt / contorquentur ab oriente in occidentem. In homine vero interdum natura superior appetitus ab inferiore & imperfectiore: scilicet rationalis a sensuali vincitur & rapitur: vt clare incontinentes ostendunt. Et is motus æque contra hominis naturam est ac rectam ordinationem: quemadmodum si peruerso rerū ordine cæli inferiores mouerent supremum & secum raperent. Sicut autem cæli tribus agitantur motibus: primo superioris / ab oriente in occidentem: secundo inferioris / ab oriente in orientem: & tertio raptus inferiorum ab oriente in occidentem: qui non est in raptis cælis sed rapientē. Nam cæli inferiores illo motu raptus non mouentur per se sed per accidens: quare non motu qui in ipsis est sed alterius vt pote cæli rapientis. hoc factō mouentur, quemadmodum homo quiescens in navi mouetur non motu qui in eo est sed qui est in navi ipsum deferente. Ita & continentes & incontinentes tribus percipiuntur agitari motibus: primo appetitus superioris motu scilicet rationalis: secundo appetitus inferioris & sensuali: & tertio motu raptus: aut qui sit a superiore vt in continentibus / aut inferiore vt in incontinentibus. ¶ Tertia quæstio. Cum duplex sit animi apprehensio complexa, vna quidem vniuersalis: vt omne liberalitatis officium honeste fit & agendum est. Altera vero particularis: vt huic homini studio philosophiæ operā dātī & indigenti pecuniā erogare: est liberalitatis officium, quillariū apprehensionū mouet hominem ad opus. ¶ Responso. Vtraq; hominem mouet & incitat ad operā dātī: sed vniuersalis minus mouet, nā stando & quiescedo quis vniuersale apprehendit / & assentitur / & per eā solā nō exit in operationem, quia vniuersalia ab actu & operatione quæ circa singularia versatur remotiora sunt. Particularis autem magis mouet: nam actiui quæ in singularibus consistit est propinquior. Cum primum enim vir liberalis apprehendit singularem offerentem singulas ipsius operationis circumstantias: consensum se accingit ad operationem. ¶ Noni cap. nota. ¶ Incorruptibile animal addit propter eos qui cælum imo verius mundū animal esse asserunt: cui tamen nullū sensum tribuunt vt Timæus. At enim. Nec oculis indigebat: quia nihil extra (quod cerni posset) relicti erat. Nec auribus: cum nihil superesset foris, quod audiretur. Nec erant aere circumfusa externa mundi: vt respiratione requireret. Nec membris quidē talibus opus erat: q; per noua alimenta susciperet: aut decocti cibi excrementa emitteret.



¶ Onum cap. continet sex conclusiones. Vnum correlarium ad quāntam. Et quomodo animalia a longe sentiant post sextam. ¶ Prima conclusio. Quisquid viuunt: a generationis initio ad finē vsq; obitum / interitumq; vegetatricem animam retinere necesse est. ¶ Nā omne tale a suæ generatiōis initio ad statū (modo impedimētū tollatur) augefcit / statū habet: post quē ad obitū vsq; minuitur. Id autem sine alimento fieri nequit. Inest igitur ipsis suo toto durationis tempore vegetatrix anima. ¶ Secunda. Non omnibus viuētibus prælo adesse sensum necesse est. ¶ Nam plantis non adest: & si vitam possideant. Earum enim corpus nimis simplex / terrenū / & ad fetidū ineptū. Nō igitur habet tactū, quo nō habito: vt ceteri deficiat necesse est. Sine em̄ tactū: sensū

Quomodo motus appetitus hominis assimilatur motibus cælestibus.

41 viliū haberi impossibile est. **T**ertia. Oē animal sensū habet. **N**ā omnia q̄ natura subsistūt/proppter ali-
 quid sūt & natura nihil temere & frustra facit, habebūt igit̄ sensū q̄ p̄gredunt̄ & q̄ se de loco in locum
 trāserūt vt cibū a lōge sibi q̄ritēt & acquirāt: alioquin sine carebūt/aliq̄ nō poterūt. Et pariter sensū ha-
 bebūt q̄ sedī nixa alio se trāsserre nequeūt: vt cōiunctū discernāt altitētū. Neq̄ licet dicere corruptibile
 aīal motu p̄dātū, intellectū habere sufficere ad discernēdū: & sensū nō habere, neq̄ quidē icorruptibile,
 nā aut id sic melius esset corpori aut aīe, nō autē aīe: q̄ nō meli⁹ sine ipso intelligit, neq̄ itidē corpori: q̄
 p̄pter sēsus aīalibus datū esse vidēt. **Q**uarta. aīalis corpus simplex esse impossibile est. **N**ā si simplex
 42 esset tactū nō haberet, tactū autē/ipsū habere necesse est. Nō igit̄ corp⁹ simplex sed cōpositū mixtūq̄ ha-
 bet. **Q**uinta. Tact⁹ maxime aīali necessari⁹ est. **N**ā cū aīal corporeū sit: ipsū p̄xima cōtingere corpo-
 43 ra necesse est, oportuit igit̄ ipsū muniri tāgendī facultate: qua salubria ab officentib⁹ discernere q̄at/
 salutēq̄ suā efficiat, alioquin vitā nō saluat. **F**it em̄ tact⁹ p̄ quiddā iteritū, quō igit̄ dinosceret aīal ea q̄ p̄sūt
 vt p̄sequat̄: & ea q̄ officiūt/nocētq̄ vt fugiat sine tactu: quo p̄sidio destituta aīalia: vt statim deperat̄ nec-
 esse est. **D**e visu aīalī & odoratu nō ita fit: sed medio quodā hauriūt̄ extraneo. **C**orrelariū. hinc
 fit vt gustus quodāmodo animalī sit necessari⁹. **N**ā gustus vt tactus quidā est: & alimētū tāgere nec-
 44 se est. **E**st igit̄ (vt tactus) quodāmodo necessari⁹. **S**exta cōclusio. visus/audit⁹ & odorandi sensus nō
 45 sūt vt tactus necessari⁹. Tactū enim & gustū diximus animalī necessarios: q̄ tactus / alimētū sit sensus, sine
 quo nō cōtingit animal esse posse, nō autē de visu/auditū aut odorandi sēsū ita est. **C**olor em̄ / son⁹ & odor
 alimētū nō p̄sūt/augmentū & decemētū, & natura p̄tereaq̄ animalū his sēsibus nō muniat̄: sed boni
 ḡra aliquid sēsū ad didit̄, & potissimū p̄gressiuis: q̄ a lōge victū q̄ritāt. **N**ec mirū nā hoc horū sensū
 p̄sidio ipsa saluari necesse est: neq̄ ad suā salutē tact⁹ munio sufficeret. **E**t si q̄ras, quō a lōge sentiat̄: vt
 47 videat̄/audit̄/odorat̄: **D**icim⁹ sēsibile mediū mouere: mediū vero motū ciere/mouereq̄ sēsū. p̄de atq̄
 si mouēs aliqd̄ pellat̄: q̄d̄ pulsū/alterū pellat̄, sicut primū mouēs a nullo pellit̄: & vitimū pulsū solū pellit̄
 & nō pellit̄/medio vero nūc plura nūc pauciora & pellūt & pellunt̄: sic ī sēsatiōe, hoc excepto q̄ in hui⁹
 modi sensus alteratiōe: vnū manēs in eodē loco/alterat̄. pellēs autē locū mutat. **Q**uēadmodū cū cerē sigil-
 lū imprimis: q̄tū pellēdo cera cedit̄ sigillū vestigū pfunde tenet, vbi vero nō cedit̄ vt lapis non retinet,
 ita & aqua & aer: & maxime aer: vnus & idē manens patitur & sensū mouet. **E**t ita dicere satius videtur q̄
 putare dum videmus oportere radios ab oculis egredi: quā a colore & figura passū, & densitate repercuti
 sū/ad oculū redeat. **A**t leuis & cōplanatus aer vnus/infractusq̄ manēs/colorib⁹ & figuris affectus: melius
 dicitur visum icere & sensum coloris & figurę facere, haud secus q̄ si sigillum ad finē vsq̄ ingrederetur
 cerē: illic sigillū vestigū relinqueret. **N**otariū non cap. declaratio. **C**ū philosophus dicit q̄ neq̄
 corruptibile animal neq̄ incorruptibile motu p̄dātū solū habet intellectū sine sensu ad alimētū discernēdū: adiungit animal incor-
 ruptibile nō secundū propriā determinationē/qui reuera nullū est tales: sed propter eos qui totū mundū animal esse dixerūt (anima
 mundi animatū, cui intellectū quidē attribuūt: q̄ nō sensū, cuius sententię fuit Timæus ita dicit. **I**disp̄sū animal (mundū significās)
 oculis nō indigebat: quia cū nihil sit extra mundū q̄ oculo deprehendatur id quod extra videntē est, nihil extra ipsum animal quod
 cerni possit relicū erat. **N**ec auribus indigebat: quia extra ipsum nihil erat in quo fieret sonus qui audiretur. **N**eq̄, respirationē ind-
 48 digebat: quia extra mundum non est circumsusus aer quem respiratione attrahat. **N**eq̄, membrīs ei opus est per quę alimenta susci-
 piat aut alimenti superflua emittat, cum alimentum ab extrinseco adueniat: nihil autē extra mundum.

Nōni capitis prima conclusio. **O**mne viuens a principio suę durationis ad finem vsq̄: vegetandi vim/operationemq̄ habet.
Nam omne viuens a principio suę durationis vsq̄ ad statum / augmentationisq̄ terminum augetur: plus reparando q̄
 fuerit deperditum. **A** fine autem augmentationis ad principium vsq̄, diminutionis est in statu / **N**atura sibi determinate ma-
 gniūdinis complementum habet, quodq̄ reparatur / equum est ei quod est deperditum. **A** fine autem status ad obitum vsq̄ &
 interitum diminitur: q̄ minus reparat̄ q̄ sit deperditum. **A**t hęc tria / augmentatio / status / & diminutio quibus tota viuē-
 tis absoluitur duratio: fieri non possunt sine alimento & eius conuersione in substantiam aliti, ergo toto durationis tempore in-
 est viuenti nutriendi vis: quare & vegetatrix anima. **S**ecunda conclusio. **N**on omnibus viuētib⁹ adest sensus. **N**am plante
 49 viuunt/nutriuntur/augetur / minuuntur & suum generant similes: & tamen non habent sensum. **N**am earum corpus nimis
 um simplex est & declinans ad vnus elementi temperamentum scilicet terrę: quod est ineptum ad sentiendum, igitur non ha-
 bent tactum. **R**equirit enim tactus / organum quattuor elementorum qualitatis temperamentum: in quo terra (quę ab aēlios
 ne & motu remotissima est) non insigniter abundet: quis plus terrę q̄ aliorum organorum in mediocritate tamen participet. **E**t si
 plante non habent tactum, nec aliorum sensuum habent vllum. **E**st enim ostēsus tactus esse primus sensuum: quo quidē absente q̄
 ceteros sensus deficere necesse est. **T**ertia conclusio. **O**mne animal habet sensum. **N**am quęcumq̄ natura existunt: ad aliquem
 41 finem ordinata sunt q̄ visum, nihil enim natura temere aut frustra facit. **A**nimalia itaq̄, quę de loco ad locum se transferunt, ha-
 bent sensum vt visum/auditum/olfactum, vt eius adiutorio alimentum distans percipiant: & ad illud sensu perceptū mouentur.
Visū enim animalia quod in prospectu est alimētū deprehendūt: q̄ ab exteriorē sēsū excitato appetit ad illud sumēdū ferunt. **S**ic
 & auditū, vt lupus balatū ouis q̄ cōspēctū. **E**tia olfactū excitat̄ ad p̄sequendū alimētū vt canes. **S**i enim hui⁹modi aīalia sen-
 sū nō haberēt, sine suo careret̄ scilz sui cōseruationē/ q̄ nutiri nō possēt. **A**īalia aut̄ suis locis fixa sensū habēt vt gūstū q̄ tactū (quo
 suas p̄ mediū intraneū faciūt opatiōes) vt cōiunctū alimētū dinoscat̄/ q̄ conueniēs ab inueniēti dyndicēt: q̄ hoc pacto cōseruātur.
Neq̄ valet cauillatio qua quis diceret ad alimentum sumendum satis esse animalī q̄ motū habeat & intellectum sine sensu: ad
 discernendum nutrimentum. **N**am tale animal / corruptibile esse non posset: cum in corruptibilib⁹ animalibus vt homine intel-
 ctus sine sensu nō possit sensibilia percipere. **A**limētū autē omne, sensibile, neq̄ esse incorruptibile. **N**ā aut nō habere sensū meli⁹ esset

O biccionis dilutio.

41 aīe aut corpori. **N**ō animalē: quia aīa sine sensu nō melius neq̄ conuenientius intelligit, immō nullo mō intelligit. **N**eq̄, corpori: quia
 corpus datum est animalibus ad sensū operationes exercendas. **T**otum enim corpus: ipsius tactus / & determinate corporis par-
 tes: aēriorum sensuum organa sunt. **Q**uarta conclusio. **A**nimalis corpus simplex esse q̄ vnus tantū elementi temperamentū
 42 habere impossibile est. **N**am si animalis corpus simplex esset: tactum non haberet. **R**equirit enim tactus organum composi-
 tum & mixtum. **E**t si non haberet tactum: non esset animal / non enim natum est animal sine tactu subsistere, quare si corpus simplex
 esset non esset animal. **E**t ex opposito si sit animal: vt tactum habeat necesse est, & si tactum habeat: corpus simplex non est, ergo si
 43 sit animal, non est corpus simplex, igitur animalis corpus simplex esse impossibile est. **Q**uinta conclusio. **T**actus maxime sensū
 animalī necessari⁹ est. **N**am eam animal corporeū sit & magnitudinem habeat: vt proxima secundum molem & attiguita-
 tem tangat corpora necesse est / vt ne vllum quidem inter animal & quod tangit corpus interceptatur medium. **A**liquin haberet
 vacuum in rebus naturalibus locum. **C**onueniens itaq̄, fuit animal habere sensum tactus & vim discernendi calidum a frigido
 q̄ humidū a siccū, quā conuenientia suę saluti corpora a nocēis q̄ disconuenientibus internoeat / q̄ sic suę cōseruationi propi-
 ciat. **A**liquin se saluare non posset, **N**ō enim dinoscere posset animal ea quę prosunt vt p̄sequatur / q̄ ea quę nocent vt fugiat si-
 ne tactu: quo cum primum animalia priuata sunt / moriuntur. **D**e visu autem / auditū & olfactū non ita est vt de tactū: nam tres
 44 dīcti sensus per medium extraneum suam faciunt operationem. **T**actus vero per mediū intraneum. **C**orrelariū. **H**inc fit vt
 gustus quodam modo animalī sit necessari⁹. **N**am gustus est vt quidam tactus q̄ semper coniuunctus sit tactū q̄ gustatio sine
 tactione non fiat vnq̄. **E**t vt fiat gustus: necesse est linguā tangere alimētū / alioquin sapores non discernēt: q̄ conuenientes a discon-
 uenientibus non deprehendēt. **E**st igitur gustus vt tactus quodāmodo nō necessari⁹, **T**actus quidem simpliciter & primo loco: gū-
 45 stus autem ad vitę commoditatem q̄ secundo loco. **S**exta conclusio. **V**isus/audit⁹ / olfactus non sunt eo modo quo tactus neu-
 cessari⁹. **D**icitur enim tactum & gustum animalī esse necessarios: quia tactus est sensus quo alimentum discernunt / & eius
 qualitates calidum / frigidum / humidum / siccum / sine quo quidem tactū non potest animal viuere. **V**isus autem audit⁹ & o-
 factus non sunt sensus alimentū: nam color / sonus & odor alimentum non prestant neq̄ augmentum neq̄ decrementum. **N**on igit̄
 tur sunt dīcti sensus ad vitam sicut tactus necessari⁹. **E**t natura pleriq̄ animalibus dīctos tres sensus negauitq̄, eis non indigeant
 ad longe perquirendum alimentum / quandoquidem alimentum sibi natura coniuunctum habeant. **A**liquis vero animalibus bo-
 ni gratia illos concessit: potissimum se de loco ad locum transferentibus ad victum sibi a longe queritandum. **E**t id non sine ratio-
 ne factum est: nam necesse est ipsa quę se mouent animalia ad miniculo trium datorum sensuum saluari neq̄, solus tactus ad eorum
 salutem sufficit. **Q**uod si quis percontetur quo modo animalia a longe sentiunt / vident / audiunt / odorant. **R**esponso. **P**rimum
 46 q̄ exterum sensibile in medio suam causat similitudinem: q̄ mediū similem ei quam in se habet speciem imprimi in organo sen-
 sus. **Q**uem admodum si manus moueat baculum / q̄ baculum lapidem / qui vltimus aliud non moueat: sicut manus primum mouens
 a nullo mouetur / & lapis vltimum motum solum mouetur q̄ non mouet. **B**aculus vero mediū / q̄ mouet & mouetur. **I**ta ex-
 trinsecum q̄ primum sensibile solum mouet et non mouetur. **O**rganum vero mouetur solum q̄ non mouet. **E**stq̄ vt postremum.
Intermediū autem corpus vt aer aut aqua mouet / & mouetur, hoc tamen interest q̄ in hui⁹modi sensus operatione sensibile eodē
 loco manens q̄ non se transferens mouet mediū quod etiam eodē semper loco consistit: neq̄ sensus organum vt sentiat / quoquo
 pacto locum demutat, pellens autem loco mouetur: q̄ alterum e sede sua dimouet. **E**t cum sigillum cerę imprimatur quantum pel-
 lendo cera introrsum cedit: tantum sigilli figuram retinet impressam. **V**bi autem corpus non cedit sigillo vt lapis & lignum: non
 seruat speciem sigilli. **I**ta aer & aqua videntē / audiendū & olfaciendū mediā: & magis aer vnus & idem / q̄ eodem penitus lo-
 co manens suscipit speciem sensibilem q̄ eam sensu imprimi. **E**st enim mediū ipsum vt sigillum / cera vera vt sensus organum.
Vt ergo impressio sigilli in cera fit suscipiendo intra cerā sigilli speciem q̄ non extra mittendo: ita sensatio omnis fit suscipiendo spe-
 ciem sensibilib⁹ in organo: q̄ nō aliquid extra diffundendo. **S**ic enim dicere veritati est conformius q̄ putare dū fit visio / radios visus
 47 les ab oculo egredi ad res visas qui coloris & figurę / speciem in se suscipientes & densitate mediū repercuti ad oculum reuer-
 tantur. **N**am si qui ab oculo vapores egrediuntur vt ab oculo basilisci qui venato aspectu enecat animalia: illi non amplius faciunt
 ad visionem q̄ sudores a manu exuentes faciunt ad tactionem. **A**t aer leuis / planus q̄ integer manens coloris & figurę specieb⁹
 in se susceptis: sensum mouet / q̄ coloris / figuręq̄ sensationem efficit, sicut si sigillum ad finem vsq̄ cerę secundum profundum in-
 tradatur: in eius extremitate sigilli vestigium relinquit. **I**ta primum sensibile suam speciem diffundit per totum mediū secundū
 profundum vsq̄ ad sensus organum: in quo vt fine & extremo mediū suam etiā speciem imprimi. **D**ecim cap. notę.
Corpus simplex est: quod vnus solius haberet elementi temperamentum.

Decimum caput continet tres conclusiones, & vnum correlarium ad secundam. **P**rima
 conclusio. **A**nimalis corpus simplex esse impossibile est, simplex intelligo igneū/aereum/
 aqueum/aut terreum. **N**am sine tactu animal esse non potest: neq̄ aliorum sensuum vllum
 habere. **A**tqui tactus/simplicis corporis esse non potest: & si visus / auditus/odoratus poss-
 48 sint, vt aquei & aerei: per quę vt media sentire faciunt, tactus enim per intraneum: & tangēt
 do ipsa igneā/aerē/aqueā/ & terrę sentit. **H**inc tactus nomē ei inditū est, animalis igit̄ corp⁹ simplex esse
 se nō pōt. **A**t tibi forte videri possēt terreū eē posse, sed sanē ita eē neq̄. **N**ā tact⁹/suscepti⁹ est oīz tāgīb⁹
 lū vt medietas q̄dā, & nō solū differētiarū terre: sed calidi/frigidi/hūidi/ & sicci & oim tāgi pōssibilitū.
 48 **H**inc ossa/pili/ & plātē nō fetiūt: q̄a terrę sūt. **S**cđā. aīalia tactu priuata mori necesse ē. **N**ā sine eo (vt
 dixim⁹) neq̄ aīal esse pōt: neq̄ sēsū vll⁹, imo cū sit ille sēs⁹: aīal esse necesse est, & cū sit aīal: hūc solū sēsū
 49 haberi pariter oportet. **C**orrelariū. hinc fit vt excellentē sēsibilitū aliorq̄ sēsū: nō aīal corrupat sed solū
 sēsū nisi per accidens, excellentē vero tangibilitū: et tactum & ipsum animal per se corrumpunt.
Excellens enim sonus vt tonitrus / animal non corrumpit sed auditum: nisi per accidens, vt cum spā
 ritus simul cū soño elis̄ p̄ussio aīal exanimet. **N**eq̄ excellēs visibile aīal corrupit: sed visū/nisi p̄ accidēs.

vt cū visu sic terrore afficitur animal: vt e vita emigret/ secedatq. Et ita de odore & sapore. At excellentiæ angustium: calidum/ frigidum/ humidum/ siccum/ molle & durum: tactum per se corrumpunt & animal. Non enim corrupto tactu: animal superuivere contingit, & omnis sensibilis superexcellentiā sensū corrumpit. **T**ertia. Solutus tactus animali ad esse necessarius est: alii vero propter bene esse. **N**am solus tactus animalis (vt uiuat) haberi est necessarius, & alii corrupti non intermunt animal, qui q ob bene esse animali sint concessi: statim cognitum est. Visus enim additus est: quo vitam in aere aut aqua aut aliquo perspicuo sibi vendicet. Auditus: quo ei aliquid indicetur, odoratus: quo odore a longe percepto ad alimentum se conuertat, gustus: quo iocundum sit ei alimentum/ & triste refugiat. Postremo lingua adhibita est: vt saporibus discernat/ vocesq. effingat. Est itaq. notum/ solum tactum ad esse animalis necessarium esse tributum: ceteros vero non ad esse sed ob bene esse.

Trium de Anima Aristotelis completę Paraphrasis / finis

Decimi capitis prima conclusio. Animalis corpus simplex esse impossibile est. **S**implex quidem est: quando solū est igneū 47
 & ignis tantum temperamentum haberet: aut solum aereum/ aut aqueum/ aut terreum. Nam sine tactu animal esse non potest: neq. aliorum sensuum vllum habere. At tactus in corpore simplici & organo vnius elementi temperamentum habente esse non potest: quia illius solius qualitates tangibiles perciperet & non aliorum: quibus visus/ auditus/ & odoratus/ possunt habere organum simplex vt aereum/ aut aqueum: quia sensationem faciunt per medium extraneum vt aerem aut aquam. Et rationale est illa habere naturam illius medi: per quod sentiunt. Non tamen hic vult philosophus organum visus & auditus omnino esse simplex: habet enim quattuor elementorum temperamenta, sed insigniter vnius elementi temperamentum retinet: a quo vt dominante nomen sumit, vt visus organum aqueum dicitur: & auditus/ aereum. Et sunt aer & aqua in maiori dominio in dactorum sensuum organo / q. terra in organo tactus, imo si terra in tanta esset excellentia in organo tactus in quanta aer est in organo auditus/ aut aqua in organo visus: organum tale esset ineptum ad tangendum. Quia igitur visus & auditus organa declinant ad vnius elementi & quidem insigniter supereminentiū temperamentum: recte hic dictum est visum/ auditum/ & odoratum posse esse corporis simplicis: vt aeri aut aq. Tactus autem per medium sentit intraneum vt carnem: & sentit tam ignea corpora q. aerea aq. & terrea: scdm magnitudinē proximū corpus tangendo. Si enim sensus tactus molle corpus virtute tā gēdi & secundū qualitatem tangat: simul etiam tangit ipsum secundum magnitudinem/ nam nullo interveniente altero corpore tangit. Corporis autem duri qualitates tangibiles percipit non simul ipsum secundum magnitudinem tangendo/ cum semper aer aut aqua que secludi non potest/ interueniat media: nunq. tamen secundum qualitatem aliquod corpus tangere possumus/ quin secundum molem vel ipsum vel alterum tangamus. Ex illo nomen tactus sensui impostum est: nomen inquam quo & contiguum corporum proximis attactus significatur: q. ita ambo coniuncta sint/ vt nunq. tactus secundum qualitatem sine tactu secundum magnitudinem deprehendatur esse: tamen si contra secundum magnitudinem contactus sine tactu secundum qualitatem esse possit/ vt in dormientibus & corporibus inanimatis, igitur animalis corpus simplex esse non potest. **A**t si quis inestet. Sicut organum visus aqueum & auditus aereum est: ita & tactus organum eodem iure potest esse terreum/ quare & simplex. **R**esponso. Non est simile de visu & auditu sicut de tactu. Nam visus temperamento aqueo percipit omnes colores: & auditus temperamento aereo omnes sonos. Tactus autem si terreum haberet organum: non omnes perciperet qualitates tangibiles/ sed solum frigiditatem & siccitatem terram. Quorum cum non solum sit tactus sed etiam omnium qualitatum tangibilium cuiuscunq. elementi aut corporis compositi: vt pote calidi/ frigidi/ humidū/ siccū/ grauis/ leuis/ rari/ densi/ molli/ duri/ non potest solum esse terreum. Idcirco ossa/ pili/ plantæ ob nimium quod habent terrę temperamentū nō sentiūt. **S**ecunda conclusio. Animalia tactu priuata interire necesse est. **N**ā 48 sine tactu animal esse nō potest/ neq. aliorū sensuū vllum habere, vt modo dictū est. Quinimo cum est tactus/ est animal / & cōiuncto cū est animal est tactus, quare ex opposito si nō est tactus: nō est animal. Sunt enim simul natura. **C**orrelariū. Hinc fit vt expe- 49 ratiōes & excellentiæ sensibiliū aliorū sensuū vt visus/ auditus/ olfactus/ gustus: animal nō corrūpāt sed solū sensū/ nisi p accidēs & per alterum tali sensibili coniunctum. Exuperationes autem & excellentiæ tangibiliū: & tactū & ipsū aīal per se corrūpūt.

Excellentis enim sonus vt tonitruū/ aut dicitur quidē per se corrumpit: nō tamen animal enecat nisi per accidens/ quādo iscilicet ventus simul cū tonitruo ex nube elisus animal interimit. Nō enim sonus enecat animalia/ neq. subuertit ædificia/ aut arbores euellit: sed violentus spiritus sono cōiunctus. Qui cū sensu nō percipiatur/ sonus autē facile sensu cognoscatur: dictos effectus vulgares sono ascribunt. Excellēs itidē visibile animal nō occidit sed visū tantū corrūpūt: nisi p accidēs/ cū ex rei visę horrore aīal tanto corripitur timore vt moriatur. Sic de odore & sapore dicendū est: quorū sensus interempti nō intermūt p se aīal. At excellentiæ tangibiliū vt ve bemes calidū/ frigidū/ humidū/ siccū: tactū p se corrūpūt. **O** is enim sensibilis superexcellētia sensū corrūpūt. Et tactus corruptus: corrumpit animal. Nā corrupto tactu animal superuivere impossibile est. **E**rgo & excellentiæ tangibiliū per se corrūpūt animal. **T**er- 50 tia conclusio. Solutus tactus animali vt sit: est necessarius. Alij vero sensus non vt sit animal, sed vt bene sit/ sunt necessarii. **N**ā solus tactus animali vt uiuat necessarius est: non autem alij sensus/ cum ipsis deperditis non oporteat animal deperire. **O** autē ad bene esse sint animali concessi/ patet. Quia visus animali datus est vt vitam in aere aut aqua ducat / alimentumq. queritet/ prosequatur cōueniēs & fugiat discōueniēs. Auditus vero cōcessus est vt aīali aliquid per vocē significet, boi enim aīali pfectissimo p vocē pfectissimam & exactissimam significatur animi intentio ab homine. Bruta vero per proprias & natura concessas voces/ animi affectus ac passiōes significant. Odoratus itidem datus est: vt odore perceptum a longe alimentum queritet. Gustus vero: vt sue nature cōueniēs alimentū sapore discernat discōueniētia. Postremū lingua cōcessa est animantibus: vt saporibus tanq. gustanda sensoriū dimoscet & voces efformet. Quare manifestum est: solum tactum animali vt sit esse necessarium: ceteros autem sensus: vt bene sit.

Commentarij in tertium de Anima Aristotelis/ finis.

Primi cap. libri de sensu & sensato nota.

Color/ proprium & per se a visu perceptibile. **S**ymbolum/ signum/ significatum.

Quomodo tactus secundum sensum cōiunctus esse.



Siber de sensu & sensato septem cap. complectitur. Primum tres conclusiones, duo correlaria ad primam, & vnum ad tertiam. **P**rima conclusio. Quoniam de anima & virtutibus eius vt ab ipsa proficiuntur determinationem fecimus: his suppositis de reliquis & iis que minus explicauimus tam communibus q. propriis determinationem facere expediet. **N**am de iis que animalibus sunt & corpori & anima communia (quæ in iis de anima non exacte satis determinata sunt: aut quæ illis tacta non sunt) apta post considerationem de anima incumbit determinatio.

Talia autem sunt: sensus/ memoria/ anima & corpori communia / & fere omnibus animalibus: quemadmodum appetitus/ concupiscentia/ ira/ delectatio/ tristitia, & hæc quattuor numero passionum coniugationes: somnus/ vigilia/ iuuentus/ senectus/ aspiratio & respiratio/ mors & vita: de quibus nihil illic tactum est. Expediet igitur de ipsis determinationem facere: & quid vnumquodq. eorum sit. vt vnde memoria/ quid somnus/ vigilia/ iuuentus/ senectus/ aspiratio/ respiratio/ quid mors/ quid vita & cur vnumquodq. accidat/ videre. **P**rimum correlarium. Hanc ob causam naturales philosophi: sanitate & egritudinis est principia inuenire. **S**unt enim hæc communes passiōes: solis animalibus cōiuenientes. Nam sanitatem & egritudinem vita carentibus fieri impossibile est. **S**ecundum correlariū. Et hinc fit vt Medicorum q. plurimi auidiuscule physicam artem prosequantur & querant. **N**am vbi naturales finiunt/ oriuntur medici, & ex his que de natura sunt/ sumit principia Medicina. **S**ecunda. Omnia que dicta sunt: corpori & animę cōmunia sunt. **N**am aut hæc sensus sunt habitus: vt memoria/ aut passiōes que sensibus fiunt: vt somnus & vigilia, aut animal & pariter corpus & animā saluāt: vt respiratio/ iuuentus/ vita & sanitas, aut corruptiones sunt & priuatiōes: vt respiratiōis ablatio/ senectus/ mors/ egritudo. Sunt igitur hæc omnia: corpori et animę cōmunia. Quid enim sit sensus/ propter quid accidat/ q. q. corporis sit (vt qui corporeo indiget sensorio) & q. animę: satis/ apprimēq. superius dictū est. Dicitur etiam est gustū & tactū: sensuū maxime necessarios animalibus esse. Tactū quidē: q. animal saluetur a corruptentibus tāgibilibus, gustū vero propter escā. Est enim sapor/ ad nutritiū partē ordinatus. Is enim sensus iocundū amplectitur alimentū: triste autē & horridū refugit & abhominatur, & alios sensus auditū/ visum & odoratum (qui per exteriora media fiunt) ipsis animantibus concessos diximus quo a longe alimentum dinoscens sibi melius prouideant. At visus & auditus in animalibus intellectu & prouiderentia præditis (qualis est homo) altioris boni vt disciplinę & prudentię gratia sunt. Nam plurimas differentias ostendunt/ ex quibus contemplatio cōfurgit: & circa agibilia/ humanasq. actiones discretio, de quibus hæc adhuc adiciamus. **T**ertia conclusio. Visus ad plura per se dinoscenda & ad necessaria: secundum se melior/ promptiorq. habetur: auditus autem per accidens. **N**am visus multimodis/ multiformesq. rerum differentias/ & ad vitam necessarias per se monstrat. Nam omnia corpora colore participāt, & sensibilia cōmunia magis hoc sensu percipiuntur. Auditus autem solos sonos & vnumquodq. varietates per se ostendit: que pauca sunt. Soni enim pauca conueniunt & voces per pauca elicitur. Visus igitur ad plura per se dinoscenda & ad necessaria: secundum se melior/ aptiorq. habetur. Sed quod auditus ad plura per accidens valet: hinc cognoscitur. Nam auditus/ & disciplinę & prudentię plurimum cōfert. Sermo enim solius auditus est/ ex quo omnium patitur disciplina: & non modo sonorum & colorum, non quidem secundum se/ sed secundum accidens. Constat siquidem sermo ex nominibus: quorum vnumquodq. Symbolum est atq. signum. Vt enim vox vnicuiq. rei sit signum: apte imponi cognoscitur, est igitur auditus per accidens plurium. **C**orrelariū. Vnde fit vt a natiuitate cecit: sapientiores etudant a natiuitate te furdas atq. mutis. Est enim (vt dictum est) auditus sensus disciplinę. Sed de his hæc tēntis.

Notarum primi capitis libri de sensu & sensato declaratio.

Cum dicit littera: omnia corpora colore participare / non ibi proprie sumitur color pro eo quod mouet actu perspicuum/ in corpore terminati extremitate existens: quæadmodū in secundo de anima scriptum est, sed cōmuniter pro oī eo quod proprie & p se a visu perceptibile est. Et cōplectitur colorē proprie sumptū/ lumen/ lucem/ fulgorē & cetera id genus visibilia. **S**ymbolū id dicitur qd aliter rei signū est & significatiū vt hō, omniū hōim/ equus/ equorū / & vnumquodq. vocabulū ex impositione significat.

Primi cap. libri de sensu & sensato prima conclusio. **Q**uonia de anima/ virtutibus eius/ & opatiōibus q. ab ipsa fiūt/ determinatio facta est: reliquæ est de ceteris q. minus explicata sūt siue oibus animantibus cōia sint siue aliquibus ppria/ determinatione facere. **N**ā de his passiōibus animalū q. ab anima efficiuntur: & a corpore/ materiaq. aīalis suscipiuntur: de quibus in libris de aīa cōpleta determinatio facta nō est/ cōueniēter post cōsiderationē de aīa determinadū est. Huiusmodi autē passiōes corpori et aīa cōes et satis pfecte prius explicatæ sūt sensus & memoria sensuālis: nō q. quidē aīa & corpori cōia sūt/ & fere oibus aīalibus cōueniētia: sicut & iste appetitus concupiscentia/ ira/ delectatio/ tristitia. Et hæc quattuor cōiugatiōes/ passiōesq. adinuitē oppositarū cōiugationes: somnus/ vigilia/ iuuentus/ senectus/ aspiratio/ respiratio/ mors & vita: quarum vna in affirmatione est & altera in negatione: pter aspirationē & respiratiōnē q. ambo in affirmatione sunt. Est enim aspiratio: aeris per anbelitū ad se attractio/ & exspiratio: emissio. Respiratio vtrūq. cōplectitur. Et de his nominatis nulla in libris de aīa mētio habita est. Cōueniēs est igitur de ipsis determinare: & quid vnumquodq. sit & quomō fiat/ cōsiderare. **P**rimū correlariū. Hæc ob causā ad naturalē philosophiā p̄tinet sanitate & egritudinis causas/ alitē in generali pushigare. **N**ā sanitas & egritudo passiōes sūt aīa et corpori cōes. Aīa qdē vt efficiētia. Corpori vero vt subiecto: & solis aīalibus cōueniūt. Sanitate enim & egritudinē vita carentibus & etiā sensu/ conuenire impossibile est. **S**ecundum correlariū. Hinc quoq. fit vt medici complures naturalis philosophiæ admodum studiosi sint.

Nam ubi determinatione suam expleverit phisicus: sua incipit medicus. Et ex his que in philosophia naturali determinata sunt preteritum de animalium passionibus corpori & anime corporibus (nam cetera philosophie naturalis elementa parum medico con-

Vtra phisica an medicina est dignior.

ducunt) ut in libris de generatione secundo de anima & parvis naturalibus: medicus sua determinationem sumit, quare hanc philosophie naturalis partem cognoscere necessarium est his qui ad medicine cognitionem aspirant. Non tamen idcirco concesserim physicam ad medicinam recte ordinari: nam hic minus digna est ut que ad consultatione operandum dirigit: illa vero dignior que ad contemplationem contendit: minorumque cognitioni parat aditum. Non autem sunt perfectiora ad minus perfecta ordinanda. Sed ob necessitatem humanam aliqua philosophie naturalis pars preter suam dignitatem ad medicinam humane salutis necessariam ordinatur: & quodammodo descendit: cum potius ascendere nata sit. Facit enim humana necessitas ut pleraque contra sue dignitatis rationem ordinentur: non tam pro sue nature conditione quam pro humana indigentia subleuanda. **Secunda conclusio.** Passiones omnes que modo dicte sunt: & anime & corpori communes sunt. Hinc quidem ut subiecto illi vero ut efficienti principio. **Quia** que dicte sunt passiones quadruplicem habent rationem. Aut enim species sunt sensibiles in sensu exterioris organo servate: & illic ab anima perfecte (que habiunt sensum dicuntur) ut memoria. Aut sunt passiones que sensibus fiunt: ut somnus qui sensationum exteriorum privatione fit: & vigilia que functione & operatione sensuum exteriorum agitur. aut animal saluans eiusque & animam & corpus: ut respiratio iuuentus: vita sanitas. Aut corruptionem animalis inferunt & precluduntur passionum privationes sunt: ut respirationis ablatio: senectus: mors: egritudo. Sed hec omnia nunc enumerata ab anima efficiuntur: & sunt in corpore tanquam subiecto: & hanc omnia sunt corpori & anime communia. Porro quid sensus/propter quid fiat eius operatio: & que anime pariter & corpori sit communis cum corporeo indiget organo: satis prius dictum est. **Quia** etiam gustus & tactus inter omnes sensus maxime sunt necessarii animalibus: superius istidem declaratum est. Tactus quidem: que per ipsum animal preteritur a tangibilibus ipsum corrumpere natis. Gustus vero propter cibum. Saporem enim alimentum conveniens a disconveniendi discernitur. Alimentum autem ad nutriendi vim est necessarium: igitur sapor ad vim nutritivam conducit & ordinatur. Gustus autem saporis dijudicat & conveniens nature alimentum sumit: noxium vero & disconveniens refugit / ut in animalis ingressu positus: cuius iudicio nature amicum intret & inimicum arceatur: repellaturque. igitur & gustus ad vim nutriendi ordinatur. At vis nutriendi animalis quoad vivit adest & est necessaria: igitur & gustus ad vitam bene agendam necessarius est. Preterea dictum est tres alios sensus: visum / auditum / & odoratum per medium extraneum suas operationes exercentes: animalibus esse concessos ut a longo spacio interuallo alimentum per colorem / sonum aut odorem deprehendentes sibi aptius promideant. At vero visus & auditus hominibus intellectum habentibus & prudentiam maioris boni gratia concessi sunt: ut pote discipline & prudentie consequende. Nempe dicli duo sensus plurimas rerum differentias & proprietates ostendunt: ex quibus pulchra in disciplinis contemplatio oritur que vim anime contemplativam perficit. Ex quibus item circa humanas operationes & huius vite actiones prudentia & discretio nascitur: que partem mentis activam & consultativam perfectam reddat. De quibus & hec adijcienda sunt. **Tertia conclusio.** Visus ad plura per se cognoscenda quam auditus: suapte natura melior est. Contra vero auditus ad plura per accidens dinoscenda quam visus est convenientior. **Primum** patet. Nam visus multiplices & multiformes rerum differentias vite quidem humane necessarias ostendit: & per se earumque species in se recipiendo. Nam per se omnia colorem habentia percipit. at omnia corpora sine naturalia sunt sine celestia colore participant. Omnia igitur corpora visus per se dinoscit. Adde quod sensibilia communia magis visu quam auditu dinoscuntur: ut magnitudo / numerus / figura / motus & quies. Auditus autem solos sonos & vocum diversitates per se ostendit: & corpora que sonum aut vocem edunt. illa autem admodum pauca sunt. Ut enim ex secundo de anima manifestum evasit: non omnia corpora sonum efficiunt. Voces itidem per quam paucis conveniunt: igitur visus ad plura per se dinoscenda quam auditus est expedientior. **Secundum** vero patet. Nam auditus sensu solum sermonem apprehendit. At ex sermone / omnis & disciplina & prudentia acquiruntur: igitur auditus ad disciplinam acquirendam & prudentiam mirum in modum conducit. Sermo autem non solum de coloribus est aut sonis: sed de omnibus tum sensibilibus tum intelligibilibus que voce significantur. igitur & auditus est omnium: non quidem per se sed per accidens: & quia omnia nominibus (que auditus percipit) significari contingit. Quippe sermo ex nominibus & vocabulis constat quorum unumquodque rei alicuius ex impositione est significativum. Vox enim omnis non aliam ob rem ad significandum imposita est: quam ut rei signum sit & denotativum: igitur auditus est plurimum per accidens quam visus. **Correlarium.** Quo fit ut a nativitate cecum & auditus doctiores evadant a nativitate surdis & vidensibus. **Quia** auditus discipline sensus est preteritum ab altero suscipiendus. Visus autem & si ad disciplinas multum conducit, non tamen usque adeo ut auditus. Nam sermo que scriptura ad docendum est efficacior. Et viva vox magis excitat / afficit / & movet discens animum quam littera. Itaque a nativitate cecum & auditus possunt vocis ad miraculo ab alijs doctrinam suscipere: quia auditum habent. Non autem a nativitate surdis & vidensibus: sed solum propria inventione aut visibilibus signis ab alijs doctrinam habere possunt. At melius ab altero doctrina sermone percipitur quam propria inventione habeatur: cum rari sint qui eo polleant ingenio ut per se discere possint / opera preceptoris non indigentes. Id etiam fere impossibile est ei qui prima litterarum fundamenta iacta non habet: & attingit aliquantulum litteris institutum: qualis esset is qui a nativitate audiendi facultate destitutus visum haberet: igitur a nativitate cecum & auditus doctiores evadunt a nativitate surdis & vidensibus. **Secundi cap. nota.** **De fluxu / Atomorum resolutio.**

Secunda cap. continet quinque conclusiones, duas rationes ad secundam, duas rationes ad secundam partem tertie: & unum correlarium ad quartam. **Prima conclusio.** De organorum sensuum natura incumbit determinatione. **Nam** antiqui ea aptabant elementis. Sed cum elementa sunt quattuor / sensus vero quinque: hoc ipsis ingessit difficultatem: cuiusmodi quantum sensum aptare possent. Videndum utrum expediat an equa eorum aptatio fuerit. **Secunda.** Non probanda est eorum sententia: qui visum / ignem esse posterunt: ut Timæus & Empedoclis. quod constricto & moto oculo videatur oculus ut ignis fulgere. **Primo.** Quia si ignis ille quem ponunt in oculo visibile esset: eadem ratione videri deberet oculo quiescente atque oculo moto, aut causam



adducant cur potius illic quam tunc. Non autem ita videtur, nam sentientem & videntem non lateret. Non est igitur ignis. Sed instabit cur ipso moto igitur apparet fulgori: & ipso quiescente non: Facilis & propria responsio est, causa huius non esse ignem: sed quod levia corpora mota ut aqua: nata sunt in tenebris fulgere: non quidem lucem emittere. Ita pupilla oculi quae in medio oculo nigra apparet: hunc in modum levis est: quae in tenebris mota & constricta fulget, & pars a parte deprehenditur: quemadmodum in refractione solet, & hinc duo aut plura videre apparet. **Secundo.** Dicunt ipso igne exeunte (quemadmodum dum lumine a lucerna) nos videre, ergo videre deberemus in tenebris. Et potissimum ignis ille in tenebris deberet nobis quam in luce patentior & apertior fieri, quando quidem parvus ignis se magis in tenebris prodere solet: ut torris / ut flamma. Id autem sub tenebrarum opacitate minime adhuc contigisse conspectum est. Non est igitur oculus / ignis: neque ab eo talis ignis egreditur. Neque satis respondet Timæus quod ignis ille in tenebris extinguitur, quia alios ignes in tenebris extingui non videmus: sed extinguitur ignis humido & frigido. Est enim calidus & siccus. Et si ignis ille tenebrarum occursum disperiret extinguitur: tamen magis per diem in aqua & in glacie (in quibus alia ignita extingui maxime perspicuntur) extingueretur. Nunc autem nihil tale evenit: non igitur respondet Timæus sufficienter. Et Empedocles fere consimiliter sentit: duplicem tamen videndi modum tangit. Primum quod fiat visio egrediente lumine: quemadmodum (inquit) noctibus hybernis iter meditans lucernam accendit: paratque ut omnium ventorum impetus a lucerna arceat: circumducta lucernae tenui membrana. Dispergunt etenim ventorum flammam a flamma. Et quanto lumen hoc velamine circumseptum se magis diffundit: clarius illustrat. Ita natae lumine circumquaque pupillae orbem fuso: quod se aliquando fortius effusum extra profert & egerit nosque ita videre asserit. Secundum vero modum ponit: nos scilicet corpora quae videntur eorum defluxibus intueri. **Tertia.** Democritus oculum natura esse aqueum rite sensit: visionem tamen illius esse fulgorem non bene putavit. **Quia** enim pupilla aquea sit: multa praeferunt indicia. Primum. Quia ipsa fossa multa defluunt aequae. Secundum. Quia oculi de proximo / recentibus formati: frigiditate & claritate cetera membra excellunt, quod aquae naturae maxime congruere videtur. Tertium. Et circa pupillam albugo pinguis & sedum in oia: animalibus sanguine praeditis & palpebris oculos obvelantibus: concessa ingeniose factum a natura: ne pupillae humidum coaguletur / gelcetque. Hinc riget frigore: palpebris contentum nunquam fringere sentimus, & ceteris animalibus dura oculorum cooperula ad ipsius pupillae protectione natura tribuisse videtur. Sed quod non bene dixerit visionem esse fulgorem: patet. **Primo.** Quia visio est quaedam in vidente facta passio. Fulgor autem accidit quod oculus levis sit: sitque facta refractione: non igitur visio est huiusmodi fulgor. Sed de his quae refractione apparent: nondum videtur naturam ab ipsis fuisse deprehensam. **Secundo.** Si visio fulgor esset: cur circa alia corpora circa quae fulgor emicat etiam non est visio? & ex consequenti cur illa non videantur: sed solum oculis? Accidit itaque viderem non quia pupilla fulgeat: aut quia sit aqua: sed quia perspicua / colorum specibus insensibilis est. Et licet perspicuum esse: commune sit & aeri & aquae: aqua tamen durabilior / permanentiorque est. Hinc potius aqueam naturam deignitate possidemus pupillam. **Quarta.** Inconvenienter dicunt (quicquid id sit: quod ab oculo egreditur) visionem fieri. **Nam** quicquid id fuerit: inconveniens est ipsum subito ad astra usque protendi. Et si non ad astra usque protendatur: stultum etiam est alio quopiam in medio putare coniungi. Contingit enim lumen luminis: & non quodlibet cuiuslibet, sed factus est modo qui dicitur est: exterius interiori coniungi. Est enim videndi virtus interna latens, & exteriore septa / circumdataque membrana. Ratumque id haberi debet: quod superius manifestum factum est: colores non sine lumine videri. Et si ue perspicuum visui & rei visum medium sit aer: siue sit aqua: a colore moueri. a quo moto mouentur oculi: sicque visionem fieri. **Correlarium.** Rationabiliter igitur etenim ut oculus factus fuerit: aptus. **Nam** aqua perspicua est. Ipso igitur existente aequo, interius lumen suscipiet: & fiet actu perspicuum: poteritque a sensibilibus ut coloribus moueri quam aptissime, quod etiam ita conspicietur. Et iterum cum illud perspicuum / aereum non sit: merito aequum esse dinoscitur. Et extremum oculi non est animae videnti organum: sed vis ea interna latet / in quo internum habet organum. Hinc interius perspicuum conspiciuntur oculi. Et nonnullis in bello circa tempora vulneratis: pupillae poris abscessis accidit perpetuas subortas fuisse tenebras: sicut extincta lucerna, quae pupilla internum dictum perspicuum, quasi videntis lampas recisa fuerit. **Quinta.** Si sentiendi organa quattuor elementis aptari videmus: sensuum visus: aquae aptare conveniret: auditus: aeri: olfactus: igni: tactus: terrae: & quia gustus quidam tactus est: ipsa itidem terra apta remus. **De visui** ita dictum est & de auditu sensorio in his qui sunt de anima. De odoratu vero, quia quale quod odoratur: actu est: talis olfactus / potentia est. Quod autem odoratur: actu igneum est. Nam fumalis evaporatione / odorem & suavitatis fragrantiam parit: quae quidem ab igne est, sensus igitur odorandi potentia igneus est. Hinc circa cerebrum (quod ceteris partibus corporis humidius & frigidius existit) situs est. Et de tactu & si totum corpus obtinere videatur: nullus tamen aliorum circa cor calidissimum & cerebro oppositum: sibi sedem delegisse videtur, quare si ei aliquod aptandum sit elementum: cum aqua visui sit deputata / aer auditu: ignis olfactui: sola terra ut ei accomodetur relicta esse videtur. itidem & gustus: cum gustus quidam sit tactus. **Notarum secundi capitis declaratio.** **Quemadmodum** tunica successione & agitatione pulveris exeunt: & a monte harenose / valido impetu ventorum harenae segregantur & disperguntur: ita


guntant astringi a corporibus separari minutula quaedam corpora; quas atomos dicebant; ob suam paritatem & molis exiguitatem impartibiles. Et huiusmodi atomorum resolutio/separatio; defluxus ab eis nuncupabatur.

Secundi capitis prima conclusio. De organo sensuum nunc determinandū est. Nam antiqui sensuum organa elementis acceperunt. Et vnicuique organo aliquod respondere elementum ponebant. At cum elementa sint quattuor; sensuum organa sunt quinque: id ipsis difficultatem attulit cui elemento quintum sensus organum coaptare deberent. Considerandum est igitur an conveniens eorum determinatio fuerit: et veritati consentanea. Secunda conclusio. Non recte dixerunt Timaeus & Empedocles visum esse ignem: hac ratione moti quod cum oculus mouetur & constringitur/videtur ut ignis fulgorem emittere. Primo. Quia si ignis ille (quem ponunt in oculo) sit visibile quiddam/et a visu perceptibile: eadem ratione deberet conspici cum oculus quiescit sicut cum oculus mouetur. Sensibile enim rite sensui obiectum ut sensationem faciat/ necesse est, & melius in quiete quam motu res videtur: quando quidem motus/exterorum impressiones impotentiores efficiunt. Non enim causam efficacem adducere possunt: cur potius oculo moto quam ipso quiescente ignis ille conspiciatur. At qui oculo quiescente ignis huiusmodi non percipitur in oculo. Nam si esset & perciperetur: videns & sentiens ipsum deprehenderet/ quod nondum a quoque hominum deprehensum est: igitur neque cum oculus mouetur: in eo esset ignis. Non igitur est oculus ignis. Sed obijcient, si oculus non sit ignis: quare oculo moto apparere fulgor/ & ipso quiescente non appareret. Responsio. Huius causa non est ignis in oculo existens, sed quia plana & lenia corpora cum mouentur nata sunt in tenebris fulgorem emittere & non lucem. Vt aqua nocte percussa fulget: non autem luces. At pupilla quae in medio oculo nigra conspicitur/ lenis est: ipsa igitur in tenebris mota & constricta fulget, & pupillae pars una ab altera deprehenditur: sicut in refractione fieri solet, & idcirco unam tantum rem cernens: duas aut tres se videre indicat. Secundo. Sicut lumine a candela diffuso fit illuminatio: ita dicunt igne ab oculo exente fieri visionem, quod si ita esset/aeque in tenebris atque in die lumine deberet fieri visio: ut in tenebris sit lumine a candela diffusio. Immo in tenebris deberet ignis ille manifestior quam in lumine esse: quia parvus ignis se magis in tenebris ostentare solet & declarare, quandoquidem maius lumen impedit minus conspici simulque videri. Torris enim & exigua flamma in tenebris procul conspicitur: quae in lumine aperto vix se praebet conspiciam. At in tenebris nunquam ignis ille oculorum conspectus est: aut notatus: igitur nec oculus ignis est/ neque in eo est ignis: cuius egressus fiat visio. Neque probanda est Timaei responsio dicentis quod ignis ille oculorum in tenebris extinguitur & idcirco non videtur. Nam alij ignes tenebris extingui non videntur/ sed magis elucere. Ignis enim contrariis suis humido & frigido extingui solet: cum sit calidus & siccus. Et si quies esset ignis in oculis: eiusdem esset generis & naturae cum ceteris ignibus/ quare nec ille ignis extingueretur in tenebris. Quia si huiusmodi ignis tenebris extingueretur/ quae nullo modo igni contrariae sunt: multo magis tempore diurno in aqua/ glacie/ & aere gelido quae igni contrariae sunt extingueretur. Nam alios ignes qui in tenebris non extinguntur/ in aqua & aere frigido maxime extingui percipimus. At neque in aqua/ neque glacie nec aere gelido ignis oculorum nec oculus ipse percipitur extingui: igitur non sufficiens est Timaei responsio. Empedocles autem fere consimilia praedicis asserit: duplicem tamen ponit videndi modum. Primus est quod visio fiat lumine ab oculo egrediente. Sicut enim (dicit) hyeme quis iter facturus accendit candelam: quam tenui membrana circumdat ut omnem ventorum impetum a candela defendat. Nam ventus flammam extinguit solet. Et quato lumen tali membrana circumseptum se latius disperferit: tanto candela clarius illustrat. Ita nativum conaturaleque oculo lumen (inquit) circum pupillam vndique extra diffunditur: & pelle tenui/ exterioraque contigitur: sicque visionem fieri ponit. Et quato fortius lumen illud se effuderit & protulerit: tanto secundum eius sententiam clarior fit visio. Secundus modus est quod visio corporum fiat per defluxum atomorum a corporibus visis: illarumque ad oculum delationem. Sed uterque veritati contrarius est: ut sequentia ostendent. Tertia conclusio. Democritus oculum naturae aequum habere temperamentum recte asseruit: oculi tamen visionem esse fulgorem non bene posuit. Quia enim pupilla sit aquae naturae: multis signis ostenditur. Primum. Quia pupilla effossa: multa ex ea defluunt aquae. Secundum. Quia oculi de novo formati frigidiores sunt: & clariores/ magisque perspicui quam cetera corporis membra. At frigiditas & perspicuitas/ ipsi aquae maxime propriae sunt & conveniunt. Tertium. Circa pupillam est albu quo pinguis inflat adipis/ animalibus sanguinem habentibus & palpebras concessa: ne humor pupillae coaguletur & congeletur, hanc ob causam quantumlibet sit gelu & frigus: nunquam oculus aut pupilla frigore affici deprehenditur. Ceteris autem animalibus sanguine carentibus dura oculorum cooperacula concessa sunt: ad ipsius pupillae protectionem. Est igitur oculus (ut qui gelari possent) nisi naturae munimento tutus esset a frigore/ aquaeus. Quia autem non bene dixerit Democritus visionem esse fulgorem/ patet primo. Quia visio est quaedam in vidente factio: est enim speciei visibilis in organo visus susceptio. At fulgor non est speciei visibilis in oculo susceptio: igitur fulgor non est visio. Praeterea fulgor oculo prodire visus accidit: quia oculus lenis est & planus: sitque facta refractione. At his de causis non accidit visio: igitur visio non est fulgor. Sed nondum videtur Democritus deprehendisse naturam & conditionem eorum quae refractione fiunt. Secundo. Si visio esset fulgor: eodem iure circa alia corpora quae fulget debet esse visio sicut circa oculum/ & eadem ratione corpora quaecumque fulgentia haberent visum. At alia corpora quae fulgent: videndi virtutem non habent, ut squamae pisicium/ & capita/ & ligna vetustate putrida/ neque eorum fulgor est visio: igitur neque oculi visio est fulgor. Et reuera sit visio: non quia pupilla fulget/ aut quia sit aquae naturae: sed quia perspicua est/ & ad colorum species suscipiendas apta. Et quoniam esse perspicuum est aeri & aquae conveniat: quia tamen aqua densior est & permanentior/ rerum imagines representans & visibiles praebens: idcirco pupillam potius aquaeam quam aeream naturae animalibus tribuit/ ut in ea rerum species represententur. Si enim aerea fuisset/ susceptio in ea colorum species non fuisset visibiliter representata/ sicut in aere non apparent. Quarta conclusio. Inconuenienter dicunt nonnulli visionem fieri aliquo ab oculo egrediente. Nam quicquid id fuerit quod ab oculo egreditur: inconueniens est ipsum subito ad astra visum, ab oculo porrigi. Aut si non ad astra visum, protendatur: ridiculum est credere ipsum in medio coniungi speciei rei visae/ ab ipsa re visa ad idem medium porrectae: & putare radium ob oculo egressum & aere visa protensum sibi mutuo occurrere/ & obuiare in medio. Lumen enim lumini coniungitur: non tamen quodlibet cuiuslibet, non enim lumen caeli coniungitur lumini in aere existenti: quia eorum subiecta non sunt coniuncta nec se tangunt, sed exterius lumen est quod in aere est oculis proximis: coniungitur lumini interiori & in oculo existenti per accidens tamen & quia eorum subiecta coniuncta sunt. Vis enim videtur

di interior est & latens: exteriori membrana ut pote pelle extrema & continua oculi circumdata. Et id manifestum haberi debet quod superius probatum est/ colores sine lumine videri non posse: & ipsum perspicuum inter rem visam & oculos medium/ sine sit aer sine sit aqua a colore moveri/ speciemque coloris suscipere. A quo quidem perspicuo speciem coloris habente/ oculus similem suscipiat speciem coloris: sicque fiat visio. Correlarium. Quare non ab re a natura factum est quod oculus sit aquaeus. Nam cum oculus perspicuus sit intra se facile lumen suscipiet/ & fiet huiusmodi luminis susceptione actu perspicuus: sicque speciebus rerum visibilibus suscipiendis erit aptus/ ut nunc quoque fieri conspicitur. At huiusmodi oculi perspicuum/ aereum non est ut modo probatum est/ nec igneum aut terreum/ quia nec ignis nec terra: perspicua sunt, ergo relinquuntur ipsum esse aquaeum. Extrema autem oculi cuti cula non est visus organum: ut neque extrema manus pellis organum est tangendi/ sed eius organum interius latet, quare oculus introrsum perspicuus conspicitur: quo lumen ad eius organum perueniat. Et nonnulli in bello circa tempora sauciati facti sunt perpetuo caeci: quia pori pupillae ad tempora extensi abscissi fuerunt, propter quod & ipsa pupilla laesa & extincta fuit ut videndi lampas: non quidem lumen extra diffundens/ sed ab exteriori lumen in se suscipiens. Quinta conclusio. Si sentiendi organa quattuor elementis aptanda essent: organum visus aquae/ auditus aeri/ olfactus igni/ tactus vero terrae aptandus esset. Et quia gustus est quiddam tactus: ipse itidem terrae responderet ponendus esset. De visu iam dictum est de auditu autem organo declaratum est in secundo libro de anima. De odoratu vero patet. Quia quale est odorabile actu: talis olfactus est potentia. At odorabile/ actu igneum est/ quia exhalatio fumi ut thuris/ fragrantiam & suauem odorem efficit. Talis autem exhalatio est ab igne: igitur odoranda sensus potentia est igneum. Hinc circa cerebrum ceteris membris frigidius & humidius collocatus est: ut cerebri frigiditatem ignea caliditate/ & humiditatem siccitate temperet & foveat. Tactus autem & si per totum corpus diffusus sit: principium tamen & principale sibi organum delegisse videtur circa cor calidissimum & cerebro oppositum: conuerso scilicet ad vniuersum si situm ordine in quo aqua subest igni. In homine vero ignis subest aquae: ut in foco supponitur ignis lebeti. Si itaque ei aliquid aptandum esset elementum/ sola terra ut ei aptetur reliqua est/ similiter gustui: cum ipse sit ut quiddam tactus.

Tertij capitis nota. Sensus actus/ sensatio. Corpora terminata/ corpora operata: quae secundum profundum/ lumen non admittunt. Coccineus/ purpureus/ excellentia rubens & roseus.

Ertium cap. continet vnam diuisionem, quattuor conclusiones, duas rationes, duos modos, quibus antiqui medios assignabant colores ad primam, & duas rationes ad secundam. Diuisio. Vnumquodque sensibilem dupliciter dicitur: hoc actu/ illud potentia, ut color actu/ color potentia: sonus actu/ sonus potentia. Et de his vniuersaliter dictum est in iis qui sunt de anima: & cuius sint sensus, & quomodo sonus/ audibile actu: sit idem auditioni, & visibile actu: visioni, & ita in ceteris, sed quid eorum sensum actu faciat: nunc expediemus, & primo de colore. Prima conclusio. Color: actu sensum faciens is est qui extremitas est perspicui in corpore terminato. Nam & si esse perspicuum aeri & aquae conueniat: ipsis tamen proprium non est: sed plerisque aliis conueniens/ illis plus/ his vero minus. Et corpora terminata: secundum extremitatem lumen recipiunt/ fiuntque perspicua. Lucidum enim aliquid ut ignis: luminis sui praesentia facit actu perspicuum: cuius quidem absentia tenebrae sunt. Et quod huiusmodi color sit perspicui extremitas/ aut verius in perspicui extremitate: quia propter extremitatem non est/ dinoscitur. Primo. Quia propter hoc Pythagorici colorem Epiphantiam (quam super appositionem dicimus) vocabant. Et si is color/ actu perspicuum in mouens & sensum faciens: in extremitate sit perspicui: consimilis tamen naturae interius latentem credere oportet esse colorem: quoniam actu perspicuum non moueat. Secundo. Quia interminata corpora ut aer & aqua saepe colorata videntur: ut rubor rutilans in aurora. Sed non quod illic verus sit color, verum propinquitas aut distantia: talis apparentiae occasio est. Nam neque aer neque aqua colorata sunt. In coloribus autem terminatorum siue eminentium siue de prope: perseverat apparitio. Non autem terminatorum corporum. Est igitur huiusmodi color apparetis in corpore terminato. Et quod iunctus sit perspicuo indicium est: quia colores illos saepe permutari videmus: secundum quod plus aut minus affuerit perspicui, quod quidem non ad interiora penetrat, bene igitur dictum est colorem qui videtur: esse extremitatem perspicui/ siue potius in perspicua extremitate corporis terminati. Et si quod perspicuorum colore affectum est: similiter color in eius extremitate mouet/ quemadmodum in ceteris, hoc tamen interest quod etiam internum, atque in profundum residens: mouet. Duo modi quibus antiqui medios assignabant colores. Primo. Vt lumen in perspicuo & tenebrae: ita in corporibus terminatis albedo & nigrudo. Et medios colores inter hos fieri putarunt ex commixtione albi & nigri, quorum vnumquodque propter sui paritatem insensibile est: medium tamen oportere nasci colorem. Nam neque albedinem neque nigredinem esse necesse est: erit tamen color aliquis/ quare medius. Et quia iterum ipsi misceri contemset cum albo aut nigro: ex tali commixtione confusio neque alia enascetur coloris speciei. Et cum huiusmodi valde variis fieri possint proportionibus: ut primo duorum albi & nigri: qui sine proportionibus & temperantia sunt/ sed in excellentia quadam & excessu, deinde trium ut albi/ nigri & duorum contemperantium: & secundum alios numeros quoscumque. Hinc valde multos contingit medios enasci colores. Et sicut in consonantiis secundum proportionatissimos numeros delectabiles enascuntur harmoniae: ita secundum similes colorum proportionibus & numeros: delectabilissimi nascuntur colores ut coccineus/ purpureus. Hinc euenit ut sicut paucos sonorum sunt consonantiae: ita paucos delectabiles contingat esse colores, inordinatos autem multos: ut omnes quicumque secundum alios sumantur numeros. Secundus



modus est, mediorum colores apparere: quia color coloris sit superadditus & colorem colore videri contingit, quemadmodum pictores apparere faciunt: colorem coloris pingendo superponentes, & quemadmodum contingit medios colores in aqua apparere vno colorato alteri superposito, & quemadmodum sol per se albus apparet: & idem caligine aut fumo conspectus/rubicundus apparet & puniceus, hac de causa multos esse medios colores aiunt, quia cum album & nigrum non sint in proportione aliqua: ex ipsa adinuicem proportionatis medius nascetur color & consimiliter vt in primo modo ponentur in proportione: quia semper eorum qui sunt in superficie ad eos qui sunt in profundo erit proportio, qui si fuerint duo/tres/aut quattuor: sicut mutabuntur / & mediorum ipsorum apparentie. ¶ Secunda conclusio. Primus modus mediorum colores statuendi irrationabilis est. ¶ Primo. Quia sicut nulla magnitudo inuisibilis est: sed qualibet aliqua distantia visibilis, ita neq; albedo & nigredo, quare earum mixtio non facit medium colorem: sed potius fiet quidam aggregatus color vtriusq; communis, qui & si a longe discerni nequeat: poterit forte aliqua distantia discerni. ¶ Secundo. Quia mixtio non fit iuxta positionem minimorum ad sensum: neq; minimorum secundum quantitatem. Quia nulla sunt talia: quemadmodum prius dictum est. Sed diffusione / & minimorum natura iuxta positionem (vt est minimum semel/minimum homo / minimus equus) & eorum que adinuicem misceri nata sunt, & que ea sint: prius a nobis dictum est. Non enim homo miscibilis est equo: neq; color coloris. Non igitur huiusmodi commixtione/medij proueniunt colores. ¶ Tertia. Neq; mediorum colorum quo nobis appareant: secundus approbandus est modus. ¶ Nam multi sunt medij colores: quibus nullus superponi videtur alius color. Et ea que superpositione apparent: non consimiliter apparent de longe & de prope. qualiter videmus medios colores. Non igitur apparent / colorum coloribus subterniculo aut superpositione. ¶ Quarta. Neq; sentiendum est (vt pleriq; volunt) talia apparere corporum defluxibus / atq; hunc in modum visionem fieri. ¶ Nam visio fieret corporum contactu, at melius fit si color moueat medium perspicuum/quod motum moueat sensum: q; huiusmodi corporum tactu/ nulla q; sequi videtur incommoda. Non igitur hunc in modum visionem fieri/colores apparere probandum est. ¶ Sed quare. Vnde igitur sunt multi & varij colores: vt hi extremi/hi vero medij? ¶ Dicitur. Sicut diuersa sunt mixta/mixtorumq; temperamenta: ita multi & varij sunt colores: mixtorum & temperamentorum naturam sequentes. Mixtorum enim hac simplicium superabundantiam magis imitantur/hac minus / illa vero secundum ipsorum minima temperamenta feruant. Et cur colorum / sonorum & odorum species terminatq; & finitq; sint: alius futurus est sermo.

¶ Notarum tertij capitis declaratio.

¶ Corpora terminata dicuntur: non quia superficie extrema terminentur/cum id aeri & aque conueniat & omnibus corporibus sit commune, sed quia opaca sunt & lucido obiecta vmbra faciunt: neq; secundum profundum lumen admittunt, vt terra lapis lignum. Et quia secundum extremitatem lumen suscipiunt quo extremitatis color visibilis est: perspicua terminata dicuntur/ simpliciter autem perspicua dici non possunt. Interminata autem corpora sunt non opaca: sed transparentia & secundum profundum lumen admittentia. Ideoq; perspicua interminata dicuntur: vt aqua & aer.

¶ Tertij capitis diuisio. Vnumquodq; sensibile dupliciter dicitur, nam quoddam est actu: & est species sensibilis in organo suscepta, vt visibile actu est species coloris in visu suscepta, & audibile actu: species soni in aere suscepta. Aliud est sensibile potentia: & est primum/exterumq; sensibile quod est extra sensum: tamen si nunc percipiatur, vt visibile potentia/est color extra oculum in re visa existens: & audibile potentia: sonus extra auditum foris diffusus. Et de his generaliter facta est mentio in secundo de anima: ad quem scilicet sensum/vnumquodq; sensibile tum actu tum potentia pertinet. Et quomodo sonus actu sine audibile actu si idem quod audibile actu sine auditio: scilicet species soni in auditu recepta/que ad corpus sonans comparata dicitur audibile actu/ ad organum vero: auditio. Sic visibile actu est idem visio: tamen si hoc passione/illud vero actione designet. Sed quid sensibile sensitio ne faciat/nunc determinandum est: & primo de colore. ¶ Prima conclusio. Color visionem faciens: is est/ vt extremitas est/ perspicui in corpore terminato. Non q; ipse color sit ipsa extremitas perspicui: nec superficies conuexa est & quantitas: ille vero qualitas, sed quia est in extremitate corporis perspicui terminati: non quidem vt in subiecto/ cum vtriusq; sit accidens: sed quia coniungitur extremitati perspicui/ & in eodem (quo perspicui extremitas) est subiecto: vt pote in materia rei visae. ¶ Nam quis esse perspicuum conueniat ta aeri q; aquae: ipsis tamen non est quarto modo proprium cum pleriq; itidem alijs conueniat esse perspicuum: his quidem plus: vt que aereum habent temperamentum/illis vero minus: vt q; aqueum. Corpora autem terminata secundum extremitatem admittunt lumen & sunt actu perspicua. Lucidum enim omne: vt sol/ignis/sui luminis extra se diffusi presentia facit corpus actu perspicuum: ipsius autem luminis in perspicuo absentia/tenebrae sunt. ¶ Et q; color visionem faciens sit extremitas perspicui/inimmo verius in extremitate perspicui: patet primo, quia ob hoc Pythagorici colore vocabant Epiphaniam/quam latini superapparitionem vocant: quia color in extremitate existens perspicui terminati superapparet/ & extra conspiciatur. Et quis ille color visionem faciens: solum sit in perspicui extremitate/immo verius extremitati perspicui coniunctus (vt particula in denotet eum/ & associationem dicat) consimilis tamen nature in partibus interioribus esse color credendus est: quia cum res opaca diuiditur / distractis partibus apparet color qui prius latet in terminis. ¶ Secundo. Quia corpora interminata & non opaca sed simpliciter perspicua sepe videntur colorata: vt videtur rubor in aurora rutilans. Id tamen non videtur quia sit ibi verus color: sed propinquitas aut distantia/ & corporum caliginosorum interceptio/huius apparentie est causa: quia aer & aqua proprio colore colorata non sunt. Et procul distanti aliquis in aere color apparet: qui idem alteri prope astanti minime apparet. In corporum autem terminata: si hinc opacorum coloribus/ siue de longe

Quare color dicitur esse extremitas perspicui.

¶ Quomodo fit mixtio.

16

17

18

15

14

17

18

ge siue de prope eadem perseuerat apparitio. In corporum vero interminatorum & perspicuorum simpliciter/ coloribus: minime igitur huiusmodi color/ actu sensum faciens: apparet in corpore terminato: & non solum modo in aere. Quod autem is color sit in aere perspicuo actu & lumini/ indicium est: quia colores illi sepe permutari videntur: & habere diuersas apparentias, vt in collo columbae & pauonis interdum apparet color glaucus / interdum subrubeus: & similiter in pariete/ secundum q; illud corporis terminati extremum (quod quidem secundum quid perspicuum est) fuerit magis aut minus luminosum: quod quidem lumen ad interioris corporis terminati partes non penetrat. Recte igitur dictum est colorem qui videtur coniunctum esse extremitati corporis terminati & secundum quid perspicui. Et si quod simpliciter perspicuum / interminatumq; corpus colorem habuerit vt crystalli tincti & vitra depicta: color in eius extremitate existens mouet consimiliter visum & efficit visionem/ sicut in ceteris corporibus opacis. Id tamen interest q; simpliciter perspicuis: natium & conuenientibus coloribus aut arte induclum/ color interior itidem mouet visum: cum ad ipsum perueniat lumen. In corporibus autem terminatis/ interior color nullo pacto sensum mouet: quandoquidem ad ipsum/ lumen non perueniat. ¶ Duo modi quibus antiqui medios colores assignarunt. Primus. Sicut se habent lumen in perspicuo & tenebrae: ita in corporibus se habent albedo & nigredo. Non quidem ad similem oppositionis habitudinem: sed q; horum prius vt affirmatio est & perfectius / posterius vero vt negatio & imperfectius. Et id eo quidem modo intellectum: Aristotelis sententia est consentaneum. Et antiqui medios colores fieri putauerunt ex permutatione/ confusioneq; albi & nigri: quorum vtriusq; per se (vt aiunt) propter suam paruitatem est visu imperceptibile sed ex illis medium dicunt enasci debere colorem. Nam ex ipsis commixtis aliquis apparebit color. Is autem neq; albedo est neq; nigredo/ & tamen aliquis erit color: erit igitur color medius. Et quia rursum is color medius simul potest commisceri cum albo & nigro: ex tali trium colorum commixtione/ alia rursum enascetur coloris medij species. Et cum huiusmodi valde diuersa fieri possent commixtiones: vt primo duorum albedinis & nigredinis: qui sine proportionem & temperamento sunt/ sed in excellentia & exuperatione. Deinde trium: vt albi nigri & vnius medij temperati. Deinde quattuor: vt duorum extremorum & duorum intermediorum/ & ita secundum alios quoscunq; numeros. Idcirco contingit multos enasci/ fieriq; eorum sententia medios colores. Et quemadmodum in consonantibus secundum numeros recta adinuicem proportionem moderatos/ delectabiles sunt harmoniae: ita secundum debitas colorum proportionem & numeros/ delectabiles admodum nascuntur colores: vt cocineus & puniceus. Et sicut paucae sunt sonorum consonantie & vocum/ consonantie autem q; plurimae: ita pauci sunt (in quantum) delectabiles colores/ inordinati autem multi: vt quicunq; secundum alios q; in quibus apta est proportio/ sumuntur numeros. Sed falluntur hac analogia antiqui: quia harmonia & vocum consonantia non vnus est sonus simplex/ sed ex pluribus specie diuersis aggregatus. Medius autem color omnis/ aequae simplex est vt extremus/ quemadmodum cocineus & purpureus: non enim aggregatur ex diuersarum naturarum coloribus vt ponant. ¶ Secundus modus est q; medij colores apparent ex superpositione coloris ad colorem: propter quam nec primus color vt inferior apparet nec superadditus/ sed tertius ex eis medius, quemadmodum pictores colorem coloris superponentes/ diuersos colores apparere faciunt, & sicut cum vnum coloratum alteri superponitur/ & vtriusq; perfundatur luminem/ contingit in aqua medios colores apparere. Et sicut sol sine caligine visus & fumos/ lucidus apparet: per caliginem autem & fumum conspectus apparet rubicundus. Hinc dicunt esse diuersa mediorum colorum genera: quia cum album & nigrum colores extremi non sint in aliqua proportione sed excellentia & excessu/ ex ipsis adinuicem per superpositionem proportionem temperatis nascetur medius color, sicut in primo colores medios assignandi modo per commixtionem reducebantur ad proportionem. Colorum enim in corporis extrema superficie existentium ad eos qui in profundo sunt & partibus interioribus/ erit aliqua proportio. Qui si plures fuerint vt duo/ tres/ aut quattuor/ sicut mutabuntur in superficie superpositi & profundo superpositi coloris: sic & mediorum colorum apparentie erunt diuersae. ¶ Secunda conclusio. Primus modus assignandi medios colores scilicet per commixtionem est irrationabilis. ¶ Primo. Quia sicut nulla magnitudo/ potentia inuisibilis est sed quae est alteri coniuncta/ aliqua distantia est visibilis vt ex huius libri fine manifeste inueniatur. Ita neq; albedo aliqua neq; nigredo inuisibilis est: cum vtriusq; magnitudinis semper coniuncta reperitur. Itaq; earum mixtio non medium faciet colorem simplicem & vnum/ qualis est omnis medius color/ sed fiet potius quidam ex vtroq; aggregatus: & vtriusq; aliquid habens, vt si ex lacte & atramento mixtis fiat color fuscus: is simplex non est/ vt neq; tepiditas ex caliditate & frigiditate aggregata est simplex qualitas tan gibilis. Sicut enim tepiditas ad caliditatem & frigiditatem: ita fuscus color ad albedinem & nigredinem. Et quia is ille medius color a longe videri non potest: ad aliquantam tamen distantiam (quod sufficit) saltem videbitur. ¶ Secundo. Mixtio rerum non fit iuxta positionem minimorum ad sensum / cum nulla sint talia: sed omne sensibile sechorem in infimum (vt posteriora declarabunt) recipit. Neq; fit mixtio iuxta positionem minimorum secundum quantitatem & molem: quia etiam nulla sunt talia/ cum omnis magnitudo in semper diuisibilia sit diuisibilis, eo quod est continua. Sed fit mixtio diuisione miscibilium & iuxta positionem minimorum natura, q; sunt corpora naturalia vsq; adeo exigua non habentia molem: vt sub minore/ forma substantialis non sit nata conservari actu, vt est minimum semen actu: & quod alterius pars non est/ minimum homo actu & minimus equus: quo natura non possit esse equus minor. Cum enim miscibilia simul miscentur vt aqua & vinum: se diuidunt secundum minima natura/ sic q; formae illorum substantiales non possent per naturam conservari sub minoribus partibus. Neq; potest dari tam parua pars secundum dimensionem sensu notabilis: in qua non sit aliqua pars vini & aliqua pars aquae/ cum in fine primi de Generatione dixerit philosophus qualiter partem mixtione temperati homogeneam esse & mixtam vocari. Deniq; solum fit mixtio iuxta positionem eorum que adinuicem misceri nata sunt. que autem sint talia: praedicto in loco declaratum est. Non enim quodlibet cuiuslibet est miscibile, vt homo non est miscibilis equo/ neq; color coloris/ igitur diuersorum colorum mixtione non apparent medij colores. ¶ Tertia conclusio. Neq; secundus modus assignandi modus & per superpositionem/ probandus est. ¶ Nam multi sunt medij colores visu conspectus: quibus nullus color alius superponitur / sed inter quos & visum solum intercipitur medium perspicuum. Praeterea que superpositione apparent: diuerso modo apparent de longe conspecta & de prope. At medij colores siue enim videantur siue conueniant/ eodem apparent modo. igitur non apparent medij colores ex eo q; subternitur aut superponitur color coloris. ¶ Quarta conclusio. Neq; putandum est colores nobis apparere corporum atomalium defluxu: & hoc modo visionem fieri. ¶ Nam si viderentur res per defluxum atomorum/ cum

¶ Non ad unitate ma lu vero sed ad multitudi nem.

¶ Quomodo fit mixtio.

ipsa sunt corpora & ad oculum vsq; deferrentur: visio fieret corporum contactu/ quod est manifeste falsum. Sane melius fit visio: si color in medio perspicuo suam speciem producat (quod quidem medium huiusmodi specie affectum: consimili specie sensum afficiat) q̄ contactu corporum: nullaq; ad hanc coloris percipiendi determinationem sequuntur incommoda. Non igitur per atomorū defluxum visionem fieri aut colores apparere/ponendum est. Sed sciscitabitur aliquis. Cum neq; commixtione/nec superpositione/nec defluxu atomorum appareant colores: quo modo igitur tam multi & specie diversi sunt/ vt aliqui extremi & aliqui medij? **Responso.** Cuiuslibet rei forma substantialis efficit colores naturales & a natura inexistentes subiecto disposito: sicut odores & sapes/ & quemadmodum forma ignis in propria materia facit caliditatem in materia ignis. Neq; qualitatum tangibilium temperamenta colores in rebus efficiunt: vt astruunt nonnulli dicentes qualitates omnes secundas/ produci a qualitibus primis/ sed ipsi colores temperamentorum & mixtorum naturam & dispositionem sequuntur. Nam sicut diuersa sunt corpora mixta & diuersa mixtorum temperamenta: ita multi & specie diversi sunt colores/ mixtorum & temperamentorum nature respondentes. Contemperamentum enim vocamus materiam qualitibus clementarijs contemperatam, quod vt dispositum est: forma substantialis in eo vt subiecto vel hunc vel illum colorem efficit/ odorem/ & saporem. Quaedam enim mixtorum magis elementorum simplicium excellentiam imitantur: vt lucem igneam/ diaphanitatem aqueam: & non habent alium colorem, aliqua vero minus vnius elementis sequuntur conditionem. Alia vero seruant contemperamentum elementorum simplicium secundum minima aqua in eis omnium elementorum contemperamentum adeo ad mediocritatem & aequalitatem accedunt/ vt vix discerni possit quod contemperamentum dominetur in eis. Cur autem colorum/ odorum & saporum species finitae sunt: alio loco futura est determinatio.

Quarti capitis nota.

Purpureum/ alur gum. **Ceruleus/ Cyanus:** subobscurus color quasi niger/ nigro/ viridiq; medius. **Acre/ ponticum.** **Acidum/ stricthium/ Stypticum.** **Colorum & saporum mutua habentes respondentiam dispositiones.**

| | | | |
|----------|-----------|--------|----------|
| Album | Nigrum | Dulce | Amarum |
| Flauum | Puniceum | Pingue | Salsum |
| Puniceum | Purpureum | Acre | Austerum |
| Viride | Ceruleum | Acutum | Liuidum. |

Figura Polygonia/ figura multangula.



Vartum cap. continet nouem conclusiones, quattuor rationes ad quartam. Diffinitionem saporis post quintam. Species saporum & colorum post sextam. Et quattuor rationes post nonam. **Prima conclusio.** Quia de sono & voce sufficienter in his de anima determinatum est: de odore sermonem facere videtur idoneum. Nam de ipso varia fuit antiquorum sententia, quae quid veri/ quidue falsi contineat: hac determinatione dilucebit. Quae tamen de ipso prius determinauimus: hic certa & explorata tenere debemus, vt fere consimiliter de odore vt de sapore sentendum esse: non tamen ipsorum eorundem esse passionem. Nam illius/ olfactus est: huius vero/ gustus. Et sapes nobis odoribus certiores/ perfectioresq; haberi. Nam odoratum prauū & multis animalibus inferiorem habemus/ gustum autem certum, quia ta-

teus quidam est: qui nobis certissimus habetur. Idcirco & saporibus determinationis exordium sumere non absontum/ praeterq; rationem videbitur. **Secunda.** Non recte putat Empedocles saporem esse de natura aquae: q̄ in aqua quaedam sint minutula corpora de saporum genere ob suam quidem paruitatem. In sensibilia: quae suo defluxu sapes efficiant. **Na** fructibus aperto soli expositis: sapes mutari videmus, itidem & fructibus igne concoctis. Tales autem sapes ab aqua trahere non possunt. Nō igitur caulantur sapes ex corporeis ab aqua defluxibus, quin potius humidi resolutione tempore facta/ variaq; coctione: acrem/ acerbum/ dulcem/ amarum & omnimodum sibi assumunt saporem. **Tertia.** Aqua non est vniversalis materia saporum (quam panspermiam dicere solent) vt aqua/ vna parte vnum saporem praestet: & altera alterum. **Nam** ex multis parari sapes videmus: & ex eodem diuersos/ quae aqua nō esse cognita sunt. Neq; id etiam verum est: omnem saporem in aqua gigni/ ipsa a calido vt igne aut sole passa. Nam aqua est humidorum subtilissimū & oleo subtilior: quous oleum viscositate sua se plus diffundat/ aqua autem vt glutinio carens dissipetur. Hinc aqua difficilior oleo in manu seruat. Et aqua calefacta sola ingrossari non videtur. Requirit autem sapes omnes: maiorem grossitiem. Non itaq; sufficeret calidum: in aqua gignere saporem. **Quarta.** Terra potius ad generandos sapes causa esse videtur. **Primo.** Quia sapore praedita grossitiem seruant/ & ex terra nascentiam & ortum ducunt vt fructus. **Secundo.** Hoc multi physiologorum asserere videntur/ dicentes per quamcunq; terrā transferit aqua: ab illa sibi trahere saporem, quod statim in aquis falsis est manifestum. Sal enim/ quaedam terrae species est. **Tertio.** Quia aqua cineribus colata redditur amara: ab ipsis quidem amaritudine ducta. **Quarto.** Quia fontium hi dulces sunt/ hi amari/ hi acres/ illi austeri: & omnimodas saporum differentias representantes, quae varietas non nisi a terrarum varietate ducta videtur. **Quinta.** Rationabiliter fructuum species maxime saporum differentias obtinent. **Nam** fructus/ humidus sunt & terrei: & sapes res gigni videtur/ cū a terreo sicco patit humidū. Indicia sunt: aqua salsa/ aqua cineribus colata/ & varia fontinarum aquarum saporum genera, est enim humidum natum pati a suo contrario: quemadmodum & alia contraria. Et cum ignis siccus sit: natum est etiam pati ab igne/ sed magis a terra. Nam ignis primo

siccus non est sed calidus vt alio dictum est loco: terra vero primo sicca est, quemadmodū enim qui coloribus & saporibus affecta colluit/ lauatq; aquis: talem in aquis colorem relinquit & sapore, hunc in modum terreum siccum (agente calido) per humidum latum: talem relinquit passionem. **Diffinitio saporis.** Hinc talem saporis aptare poterimus diffinitionem. Sapor est a terreo sicco in humido facta passio: aliteratua gustus de potentia ad actum. Gustus enim priusq; saporem percipiat: est in potentia ad eum percipiendum sicut sciens ad speculari. Est enim sentire vt speculari. **Sexta.** Non deccit sapes in solo sicco consistere. **Nam** sapes sunt ad nutriendum, animalium autem escē non vno constant: sed mixte sunt omnes, tangibiles quidem: quo augmentū aut decrementum praestet, sapidē & gustabiles: quo nutriant. Nutriuntur enim omnia dulci/ aut simpliciter/ aut commixto: quod alio determinandum est loco. Et augmentum & nutritio fiunt praesente calido. Nam calidum: alimentum parat & digerit, quod leue autem & dulce est: attrahit, Amarum autem/ salsum/ & graue suo pondere subsidens relinquit, & id aut malibus & plantis & intra nos ratione euenit, quando quidem exterior calor in exterioribus consimile operetur, maris enim lenē & dulcē calore extrahitur: graui & amaro subsidente relicto. Sed quares, cum nutriamur dulci: cur alii sapes vt falsus/ vt acutus/ ferculo condendo misceantur? Hoc est ne celerius equo: natura trahat alimentum. Est enim dulce/ nimis nutritiuum atq; supernatatum. **Species saporū** vt species colorum quadam similitudine & proportione respondent. Qui enim in saporibus sunt dulce & amarum: sunt in coloribus album & nigrum. Et pinguis sapor/ vt dulcis est: falsus vt amarus. Et flauus color/ vt albus est. Liuidus vt niger. Et reliqui quadam similitudine sunt medij sapes: scilicet acre/ austerum/ acutum/ acidum. Colores vero: puniceū/ purpureum/ viride/ ceruleum, possuntq; hoc ordine digerit.

| | | | |
|----------|-----------|--------|----------|
| Album | Nigrum | Dulce | Amarum |
| Flauum | Liuidum | Pingue | Salsum |
| Puniceum | Purpureum | Acre | Austerum |
| Viride | Ceruleum | Acutum | Acidum. |

Et sicut in perspicuo/ tenebrę sunt priuatio luminis: ita nigredo vt priuatio est albedinis/ & amarum vt priuatio dulcis. Hinc cūis omnium combustorum amaricatus est: q̄ totum expiratum/ exhalatūq; sit dulce. **Septima.** Democritus & alij cōplures non sane putant omnia sensibilia esse tangibilia. **Na** omnes sensus oporteret quosdam tactus esse: quemadmodum est tactus. Quod q̄ falsum sit & irrationabile: non est cognoscere difficile. **Octaua.** Deficiunt item: magnitudine/ figura/ aspero/ leui/ acuto/ & obtuso communibus sensibilibus vt propriis vtentes/ atq; propria esse putantes. **Nam** & si non omnium sunt sensuum: sunt tamen tactus & visus/ quare communia sunt & non propria. Et hinc euenit vt visus & auditus circa illa decipiantur: circa colores autem & sonos non decipiantur. Nam sensus circa propria non decipitur. **Nona.** Democritus non rite propria reducebat ad communia: vt album ad leue/ nigrum ad asperum/ & sapes ad figuras. **Primo.** Quia nullus sensuum magis communia sensibilia visus cognoscit. Si igitur sapes reducuntur ad figuras: & visus magis figuras apprehendat: magis & gustu apprehendet & sapes. Hoc autem falsum est. **Secundo.** Gustus in nobis certissimus est. Est enim tactus quidam. At cum certioris sensus sit: minima & minus sensibilia percipere, si figure maxime sunt gustus/ & ad leue & asperum reducuntur album & nigrum: illa maxime discernet gustus/ & quocunq; figuras participant. **Tertio.** Sensibilia propria contrarietatem habent: vt in visu contraria sunt album & nigrum/ in auditu graue & acutum/ in odoratu & gustu dulce & amarum. Figuris autem nihil est contrarium. Quae enim Polygoniarum: circulo assignabitur contraria! Non igitur rite sapes reducunt ad figuras. **Quarto.** Figurarum species in infinitum prodeunt. Non autem sensibilibus propriorum et saporum. Cur enim alique & certē semper sentirentur/ occurrerentq; sensui: alij vero nunq;? Non itaq; bene sensibilia propria ad cōmunia reducere. Et hec de saporibus dicta satis sunt: specialiora (quoad de vegetabilibus et plantis considerationem faciemus) relinquentes. **Notarum quarti capitis nota.**

Horum quattuor limitum duo primi sunt colorum/ inter se quidem oppositi: vt primum vnius primo alterius/ & secundum vnius secundo alterius. Duo vero postremi/ saporum sunt: & inter se consimiliter oppositi. Primus autem colorum est in affirmatione & perfectione consistentium/ supremum quidem extremum: inferiora vero media secundum propinquitatem vel distantiam a supremo/ extremo conuenientiora vel differentiora. Secundus autem colorum limes in negatione est & in imperfectione existentium, quorum itidem supremum/ extremum est inferiora vero media plus vel minus cum extremo similitudinis habentia secundum q̄ ei distantiora aut propinquiora sunt. Tertius vero limes saporum est in affirmatione dispositorum/ primus quidem extremus/ reliqui autem medij. Quartus vero saporum est/ negationis rationem habentium: quorum idem itidem primus extremus est/ & ceteri medij plus aut minus conuenientie cum extremo secundum ipsorum ad extremum ordinem habentes. Primi autem limitis colores saporibus in tertio limite constitutis respondent vt affirmatio affirmationi: quilibet scilicet primi cuiilibet tertij eiusdem ordinis vt primus primo/ secundus secundo, & ita de alijs. Sic secundū limitis colores saporibus in quarto limite coloratis totus & eiusdem ordinis toti respondent: vt primus primo/ secundus secundo/ tanq; negatio negationi.

| | | | | | |
|------------|-------------|----------|------------|-----------|------|
| Col. | Contraria | Col. | Sap. | Contraria | Sap. |
| 1 Album | 1 Nigrum | 1 Dulce | 1 Amarum | | |
| 2 Flauum | 2 Liuidum | 2 Pingue | 2 Salsum | | |
| 3 Puniceum | 3 Purpureum | 3 Acre | 3 Austerum | | |
| 4 Viride | 4 Ceruleum | 4 Acutum | 4 Acidum | | |

Plinius. Ovidius.

Figura polygonia est figura multos habens angulos: ut triangulus quadrangulus & consequenter secundum numeri seriem. Poly enim græco sermone multum significat. Gonos angulum / & dictione Latina non multiangula, sed multiangula dicitur, sicut rethangula. Camelcontem solo aeris alimento viuere Plinius auctor est: eumque quacuq; proxime tangit colorem in se ut speculo quodam reddere. Cui & Ouidius aspiulatur hoc carmine. Id quodque quod ventis animal nutritur & aura: Protinus assimilat tetigit quoscuq; colores.

Quarta cepit prima conclusio, Quia de sono & voce satis in libris de anima determinatum est: de odore consequenter determinationem facere conuenit. Nam de odore varia sunt antiquorum sententia: que an vera fuerit an falsa presenti consideratione discutitur. Quæ tamen in libris de anima de odore determinata sunt: hinc manifesta & tanquam cognita supponenda sunt, ut quæ pene similiter de odore sicut de sapore dicendum est: ipsorum tamen sensatio & affectio non eorundem est sensuum / neque ad eosdem sensus pertinet. Nam odoris sensatio est ipsius olfactus / passio vero saporis est passio ipsius gustus: huius quidem ut in quo / illius ut a quo. Notum etiam esse debet quod saporibus in nobis certiores sunt odoribus: quia olfactum debile habemus / & tactorum animalium odoratu impotentiores habetiorum. Gustum autem habemus certum: quia gustus quidam tactus est. At tactus in nobis hominibus certissimus est. Idcirco a gustandi virtute & saporibus ut certioribus & notioribus determinationem incipere congruum videtur: & per eas odorum minus notorum nobis naturam perquirere. Secunda conclusio. Non bene putauit Empedocles saporibus esse de natura & conditione aquæ: ponens in aqua esse quædam corporiscula de genere saporum ob suam paruitatem plane ingustabilia / quorum ab aqua defluxu & resolutione omnes efficiantur saporibus. Nam cum fructus aperto soli expositi sunt ut pomæ piræ racem: saporibus in eis mutari experientia cognoscuntur / & prius acerbo deinde dulces in illis saporibus esse: ita & cum fructus truci igne decoquantur. At tales saporibus ab aqua trahere non possunt: quoniam potius aqueus humor in eis resoluatur a solari calore aut igneo, igitur saporibus non sunt ex corporis coloribus ab aqua defluxu, quinimo cum humiditate a fructibus resolutione debito tempore facta fuerit ab interiori & exteriori calido & consummata concoctio / digestioque completa fructuum: ipsi dulcem amarum / acrem / acutum & omnigenum sibi vendicant saporibus. Tertia conclusio. Aqua non est vniuersalis saporum materia & totum semen: (quam græci Panpermiam dicunt) sic quæ aqua / vna parte vniuersam efficiat saporibus: & altera parte alterum. Nam ex multis rebus saporibus comparari cognoscuntur & ex eadem re diuersi saporibus: quas manifestum est non esse aquam. Vt enim saporibus artifex coquens aquam non querit ex qua saporibus efficiat: ita natura conditrix naturarum & naturalium saporibus. Neque id valet quo forsitan ad hoc astruendum inducebantur argumentum / saporibus sine humore percipi non posse: ergo humorem & aquam saporibus omnes efficere. Vt enim diaphanum ad colores percipiendos & in eo diffusum lumen: ita humor ad saporibus. At diaphanum & lumen rerum colores non efficit: igitur neque humor saporibus / sed est dumtaxat medijs dispositio. Neque id etiam verum est quod cum aqua ab igni aut sole calefit: omnimodus in ea sapor gignatur. Nam fluminum aqua solari calefacta radijs minime saporibus habere conspicitur. Siquidem aqua humidorum subtilissimum est & longe oleo subtilior: quibus oleum suarum partium adherentia se plus continet & continuatum sed dilatat, ut sola olei gutta per totam se tandem dispergat papyri: quia quicquid tetigerit / sine euaporatione adheret. Aqua autem huiusmodi tenacitate & partium coherentia carens dissociatur / diffunditur & in vaporibus resoluitur, hanc ob causam aqua difficilior oleo in manu seruari conspicitur ob ipsius subtilitatem & diffusilitatem. Et aqua calore affecta humidorum sola inspissari non potest: sicut vinum & lac: quod & igni superpositum instar casei coagulat: & vase ad butyrum conficiendum apto impostum & diuturno motu agitatam: adiuvante calore coagulat in butyrum, qui bonus caseus expugnatus lactis coactio factus dicitur. Omnes autem saporibus maiorem requirunt grossitatem quam sit grossities aquæ. Non igitur sufficit calidum in aqua producere saporibus. Quarta conclusio. Terra potius & terreum temperamentum ad gignendos saporibus causa esse videtur. Primo. Quia quæ saporibus habent: grossitatem itidem habent, grossities autem maxime a terra est: ut quæ omnium elementorum sit maxime grossa. Similiter quæ saporibus habent / ex terra nascuntur & sumunt nutrimentum: vniuersum quodque autem eius ex quo gignitur naturam seruat. Sunt igitur quæ saporibus habent / terra. Secundo. Idem multi physicorum asserunt: dicentes aquam ab ea terra saporibus trahere per quam transferit. Vt si per terram salsam transferit aqua: & ipsa itidem salta erit. Est enim sal / aduste terre species. Tertio. Aqua per cineres colata efficitur amara, & a cineribus qui terre sunt amaritas dinen trahit. Signum est igitur aquam a terra sumere saporibus. Fluuij enim in vniuerso sunt ut aqua cineribus colata: cineres autem ut tota terra. Quarto. Fontes diuersos habere saporibus dinoscuntur. Aliqui enim sunt dulces / aliqui amari / alij acres / alij austeri & omnes saporibus differentias habentes. Ad hæc varietas non nisi a terrarum ex quibus scaturiunt diuersitate provenit: igitur aqua a terra saporibus sumunt. Quinta conclusio. Recte fructuum species ex herbis / fructibus aut arboribus nascentium: maxime saporibus differentias seruant: sicut flores: odoribus. Nam fructus vegetabilium / humidum sunt & terre. At saporibus gignuntur: cum a terreo siccio ut efficiente instrumentali patitur humidum ut subiectum. Cuius indicia modo adducta sunt: aqua salta / aqua cineribus colata / & varia saporibus genera in aquis fontium comperta. Est enim humidum natum pati a siccio suo contrario: quemadmodum & alia contraria, ut calidum & frigidum ad invicem agunt & patiuntur. Et cum ignis itidem sit siccus: natum est humidum etiam pati ab igne, magis tamen a terra: nam ignis maxime siccus non est sicut terra / sed primo & summe calidus est: ut in libris de generatione ostensum est. Terra autem maxime & summe sicca est. Quare ut aqua abluens & lauans ea quæ colorem habent & saporibus consumit in aqua & colorem & saporibus tanquam alterius vestigijs relinquit: quod in moris lauandis facile cernitur. Ita terreum siccum ut cinis per humidum transitum faciens & quasi lotum: saporibus similem ei quem in se habet in humido relinquit. Diffinitio saporibus. Ex istis talem saporibus diffinitionem colligere possumus. Sapor est a terreo siccio in humido facta passio: altera tamen & proprie & per se ipsius gustus de potentia ad actum. Dicitur enim passio: quia qualitas est qua corpus afficitur / & accidentalis dispositio affectioque. Et ea fit a terreo siccio ut agente secundo. Nam forma substantialis precipuum est efficiens saporibus. Contrarium autem terreum est ut eius instrumentum ad agendum: & humidum tum aqueum tum acrem / eius est subiectum. quare non ab re dicitur in humido. Eadem passio est alteratina gustus proprie & per se quia a solo gustu nata est percipi in quo suam imprimi speciem: & cum ea species sit qualitas / ad qualitatem autem sit alteratio, recte dicitur sapor esse passio effectiva alterationis in gustu: tametsi proprie illic alteratio non sit sicut nec tactio. Denique est alteratina de potentia ad actum, quia gustus au-

Quid sapor.

teque saporibus percipit est in potentia ad gustationem: sicut habens habitum sciendi cum non considerat est in potentia ad considerationem. Est enim gustus ut sciendi habitus: gustatio vero ut consideratio. Sapor autem cum gustum mouet / facit eum actu gustare: quemadmodum cum intelligibile mouet animam / facit eam per habitum actu considerare. Sexta conclusio. Non conueniens fuit saporibus in solo siccio consistere. Nam saporibus ordinantur a natura ad nutriendum. Sunt enim ad discernendum alimentum conueniens a disconuenienti, ut prius dictum est. Animalium autem cibi non vno constant temperamento: sed quattuor elementorum temperamenti. Ex cibis enim sumptis fecerunt anima nostra quattuor humores / secundum quod illi cibi huius vel illius temperamenti plus participant: ex quibus quidem humoribus nutrimur. Ex puriori enim quod est simillimum temperamento igneo / natura facit choleram. Ex eo quod est simillimum acri & puro quidem: facit sanguinem. Ex eo quod est simillimum temperamento aquo / slegma: & ex temperamento terreo melancholiam. Quare cibi omnes mixti sunt. Quæ autem obijciunt nonnulli Salamandram solo igne viuere. Et Camelcontem ventis & aere nutiri. Respondendum est ignem illum quo videtur Salamandra non purum esse sed ex quattuor elementis temperatum: ita & aere quo viuunt Camelcontem, sicut & halitus nosse quo pasuntur muscæ temperatus est: & aqua salta qua viuunt æquorei pisces etiam est temperata. Et sicut in viuere solo flumina: ita quoque in nobis sunt venæ replete sanguine: quo maxime nutritur caro. Etiam in oculis sunt subtiles venæ replete sanguine admodum puro pro alimento ipsius oculi. Et inter humores quod dulcius est: est pro alimento. Ideo in maiore copia habemus sanguinem quam quæcumque alium humorem. Et sunt animalium cibi tangibiles & gustabiles. Tangibiles quidem secundum qualitates & molem: quia augmentationem & diminutionem faciunt. Gustabiles autem ut nutriant. Omnia enim dulci nutriuntur aut simplici aut temperato. Inde medulle animalium quibus ossa nutriuntur: dulces esse percipiuntur, & humor spiritus piscium interceptus itidem dulcis est: & pro spinarum nutrimento designatus. Augmentum autem & nutritio sunt diuersæ calido. Quare quanto maior est calor naturalis: tanto celerior sit digestio. Idcirco cholericus quod calore plurimum abundet citius digerit. Melancholicus vero / quia coloris defectum patitur: minus quod plus alimentum & appetat & sumat, semper tamen famelicus est quia ob caloris absentiam non potest satisfacere indigentia nature: nec convertere cibum in suam substantiam. Siquidem calor alimentum sumptum concoquit & digerit: quod leue est & dulce attrahens pro nutrimento / amarum autem & graue suo pondere depressum relinquens: quod animalium excrementum & superfluitas est / & a natura per constitutos determinatosque meatus emittitur. Imo in arboribus natura mittit sua excrementa ad corticem exteriorum rugosum: qui & si non viuat augetur tamen non quidem per nutritionem sed superfluitatum additionem & appositionem: ut pili & ungues. Et illis tribuit opifex nature corticem quo se a frigidibus tueantur: ideo tenere arbores & nouellæ non prædite cortice cum frigore tanguntur intereunt. Neque id quidem sine ratione in animalibus & plantis accidit: calorem scilicet attrahere ad se dulce & subtile / graue autem & amarum relinquere: cum exterior calor vniuersi a sole in aere productus in exteris corporibus simile efficiat, nam in mari leue & dulce / soluit & extrahit: graue autem / terrestris & amarum inferius relinquit. Sed quæ erere posset aliquis cum animalia nutriantur dulciter alij saporibus: ut salus & acutus ferulis commiscantur. Respondit. Id fit ne citius & avidius equo natura trahat alimentum. Nam natura nostra auidè attrahit & precipue dulce / quod maxime omnium delectat naturam: ideo interdum plus attrahit (si non obstat quicquam) quod possit digerere. Indigestum vero corruptitur / & putreficit: unde variè nascuntur egritudines, quandoquidem dulce statim paratum sit ad putrefactionem: nisi per sal præseruetur, hinc optimus rerum opifex nobis de sale provisionem fecit: humores in nobis putrefierent. Dulce enim nimis a natura expeditur pro nutrimento nisi condatur: & sua pernatat stomacho ob suam leuitatem proinde cito corruptum. Species saporibus. Spectibus saporibus species colorum aptè similitudine & proportione respondet. Quod enim i saporibus est dulce & amarum: coloribus est albus & niger. Et piguis sapor dulci respondet: ipsiusque consequitur: & salus amarum. Sic flavus color albo similitudine est: et liuidus nigrus. Sic reliquæ quadam similitudine respondet medijs saporibus & acris / austeri / acidi: quibus accommodant medijs colores puniceum / purpureum / viride / ceruleum. Et possunt hoc modo dispositi.

Table with 4 columns: Colo. in affir., Colo. in nega., Sapo. in affir., Sapo. in nega. and 4 rows of color and taste correspondences.

Et sicut in psycico luminis priuatio tenebræ dicitur: ita nigredo ut priuatio est albedinis: et amarum ut priuatio dulcis: quæ albedo & dulcedo in affirmatiõe sunt sicut lumen. Nigredo vero & amaritudo sunt in negatiõe sicut et tenebræ, hæc ob causam cinis omnium coibitorum amarissimus est: etia vbi res coibusta fuerit dulcis, quia quicquid dulcis fuerit: exspirat est & exhalat: & solus terrestris: & grossus remanet, quare dulce respondet igni & amarum terre: quo circa ut terra ad ignem / sic amarum ad dulce. Septima conclusio. Democritus & alij physici non recte extimarunt omnia sensibilia ut colores / sonos / odores / saporibus esse tangibilia. Nam si omnia sensibilia essent tangibilia: oporteret oes sensus ut visum / auditum / olfactum / esse tactum. Nam ut sensibile ad sensibile: & sensus ad sensum. At falsum est sensum omnem esse tactum, igitur & oes sensibile esse tangibilia. O claua conclusio. Non est recte dicitur magnitudinem figurarum asperum / leuem / acutum / obtusum (quæ cõia sunt sensibilia) esse propria. Nam licet dicatur sensibilia non ab omnibus exterioribus sensibus percipiuntur ut auditum / olfactum / gustum: a duobus in visu et tactu percipiantur sicut quæ pluribus sensibus exterioribus percipiuntur: igitur per diffinitionem sunt sensibilia cõia: quæ a repugnantiõibus non sunt propria, hic euenit ut visus & tactus citra illa ut neutri propria & peculiariter decipiantur. Circa colores autem & caliditate non decipiuntur. Nam sensus exterior circa propria non decipit. Non conclusio. Democritus non recte propria sensibilia reducebat ad cõia: tanquam hæc principalia essent sensibilia: illa vero ro minor principalia: ut albus ad leuem / nigrum ad asperum & saporibus ad figurarum. Primo, quia nullus sensum exteriorum magis sensibilia cõia cognoscit quam visus. Figuræ autem sensibilia sunt communia: nullus igitur sensuum magis & certius figurarum apprehendit quam visus. Percipit itaque visus magis figurarum quam gustus. Et secundum eos saporibus reducuntur ad figurarum: igitur visus magis percipit saporibus quam gustus, quare alienus sensus magis apprehendit alienum sensibile quam proprius sensus proprium sensibile: quod est impossibile. Secundo, gustus in nobis certissimus igitur cum sit tactus quidam: ut prius dictum est. At certioris sensus est minor & minus

Salamandra. Camelcontem.

sensibilia percipere q̄ ea sint quæ minus certus sensus percipit, vt si oculus quispiam possit videre granum milij q̄ non minus duplo acutior & certior visus / duplo minus & difficilior sensibile vt medietatem grani milij percipiat. Nam si virtus aliqua potest in aliquid: maior virtus potest in maius. Minus autem sensibile est ad sensum vt magis resiliens. Si itaq; figura maxime sint gustus: eas gustus certissime apprehendet / & similiter magnitudines asperum & lenis. At secundum eos: colores album & nigrum reducuntur ad asperum & leue, et go gustus maxime discernet album & nigrum / q̄ certius q̄ visus eorum proprius sensus. Id autem est inconueniens: cum tunc colores essent sensibilia communia / igitur. ¶ Tertio. Sensibilia propria habent contrarietatem inter se: vt in visu album & nigrum adinuicem contrariantur. In auditu graue & acutum. In olfactu fragrans & grauiter olens. In gustu dulce & amarum. In tactu calidum & frigidum. Figuris autem nihil est contrarium. Non enim aliqua possit assignari figura multangula quæ circulo sit contraria. neq; vna multangularum alteri contraria est / quandoquidem posteriores ex prioribus secundum substantiam componantur & in eas resoluantur: vt ex tertio capite secundi de anima per piscium est. Contrarium autem sui contrarij substantiam non efficit: igitur non recte sapores ad figuras reduxerunt. ¶ Quarto. Species figurarum in infinitum potentia procedunt vt species numerorum. Nam additus angulus: figuræ speciem variat. At data quocumq; angulorum figura: alter ei angulus adiungi potest secundum numeri naturalem seriem, quare quocumq; datis figuræ speciebus: plures adhuc dari possunt. At hæc specierum diuersitas non ex rerum diuersitate procedit. (Figura enim nihil aliud est reipsa q̄ dimensio termino aut terminis clausa: quare reipsa idem esse potest trigonus & pentagonus) sed ex diuersitate rationum procedit huiusmodi specierum diuersitas. Nam alia est ratio trigoni/altera pentagoni. Dicitur enim trigonus quia tribus lineis rectis claudatur: pentagonus vero / quia quinque. Sicut vnum & idem primo concuumum & deinde facta inuersione est concuumum: tamen concuumum & concuumum species diuersæ sunt. Ita eadem res est caliditas & caliditas: quæ non modo specie diuersæ sed & genere ob rationum diuersitatem. Sensibilibus autem propriorum & saporum species in infinitum non procedunt. Nam in vnoquoq; sensibilibus genere determinata sunt extrema. Determinatis autem extremis media esse infinita impossibile est. Præterea si essent infinitæ deberent omnes a sensu percipi. Non enim aliqua est ratio ob quam aliqua & determinate semper sentiantur & perciperentur a sensu: alie vero nunq̄ perciperentur. At solum finitæ & certo numero determinate a sensu percipiuntur: igitur solum sunt finitæ sensibilia & saporum species. Quare non bene sensibilia propria ad communia reducere. Et hæc de saporibus.

¶ Solara-
tionis diuer-
tas interdum
faciat diuer-
sitate specierum.

¶ Quinti capitis nota

¶ Enchyma corpora / quæ effumationem / fumalemue expirationem ex se fundunt. Est enim chymus / fusio. ¶ Achyma vero sunt quæ fumalem expirationem non fundunt. ¶ Ostracodermi pisces sunt: qui testeis pellibus vt ostræ integuntur. Est enim ostracodermis: & derma pellis. ¶ Scorie / expurgamenta / metallorum feces. ¶ Dyspnoia / difficulter sana / male sana. ¶ Myron / liquidum odoriferum vnguentum. ¶ Hyperbole / excessus. ¶ Cruma / fluxus / fluentum. ¶ Thorax / pectus: & pectoris tegmen / vt lorica.



Vintum cap. continet decem conclusiones, tres rationes & descriptionem odoris ad secundam, vnum correlarium ad tertiam, vnum correlarium ad quintam, duas rationes ad septimam, duas quæstiones ad octauam. Et quinque rationes ad decimam. ¶ Prima conclusio. Et aere & aqua odorare contingit. ¶ Nam vt de sapore dictum est: pene cõsimili modo de odore sentiendum est. Quod enim terreum siccum ad saporis operatur in humidum: id Enchymum humidum ad odores operatur in Enchymum siccum. Atqui Enchyma in aere humidum resoluunt expirationem: & cõsimiliter in aqua si lota / ablutaq; fuerint. Igitur aere & aqua odorare contingit, quod & monstrant pisces & Ostracodermi: qui in aqua odorare conspiciuntur, illic non existente aere. Nam aer semper aque summam petit / superq; natat: nec pisces ipsi spiritum ducunt: quo valeant ipsum respiratu attrahere. Et licet esse perspicuum aeri & aque commune sit, non tamen ipsis (quia perspicua sunt) odoramus: sed secundum quod fumalem spirationem calido resoluente aut lotionem aliqua recipiunt / quemadmodum dictum est. ¶ Secunda. Odor passio est Enchymum: humido siccoq; participantis. ¶ Primo. Quia elementa / ignis / aer / aqua / terra / odore vacant: quia & si sua humida & sicca Enchyma essent / non tamen humidum & siccum in ipsis sunt commixta atq; cõtemperata. ¶ Secundo. Mare odorum est: quod iam humidum & sicca per mixtionem habere dinoscitur, & sal magis odorabile: quod ea magis cõtemperata habeat, vitrum vero minus: quod minus terreum sit, quod ab vtroq; manifestat eliquatum oleum. ¶ Tertio. Lapides & metalla quæ Achyma sunt: in odora conspiciuntur omnia. Hinc aurum in odorum est: nam maxime omnium Achymum est. Aes autem & ferrum odora sunt: quod sint Enchyma, quorum consumpto humido: scorie / exustæq; feces / in odore relinquuntur, tum quod Achymum: tum quod humidum & sicca debita careant cõtemperazione. Et argentum & stannum & ligna / odorabilia sunt. Nam sunt Enchyma. Argentum autem & stannum alitibus magis: alitibus vero minus, sunt enim aquea. Et ligna aquea: minus alitibus odorant. Minus enim fumalis spiraminis habere videntur. Hinc dicitur Democritus. Si omnia fumus essent: nares utiq; omnia discernent. ¶ Descriptio odoris. Ex his talis odoris descriptioem elicere poterimus. Odor est humidum siccisq; Enchymum passio: olfactus de potentia ad actum alteratiua: siue ab aquæ humido siue aereo sit facta. Est enim vtrumq; humidum. ¶ Tertia conclusio. Neq; odor exhalatio est: neq; vapor / neq; vtrumq; simul: vt varij varie opinati crediderunt. ¶ Primo. Quia exhalatio non fit in aqua: vbi tamen odorant. Et vapor / humiditas quædam est: in aquam solui parata. Non est igitur odor: aut exhalatio aut vapor. Neq; per idem vtrumq; est. Nam (vt dictum est) odoratur in aqua vbi non est exhalatio. ¶ Secundo. Quia idem est extimare odorem: exha-

lationem / vaporem / aut vtrumq; esse: ac si ipsum credamus a corporibus esse defluxum. Atqui ipsum esse corporeum defluxum: incommodum reputamus. Non est igitur odor: aut exhalatio / aut vapor / aut vtrumq; simul. ¶ Correlarium. Hinc fit vt odor percipiatur: cum humidum aut aeris aut aquæ ab Enchyma patitur siccitate. ¶ Quarta. recte odorum species: saporum speciebus quadam proportionis similitudine respondent. ¶ Nam & similibus nominibus nominantur: vt odor dulcis / amarus / pinguis / falsus / acer / auferus / acerbus / acidus. Et vt quidam sapores difficilis sunt degustationis: vt putrida dyspnoia (quæ male sana dicere possumus) ita putridum odore: grauis difficilisq; sunt odorationis. Et quod in aqueo sapor: in aereo & aqueo odor. Et vt frigus & congelatio sapores hebetant / calidum vero mouet: ita frigus & congelatio exterminat odores / calor autem fragrantiam promouet & excitat. Nimirum igitur si saporum speciebus: cõsimili quadam proportione odorum species respondeant. ¶ Quinta. Plurimq; odorem delectationem aut tristitiam per accidens afferunt. ¶ Nam cibariorum odores (sicut & sapores) esurientibus delectabiles sunt, saturis autem atq; refectis: neq; sapores delectabiles sunt / neq; odores. Quibuscumq; enim esca delectabilis non est: neq; eisdem odores afferet delectabiles. ¶ Sunt igitur nonnulli odores per accidens & alimenti ratione delectabiles / tristitiales. ¶ Correlarium. Quapropter hi odores animalibus sunt communes. ¶ Sexta. Quidam sunt odores secundum se delectabiles. ¶ Nam quidam sunt delectabiles nihil ad escam & esurientium desiderium facientes: vt odores florum, quin potius obsunt. Hinc Empedocles Tracium increpans aiebat. Cum lentem decoquis non infundas Myron. Et qui poculis bene olentes flores miscet: hoc faciunt / duobus sensibus odorati & gustui delectationem afferre volentes. ¶ Septima. odor secundum se suauis & delectabilis: homini proprius est, qui vero vna cum saporibus suæ sumit delectabilitatis occasione: & hominibus / & pecoribus communis. ¶ Primo. Quia: homines frigidissimi sunt cerebri, vsq; adeo vt ciborum ascendentis fumus: ob loci frigiditatem in crudescant / reumata & noxias infirmitatum lesiones hominibus inferentes, talis autem odor: tali frigiditati obsistit / hisq; aduersatur nocuentis. Est enim cerebrum natura frigidum, & sanguis iuxta illud existens angustis venulis contentus: facile in frigidabilis, aliis autem animalibus illa non est necessitas. ¶ Secundo. Solus homo illis gaudet florum odoribus / florumq; calor frigiditatis cerebri hyperbolem temperat & excessum: fitq; grata cõmensuratio. Est enim odoris virtus natura calida, & hominis cerebrum cæterorum animalium frigidius ac humidius: quod aliorum animalium cerebra magnitudine excedat. Hinc non omnia animalia sed homo & quædam terrestria respirationis vsum habent, homo ad duos vsus. ¶ Primo ad Thoracis & præcordiorum refrigerium. ¶ Secundo ad suscipiendos odores / cõtemperandumq; cerebrum. Bruta vero ad internum calorem temperandum: & aliorum odorum sensum / ad cibum prosequendum. Hinc merito: secundum se suauis odores hominibus proprii sunt, per accidens autem delectabiles: & hominibus & brutis communes. ¶ Octaua. Quæ non respirant: odoris sunt capacia. ¶ Id enim manifestant pisces / Entoma (quæ nos insecta dicimus) apes / paruq; formice (quas nonnulli Senipas vocant) & purpuræ maris: quæ longe propter odorem properant ad escam. ¶ Prima quæstio. Quomodo non respirantia odores percipiunt: si respirantia non nisi vno modo / spiritum ducendo odorum sensum habeant. ¶ Huic quæstioni in his qui sunt de anima satisfaciendum est: duos ipsis esse odorandi modos, vnum respirantibus / sensorium reuelando: similem videndi modo animalium / oculos palpebris contactos habentium, & alterum non respirantibus: non reuelando atq; detegendo sensorium / sed apertum & patens odorum differentis / semper habentibus, vt animalium duri oculis: semper obuii sunt & patentes occurrentibus coloribus. ¶ Secunda quæstio. An bruta indignentur odoribus secundum se grauib; Dicitur quod non: nisi molestiam & dolorem ipsis (vt carbonum & sulfuris fumi facere solent) ingerant. Facit enim carbonum fumus capitis grauedinem: pariter & sulfuris odor / & plurimq; corrumpunt. Et neq; secundum se graues & male olentes odores prosequuntur aut fugiunt: nisi (vt dictum est) cum ipsis seruiant ad gustum & escam: tunc enim ipsos prosequuntur. ¶ Nona conclusio. Rite videtur olfactus: imparis sensuum numeri medium obtinuisse locum. ¶ Nam aere & aqua odoratur: & per hoc cum auditu & visu concordat. Et odorum multi nutritioni convenientes sunt / & apti: & in hoc conuenit cum gustu. Est deniq; humidum & siccum: quæ passiones sunt tangibiles. Est itaq; conuenienter locatus sensuum mediis: qui cum omnibus in aliquo communis habetur. ¶ Decima conclusio. Pythagorici male asseuerant nonnulla animalium odoribus nutriri. ¶ Primo. Quia nutrens vt cibum oportet esse compositum: nam nutrita non sunt simplicia. Hinc euenit semper cibi superfluitas aut extra aut intra: vt arborum cortices monstrant, odor autem non est compositus: non igitur nutrit. ¶ Secundo. Quia aqua per se nisi commixta fuerit non nutrit: igitur tanto minus odor. ¶ Tertio. Quod nutrit: corpus esse debet, odor autem corpus non est. ¶ Quarto. Corpulentus aer aptus nutritioni non fit: tanto minus igitur id fieret odor. ¶ Quinto. Locus cibi receptus: stomachus est, odoris autem receptiuum: in capite est. Nam quando cum aere / aut spirabili subit fumositatem: ad spiratum utiq; vadit locum. Non est igitur odor nutritiuus. Et si odorabile vt odorabile est / nutrimento non conducatur confert tamen (vt dictum est) ad sanitatem. Et de odoratu hæcenus dictum sit. ¶ Notarum quinti capitis declaratio.

¶ Enchyma corpora sunt quæ in fumos resoluuntur & latine effumabilia dici possunt: vt thus / lignum quorum fumus facile ob-

Quae sunt in densitate conspicitur: flores quorum subtiliores sunt fumum & expirationes. Aethiama vero: quae in fumos non resoluuntur / ut aethiama. Et haec igni imposita non immittuntur ab igne / & inessumabilia latine dicuntur: illa vero dimittuntur ab igni. **¶** Ostraco dermi sunt pisces duris testis ut pelibus contecti: qualia sunt ostrea, & respondent animalibus squamata pelle munitis ut serpentes / & fructibus dura testa contectis: quales sunt nuxes / amigdala. **¶** Sicut in oleo quod terrestre est & graue: subsidet & sex olei dicitur / & in vino sex vini: ita in metallis fusis terrestre & graue subsidens: corum expurgamentum / scoria & sex nuncupatur. **¶** Disiafla siue male sana hic dicuntur: quae naturae disconuenientia sunt & cruda / insalubriaq;. **¶** Hyperbole / excessus / abundantia / exuperatio, inde in verbis hyperbole dicitur: quando ad uehemens quiddam indicandum manifeste ueritatem transcendimus, ut ferit aurea sidera clamor. Et sidera uerberat uida. **¶** Thorax modo pectus significat / modo tegmen pectoris: quale est lorica.

¶ Vinti capitis prima conclusio. Et per aerem & per aquam percipere odorem contingit ut sonum / ut colorem. **¶** Nam sic cut de sapore dictum est: sic de odore est dicendum. Ut enim terreum sicum in humido facit saporis: ita contra humidum effumabile in siccum itidem effumabile facit odores, quorum quidem humidum efficiens est: sicum uero subiectum. At corpora effumabilia in aere fumos resoluunt & emittunt & similiter in aqua: si ipsa corpora abluta aquis fuerint / per quam ablationem ut colores & saporis ita & odorem in aqua relinquunt, igitur & in aere & aqua odorare contingit ut & videre: quod per utrumq; diffundatur lumen. In aere quidem de nobis constat. In aqua uero pisces & qui testea integuntur pelle odorare dimoscuntur, illic tamen aer non est / quandoquidem aer semper aquae supereminere & supernatare natus est: nec pisces respirant ut aerem ualeant ad odorandum attrahere. Et quis tam aer quam aqua sunt perspicua: non tamen per illa media odoramus quia perspicua sunt: cum aequae in tenebris atq; in lumine odorare contingit, sed quia per fumalem euaporationem a calido factam aut lotionem in aqua: speciem odoris recipiunt. Quod enim lumen est ad uisionem: hoc fumalis euaporatio ad olfactionem. **¶** Secunda conclusio. **¶** Olor passio est corporis effumabilis: humidum & sicum admixtionem contemperata habentis. **¶** Primo. Quia elementa simplicia odorem non habent, nam quis essent effumabilia ut aqua: tamen humidum & sicum in eis contemperata non sunt, nam si uel utrumq; non habent sed alterum tantum. **¶** Secundo. Mare odorem habet: quem perferre non assueti dolore capitis torquentur & pronocantur ad uomitum / quia humidi & siccis contemperatorem habet. Sal autem est magis odorabile quam mare: quia praedicata duo magis habet contemperata. Vitrum autem minus odoris habet cum fuisum fuerit: quia minus habet terrei contemperamenti impediens odorem. Nempe si a sale eliquetur oleum & a vitro: a sale eliquatum maioris odoris & minus terreum / vitro uero minoris odoris & magis terreum esse percipitur. **¶** Tertio. Lapides & metalla quae fumum non exhalant: nihil odoris habere conspiciuntur, haec ob causam aurum etiam sine odore est: quod omnium metallorum minime fumos expiret. Aes autem & ferrum odorem habent quia sunt effumabilia: quorum cum fuerit consumptum & expiratum humidum / relinquuntur feces exuste sine odore. Quod autem feces odorem habeant prouenit primo: quia non sunt natae fumalem spirationem emittere. Secundo. Quia earent debita humidi & siccis commixtione: sicut cineres floris exusti. Argentum autem / stannum & ligna odorem habent ab olfactu perceptibilem: quia sunt effumabilia. Argentum quidem & stannum magis sunt odorabilia quam aliqua metalla ut quae aurum & ferrum: minus etiam sunt odorabilia quam alia ut quae est quia sunt aequi contemperamenti: quod odoribus non utitur: adeo conueniens est sicut aerem. Eandem ob causam ligna aquae minus odoris habent quam alia: quia minus habent fumalis spirationis. Quare recte Democritus dicere solitus erat. Si omnia fumus essent / utiq; nares omnia perciperent: quia cum sint olfactus organa / omnium odores per fumos deprehenderent, sicut si omnia essent lumen: oculi omnia perspicere. **¶** Diffinitio odoris. Ex dictis huiusmodi odoris descriptio colligi potest. Olor est humidus & siccis effumabilis passio: alteratiua olfactus de potentia ad actum. Sane odor est passio humidus in instrumenti efficiens siue aerei siue aequi / cum & aer & aqua sunt humida, aerei tamen magis: quia aer sit primo humidus / aqua uero non, hinc quae plus aquae habent: minus odorant. Et est odor passio siccis ut subiecti & patiens. Siccis inquam siue ignei siue terrei: magis tamen ignei quae olfactus contemperamentum habeat igneum. Et est odor passio alteratiua gustus: quia nata est efficere alterationem in gustu suscipiente speciem odoris, qui quidem gustus primo est potentia gustans: sed per speciem susceptio nem sit actu gustans. **¶** Tertia conclusio. Olor neq; exhalatio est neq; uapor nec utrumq; simul: quis id nonnulli dicere uoluerint hac ratione motiq; sine fumali euaporatione non fit odoratio. **¶** Nam ea fumalis euaporatio non est odor neq; per illam odor a re odora discedit: sed eius specie diffunditur per aerem usq; ad olfactum, sicut adueniente lumine color non abscedit a re colorata: sed suam per medium luminoso speciem diffundit. **¶** Probatum autem conclusio primo. Quia exhalatio non fit in aqua sed extra aqua. In aqua tamen probata est fieri odoratio: non est igitur odor exhalatio. Similiter uapor est quaedam humiditas in aquam conuerti disposita. Olor autem non est huiusmodi humiditas parata conuerti in aquam: igitur odor non est uapor, quare nec utrumq; eorum simul est: cum in aqua percipitur odor in qua non est exhalatio. **¶** Secundo. Credere odorem esse uaporem aut exhalationem aut utrumq; idem est atq; ponere odorem esse defluxum quendam a corporibus: ut de colore & sapore dixerunt. Sed falsum est odorem esse defluxum corporum: igitur etiam falsum est ipsum esse exhalationem / uaporem / aut utrumq;. **¶** Correlarium. Quo fit ut odor tunc ab olfactu percipitur: cum humidum aut aereum aut aequum a corporis effumabilis patitur siccitate / & fumalis sit expiratione in aere & aqua, quae quidem patiuntur quia odoris speciem suscipiunt: sicut aer aut aqua patitur a colore / quia coloris speciem suscipiat. Tunc si quidem fit actu odoratio: quando odor enchymi siccis causat suam speciem in aere aut in aqua / quae deservit usq; ad olfactum. **¶** Quarta conclusio. Odorum species cum saporum speciebus quandam retinent similitudinem. **¶** Primo. Quia utrorumq; species consimilibus nominibus nominantur. Sicut enim sapor dulcis / amarus / pinguis / salus / acer / austerus / acerbus / acidus dicitur: ita & odor licet homonyme dicitur dulcis / amarus: & ita de alijs nominibus: & ut de alijs ut mellis sapor & odor / eiusdem sunt nominibus ut uterq; dicitur dulcis. **¶** Secundo. Ut quidam saporis naturae sunt disconuenientes & noxii ut putridorum & insalubrium: quae natura hominis abominatur, ita eorundem odores graues sunt ut ferantur difficiles ut cadauerum. **¶** Tertio. Quod in aereo est sapor: in aereo & aereo est odor. **¶** Quarto. Sicut frigus & congelatio saporis obundat & minus redudat perceptibiles: quod digestionem impedit & concoctionem quae potissimum saporis parat. Calor uero saporis mouet & excitat

quia digestionem (quae saporis aptos inducit) ualde conuenit. Ita frigus & gelu odores reddit hebetiores: cum fumale impedit expirationem qua percipiuntur odores. Calor uero efficit fragrantiam: quia resoluunt a re odora fumos quibus paratur olfactus. **¶** Quinta conclusio. Aliqui odores delectationem & tristitiam afferunt per accidens & per alterum: illi scilicet qui queruntur propter alterum ut cibum & alimentum. **¶** Nam sicut saporis cibarium sunt esurientibus delectabiles: ita & eorum odores ut nidor popinae, ordinantur tamen odores & expetuntur propter saporis: saporis uero propter se. Cibo uero expletis & satiatis neq; saporis delectabiles sunt neq; odores, quia enim cibum fastidium & saporem: idcirco odorem qui gratia saporis est non querunt. Nam quibus cibis non est delectabilis: neq; odor delectationem affert, ut sapor cadauerum non affert homini delectationem ita nec odor: quis utrumq; cari sit gratum. Aliqui igitur odores propter alterum & ratione alimenti sunt delectabiles aut tristes. **¶** Correlarium. Quare huiusmodi odores qui propter alterum expetuntur: ab hominibus & brutis percipiuntur. **¶** Na & homines & bruta sumunt alimentum: quod per odorem cognoscant aut naturae conueniens esse aut noxium. **¶** Sexta conclusio. Quidam odores secundum se delectationem afferunt & propter aliud non expetuntur ut florum. **¶** Nam quidam odores sunt delectabiles nihil ad saporum & alimentum conducentes: sed potius officientes, hanc ob causam Empedocles Tracium coquum suum lenticulae uinguentum odoriferum insundentem increpans inquit. Cum lentem decoquis non infundas Myron. Qui uero potius stiores odoriferos comiscunt / id non faciunt ut per odorem saporum deprehendant: sed ut duobus sensibus simul olfactu & gustu delectationem afferant, utrumq; odorem uidelicet & saporum propter se querentes. **¶** Septima conclusio. Olor secundum se delectabilis & qui sui gratia tantum queritur / soli homini proprius est & peculiaris, qui uero propter aliud queritur / & quia saporis coniunctus idcirco delectabilis est: & hominibus & brutis communis est. **¶** Primo. Quia homines cerebrum habent admodum frigidum: adeo quod propter eius frigiditatem sumi & uapores ciborum a calore cordis resoluti & ad ipsum ascendentes in crudeo scant & condensentur, perinde atq; calore solis ab humidis locis subleuatus uapor in media regionis aere densatur in nubem. Et huiusmodi crudi uapores deflentes a cerebro: catarrhos / pituitas & ex humorum defluxu graues & gritudines hominibus inferunt. Olor autem odor excitatus & ignei contemperamenti: ita frigiditati medetur & repugnat. Nam quia cerebrum natura frigida est: sanguis circa cerebrum existens & qui arthoribus uenis continetur / facile est infrigidabilis. Alijs autem animalibus huiusmodi non accidit cerebri frigiditas: neq; ea temperandi necessitas. **¶** Secundo. Solus homo illis gaudet odoribus florum qui propter se queruntur & quorum calor excellentem cerebri frigiditatem temperat: & sit grata calidi / frigidiq; contemperatio, quandoquidem odoris uis / ignea est & calida: & hominis cerebrum ceterorum animalium cerebri frigidus & humidus / humanum cerebrum aliorum animalium cerebri maius sit: & idcirco caloris indigens contemperamento. Bruta enim florum odoribus non delectantur / sicut neq; uocum oblectantur emodulatione: aut picturarum inspectione / sensus non habeant in tanta (ut homo) harmonia constitutos / & quia tali contemperatiue frigiditatis cerebri per calidum non indigent. Hinc euenit quod non omnia animalia / sed homo & quaedam terrestria respirant. Homo quidem ad duos fines. Primo ad pectoris & praecordiorum refrigerium. Secundo ad odores per se suscipiendos & contemperandum cerebrum. Bruta itidem ad duos usus habent respirandi facultatem. Primus ad interiorum praecordiorum calorem temperandum. Secundus ad odores per accidens percipiendos quibus cibum prosequantur. Odores igitur secundum se delectabiles / hominibus solis conueniunt: per accidens autem delectabiles / hominibus & brutis sunt communes. **¶** Octava conclusio. Pleraq; animalia quae non respirant odorem percipiunt. **¶** Nam pisces non respirare manifestum est: & tamen odorem apprehendunt. Sic & animalia insecta & quorum partes diuisae uiuunt non respirant: & tamen odoris sensum habent, qualia sunt apes / formice ad zacccharum in summa terra disseminatum e suis latebris accurrentes: sicut apes ad Tinuum uolitant. Purpureae etiam marinae (quae pisces sunt aut purpureum habentes sanguinem & quo purpura tingitur aut purpureum colorem) non respirant: & tamen odorant / nam longe propter odorem properant ad escam. **¶** Prima quaestio. Cum respirantia animalia non nisi uno modo spiritum attrahendo odorant, quomodo igitur non respirantia animalia odorant? **¶** Responsio. Duplex est animalium odorandi modus ut secundo de anima dictum est. Primus est detegendo organum olfactus: & uelamen (quo natura organum tegitur) aeris aspiratione deponendo. Et hic animalibus respirantibus concessus est: qui organum odoratus natura obuelatum habent. Similiterq; est illi uidentis modo quae habent animalia molles oculos habentia & palpebris obiectos: quae quidem nisi depositis & leuatis palpebris uideri non possunt. Alter odorandi modus est non detegendo organum olfactus: sed ipsum delectatum semper patens & apertum habendo. Et hic animalibus non respirantibus natura concessus est: qui organum odoratus apertum & in propatulo semper habent: & obiectas odorum differentias semper percipiunt. Similiterq; est modo uidentis quae habent animalia duros oculos habentia & nullis palpebris obiectos: qui ut semper aperti sunt / ita praesentes colores semper intuentur. **¶** Secunda quaestio. An bruta contristentur odoribus secundum se grauib; & nociuis: quibus saporibus percipiendis non coniunguntur. **¶** Responsio. Sicut bruta non delectantur odoribus secundum se delectabilibus: ita neq; tristis saporibus percipiendis se grauib; / nisi molestiam ipsis & dolorem ex nimia excellentia inferant, ut carbonum fumum & sulphuris spiramina facere solent. Ingerit enim carbonum fumus capiti grauedinem nisi sale sparantur: ita & sulphuris odor, immo cum uehementes sunt / animal corrumpunt. Et sicut bruta prosequuntur odores secundum accidens delectabiles: qui ipsis seruunt ad escam. Ita fugiunt odores secundum accidens tristes / & coniunctos noxijs saporibus. **¶** Nona conclusio. Cum impar sit sensuum exteriorum numerus: recte olfactus eorum medium obtinet locum / & ordine tertius collocatur. **¶** Nam olfactus cum ceteris quattuor sensibus conuenit. Cum visu quidem & audituq; per idem fiat medium / (aerem uidelicet & aquam) quo uisus & auditus. Cum gustu uero: quod multum odorum / nutritioni (sicut & saporis) conueniunt & propter saporis queruntur. Cum tactu uero: quia olfactus odoris est qui humidum pariter & sicum contemperata requirit / quae sunt qualitates tangibiles. Recte igitur olfactus cum ceteris sensibus conueniens: eorum medius collocatus est. **¶** Decima conclusio. Male afferunt Pythagorici aliqua animalia odoribus nutrir. **¶** Primo. Quia quale est nutritum: tale deest esse & cibum. At qui nutrita coposita sunt & ex quattuor elementis coposita: igitur & nutritus cibis copositus est, haec ob causam puenit cibi supfluitas aut intra ipsi nutritis aut extra: ut arborum cortices ex superfluitatibus coeacti demonstrat. Olor autem non est copositus neq; ex elementis copositus: cum non sit corpus / igitur odor non nutrit.

36
37
38
39
40
41
42
43
44

¶ Secundo. Aqua per se nisi alteri elemento vt terra commixta fuerit non nutrit. Rose enim soli aqua imposita marcescunt cui si terra coniungatur nutritur, tanto minus igitur & odor nutrit cum dumtaxat accidens sit: aqua vero substantia. ¶ Tertio. Quicquid nutrit: corpus esse debet, vt in ijs qui sunt de generatione & de anima dictum est. Olor autem corpus non est: igitur odor non nutrit. ¶ Quarto. Aer corpulentus minime nutritioni est aptus: nulla enim solo aere nutriuntur, igitur tanto minus & odor: cum aer substantia sit & nutritioni videatur conuenientior. ¶ Quinto. Locus cibi receptiuus est stomachus: odoris autem receptiuum est in capite, nam cum odor cum aere aut fumali spiratione nares subit: ad locum odoris susceptiuum procedit, igitur odor non est nutritiuus, Et quis odorabile quatenus odorabile est / alimento non conducatur: ad sanitatem tamen vt ostensum est q̄ plus rimum conducit. ¶ Sexti capitis nota. ¶ Diesis / toni diuisio, quod & semitonium minus dicitur.

¶ Propinquum mouens / sensibile actu. ¶ Cotonium / cytonium / coctanum. ¶ Elementa / litterarum. ¶ Minimius sapor / minimus sapor actu. ¶ Sensibile propinquum & coniunctum / sensibile actu.



Optimum cap. cotinet tres questiones, earum solutiones, vnam rationem impro-
bantem, tres probantes. Antiquorum responsionem & eius improbationem ad
primam, tres rationes visibile prius tempore medium immutare contententes: 45
antiquorum responsionem & improbationem ad secundam. ¶ Prima questio.
Cum omne corpus sit in infinitum diuisibile: an sensibiles passiones / color / so-
nus / odor / sapor / caliditas / frigiditas / humiditas / siccitas / grauitas / leuitas /
mollities / durities: in infinitum partiatur: ¶ Quod ita sit videtur. Quia sensum
in infinitum diuidi oportet. Et enim earum vnaqueq; actiua in hoc: q̄ possit
mouere sensum, hoc autem falsum esse videtur. Nam oportet omnem ma-

gnitudinem sensibile esse: cum sensus vt visus non apprehendat album & nigrum sine magnitudine. Album enim & non q̄tum videre impossibile est. Sed oppositum etiam apparet. ¶ Primo. Quia cum omne corpus: in infinitum sit partibile, si passiones ille diuisibiles hoc modo non essent: tandem daretur corpus sensibile sine colore / caliditate / frigiditate / humore / siccitate / leuitate & grauitate, hoc autem impossibile. ¶ Secundo. Quia sensibilia corpora essent ex non sensibilibus corporibus. At ipsa ex sensibilibus componi necesse est. Non enim ex Mathematicis componuntur corporibus. ¶ Tertio. Quia si aliquid esset tale sine sensibili passione: sensu nō cognosceretur, a quo igitur cognosceretur: nisi ab intellectu dixeris. Sed intellectus talia exteriora sine sensu non intelligit. ¶ Antiquorum solutio fuit passiones esse indiuisibiles: pariter & magnitudines indiuisibiles. Sed magnitudines impartibiles esse: ex impartibilibusq; conflatas abire non posse: satis prius monstrauimus. Idcirco alteram expedit huic questioni aptare solutionem. Et primo dicimus sensibiles passiones non esse secundum speciem in infinitum diuisibiles. Nam quorum determinata sunt extrema: & media finita esse necesse est, sensibilibus autem determinata sunt extrema vt contraria. In visu: album & nigrum / in auditu: graue & acutum / in olfactu: & gustu: dulce & amarum / in tactu: calidum / frigidum / humidum / & siccum. Sunt igitur media determinata & finita. Erunt itaq; sensibilibus species: finita atq; determinata. Ad dicimus secundo. Continuum in infinitum partibile esse secundum partes inaequales: non autem in partes aequales assignate / determinateq; quantitates. Et quia sensibilibus species continuo sunt coniunctae: itidem vt continuum sunt diuisibiles, & iterum alique sunt actu / alique vero potentia. Et licet non omne sensibile vbi actu separatum effectus sentiret sensus: vt visus millefimum millefimi milli / nec auditus sonum in diesis, potentia tamen sensibilia sunt omnia: & visibilia & audibilia / & si non actu. Alis enim coniuncta: vna cum ipsis pariter sensum mouent. Plurimq; tamen excellentia tanta diuisa: in continens resoluuntur, vt minimus & insensibilis sapor mari infusus: in naturam maris conuertitur. Non est igitur sensus huiusmodi facti superabundantie actu: vbi diuisa sunt actu sensibilia. Talium tamen (vt iterum conuenire / conueniriq; continuo possint) existit.

¶ Secunda questio. Vtru visibile prius tempore medium immutat q̄ visu. ¶ Et videtur q̄ sic. ¶ Primo. Quia sonus prius tempore medium immutat, prius enim audit qui propius stat: q̄ qui rem otius, priusq; percipi solet ictus: q̄ sonus obaudiat. Et ita fit in odore, Rationabile igitur esse videt: hoc in visibili & colore cōperire. ¶ Secundo. Hoc idē asseruit Empedocles, & solis lumen prius attingere mediu oportere: q̄ queat attingere visum. ¶ Tertio. Omnis motus ab aliquo in aliquid: in tempore est, tempus igitur mediū (in quo a lucido ad visum / lumen in medio deferatur) esse oportet, quare prius in medio ferebatur radius: q̄ a visu perciperetur. ¶ Dixerunt nos simul sentire & sensisse: & illa esse absq; generatione & fieri, hinc non prius medium q̄ visum: visibile recipere. Sed cur ergo sonus prius in medio q̄ ad auditum pertingat: cum (vt aiunt) simul sit audire & audiuisse. Prius enim elementorum formationem videmus: q̄ aer delatus ad auditum / sonum deferat. Quare igitur non sic erit in lumine: & quare in spectando lumine nihil differt aliquos esse equaliter distantes: aut vnum propiore / alterum vero spacio distantiore? Differat autē in sono & odore: & cur nō ppter hoc quod est aut sonus aut odor: sentitur? ¶ Responsio. De sono & odore nōnabiliter euenit: vt prius mediu q̄ sensu afficiat. Nā nō in eo q̄ vnūquodq; est: fetit, sed motu quodamō egēt vt aere lato aut aliqua corporis expiratione: q̄ sine motu nō fit. Ita aut in lumine nō oportet. Nā scdm id quod est: fetitur, nec motu / nec spiramine / nec alteratione / sed sola p̄sentia eget: mediuq; sua similitudine opplet, quae autem motu egēt: rationabiliter prius mediu attingunt, quae vero motu non egēt: mediu prius attingere non est necesse, q̄ vis forte de omni alteratione id non oporteret.

Nam idem simul totum alterari contingit: vt totam aquam simul gelari, neq; prius vnum dimidium: potestius vero alterum. Si tamen multum coagulandum fuerit: quod attiguum est / ab attiguum primum partitur: totumq; id simul secundum actum alterabitur. Et conueniunt soni / odores / sapores: & tangibilia: billa: q̄ vt sentiantur quodam motu egeant aut in medio / aut appropinquante aliquo, & in hoc distinet / q̄ soni & odores ad maiorem se distindunt distantiam: sapores autem & tangibilia / ad minorem. Sapores tamen ad maiorem. Nam si in humido effemus: quodammodo gustaremus vt odoramus, non autem de lumine / vt quod sit ab omni distantia perceptibile: ita est. ¶ Tertia questio. Sed iterum questio incidit an idem sit sonus quem propinquior audit: & quem audit distantior: Et id esse non posse videtur. Nam eodem medio id fieri non potest. ¶ Responsio. Primum mouens a propiore & distantiore idem numero sentitur, vt sentiunt Cotonium idem numero / Thus: atq; eundem numero ignem, propinquum autē sensibile proprium atq; coniunctum: numero alterum est, specie tamen idem. Quare multi: simul idem audiunt / vident / ac odorant. Diuersis tamen non corporibus sed passionibus susceptis: quae sine sensibilibus corporibus non accidunt. ¶ Notarum sexti capitis declaratio. ¶ Propinquum mouens sine sensibile propinquum & coniunctum: est sensibile actu / hoc est species sensibilis efformata in organo quae mouet sensum immediata / & organo intrinseca est. Primum vero mouens est sensibile potentia: & organo extrinseca. ¶ Cum dicit littera. Prius enim elementorum formationem videmus: ibi elementa sumuntur pro notis litterarijs: vt a / b / c. ¶ Minimius sapor actu dicitur qui totus est & non alterius pars: & quo alius totus & ab alijs separatus minor esse non potest. Sapor autem potentia est qui alteri coniunctus est & alterius pars: & is minimus dari non potest / vt neq; minima magnitudo.

¶ Sexti capitis prima questio. Cum omne corpus sit in infinitum potentia diuisibile: an sensibiles passiones etiam in infinitum diuisantur: Et videtur q̄ non. quia si sic: tunc sensus in infinitum etiam diuideretur secundum sensibiles apprehensione, vt quantumcūq; parū sensibile apprehendat: adhuc eo minus apprehendere posset / & minoris sensibilis efficere sensationem. Nā vnaqueq; passionum sensibilibus potest mouere sensum: & suam in sensu specie efficere. Quae autē sensus eo modo in infinitum diuidi possit: falsum esse videtur. Nam sic oportet omnem magnitudinem esse sensibilem. Nullus enim sensus suum apprehendit sensibile sine magnitudine: cum qualitates sensibiles omnes magnitudinis cōiunctae sint. Alibi enim quod nō sit quantū videre impossibile est. At cū ad propositā questionē respondendū est passiones sensibiles in infinitum diuisibiles esse gratia magnitudinis cui coniunguntur: haec opposita ratio diluenda est. Sensum in infinitum diuidendum esse secundum sensibilia potentia: quia quātūcūq; potentia & alijs coniuncta apprehendit: minora potest apprehendere, non autem secundum sensibilia actu: cum detur sensibile actu quod sensus potest apprehendere / quo minus actu non possit apprehendere, vt minimus color actu. Et vnaqueq; passio potentia & alteri coniuncta potest mouere sensum / non tamen actu existens & ab alijs separata. Consimiliter omnis magnitudo alteri coniuncta & potentia est sensibilibus: non tamen actu & tota per se existens. Insuper admittendum est qualitatem sensibilem sine magnitudine apprehendi non posse. ¶ Sed q̄ passiones in infinitum diuidi possint etiam apparet. ¶ Primo. Quia cum omne corpus sit in infinitum diuisibile: si passiones sensibiles non essent semper diuisibiles / tandem daretur corpus sensibile sine colore & qualitatibus tangibilibus: illud scilicet quod completa qualitatis sensibilis diuisione adhuc restaret diuidendum. At impossibile est corpus aliquod sine colore aut qualitate tangibili existere: cum omnia corpora colore participare dicta sint, igitur. ¶ Secundo. Si passiones essent resoluibiles in impartibilia: corpora sensibilia essent ex corporibus non sensibilibus composita / ex illis scilicet quae passiones haberent in se impartibiles & ergo insensibiles. At corpora sensibilia ex sensibilibus componi necesse est: sicut diuisibilia secundum molem ex diuisibilibus. Passiones etiam sensibiles ex sensibilibus componi necesse est. Nam in sensibile iunctum omnino insensibili nunq; facit aut componit sensibile. Non enim sensibilia corpora ex Mathematicis & a materia magnitudinesq; abstractis componuntur corporibus. ¶ Tertio. Si esset aliquod corpus sine sensibili passione: ipsum sensu non cognosceretur / quia abesse ei sensibilis passio. Neq; cognosceretur ab intellectu: cum is exera sensibilia sine sensu non cognoscat: igitur a nullo cognosci posset. Id autem inconueniens. Et haec tres rationes pro parte affirmatiua militantes concedendae sunt. ¶ Antiquorum quidem solutio fuit passiones sensibiles esse indiuisibiles pariter & magnitudines impartibiles: quod cum multi tum Xenocrates asseruit. Sed magnitudines non esse impartibiles & ex impartibilibus componi non posse: in physicis satis ostensum est. Ideo altera huic questioni danda est solutio. Et primo dicendū est passiones sensibiles non esse secundum speciem in infinitum diuisibiles, vt non esse infinitas species colorum / sonorum / saporum. Nam quorumcūq; extrema sunt determinata: & media. Sensibilibus autem passionum determinata sunt extrema. In visu enim contraria sunt album & nigrum. In auditu: graue & acutum. In olfactu: dulce & amarum in odore. In gustu: dulce & amarum in sapore. In tactu vero: calidum / frigidum / humidum & siccum, igitur & media sunt determinata: quare sensibilibus species finita sunt & non infinite. ¶ Secundo dicendum est q̄ continuum est diuisibile in infinitum secundum partes inaequales: & alteri Quomodo quae us semper ad totum proportionis / similiter & molis, vt diuidendo lineam in duas medietates / eadem in tres tertias. Rursuseandem lites sensibili totam lineam in quattuor quartas, alia est partium secundae diuisionis ad totum proportio q̄ prima: & alia rursus partium terties sunt diuisione diuisionis proportio ad totum q̄ prima: & secundae. Minores etiam mole sunt partes secundae diuisionis q̄ prima: & minores sibles. sunt ea quae sunt tertia q̄ quae prima & secundae a maiore numero denominatur. In partes autem aequales diuidendo & eiusdem ad totum proportionis & inter se quantitates: non procedit in infinitum diuisio, quia in huiusmodi partes distribuendo: finitū omne per finite partis ablationem tandē consumitur: vt diuidatur linea decupedalis in decem lineas pedales: quibet earū eandem ad totū habet proportionē & inter se aequales sunt / neq; in plures pedales diuidi possit. Et quae qualitates sensibiles sunt coniunctae magnitudinis: sunt diuisibiles sicut ipsa magnitudo cui coniunguntur / scilicet in infinitum potentia. Adde q̄ sensibilibus qualitatum aliquae sunt actu: quae per se existunt & alijs non sunt coniunctae. Aliae vero potentia: q̄ alijs coniunctae sunt. Quis autē sensus nō oē sensibile actu diuisum percipere possit: vt visus millefimum millefimi graui milij / nec auditus sonum in minori semitono consistentem, tamē oia sensibilia potentia deprehendere sensus potest: vt color quantuluscūq; alteri coniunctus / & sonus / & odor percipitur a sensu.

Nam alij conuinctus simul cum eis visum auditum aut olfactum mouet: licet quilibet per se sensum mouere non sufficeret. Sicut quis grande saxum nec fortes leuare possit nec plato per se nec socrates: tres tamen simul ipsum leuat. Et eorum quilibet est leuans partem illud. Interdum tamen adeo frequenter facta est diuisio & partium distractio: quod propter molis paruitatem ipsum diuisum (ut quod non sit natum sub tantula quantitate consistere) resoluitur in continens, ut minimus natura sapor et qui ob suam existantiam insensibilis est: in aere conuertitur aut in mari infusus in maris naturam transmutatur. Sensus itaque non percipit huiusmodi sensibile actu tanta abundantia: tamque frequenter diuisum: ubi actu sensibilia et per se existantia partium distractio diuisa sunt: eorum tamen ut iterum continuo uniri et congregari possunt sensus esse potest. **Secunda questio.** Vtrum visibile prius tempore se diffundat per aere[m] ad oculos uidentis perueniat. Et videtur quod sic. Quia sonus prius tempore se diffundit per medium quod ad auditum perueniat: et prius partem medij propinquorem opplet quam remotiorem. Nam prius audit qui propius stat corpori sonanti quam qui remotus: et prius mallo ad rem percussam contactus percipitur quam sonus audiatur. At cum sit ille contactus percipientis ad percussum: simul editur sonus. Et ita fit in odore, igitur rationale est in lumine et colore idem accidere. **Huius rationi** (quia partem ueritati oppositam deffendit) respondendum est sonum quidem et odorem prius medium quam sensum mouere: neque si mile esse de colore. Nam sonus et odor motu indigent ut diffundantur: hic: sumalis expirationis: ille uero: motu aeris. Lumen autem ut diffundatur: neque motu neque temporis successione indiget. **Secundo.** Empedocles dixit lumen debere prius attingere mediu[m] quam uisum: est igitur ita esse credendum. **Responsio.** Non est hoc Empedoclis dictum probandum nec loco auctoritatis habendum: ut qui id ipsum minus recte asseruerit, quemadmodum et lumen esse corpus et per medium ut loco mutabile ferri. **Tertio.** Omnis motus est ab aliquo termino in aliquem terminum in tempore: ut in physicis determinatum est. Omnis autem illuminatio est motus: igitur est ab aliquo in aliquid et in tempore. Igitur aliquod erit tempus quo diffundatur lumen a lucido ad visum: in cuius prior parte diffundit se ad priorem partem medij et in posteriore ad posteriorem, igitur prius in medio fertur radius quam a visu percipitur. **Responsio.** Si motus proprie et pro aliquid in aliquo acquisitione aut deperditione continua et temporali capiatur: ut in physicis: uerum est omnem motum esse in tempore: sed hoc modo illuminatio motus non est, non enim in tempore acquiritur aut pericitur: sed singulo quoque momento perfecta est. Si uero pro mutatione quacunque, sive temporanea sive momentanea accipitur, non oportet omnem talem esse in tempore: quo modo illuminatio motus esse concederetur. **Dixerunt antiqui nos simul sentire aliquid quod sensibile et sensibile: hoc est nos sensus operationem exercere et simul eam esse perfectam et sensibilem perceptionem sensualem sine temporali successuque fieri mora.** Idcirco dixerunt quod medium non prius recipit visibile lumen aut colorem quam oculus. In quibusdam quidem sensibus quorum obiecta se per mediu[m] momento diffundunt: id est sentire et sensibile: ut idem uidere et uidisse in visu. In alijs uero quorum obiecta tempore et motu ut diffundantur indigent: non idem sentire et sensibile: sicut non est idem moueri et motu esse: ut non idem est audire et auduisse. Et ergo propter antiqui dixerunt de omni sensu idem esse sentire et sensibile. Idcirco philosophus recte obiecit et instat contra eos: quod si simul esset audire et auduisse: non prius sonus in medio quam ad auditum pertingeret, et prius sonus in medio formatur quam ad auditum perueniat: ut prius uerba ab aliquo aliquatulum distate proferri a peritione labiorum conspicimus quam eorum sonus ad nostrum pertingat auditum. Et simul cum uerba formantur producit sonus in aere medio: ergo prius in aere medio fit sonus quam ad aures aliquantulo distantis intervallo perueniat. **Nunc itaque restat soluenda questio quare ita non sit in lumine sicut sono: scilicet quod lumen non prius diffundatur per mediu[m] quam perueniat ad visum, et quare in uidentis lumine nihil inter est aliquid esse equaliter a lucido distans: aut unum esse propinquorem lucido: alterum uero remotiorem: nam omnes simul percipiunt eodem momento idem lumen. In sono autem et odore multum refert an duo sint equidistantes a corpore sonante et odore: aut unus propinquior alter uero remotior, nam equidistantes simul percipiunt sonum: propinquior uero citius et remotior posterius. Cur etiam non sentitur sonus aut odor propter hoc quod sunt: cum aliquantulum sint: antequam percipiatur: et praeter ipsa esse aliud quippiam requiratur, lumen uero propter hoc quod est: percipi uidentur, et praeter ipsum esse: ut percipiatur nihil aliud requiritur. **Responsio.** Sonus et odor non quia ipsa sunt: protinus percipiuntur: sed motu locali quodammodo ad sui diffusionem egent. Sonus quidem: aeris agitatione: odor uero: sumalis expiratione, idcirco sonus et odor prius medium quam sensum mouent, lumen autem secundum id quod est et quatenus est: sentitur: quia ut primus est: undique diffusum est etiam ad oculos, nec motu aeris indiget nec spiratione aut alteratione sed sola lucidi praesentia et sui. Et totum medium simul sua similitudine replet: idcirco lumen non prius ad medium quam visum pertingit. Et hinc se magis declarat lumen diuinorum animalium: ostenditque proprias entium superiorum mundanorum operationes et supra tempus et supra motum esse: ut quae a magnitudinis consortio longe aliena sunt: cum lumen magnitudini conuinctum a temporis et motus imperfectione sit immune. Nec illi quicquam obstat entia beatissima in inferioribus successine operari uisa esse ut loquimur: ipsa in intelligibilibus operantur intelligibiliter et in sensibilibus sensibilibus: quo eorum operationes sensibili successione sensibilibus innotescant: et non quia tali successione indigent. Itaque sensibilia quae motu ad se diffundendum non egent: medium prius attingere non est necesse: consequuntur enim se motus et tempus, quae uero motu indigent: prius perungunt mediu[m] quam sensum, quibus id ipsum non in omni alteratione oporteat: qualitatem scilicet quae alteratur prius ad unam subiecti partem quam alteram pertingere. Nam idem subiectum secundum quamlibet partium integratum simul alterari potest: ut non prius in una quam altera parte acquiratur qualitas, ut totam aquam simul congelari possibile est: si uniformiter eius partes dispositae sint: et producat sit regulare. Tunc enim non prius secundum extremas partes congelabitur aqua quam interiores: sed simul et regulariter secundum omnes. Neque oportet semper omne agens prius agere in propinquum quam in distantissimum eius actio motui secundum locum testis secundum conuicta sit: et propinquae partes ad actionem recipiendam magis dispositae sint: remotae uero agentis partes: minus. Neque ex his omnes partes sequitur non prius fieri motum ad medium quam extremum. Nam in medium prius quam extremum motum fieri debere intelligendum est simul altera de medio motus et extremo motus: et non de medio aut extremo subiecti. Debet enim prius acquiri caliditas quinquagraduum quam decem: sed non oportet in media parte subiecti prius acquiri caliditatem quam in toto subiecto. Sic cum tota aqua simul congelatur: media motus et qualitatis quae motu acquiritur pars ut congelatio quinquagraduum prius tempore acquiritur quam tota congelatio, non tamen in una subiecti parte prius quam in altera sed simul in toto subiecto: sic quod non ex parte partium subiecti sit successio: sed**

Quae lumē diuinorum est symbolum.

Quae totū mundum est symbolum.

solum ex parte partium motus et qualitatis acquisite. In illuminatione uero neque ex parte partium subiecti neque qualitate qua acquiritur successio: non enim prius vnus luminis gradus et deinde alter acquiritur sed totum lumen simul. Et ergo philosophus per analogiam de congelatione inuit locum a minori, nam si congelatio quae tempore perficitur non prius in una subiecti parte quam altera sed in toto subiecto simul acquiritur: quanto magis illuminatio quae tempore ut perficitur non indiget: non in una parte medij prius et in altera posterius acquiritur sed simul in toto medio. Si tamen multum aquae congelandum fuerit: pars extrema prius a congelante se contingente gelatur et deinde partes interiores, quia extremae partes magis dispositae sunt: interiores uero minus. Et totum id aquae aerem congelantem tangens secundum attactum simul alterabitur: et non prius una pars quam altera tangens. **Conueniunt autem sonus/odores/sapores/et tangibilia: quattuor ultimorum sensuum obiecta, quia ut sentiantur quodammodo motu indigent: aut in medio/ut sonus et odor quae in medio percipiuntur extraneo: per quod successione et motu diffunduntur: aut aliquo ut sensibili aut sentiente appropinquante/ quod in gustu et tactu sit quod medio sentiant intraneo, quare gustabile ad gustum moueri et tangibile ad tangens oportet: aut contra gustans ad gustabile et tangens ad tangibile. **Differunt tamen praedicta quattuor sensibilia in hoc quod soni et odores ad maiorem se diffundunt distantiam: quia medio sentiantur extraneos: sapores autem et tangibilia ad maiorem: quia intraneo medio percipiuntur. Sapores tamen ad maiorem ad huc distantiam diffunduntur quam tangibilia: nam si quid sapore participans ponatur in aqua aut abluatur/ consumilem in aqua saporem ut odorem relinquit. Et si quis in humido efficit quodammodo gustaret ut odorat, quandoquidem sapor maiorem habet eum odore (qui ad magnam distantiam se diffundit) affinitatem quam tangibile. Lumen autem cum a quacunque distantia perceptibile sit: non motu quoquo pacto indiget aut in medio aut appropinquante. **Tertia questio.** An idem est numero sonus quem audit propinquior et distantiior. **Responsio.** Primum et extraneum sensibile mouens sensum: idem numero sentitur a propinquiore et distantiore, ut idem parietis color uidetur a diuersis a se distantibus/ et idem Cotomii numero odoratur/ et idem Thus a varijs etiam distantibus/ sicut et idem uidetur ignis. Et ut primum sensibile idem numero percipiatur: non requiritur idem mediu[m] numero per quod percipiatur. Nam diuersis medijs vnicus sol ab omnibus conspicitur. Propinquum autem mouens et sensibile actum organo susceptum, in diuersis est alterum numero, idem tamen specie, ut alia est siue in equidistantibus siue in diuerso modo distantibus species coloris in oculo Ioannis/ alia in oculo Petri/ alia inquam numero/specie autem eadem. Sic alia est species soni in aere vnus et alia in aere alterius: cum non possit idem accidens esse in diuersis subiectis. Sensibile autem actu/ accidens est: et organum/ eius subiectum. Et ut huiusmodi species eadem numero percipiatur: non modo acquiritur idem medium/ sed et idem numero organum. Nempe alia est species coloris in oculo dextro quam sinistro Ioannis: utraque tamen est species eiusdem coloris, et alia numero soni species in aere dextera et sinistra Ioannis: quibus idem numero sit externus sonus. Quamobrem multi simul idem sensibile extraneum audiunt: uident ac odorant: non tamen eadem specie sed diuersis numero susceptis passionibus. Neque cum sentimus/ corpora in sensum organum suscipimus: ut nonnulli putarunt/ sed passiones solas recipimus: quae sine corporibus non sunt. Nam sunt in corporibus ut accidentia in suis subiectis. Ut cum quis uidet parietem/ non suscipit ipsum parietem in oculo suo: sed solam speciem albedinis parietis, non quidem cum materia parietis sed citra materiam, quandoquidem omni sensui commune est sensibiles qualitates sine materia suscipere. Et illae passiones sensibiles sunt in organum ipsorum sensuum: ut accidentia in suis subiectis. **Quaestio.** Si quis obiectat. Cui remotior audit species soni: forte sonus qui erat primum obiectum non est amplius cum sit natura euanidē atque fluxe: non igitur potest efficere sensationem/ aut sensatio fiet a non existente. **Respondendum est concessio quod assumptum est/ negandū esse quod inferatur, quia non uult Aristoteles sensus exterioris solummodo esse praesentium: sed eos esse illorum quae sunt in prospectu aut prope modum in prospectu. **Septimi capitis nota.** **Diapente et diapacon.** Musicalium consonantiarum nomina, quarum haec ex duplicari: illa uero ex hemiolo nascitur. **Hoc et alterum/ una pars et altera.** **Sensus/ nomen actus et potentiae simul.********



48

Septimum cap. continet vnā quæstionem, tres ad ipsius negatiuam partem rationes. Antiquorum solutionem, eius duabus rationibus improbatōnem, propriam responsionem, quattuor quae plura simul sentiamus rationes: et vnā conclusionem. **Quaestio.** Vtrum contingat eundem simul pluribus sensibus sentire: eodem scilicet et omnino in differenti tempore? Quae ita esse non possit: uideatur. **Primo.** Quia maiores motus: minores impediunt. Hoc enim manifestant multa, nam uehementer circa aliquid intendenti: uisibile ante oculos obiectum non sentitur: itidem neque uehementer timentī. Et si magnus sonus aures intrinsecus: debiliores sonos non sentimus. Et si simplex: commixto/ confusoque melius sentitur, ut vnus color per se: quod alteri commixtus, et vnus sonus: quod alteri consonans in diapason, et vnus melius per se: quod aquae confusum. Ex quibus enim aliquid fit vnum: se inuicem obscurant. Ex his ita nectimus argumentum, quia simplex melius sentitur: si dicas nos plura ut duo simul sentire/ utrumque per se magis sentiretur. Et cum maior motus minorem praepediat: si quales fuerint/ se inuicem exterminabunt. Sin inaequales: ualentior faciet sensum. Neque dicere possis sensum vnū esse ex utriusque commixtum/ confusumque. Nam ea commixcentur quorum extrema contraria sunt: et ex illis fit vnū, non autem ea: quae diuersorum sunt generum. Ex acuto enim et graui uina nascitur consonantia. Sed ex acuto et albo nihil fit vnū. **Secundo.** Magis possibile esse uidetur simul eodem sensu plura posse sentire: et vnus eiusdem sensus/ diuersos motus percipere. Atqui hoc fieri non uidetur. Nam auditus duo non percipiet nisi commixta fuerint. Commixta autem si fuerint: vnū aliquid sunt, igitur et sensus vnus, et vnus erit. Et ita in uisus est. Si autem commixta non fuerint: erunt duo sensus secundum actum. At vnus potentiae: secundum idem temporis/ vnā operationē esse uolunt omnes. Et si autem vnus vnā potentia, quare si non contingat con-

dem sensu simul plura sentire: minus arbitrandum est contingere & pluribus. ¶ Tertio. Quia aut illa specie erunt similia vt album & album / & tunc in sensu non faciunt nisi vnum numero. Aut specie dissimilia sunt vt album & nigrum / dulce & amarum: & tunc sensus motibus mouebitur contrariis. Motus enim contrariorum: contrarij esse videtur. Aut sunt dissimilium generum: vt album & dulce, & illa (vt dictum est) cōmisceri / contemperariq; nequeunt, Sed que contemperantur / proportionalesq; habent: eiusdem sunt generis & cōtrarietatis, vt sonorum consonantiq; quæ diapason & diapente dicuntur. Et in numeris proportionem habent par ad imparem & impar ad parem / suntq; adinuicem multi / pauci / dupli / subdupli. At vero multa proportionem adinuicem habentia simul sentiri non possunt: nisi vnum efficiant comamixtum, multo igitur minus simul percipiuntur ea quæ genere discrepant: vt album & dulce, & que plus differunt: & ex quibus nullum paritur mixtum. Et hæ rationes facere videntur nos non posse simul plura sentire. ¶ Huic quidem quæstioni talem adhibebant responsionem nos nō simul plura sentire / neq; in consonantiis nos simul plures sonos audire: quibus hoc ob temporis insensibilitatē nos lateat. Et ita quis idem simul credat audire & videre: non ita fit, sed tempus medium cum sit insensibile / eum latet. Ita autē non recte dicunt. ¶ Primo. Quia nullum est insensibile tempus quod nos lateat, Nam quislibet sentit se esse aut alium: aliquo toto tempore continuo. Si itaq; aliquid esset insensibile nos latens: neq; seipsum neq; alterum esse in illo sentiret. ¶ Secundo. Si aliquo tempore continuo aliquid sentit / vt aliquam magnitudinē videt: nihil illius temporis / nihilq; illius magnitudinis existit: quod non percipiat. Nō enim percipit in quocunq; tempore: quia in parte percipiat, aut quancunq; magnitudinē videt: quia partem eius videat. Quemadmodum contingit in anno ambulare: quia in hac anni parte ambulatio fiat. Quod ostendo sic. Si tempus aliquod ob paruitatem insensibile sit aut magnitudo aliqua insensibilis: sit tempus a b / in quo sentit / sitq; aliquid illius vt quædam exiguum vt sensibile non sit a c, distrahatur igitur a c, cū ergo sentiret c b / hoc ergo erat quia aliquid ipsius sentit. Substraho igitur c d / æquale quidem ipsi a c: quod non sentiat, eoq; perducam q; aliquid tempus sentiet: in quo nihil est quod sentiat. Similis enim ratio putabitur de d e / e f & ceteris, cumq; peruentum fuerit ad k b: erit tempus sensibile cuius nulla prorsus pars sentietur. Nam neq; k l / neq; l b / neq; earū partium pars aliqua: quia minores sunt / ideoq; ob maiorem paruitatem magis insensibiles. Quare aut totum tempus aut tota magnitudo sentitur: aut nulla / nihilq; eius sentitur. Et certe totum tempus & tota magnitudo & quilibet pars sensibilis est: sed non semper quæta fuerit apprehenditur, vt tetracubita a longe conspecta: non tetracubita videtur sed magnitudo sola. Et diuisum videtur: quod idem diuisum non videretur. Cuius causa a nobis alias contra Zenonis argutias adducta est. ¶ Huic igitur quæstioni hanc aptare poterimus solutionem, quia quod sentitur diuisibile est: & sentiens simul sentit totum & eius hoc & alterum, ideo plura sentit numero: specie autem eadem. Et quia sensus diuisibilis est: vnus tamen continuus / ideo ipsum vnum eundem: vno vnum / & altero alterum / sentire contingit. Quæ tamen sentit: genere eadem sunt. Et non modo ea quæ genere sunt eadē / simul sentire contingit: sed & quæ genere dissident. ¶ Primo. Quia de re visa p vt riq; oculum non habemus nisi vnum iudicium: q; in vno communi conueniunt cuius operatio vna est. Et si ipsorum, vnum est alterum sentiens: & aliorum sensuum æquali facilitate idem erit, quare simul indicabit ea quæ genere sunt dissidentia. ¶ Secundo. Quia idem sensus plures esset: quemadmodum scientiq; diuersiq; diuersorū sunt obiectorū. Nā non erit operatio sine virtute nec sine hac, quæta: hoc autem falsum est. ¶ Tertio. Vnus idēq; sensus est (quemadmodum prius dictum est) simul albi & dulcis differentiam diiudicans: que genere discrepant, magis igitur vnus & idem erit eorum (que genere sunt eadem) differentias diiudicans. ¶ Quarto. Si anima / vna parte album: & altera parte dulce sentit quæ non sunt vnum: & iudicat ex ipsis aliquid vnum esse / aut non esse vnum: necesse est aliud vnum esse sensituum: quo sensibilia discernit omnia / ac sentit, vnum quidem subiecto: secundum esse autem multa, & vnum sensibile genus per aliud sentiens: & alterum per aliud, & vt vnum sensituum est actu: vnum est albi & dulcis, cum vero secundum actum alterum factum est: vt exterior sensus albi / & exterior dulcis: re ipsa alterum est. Et id rationabiliter euenit. Nam quemadmodum in rebus ipsis contingit: ita in anima reperire consentaneum est. In rebus autem idem: album & dulce & multa alia esse reperitur. Ita igitur & animæ sensituum erit vnum. Et vt illud vnum numero existit: cuius passiones abinuicem inseparabiles sunt / & quod quidē ratione valde multa est, ita in sensu vnum numero: commune omni sensui existit / esse tamen alterum & alterum est, horum quidem sensibilem genere: horum vero specie. Erunt igitur vnum & idem multa sentiens: ratione autem nō vnum. ¶ Conclusio. Omne quod sentitur: diuisibile est, ipsumq; in diuisibile / sensibile non est. ¶ Nam vnum visibile non videtur infinita distantia sed finita: neq; audibile / infinita sed finita. Idem odorabile / gustabile / tangibile: distantia percipiuntur finita. Est itaq; aliquid vltimum distantie vnde non videtur: & primum vnde videtur, & id in diuisibile esse necesse est. Et quod in vltimiori fuerit: non sentitur. Quod vero fuerit in ceteriori: sentietur. Si igitur sit in diuisibile sensibile: ipso posito in vltimo vnde non sentitur: ipsum non sentietur, & quia erit in primo vnde sentitur: idem sentietur, quare idem simul sentietur & non sentietur. Sed his de sensibus & sensibilibus expeditis: nunc ad considerationem de memoria atq; reminiscētia nos conuertimus.

¶ Libri de Sensu & Sensato / finis.

¶ Notarum septimi capitis declaratio.

¶ Diapason est consonantia quæ ex dupla proportionē vt duorum ad vnum nascitur. Diapente vero consonantia est quæ ex sesquialtera / hemiolaq; proportionē: vt trium ad duo consurgit. ¶ Hemiololum / sesquialterum: quod totum continet & in super eius mediocritatem. ¶ Cum in solutione quæstionis propositæ dicit littera: & sentiens simul sentit totum & eius hoc & alterum / hoc: vnam partem significat / & alterum: partem alteram, vt sit sensus / sentiens sentit totum & vnam eius partem / & alteram. ¶ Sensus in proposito non pro forma / substantiali sensationis effectiua sumitur: sed pro toto composito ex actu sentienti & potentia / hoc est forma & materia.

48

¶ Septimi capitis quæstio. Virum contingat eundem hominem simul & penitus eodem tempore pluribus sensibus apprehendere sensibilia / vt simul videre & audire / simul videre & tangere / simul gustare & tangere. Et videtur q; non: quia maiores sensuum motus impediunt minores: vt multis constat indicijs. Nam vehementer circa aliquid intendens non videt visibile ante oculo obiectum: propter retractionem spirituum ad interiorem sensum pro diligentiori attentione. Sic nec vehementer timens / colorem sibi obiectum percipit: ob retractionem spirituum sensitiuorum & sanguinis ad cor. Et si magnus sonus vt tonitruus auribus insonet: minor vt susurrus non auditur. Et sensibile simplex q; ipsum alteri commixtum melius sentitur: vt vnus color per se q; alteri commixtus / & vnus sonus per se q; alteri consonans / & vnum per se q; quæ confusum. Sensibilia enim ex quibus aliquid sit vnum / seimicem obscurant / seq; exacte percipi impediunt. His suppositis sic formatur argumentum. Cum simplex melius sentitur q; compositum: si quis dicat nos plura simul sentire vt duo / vtrūq; per se & separatim melius sentiretur. Quare si æquales fuerint illi duo sensuum motus: seimicem exterminabunt & impediunt. Si vero inæquales / & vnus maior alter vero minor: valemior / fortiorq; solum faciet sensationem & impediēt perceptionem minoris. Neq; dicere quis possit sensationem vnā esse ex vtroq; sensibilibus commixtam & confusam. Nam solum ea commiscuntur: quorum extrema sunt contraria / & que sunt eiusdem generis sensibilis: non autem ea quæ diuersorum sunt generum, vt ex acuto & graui vna nascitur consonantia: sed ex acuto & albo nihil fit vnum. ¶ Huic rationi (quia parte tuctur recte determinationi aduersam) ita respondendum est. Si maior motus & minor diuersorum sunt sensuum: maior non impedit minorem / vt vehemens sonus non impedit colorem videri. Si vero eiusdē fuerint sensus / & maior non sit in magna supra minorem excellentia: neq; quidem eum percipi prebet impedimentū: vt sonus campanæ non impedit vocem loquentis audiri. Si vero maior insignem habeat ultra minorem excellentiam: impedit / vt sonus tormentorum: vocem audiri. Simplex autem sensibile & per se fortius mouet sensum q; si esset commixtum: non tamen gratius est sensui et iocundius, quia vt in secundo de anima ostensum est / sensibilia quæ bona proportionē adinuicem sunt temperata: ipsi sensui sunt iocundiora. Cum itaq; assumitur q; plura simul sentiantur: q; vtrūq; per se melius sentitur / id distinguendum est, aut si sentiantur simul commixta & confusa: & id conceditur / & hanc intelligentiam pretebat propositio secundo loco supposita, aut si abinuicem subiecto separata sunt: eodem tamen tempore percipiuntur: & id negatur / nisi ob nimiam vehementiam vnum alteri ne quoquo pacto percipiatur impedimento sit. Sonus enim æque cum colore percipitur sicut per se & sine coniuncta auditioni coloris visiones: similiter duo colores subiecto separati æque simul ab oculo percipiuntur sicut quilibet per se. Deinde quod secundo loco assumitur: si motus sensuum æquales fuerint seimicem exterminabunt / ita discutendum est, si diuersorum sensuum motus fuerint vt visio & auditio: non se exterminant / neq; eiusdē sensus sint & citra summam excellentiam vt visio albi quinq; graduum / & nigri totidem in diuersis subiectis. Si vero vtrūq; sensibile in summa fuerit excellentia vt albisimum & nigrissimum: se exterminant & impediunt in sensu quia sensum corrumpunt. Quod vero tertio assumitur loco: si inæquales fuerint motus / solum valemior faciet motum: distinguendum est vt prima suppositio, si quidem diuersorum fuerint sensuum aut vnus sensus sed non magna vnus ultra aliud sensibile excellentia, vterq; efficiet motum. Si autem ingens fuerit vnus supra alterum eminentia: solum vehementior efficiet sensationem. Deniq; vltro conceditur non fieri sensum vnum ex vtriusq; commixtum. ¶ Secundo. Magis possibile videtur vt vno sensu nos posse plura simul sentire vt simul videre plures colores: q; pluribus sensibus percipere simul plura. Sed non possumus vno sensu & eodem simul plura sentire. Nam auditus duos sonos audire non potest nisi commixti fuerint. Si autem comamixti fuerint: sunt aliquid vnum, igitur & eorum sensatio vna numero erit: & vnus obiecti. Et ita in alijs sensibus. Si vero duo illa sensibilia adinuicem commixta nō fuerint: erunt eorum duæ sensationes diuersæ. Vnius autem potentia in eodem tempore vna sola est operatio. Sensus autem potentia est: igitur eius vno / eodemq; tempore vna sola est sensualis perceptio, non igitur ab eodem sensu contingit simul plura sentire: quare neq; a diuersis sensibus simul plura percipiuntur. Hæc ratio diluenda est concessa maiore primo loco assumpta negando minorem. Ad cuius probationem respondetur id falso assumptum esse: sensum vnum non posse simul multa percipere / nisi adinuicem commixta & temperata fuerint. Nam vnus simul percipit album & nigrum in diuersis subiectis: ex quibus non fit vnus color / & auditus simul campanam sonantem & vocem humanam ex quibus non fit aliquid vnum. Conceditur præterea sensibilia commixta esse aliquid vnum non continuum / neq; inensum sed aggregatum: quare negandum est sensationem ipsorum commixtorum esse vnam numero. Visio enim picturæ aut colorum in cauda pavonis non est vnus nec vna auditio consonantie: sed tot diuersæ sensationes quot diuersa sunt sensibilia adinuicem commixta. Ea enim cum post mixturem adhuc diuersa maneant: æque diuersas faciunt sensationes atq; si in diuersis essent subiectis abinuicem separata. Quare siue commixta fuerint siue non: diuersæ sunt secundum actum sensationes. Negandum præterea est illud quod principij speciem præse fert & tamen falsum est: vnus potentia scilicet simul esse vnam tantum operationem. Nam potentia vegetandi simul nutrit & auget. Et potentia sentiendi simul visionem facit & auditionem: quam obrem negandum est & id quod consequitur illud ante: cōdens. ¶ Tertio. Quia aut illa sensibilia quæ simul percipiuntur sunt similia specie vt album & album: & tunc in sensu non faciunt nisi vnum numero, aut sunt specie dissimilia: eadem tamen genere vt album & nigrum dulce & amarum: & tunc idem sensus simul illa percipiens / mouebitur simul motibus contrariis. Contrariorum enim sensibilibus species sunt contrariæ. Aut sunt dissimilium generum: vt album & dulce. At talia adinuicem commisceri & contemperari non possunt. Nam quæ adinuicem contemperantur & cōmiscuntur: eiusdē sūt generis / vt sonorū cōsonantie quæ diapason & diapente vocantur. In numeris autē proportionē habent

adinvicem par ad impar aut impar ad par: & sunt numeri adinvicem comparati/multi/pauci/dupli/subdupli. Atqui multa adinvicem proportionem habentia simul sentiri non possunt: nisi unum efficiant, igitur multo minus percipientur illa simul quae genere sunt diversa ut albu & dulce: & plus q̄ alia differunt/ & ex quibus nullū fieri potest mixtū. ¶ Haec autem ratio hoc pacto solvenda est, Sentimus quidem interdum ea quae eiusdem sunt speciei ut duo alba/ sed negamus ea in sensu unum efficiere: sunt enim suae species ita distinctae in oculo ut ipsa obiecta/ & in diversis oculi partibus, perinde atq; si duo eiusdem speciei lapides aut manus obijciantur speculo in diversis apparent partibus speculi & inter se diversa. Interdum vero sensus apprehendit ea quae speciei sunt diversa & genere eadem: negandum tamen est idcirco ipsum moveri motibus contrariis secundum eandem partem. Nam species albi & nigri non in eadem organi parte recipiuntur sed diversis: cum apparere faciunt res distinctas & non confusas. Interdum vero non uno sensu exteriori sed pluribus percipiuntur simul sensibilia genere discrepantia: quae conceduntur adinvicem contempari non possunt: cum id ipsum minime ut sentiat requiritur. Quare negandum est multa adinvicem proportionem habentia non posse simul sentiri: nisi unum efficiant commixtum. Colores enim adinvicem proportionem habentes & diversis subiectis discreti simul ab eodem percipi possunt: sic & quae genere diversa sunt/ tamen si nullum efficiant mixtum/ simul percipi possunt. Nam ut aliqua simul tempore percipiuntur non requiritur q̄ mixtū constituant: sed si id faciant/ accipiunt. ¶ Respondent autem antiqui nos non simul plura sentire neq; in consonantibus nos simul plures sonos audire sed unum prius & alterum posterius: quibus ob temporis imperceptibilitatem id nobis non appareat. Quis ergo (dicunt) idem simul credat audire & videre/ non tamen ita fit: sed uno tempore videt/ alio vero audit: temporis tamen discrepationem ob eius parvitatem non percipit. ¶ Sed ita dicentes non recte dicunt. ¶ Primo. Quia nullum est insensibile tempus quod non percipiamus. Si enim esset aliquod insensibile nos latens: neq; se ipsum quisq; nec alterum esse in illo tempore perciperet. Non enim aut se aut alterum in illo tempore esse posset percipere: nisi se aut alterum simul & tempus perciperet: modo tempus positum est insensibile. At quilibet sentit se esse aut alterum aliquo toto tempore continuo: ut nulla sit temporis pars in qua se non percipiat esse aut alterum, ergo nullum est insensibile tempus. ¶ Secundo. Si quis aliquo toto tempore aliquid sentit ut aliquam magnitudinem: quamlibet illius temporis partem & magnitudinis sentit, sicut si mobile toto tempore continuo movetur: & qualibet illius temporis parte moveri debere in physicis est ostensum. Non enim quis dicitur in tempore percipere quia in eius parte percipiat: aut totam magnitudinem videre quia unam eius partem videt, sicut contingit dicere aliquem in anno ambulare quia in hac anni parte & hoc die ambulatio fiat/ per Synecdochen & a parte sumpta totius denominatione. ¶ Quod sic ostenditur. Si aliquod tempus ob suam parvitatem est insensibile: ut dicunt/ sit totum tempus a b quod quis sentiat. Sitq; aliqua illius temporis pars v s q̄ adeo exigua: q̄ ob suam parvitatem sentiri non possit/ quae sit a c. Dividit totum tempus a b in decem partes aequales parti a c quae sint a c/ c/ d/ d/ e/ e/ f/ & ita consequenter. Cum per hypotesin tempus a c sit insensibile ob suam parvitatem: subtrahat ipsum & remanet tempus c b quod quidem est sensibile. Nam ut a divisibili substractum indivisibile non relinquitur divisibile minus: ita a sensibili substractum insensibile relinquit residuum aequale ut prius sensibile. Non enim quicq; sensibile per insensibilis subtractionem redditur minus sensibile. Tunc sic. Ipsius c b pars c d est aequalis parti a c quae est insensibilis: ergo & c d est insensibile. Si enim unum aequalium est insensibile: & alterum. Subtrahat igitur c d insensibile/ & relinquitur b: quod quidem sensibile esse necesse est. Cuius cū ps d e sit aequalis parti a c insensibilis: & ipsa est insensibilis. Subtrahat itaq; & remanet e b sensibile. Et ita cōsequenter de singulis partibus quousq; prioribus oibus substractis residuum sit k b sensibile cuius cū prior ps k l sit aequalis parti a c insensibili & similiter posterior l & b neutra earum sensibilis est. Neq; pars aliqua ipsius k l aut l b sensibilis esset: quia minor q̄ suum totū. Modo si quis maius sentire non potest neq; minus sentire poterit, igitur sensus aliquid sentit cuius nullam partem sentit: quod est impossibile. Quare totum tempus & tota magnitudo sentitur: aut nulla magnitudo neq; magnitudinis pars sentitur aliqua. Et sane totum tempus & quaelibet eius pars sensibilis est: similiter tota magnitudo & quaelibet itidem eius pars est sensibilis, sed non semper magnitudo quanta est apprehenditur: ut quattuor cubitorum magnitudo a longe conspecta non quattuor cubitorum videtur esse sed sola magnitudo & minoris molis. Et sensibile indivisum alteriq; coniunctum videtur: quod divisum & per se sumptum non videretur. Cuius causa in fine septimi phisicorum contra sophisticas Zenonis captiones adducta est. ¶ Haec igitur questio hoc pacto dissolvi potest, q̄ cum sensibile (ut paulo ante dictum est) divisibile sit/ & sentiens simul sentit totum & eius unam partē & alteram: ideo plura sentit numero quia in eodem subiecto coniuncta/ specie autem eadem. Immo apprehendens unum sensibile/ ut plura numero percipiat scilicet eius partes: necesse est. Et quia sensus secundum magnitudinem divisibilis est/ unum tamen continens: ideo ipse unus & numero idem una parte sui organi unum sensibile/ & altera alterum etiam specie differens & contrarium sentit: neq; idcirco sequitur contraria simul esse in eodem. Quae tamen idem sensus exterior percipit tamen si speciei sunt diversa: tamen eadem sunt genere. Et non solum illa quae genere sunt eadem simul sentire contingit: verum etiam ea quae genere sensibili differunt ut album & dulce: sed diversis sensibus exterioribus aut eodem interiori. ¶ Quod patet primo. Quia de re sensibili visa per vitruvium oculum non habetur nisi unum iudicium: quia ambo oculi in uno communi vitruvii centro conveniunt duorum oculorum nervos connectente cuius operatio una est. Et si ipsorum oculorum unum commune in quo conveniunt: sentit unum item & alterum specie sensibile: & aliorum sensuum quilibet diversa iudicans idem erit: quare idem numero sensus ut pote interior simul iudicabit ea quae genere differunt. ¶ Secundo. Sicut diversa obiecta diversas habent scientias ita & diversa sensibilia diversas sensationes, si ergo eadem esset utriusq; sensatio: una sensatio esset plures sensationes. Non enim erit operatio sensus sine virtute sentiendi: neq; sine operatione sensus. At falsum est eandem sensum esse plures sensus, igitur. ¶ Tertio. Unus & idem numero est sensus (ut in fine secundi de anima dictum est) simul albi & dulcis differentias discernens: quae genere differunt, ergo magis unus erit qui eorum quae genere sunt eadem differentias interno sciat. ¶ Quarto. Si anima/ una sentiendi particula scilicet visus percipiat album & altera sentiendi particula scilicet dulcedem: quid sentiendi particula non sunt unū, & iudicet ex albo & dulci aliquid, unū esse ut lac, aut aliquid non esse unū, necesse est esse aliū sensū commune quo aia discernit oia sensibilia/ unū quid numero ratione vero multa, & sensibile unius generis ut album per unam partem sui sentiens scilicet visum interiorem: alterius autem generis sensibile sentiens per alteram partem ut gustum interiorem. Cum vero sensitivum internum actu factum est alterum per actualem sensationem: ut exte-

a
c
d
e
f
g
h
i
k
l
b

rior sensus albi & exterior dulcis/ re ipsa alterum est. Aliud est enim re ipsa interior visio & interior gustatio. Et id non praeter rationem evenit. Nam sicut in rebus contingere videmus: ita & in anima/ eiusq; potentis reperire consentaneum est. At in rebus ipsa idem est album & dulce: ut lac, igitur & anima sensus iuxta ea differentiam ponens est unus numero. Et sicut in rebus una & eadem res est numero ut pote lac cuius passiones a se invicem inseparabiles sunt: non enim dulcedo ab albedine lacis separari neq; lacis albedo a dulcedine seungi potest/ & tamen ratione est diversa. Ita in sensu unum numero sensitivum commune omni sensui exteriori est: eius tamen ratio alia est & alia, aliorum quidem sensibilibus alia specie ut albi & nigri/ aliorum vero genere diversa ut albi & dulcis. Est igitur numero unum & idem sentiens simul plura: tamen ratione diversa sit. ¶ Conclusio. Omne corpus naturale quod sentitur est divisibile: & si quid indivisibile est/ ipsum est insensibile. ¶ Nam nullum sensibile percipitur a distantia infinita sed finita: ut color a finita distantia percipitur & sonus & odor. Itaq; est assignabile distantiae ultimum unde non sentitur: & est terminus distantiae unde non sentitur/ ultra quem nulla est distantia unde non sentitur. Et est praeterea primum distantiae unde sentitur: & est terminus distantiae unde sentitur/ quo nullus est prior unde primum sentitur. Et sicut idem est punctum quod est finis unius partis lineae & principium alterius: ita idem extremum sive ultimum distantiae unde non sentitur/ & primum distantiae unde sentitur/ scilicet imparabile unam partem distantiae alteri connectens. Ut sit datum spacium a c quod dividatur in signo b, oculisq; in ea positus videat totum spacium a b sed nihil amplius: & spacium b c sit distantia unde non sentitur. Tunc b est ultimum distantiae unde non sentitur: nam est terminus partis b c unde non sentitur/ ultra quem nulla est distantia versus a unde non sentitur, b etiam est primum distantiae unde sentitur: quia est terminus distantiae unde sentitur/ quo nullus est prior unde sentitur, & quod fuerit in spacio ulteriori q̄ b non sentitur: quod vero in citiori sentitur. Si igitur ipsum sensibile sit indivisibile: cum ipsum positum fuerit in ultimo unde non sentitur: non sentietur, & quia erit in primo unde sentitur: sentietur, ergo idem simul sentietur & non sentietur quod est inconueniens. Sed nunc de memoria & reminiscencia determinandum est.

Quid est vltima distantia unde non sentitur.
Quid primum distantiae unde sentitur.

De sensu & sensato finis.
¶ Primi capitis libri De Memoria & Reminiscencia nota.
¶ Sensus/ sensus exterior. ¶ Spectrum/ simulachrum. ¶ Abunde dicitur. Nonius Marcellus testem adducit historicum Sifemam & apud C. Celsum frequens vocabulum est.

¶ Iber de Memoria & Reminiscencia, duo cap. continet. Primum octo conclusiones, unum correlarium ad quintam, duas rationes ad sextam, unam questionem, eius solutionem: tres in oppositum rationes & earum solutiones: & quattuor correlaria ad septimam. ¶ Prima conclusio. Determinandum est quid memoria/ quid memorari/ propter quam causam fiat/ cuius animae partis passio sit. Et eadem fere de reminiscencia determinare expediet. ¶ Nam de memoria & reminiscencia/ memorari & reminiscere: prius nos determinaturus promissimus. ¶ Secunda. Memoria & reminiscencia/ memorari & reminiscere: non eadem sunt. ¶ Nam ut frequenter memoria valent qui tardo sunt ingenio: reminiscencia autem/ qui celertores acri/ solertiq; discunt ingenio. ¶ Tertia. Expediet discutiendum quae memorabilia/ quaeque memorae sunt obiecta. ¶ Nam obiecta nobis notiora sunt: idq; cognoscere difficultatem affert atq; dubitationem. ¶ Quarta. Memoria neq; futurorum est neq; praesentium. ¶ Nam futurorum opinio quaedam est & spes & quaedam sperantia scientia: quam praesentiam cognoscimus: sed dumtaxat quod instat atq; praesens est. ¶ Quinta. Memoria/ praeteritorum est. ¶ Nam cum quis praesens adest ut cum quis praesens aliquid intuetur: nullus ipsum memorari dixerit. Neq; cū quis considerat & intelligit, sed dicit illum sensum habere: hunc vero habere scientiam. Sed qui memoratur/ cum sensum & scientiam sine actibus habeat: dicit se memorari se hoc olim vidisse/ hoc audivisse/ hoc sensitisse/ se didicisse triangulum tres duobus rectis aequalibus angulis habere/ memorariq; se hoc vel illud contemplatum fuisse. Et quotienscunq; memorari nos dicimus: semper praeteritum adiciamus ut murq; his aut consimilibus verbis, prius vidi/ prius audivi/ sensi/ intellexi. Est igitur memoria/ praeteritorum. ¶ Correlarium. Unde fit ut memoria neq; sensus sit neq; opinio. ¶ Sensus quidem non erit: nam sensus praesentis est. Opinio vero: quia & ipsa futuri est. Sed memoria (ut dictum est) aliquid hoc est cum factum fuerit tempus aut habitus/ aut passio. Facti enim & cuius iam tempus abiit/ actusq; est: omnis memoria est. Sensus autem/ praesentis: & opinio & spes/ futuri. ¶ Sexta. Sola ea quae sensum habent tempusq; sentiunt: memorantur, & eorum quorum non habuerint sensus: ipsa memorari non contingit. ¶ Primo. Quia memoria praeteritorum est: & eorum spectrorum simulacrorumq; quae imaginationem & rerum absentia cient atq; efficiunt/ quae phantasmata (cum animam sine phantasmate non intellegere dixerimus) nuncupauimus. Sed de phantasia & imaginandi virtute satis in his qui sunt de anima dictum putamus. ¶ Sed dubitatio suboritur. Si memoria talium esset spectrorum/ sensualiumq; phantasmatum: ipsa intelligibilium non esset. ¶ Memoria per se praecipui sensus (quem abditum & interiore dixerimus) passio est: ad quem hoc sensuality phantasmata spectant. Intellectus autem per accidens est: q̄ intellectum contingat consimilibus affirmari similitudinibus. Evenitq; intellectui quod Geometrae evenit describenti. Cum enim nulla ei sit opus certa/ determinataq; quantitate, certam tamen determinatamq; describit quantitatem. Ita intellectui (quis rem quantitatis immunit intelligere fatagat) protinus moles/ quantitasq; obiecta affurgit. Et si quantum determinatum ipsi obiectum sit, ipsum indifferens nulloq; certo mensu definitum/ atq; determinatum protinus apprehendit. Sed cur sine dimensione/ sineq; temporis



1
2
3
4
5
6
7
8

tractu & successione nihil aut vix nobis occurrat intelligendum: alio differendum est loco. **¶** Secundo. Quia si intellectus partis passio esset aliqua: multa animalia quae neque opinionem neque prudentiam habent: imo nulla alia ab homine memorarentur. Atqui nunc multa alia memorari videmus. Est igitur non intellectus partis passio aliqua. Sed ut dictum est/primi principii sensus. **¶** Septima. Non omnia animalia: memoria praedita sunt. **¶** Nam non omnia temporis sensum habent ut prius sentiant & posterius quae sunt in tempore. Memoria autem eorum est quae non modo tempus ut praesens sentiant: sed prius & posterius, ut quae cognoscunt aut vidisse/audiuisse/didicisse/ aut aliquid talium ubi simul prius & posterius apprehendunt. Non igitur omnia animalia/memoria sunt praedita. **¶** Quae questio. Cur simulacro praesente: rei praeterite & absentis memoramur: species autem nobis praesentis non memoremur: **¶** Responsio. ut hanc diluamus questionem id operis precium est praenoscere: exteriore sensu moto simulacra quaedam ut picturae/ut sigillorum impressiones in corporea parte sensui interiori famulante efformari atque reponi, quorum memoriam diximus habitum aut passionem esse: & ad quae ut in arca/ut in promptuario/theauroque recondita & ad functiones illas servata: se imaginandi virtus convertit quotiens meminisse memorarique volumus. **¶** Sed ex his videri potest memoriam afformati simulacri esse: & non rei absentis. **¶** Primo. Quia si memoria ita fieret: ipsa sentiendo fieret, quod autem abens esse non sentimus: sed quod sensui obiectum praesens est. **¶** Secundo. Quia species/simulacraque quibus memoramur: picturis & figuris similia fecimus. Horum autem est sensus, & memoriam parans haec intuetur: & non absentia. **¶** Tertio. Quia ratione dicas memoriam absentis esse/vimque illam interiore: rem absentem memorari, eadem ratione rem absentem & videre & audire confiteri licebit. **¶** Ut cum quis rei praeterite intuetur imaginem ut animal in tabula pictum. **¶** His haec subnectimus responsum. Sicut idem est quod in tabula depictum est & animal ut imago: non tamen amborum eadem ratio est, ita idem est quod in nobis phantasma est & quod alterius est imago: ratio tamen altera est. Nam ut secundum se consideratur/spectaturque: phantasma dicitur, quemadmodum qui solam in pariete picturam ut Coriscum imaginem intuetur & nunquam noverit Coriscum: & animal pictum ut tale animal, ut vero ad id cuius est ipsum conferimus atque comparamus, non secundum id quod est sed ut imaginem apprehendimus. Itaque cum memoramur: ipsum phantasma non ut spectrum & phantasma: sed ut imaginem absentis rei deprehendimus. Hinc potius rei absentis quam nobis praesentis simulacri: memorari dicimus. **¶** Primum correlarium. Hinc fieri dinoscitur cur debilis & infirma sit memoria iis qui egritudinibus/aut etatis fluxu: in motu & agitate continuo sunt, & quibus frigidi/durifaculi & corneoli sensus existunt. **¶** Nam motus disturbatio: simulacri impressionem impedit, pertinet atque sigillum in currentem amnem demerferis: effigiem non relinquit. Et nimis frigidi: ut antiquata edificia (quibus picturae/imaginesque ob vetustatem oblita atque deleta sunt) simulacris servandis sunt inepti. Durorum vero & corneorum sensuum: impressionem ob rigorem & duritiam (ut neque lapis sigilli effigiem) non admittunt. **¶** Secundum. Proinde etiam tam qui infantilem etatem degunt/qua qui extremum sentium: obliuiofos esse necesse est. **¶** Illi enim propter augmentum in continuo motu/agitatuque sunt: hi vero propter decrementum. **¶** Tertium. Qui etiam citae velocisque apprehensionis existunt/quae nimium habet atque tardi: male memorari consueverunt. **¶** Illi quidem: quae plus equo humidi sunt/phantasma non retinent. Hi vero: quae duriores equo/ impressionem non recipiunt. **¶** Quartum. Rursus frequenter visu euenit: ut rei praeterite nos subit recordatio: dubii accipitesque simul an rei ita factae memoremur: aut alia occasione nos sentire contingat. **¶** Nam phantasma plerumque fit ut imaginabile solum: aliquando vero ut imago & memorabile. Cum autem ut imaginabile solum apparet: incertus sumus an tale aliquid factum viderimus/aut audierimus: & discursu/ratocinationeque facta/plerumque nos reminisci contingit/ & huiusce rei deprehendere certitudinem: & ipsum ut alterius cognoscere imaginem. Contingit etiam contra plerumque: ut cum rem factam nonnulli intuiti non sint sed phantasma: se rei ita factae memoratos putent, quemadmodum in Antiphrone & iis fere (qui extasi & excessu mentis aguntur) accidit. Illic enim phantasma ut rem factam narrant Et hoc est cum phantasma non ut phantasma & imaginabile solum considerent: sed ut imaginem / cum res ita facta non fuerit. Cum vero ipsum ut imaginem capiant / factaque res ita fuerit / & credunt se memorari: procul dubio memorantur. **¶** Octava. Meditationes reminiscendo memoriam confirmant / tuentur / & saluant. **¶** Meditari enim hoc pacto nihil aliud est: quam crebro imagines repetere atque recurrere ut imagines: & non ut in se spectra/simulacraque sunt. Id enim faciendo: permanentior / diuturnior / promptiorque paratur memoriae habitus. Meditationes igitur memoriam tuentur & saluant. Sed de memoria quid sit / & cuius sit (est enim primi principii) in nobis sensitui) satis abunde diximus. **¶** Notandum primi cap. libri de Memoriae & Reminiscencia declaratio. **¶** In litera: sensus simpliciter positum / pro sensu exteriori sumitur, cum vero ad quicquid adiicitur / ut primus & praecipuus sensus: pro sensu sumitur interiori. **¶** Spectrum/simulacrum / species alicuius rei quae rem eam cuius est simulacrum: & propemodum est singit / & per quam res quamvis absens spectatur & cernitur. **¶** Abunde adverbium/affatum & abundanter significat. **¶** Usitatum est apud eloquentissimos vocabulum: quod Nonius Marcellus grammaticus comprobat / testimonio Sisoniae hystorici. **¶** Eteo quidem vocabulo Cornelius Celsus insignis medicus sepius utitur: quo & Aulus Gellius exactissimus auctor vsus interdum cernitur. **¶** Primi capitis libri de Memoriae & Reminiscencia: prima conclusio. **¶** Determinandum est quid memoria / quid reminiscencia: quid memorari quid reminisci: quibus ex causis pronociat: & cuius partis animae memoria & reminiscencia sit passio.

¶ Nam de his nos determinationem facturos in principio libri de Sensu & Sensato promisimus. Et hic de memoria sensuali dumtaxat ab Aristotele determinatio suscipitur / quae sensus interioris est passio: & non de rationali seu iuncta secundum operationem a corpore / & suas functiones in organo incorporeo peragente. **¶** Ut tamen per sensum natura intellectus deprehensa est: ita per conditiones memoriae sensuales/memoria rationalis apte cognoscitur. **¶** Secunda conclusio. Memoria & reminiscencia non penitus eadem sunt. **¶** Nam ut plurimum qui tardi sunt ingenio: valent memoria, nam quibus difficile ipsis quicquid imprimitur: impressum tamen diu servatur. **¶** Assimilaturque rebus duris & firmis: quibus difficile admodum imprimuntur effigies: & impressae diutius servantur. **¶** Qui vero celeriores sunt & acriori ingenio: magis reminiscencia quam memoria valent. **¶** Nam ut cito quicquid percipiunt: ita obliuioni tradunt / in star molli seculae ceruae cito imaginem suscipit: & cito deperdit susceptam. **¶** Ob ingenij tamen acumen celeriter ratiocinando: facile perueniunt in reminiscencia eius quod obliuione deletum fuerat. **¶** Tertia. Expediit determinare quae memorabilia sunt & memoriae obiecta. **¶** Nam (ut de sensu prius dictum est) obiecta cum nostris obuia sint oculis notiora sunt: & huiusce rei cognitio / quae scilicet memoriae sint obiecta / difficultatem afferit & addubitationem. **¶** Quarta conclusio. Memoria neque futurorum est neque praesentium. **¶** Nam circa futura opinio est quae intellectus est passio: & non sensus exterioris vel interioris. **¶** Item futurorum spes est & quaedam sperantia scientia: non quidem illa vana quae fit per animum cantus/astorum inspectum aut alia superstitiosa / sed quae fit quibusdam indicij natura. **¶** Et hanc praesagiam/divinationemque plerique dicere solent: hoc est futurorum contingentium & effectuum naturalium ut pluuiae / ventorum / fertilitatis aut sterilitatis terrae vel arborum: per naturalia indicia coniectatorem. **¶** Et haec ex cognitione naturae rerum enascitur: eorumque est quae ut plurimum eueniunt. **¶** Sensus autem exterior praesentium est. **¶** Ipso namque neque praeterita neque futura cognoscuntur: sed solum quod in prospectu est / aut fere in prospectu, nam quod parum distat (inquit Aristoteles) nihil distare videtur. **¶** Quinta conclusio. Memoria praeteritorum est. **¶** Nullus enim se id dicit memorari: quod sibi praesens contuetur / sed sentire. **¶** Et quod actu considerat non se id dicit memorari: sed intelligere. **¶** Qui autem memoratur / cum actu rem eam non sentit neque considerat: dicit se memorari id vidisse prius aut audisse / id didicisse aut contemplatum fuisse. **¶** Et quis rem quam memoratur actu videt aut considerat: de praesenti tamen illa visione aut consideratione memoria non est / sed de ea quae prius facta est & praeterijt: cuius praesens illa visio aut consideratio nos quodammodo admonet & recordari facit. **¶** Et sic qui memoratur: est sine actibus illis quorum memoratur / ut qui praeterierunt. **¶** Sane praeteritorum memoria est / non exterior visio. **¶** Contra praesentium visio est / non memoria. **¶** Ita quae quorum memoramur praesentia sunt: non protinus sequitur memoriam esse praesentium / quia non memoramur eorum quatenus praesentia sunt: sed quatenus fuerint. **¶** Et duo priora philosophi exempla de memoria sunt sensuali posteriora vero de rationali: quae eam habet amplexionem ad memoriam sensualem ut intellectus ad sensum. **¶** Sicut enim intellectus sensibilia intelligere non potest nisi a sensu illorum species suscipiat. **¶** Ita neque in memoria rationali firmatur habitus principiorum aut conclusionum: nisi in memoria sensuali vocem aut scripturarum quibus principia aut propositiones prius sensui obiectae fuerant / firmatus sit & acquisitus habitus. **¶** Et quoties nos memorari significare volumus: verbis praeteritis utimur, dicimus enim id sibi vidisse / id audisse / id didicisse / id intellexisse / sicut cum nos sentire exprimere volumus: utimur verbis praesentibus / id vidisse / id audisse / id tangisse. **¶** Indicium est igitur memoriam esse praeteritorum: sicut sensus est praesentium. **¶** Correlarium. **¶** Unde fit ut memoria neque sensus sit neque opinio. **¶** Sensus enim solum praesentis est. **¶** Memoria autem praesentis non est / sed solum praeteriti / igitur memoria non est sensus. **¶** Consimiliter opinio futuri est. **¶** Memoria autem non est futuri: igitur non est opinio. **¶** Et quamuis opinio etiam praeteritorum sit ut memoria: non tamen memoria praeteritorum opinio est. **¶** Nam opinio/intellectus est: pars est / solum hominibus conueniens: memoria vero partis sensitivae / brutis itidem communis. **¶** Sed ut praedictum est / memoria est alicuius sensibilem cum apprehensione temporis praeteriti / aut habitus aut passio. **¶** Ut enim intellectus ita & memoria interdum nomen est potentiae: & tunc vis est memorativa / sive animae sensitivae virtus qua rei praeterite per servatam imaginem recordamur. **¶** Interdum nomen est habitus: & tunc diffinitur quae est habitus partis sensuales alicuius horum sensibilem cum factum fuerit tempus, ut cum anima habet imagines servatas in parte sensuali interiori non tamen aduertit ad illas: huiusmodi servata imago est memoria habitus. **¶** Interdum nomen est actus: & tunc diffinitur esse partis sensuales passio alicuius sensibilem cum factum fuerit tempus, ut cum est actualis apprehensio cum sensatione temporis praeteriti / quando scilicet anima est in actu & opera se convertens ad servatas imagines. **¶** Omnis enim memoria sive actu sive habitu / rei praeterite est & cum tempus exactum est. **¶** Sensus autem solum praesentis / opinio vero futuri. **¶** Et has duas postremas memoriae acceptiones / philosophus tangit in diffinitione praesentiaeque diffinit. **¶** Sexta conclusio. **¶** Sola ea quae sensum habent animalia & tempus apprehendunt: memorantur, & quorum prius sensualem apprehensionem non habuerint: memorari non possunt. **¶** Primo. Quia memoria praeteritorum est: ut eorum simulacrorum quae in rerum sensibilibus absentia sensum interiore mouent / horum quidem ut imaginum & specierum: quibus propria cognoscit obiecta / & non ut obiectorum: illorum vero ut primorum obiectorum, quae quidem simulacra prius phantasmata nuncupata sunt: cum dictum est animam sine phantasmate sensuali / ipsa sensibilia intelligere non posse. **¶** Sed de phantasmate & imaginandi virtute / satis in libris de anima determinatum est. **¶** Ex his autem suboritur dubitatio. **¶** Si memoria esset talium specierum & sensualem phantasmatum ut nunc dictum est: ipsa ergo non esset intelligibilem, quando quidem intelligibilia non habent sensuale phantasma: cum ipsa non moueant imaginationem. **¶** Responsio. Memoria per se praecipui & interioris sensus est passio & proprietate ad quem quidem sensum interiore hae sensuales phantasmata pertinent / sicut species coloris ad oculum: & calor ad tactum. **¶** Est tamen memoria ipsius intellectus per accidens, quia contingit intellectum consimilibus ferri similitudinibus: quibus interior sensus prius motus est / quando ad species sensus interioris ut sua obiecta se convertit intellectus, quemadmodum contingit sensum interiore affici similibus speciebus: quibus exterior oculus affectus est. **¶** Sic enim se habet intellectus ad sensum interiore: ut sensus interior ad oculum / ceterosque sensus exteriores. **¶** Et id sepe numero accidit intellectui: quod geometrae lineas aut figuras in materia sensibili protrahenti. **¶** Cum enim geometra non indigeat certa ad determinata quantitate / quia supponit sepe lineam infinitam: tamen certam & determinatam quantitatem describit. **¶** Sic cum finitam indeterminatam quantitatem: & quam mente ad certam quantitatem non determinatam: vult protrahere: illa tamen aut pedalis est aut bipedalis. **¶** Ita cum intellectus rem a quantitate omnino seunctam intelligere

Quomodo memoria aliqua do est habitus: & aliquando passio.

Quid intellectus
causales ad
phantasiam.

conatur; protinus moles & dimensio ei obiecta se offert. Et hoc potissimum evenit propter phantasiam/ad quam intellectus non omnino ab illius speciebus & imperfectionibus liber saepe cadit: & conturbat nos huiusmodi phantasia & impedit a perceptione divinorum. Et sic loquitur Aristoteles de intellectu coniuncto phantasiae. Siquidem intellectus cadentes ad phantasiam: & interdum ad exteriores oculos/nihil scilicet credentes nisi quod ad oculum vident/aut phantasia sic esse iudicant; assimilantur oculis hominum sensio confessorum/qui ob debilitatem visus nihil perspicere possunt nisi per specilla ocularia; vt vitra circularia ipsis obiecta. Vt enim oculi natura perfectiores/huiusmodi specillis imperfectionibus res conuertuntur; & id infirmitatis ocalorum indicium est.

Ita intellectus natura perfectior per phantasiam natura inferiorem vt corneam fibrarum res considerat: quod quidem infirmitatis intellectus indicium est. Nam firmior & potentior intellectus phantasiam abiecit & sub se relinquit: perinde atq; acutiores oculi specilla & huiusmodi vitra ad videndum reuincunt. Sed contingit sepius intellectum in principio per phantasiam iudicare / perfectior autem factus vt in senectute: phantasia liber est/ conuerso ad corporeos oculos ordine: qui prius perfecti per se vident/obtusiores autem facti propter etatem indigent inuamine extrinseca. Nam oculi per etatem a perfectione ad imperfectionem tendunt: intellectus autem contra ab imperfectione ad duraturam semper perfectionem. Et si quantum aliquod determinat: extensionis intellectus obiectum sit: protinus apprehendit illud indifferens: & nulla certa dimensione definitum. Sed quare sine dimensione & sine temporis successione vix quicquam intelligere possumus: cum tamen anima dimensionis sit immunis & supra tempus; alio loco determinandum est.

Secundo. Quia si memoria est passio intellectus partis: multa animalia opinionis & prudentiae experientia non memorarentur/ immo nulla alia ab homine haberent memoriam: cum nulla alia intellectu donata sint. Sed multa alia animalia memoriam habere percipiuntur: vt columbae repentes agrum in quo prius collegerunt granacanes redeuntes ad locum quo ciborum suorum reliquias condiderunt, equus domum intrans qua prius seno aut auena passus fuerat, non igitur est intellectus partis: sed primi & interioris sensus.

Septima conclusio. Non omnia animalia habent memoriam. Nam non oia animalia sensum habent & apprehensionem temporis, vt priorem temporis partem & posteriorem praesertim praeteriti sentiant/ vt musca. Memoria autem illorum est animalium/ quae non solum tempus praesens sentiunt: sed temporis praeteriti prius & posterioris, vt quae cognoscunt se aut vidisse/ aut audisse/ aut didicisse aut aliquid talium vbi prius temporis & posterioris apprehendit, igitur non oia animalia habent memoriam.

Quaestio. Cur praesente simulachro & specie rei absentis memorari dicimur & non speciei praesentis. Responso. Sicut in visione exteriori duo sunt: color extra oculum obiectum visus & eius species in oculo quae obiectum non est sed eius similitudo. Et colorem videre dicimur qui est extra oculum: & non speciem eius quae est in oculo: nam ea est mediante qua obiectum extrinsecum apprehenditur. Ita in memoria duo sunt: obiectum primum extra animam & absens/ & eius imago seruata in sensu interiori, quae quidem obiectum non est/ sed eius species: idcirco absentis obiecti dicimur memorari & non praesentis speciei/ immo per praesentem speciem rei tamen absentis representationem fit memoratio. Vnde exteriori sensu specie simili affecto / consimiles in organo corporeo sensus interioris species efformantur & reponuntur: sicut in cera recipitur & imprimitur sigilli species & figura: & illorum dicitur esse memoria aut habitum/ aut passionem esse. Et sunt in parte interiori reposita & seruata tanquam in archa & penario quaedam naturae sine reconditoria: aptae ad interioris sensus operationes faciendas/ scilicet ad imaginandum cum volumus & memorandum rerum praeteritarum, ad quae virtus sentiendi interior se conuertit: quotiens memorari aut meminisse volumus.

Sed ex his quae modo dicta sunt videtur memoriam esse impressi in sensu interioris organo simulachris: non rei absentis. Primo. Quasi memoria ita vt dictum est fieret: ipsa sentiendo fieret, quod autem absens est non sentitur: sed tantum id quod est praesens, igitur memoria esset ipsius speciei & imaginis. Responso. Memoria fit sentiendo sensu interiori: quo absens bene sentitur. Non autem fit sentiendo sensu exteriori: quo solum id quod praesens est apprehenditur.

Secundo. Species & simulachra quibus fit memoria: picturis exterioribus & figuris similia esse dicta sunt. Picturarum autem & figurarum exteriorum est sensus exterior, & volens memorari conuertit se ad huiusmodi simulachra seruata in anima/ eaque intuetur & non res absentes, igitur memoria est huiusmodi specierum & non rerum absentium. Responso. Species in anima repositae similes sunt figuris & picturis in hoc qd sicut eas exterius picturas intuetur/ inducimur ad ea cognoscenda quorum sunt picturae quae absentia: ita per considerationem huiusmodi imaginum admonemur rerum absentium quas representant, quare sicut picturarum & figurarum exteriorum est sensus exterior: ita & huiusmodi specierum interior. Et sicut videns exteriorem picturam consequenter apprehendit eam cuius est ita anima species interiores respiciens intuetur & obiecta absentia quorum sunt/ non quidem exteriore oculo: sed interiore.

Tertio. Quia ratione quis dixerit memoriam cognoscere rem absentem: eadem ratione dicendum esset vim memoratiam videre rem absentem & audire rem absentem: ergo & eam memorari inconueniens est. Responso. Sensus interior & memorandi virtus interiore oculo videt etiam rem absentem/ & interiore aures audit: neque id inconueniens est. Exteriore autem visu & auditu solum praesentia videntur & audiuntur. His autem tribus rationibus: haec in littera adhibetur responso. Sicut idem est tabulae pictura & imago: non tamen eadem vtriusque est ratio, nam ratio picturae/absoluta est & sine collatione ad alterum: imaginis autem relatiua ad eum cuius est imago. Cum enim pictor temere pingit/ non curans alicuius determinati effigiem exprimere: solum pictura est, cum vero ad aliquod respicit exemplar quod sua imagine vult significari: non modo pictura sed & imago est: quia suam habet veritatem & respondentiam in re. Sicut cum sculpsit fortuito sculpsit/ non intendens alicuius determinati similitudinem effingere suum opus solum sculpsit. Cum vero ad aliquem effigiam intendit animam: non modo sculpsit est/ sed & imago. Sicut scriptura propositio est homo est animal: illiterato solum scriptura est/ litterato vero scriptura & signum. Et res omnes mundi sensibilis secundum se considerat: res sunt/ sed ad ea quae in veritate ipsis respondent in mundo intelligibili: imagines. Et cum solae res apprehenduntur: nihil magis profunt quam scriptura litterata ignaro litterarum/ & ipsis vt veris bonis inbiant ceteri mortaliu animi. Cum vero apprehenduntur vt imagines: magnopere animum inuuant vt se ad celestia attollat/ & ex imaginibus ad veritates ascendat. Ad quod naturalis philosophia magnam offert praesidium: quoniam docet cuius veritatis vnaqueque res sensibilis sit imago naturalis/ & naturales rerum respondentias ostendit: perinde atq; grammatica imponit: quae vt

Oes res sensibiles
intelligibilium esse
signa.

grammatica

grammatica ad ceteras disciplinas: ita quantum ad naturales imaginum insinuationes philosophia naturalis ad diuina. Ita idem est phantasma sensus interioris & imago secundum rem: ratio tamen altera est. Nam vt secundum se & ad alterum non comparans do consideratur: phantasma dicitur, quemadmodum qui solum in pariete picturam (quae Chorisca refertur) intuetur: & tamen nunquam nouerit Choriscaum, & sicut si quis intuetur animal pictum vt tale animal: hoc est vt pictura animalis est & non imago. Cum vero phantasma ad id cuius est similitudo comparatur: tunc non secundum id quod est/ sive vt phantasma solum apprehendatur: sed etiam vt imago. Quando autem memoramur: ipsum phantasma non vt phantasma & absolute apprehendimus: sed vt imaginem rei absentis. Hanc ob causam potius rei absentis & praecipui obiecti memorari dicimur: quam praesentis simulachri quo memoramur.

Primum correlarium. Ex his cognoscitur causa quare in continuo motu existentes ob egritudinem aut aetatis fluxum/ debilem habeant memoriam. Sic quibus frigidi sunt sensus: non multum memoria valent. Denique qui sensus habent duros & instar cornu rigidum: non sunt tenaces memoriae. Nam motus rei in qua recipienda est species / ipsius speciei impressionem impedit. In aqua enim fluente non bene representatur humani vultus effigies: & si sigillum in currentem fluium demergatur/ effigiem non reliquit. Et excellentia frigidi ad seruanda simulachra sunt inepti: sicut antiqua edificia in quibus picturae abolita & deletae sunt. Homines autem durorum more cornu sensuum ob nimiam duritiam non admittunt impressionem imaginum, sicut lapis ob nimium rigorem non admittit sigilli effigiem.

Secundum correlarium. Hinc etiam fit tam pueros quam senes obliuissimos esse. Siquidem pueri propter augmentum in continuo motu sunt: qui memoriam impediunt. Senes vero propter decrementum quo patiuntur, in ipsis enim & vires & omnes corporis partes defluunt more torrentis continuo defluentis & fugientis. Tertium correlarium. Quia etiam velocis sunt apprehensionis / aut qui nimis hebetes sunt & tardi ingenio: non bene memorantur. Illi quidem scilicet qui celeriores sunt apprehensionis: quibus magis sunt quam ad bene memorandum est conueniens / & ergo phantasma facile receptum non retinent. Hi vero qui sunt hebetiores: quia duriores sunt quam par est/ hinc speciei impressionem non recipiunt, sed qui in mediocritate sunt consistentes/ neque nimium in apprehendendo celeres neque hebetes: bonam habent memoriam. Nam mediocritas in rebus sensibilibus/ est diuinae equalitatis vestigium: in quo consistit omnis virtus/ sanitas/ robur/ scientia: & ceterae bonae dispositionis vestigationes.

Quartum correlarium. Contingit etiam plerumque vt cum rei praeterite recordamur: dubij sumus an rei prius ita facte memoremur/ an solum phantasma videamus. Nam phantasma plerumque fit vt imaginabile solum/ & species sensibilis in imaginandi organo seruata: eam ad aliud non comparando, aliquando vero phantasma non fit vt imaginabile solum/ sed vt imago & memorabile. sive id quo mediante memoramur rei factae. Cum phantasma quidem apparet vt imaginabile solum: incerti sumus an aliquid tale factum (vt illud phantasma representat) aliquando vidimus aut audimus: & facta ratiocinatione/ interdum rei factae reminiscimur & cognoscimus ipsum non imaginabile solum: sed imaginem esse. Contra vero evenit interdum/ vt cum aliqui rei factae imaginem non vident: sed phantasma solum/ neque prius rem (vt illud representat) factam conspexerint: putant se rei factae memoratos esse, quemadmodum ipsi qui excessu mentis & extasibus grauem egritudinem aut cerebri inanitatem aguntur accidunt. Hi enim phantasma vt bellorum gestorum aut rei visae in India vt rem factam narrant. Et hoc accidit quando phantasma non vt imaginabile solum considerant: sed vt imaginem/ eam tamen res ita facta non fuerit. Cum autem phantasma vt imaginem apprehendunt/ & res ita (vt imago representat) facta fuerit/ & credunt se homines memorari: tunc profecto memorantur.

Octaua conclusio. Meditationes sepius animo repetitae & reuolunt memoriam validam & stabilem faciunt & conseruant. Nihil enim aliud est meditari / quam imagines in anima receptas cerebro & consimiliter recurrere & reuolere / vt imagines sunt rerum exteriarum: & non vt secundum se considerata phantasmata. Nam cum hoc modo reuoluntur imagines: ex qualibet repetitione relinquunt nouum in anima vestigium / quod prioribus adiunctum: permanentem & diuturnum parit memoriae habitum, perinde atq; sequens calor gradus precedentibus adiunctus: intensiorem efficit calorem. Sed quemadmodum posteriores gradus vt qualitatem intendunt: aduenire debent prioribus gradibus adhibe saluis / & cum primis praecedentes acquisiti suae stabilitur morunt. Nam si sequentes acquiruntur perditis prioribus: manifestum est eos cum prioribus intensiorem qualitatem non effecturos. Ita cum saluae sunt imagines primo animae impressae: debent frequentes & sine longa intermissione meditationes fieri/ ex quibus noua semper acquisita vestigia: & consimilia prioribus addita / totam confirment imaginem: quousque partus fuerit habitus. Nempse si longa fieret inter ipsas meditationes vt vnus mensis interruptio: deperditis interea prioribus imaginibus succedentes posteriores: non redderent firmiorem imaginem. Vnde memoriae rationali eorum quae traduntur in disciplinis est coniuncta memoria sensuualis/ eiq; subseruit. Docemur enim per voces & scripturas quarum est memoria sensuualis: sine qua rationalis apte & perfecte haberi non potest. Meditationes igitur sepius animo repetitae: memoriam saluant. Et haec conclusio maioris est pro arte memoriae momenti & ponderis: quam quocumque alia documenta aut praecpta dari possunt. Docet enim quomodo rerum omnium debet memoria parari / immo quomodo omnis habitus debeat acquiri. Sed quid sit memoria / cuius partis anima sit: & quomodo primi / intimiq; sensus sit particula: satis superque dictum est.

Mediocritas
diuinae equa
littatis vestigia

Ogo pacto

Meminisse / memorari. Pomilio/ Nanus. Pomilio latinum. Nanus grecum.

Secundi capitis nota.

Meminisse / memorari. Pomilio/ Nanus. Pomilio latinum. Nanus grecum.

Secundum cap. continet decem conclusiones, quattuor quaestiones post quartam, tria correlaria ad primam quaestionem, vnum ad secundam, & tria signa ad decimam. Prima conclusio. De reminiscencia nunc agendum est. Nam post expletam de memoria determinationem: sicut determinationis locum requirit. Et prius ea ponemus quae communibus / ventilatisque rationibus: de ipsa vera esse comprobata sunt. Secunda. Reminiscencia neque memoriae refumptio/ neque discipulae assumptio est. Memoria quidem refumptio non est. Nam ea optime fit semper praesente habitu / nullaque facta obliuionis interuentione: non tamen reminiscencia. Neque quidem discipulae assumptio est. Nam cum




16
17

quis primum dicit/disciplinamque de recenti accipit: non resumit memoriam/neque vnam quidem: neque simul memoriam accipit. Nam memoria/habitus aut passio est: cum factum fuerit tempus. At qui reminiscencia non sine memorie resumptione fit: fitque simul cum ea memoria. Non igitur erit reminiscencia/discipline assumptio. Et licet eorum que nunc scimus/memorari contingat per accidens: non tamen per se contingit vt nunc scita, non enim factum est tempus, sed memoriam nunc: aut vidisse/aut auduisse/aut passum fuisse/aut aliquid simile. **Tertia.** Plura ad reminiscendum que ad discendum & memorandum requisita sunt. **Nam cum fit habitus: discimus, et cum saluo habitu alicuius eorum (que facta fuerunt) recordatio subit: memoria patitur. Id autem reminiscencie non satis est: sed & memoriam precedere/ & memoriam sequi oportet. Fit enim cum preteriti alicuius memoriam partim tenemus: partim vero memoria excidimus/obliti que sumus, & cum ex parte illa sana iterum in oblitę/mentęq; collapsę partis memorie resumptionem atque discencia venimus: tunc reminiscencia facta est. Contingit siquidem eundem bis idem discere ac inuenire, itaque bene dictum est memoriam precedere: non quidem omnino sed partim/memoriam sequi, nam simul resumitur/non quidem omnino: sed quod a mente collapsum fuerat. Differt igitur reminiscencia a memoria & a doctrinę perceptio: que plurimę egeat. **Quarta.** Reminiscencia ex rerum natura nascitur. **Nam motus animę ita se habet/vt alter alterę consequi trahat: vt hic motus post illum fiat. Quod si ex necessitate id fuerit: quo modo igne sequitur calor & lumę splendor/ & illius memineris: & huius te meminisse necesse erit. Si contingenter vt ex consuetudine: vt plurimum ex primo moueris in secundum, & ex secundo in tertium. Et qui velocius consuescit/consuetudineq; sibi parat/vt pote qui semel motu factio) memorari/reminiscere aptiores sunt, qui vero tardius/vt qui pluribus motibus factis: ineptiores habentur. Contingit enim quosdam semel videndo magis/diligenter memorari: que alios eisdem compluribus visis. Ex tali igitur rerum ordine/facile memoria paratur. Cum enim reminisci volumus/mes ab aliquo primo excita/in alterę secundę consuetudine fertur: & iterum in alterę, inuestigamusque meditates: nunc a similitudine/nunc a contrario/nunc a distante nunc a propinquo, Et cum ad motu rei quę quę deuenit fuerit: reminiscencia parit. Et cum ab hoc inceperit aut ab illo: motus plerumque eosdem inuenit/quandoque diuersos/quandoque totos/quandoque partim, cum vero ab illo inuestigare occipit: reminiscencia nulla paratur/que non perducit suorum consequio motuum ad id quod petitur, at cum ita non inuestigat / sed aliunde orsus: consequitur quod desiderat/reminisciturque. **Primo enim habito: cetera nexu quodam & quasi vinculo colligata ad seriem confluunt. Prima questio.** Sed questio incidit cur plerumque eorum quę procul / multoque distantia sunt tempore: bene reminiscimur / eorum vero que prope sunt/vt quę hesternus peperit dies: reminisci nequimus. **Hoc certe mirum non est: neque aliam que diximus adducere oportet causam. Nam ea quę a nostro atomo procul absunt/ & quę multo ante didicimus: quodam accepto motu innotuit/in memoriam se renocare solent. Habito igitur illorum principio / cui connexa & consequentia sunt que ad illa perducunt (quod ex consuetudine diximus euenire) procul absentium reminiscimur. Non habito autem eorum principio quę prope sunt/ad que connexa & consequentia nos perducant: eorum quę quęque reminisci possumus. **Primum correlarium.** Hinc fit vt omnis reminiscencia principio ex quo pendet habito: citissime/optimeque absoluitur. Sicut enim res secundum consequentiam adinuicem se habent: ita & motus. **Secundum correlarium.** Fit etiam vt quę bona ordinatione/dispositioneque diligenti notata sunt: facile memorentur, que vero confuso ordine in vnum congesta & cumulata sunt: difficile, vt Mathematica que ordinem/bonamque seriem seruent: facile sunt reminiscibilia. **Tertium.** Ex quo etiam cognoscitur differentia inter reminisci & iterum discere. **Na qui reminiscitur: a se ipso mouetur, & ex principio quodam incolumi/inuestigat conexa & iuncta principio. Qui vero dicit/nō ab se mouet: sed a precepto re/docete, neque quidem adhuc memorat. **Secunda questio.** Cur quęrentes reminiscit: id nō possint: quęrentes etiā aliquando possint. **Id euenit cum multa reuoluunt/motusque efficitur: neque veniat ad eā motionē ad quę reminiscencie motus sequatur, tunc enim reminisci nequeunt. Cū vero accepto principio ad eā perueniat motionē: possunt. Reminiscunt enim (quę admodum dicitur est) qui talē habet facultatē / & tale auspiciantur principium: cuius nexa & consequentia ad motionē rei petitę perducant. **Correlarium.** Quo fit vt qui ad reminiscencia celer esse cupit: principium tale sumere debeat, cui loci respondeat. Loco dicitur aut coniugata/similia/aut contraria. **Na id causa erit: vt cito in memoriam alterius veniamus, Exempli causa, ex lacte venimus in cadore/ex cadore in aerea/ex aere in humorē/ex humore in autumnū / ex autumnū in brumam, hoc enim tempus supponatur esse questum. Et in omni genere: quod in medio est/ aptum videtur posse sumi principium: quo inuento/facillima compertu sunt reliqua, vt si his litteris a/b/c/d/e/f/g/certe respondeant notiones: inuenta media littera d/si non est que petitur: ad e/ad f/ad g/peruefiganda te conuertat, quarum si nulla est quam quærās: retro facile te conuertat ad c/ad b/ad a/vbi quod quærās inuenire possis. **Tertia questio.** Cur ab aliquo principio orsi etiam apto: aliquando reminiscamur: alioquando vero minime. **Hoc ideo est que diuersa conexa habeat consequentia: quorum hæc ad petitum perducunt / illa vero minime, rapimurque ad id ad quod maior nobis consuetudo facta fuerit. Vt si d / principium est perducendi ad f / & ad a: si maior usus & consuetudo vt ab antiquo tibi fuerit moueri ex ipso d/ad a / que ad f: rapieris ad memorandum a / & non f. Quod enim ab antiquo non est: inconsuetus est, ipsaque consuetudo iam vt natura quędam est. Et que frequenter intelligimus: cito reminiscimur.**************

ramque parit. **Quarta questio.** Cur reminiscendo oberrare contingit. **Sicut in his quę sunt a natura oberrare contingit: & aliqua temere & a casu euenire. Ita & in reminiscencia accidit & natura/ & consuetudine questita, & magis in his que consuetudine: vbi non apte consequentiam seruant oberramus, vt cum alicuius reminisci volumus: alterum pro altero (que similitudinis forte nomen subeat) accipimus, vt cum Protagorę reminisci laboramus: Pythagorę nomen subit / credimusque bonam nos reminiscencia fecisse: fallimurque atque erramus. **Quinta conclusio.** Ad memorandum & reminiscendum: summopere tempus nosse oportet, aut vt certa / constitutaque mensura definitum: aut vt incertum atque indeterminatum. **Alioquin nos non potius memorari aut reminisci dicere possumus: que qui phantasmatibus vt phantasmata sunt / illius falluntur. **Sexta.** Vis interna sensualis latens: comprehensio spectris iudicat de tempore statuto / incerto / pluri / minori: nullo foras egresso, quemadmodum credebant radiis ab oculis emissis visionem fieri. **Nam de hac virtute & intelligentia idem subit iudicium. Intelligentia autem magnitudinem statutam / incertam / maiorem / minorem prospicit: nihil extra fundendo / mittendoque. Nam non minus magnitudine non existente cam prospicit / & consimili notione & motu mouetur: atque magnitudine presente, & pro nutu ipsam apprehensam: aut maiore / aut minorem / aut intra / aut extra effingit, facit igitur imaginandi virtus in sua sede de tempore re iudicium: non egrediendo / aut aliquid foras profundendo. **Septima.** Modus qui rebus & notionibus accommodatur: consimili proportione tempori accommodandus est. **Nam vt minor res se habet ad maiorem: ita minus tempus ad maius, & vt tota res ad totum tempus: ita partes ad partes.********

Trigoni rerum memorandarum & temporum.

Vt testis a/b/c / temporis triangulus: quem æquidistantibus lineis in signis d / e / f / g / seco. Esto deinde h / i / k / minor triangulus rerum: quarum simul cum tempore notiones coapprehendimus: Sicut enim k/h/ & h/i/ad k/l/ & l/m/ ita etiam c/a/ & a/b/ ad c/d/ & d/e. Et qui apprehendit k/l/ simul apprehendit k/n/ & percurrit tempus c/d/ & c/f/ ipsam simul sentiens. Ita semper proportione quadam / partibus trianguli rerum trianguli temporis particule respondebunt. Modus igitur rebus notionibusque accommodatus: similis proportione & temporis accomodatque incertum: quemadmodum plurimum rem factam memoria tenentes dicere consueuerunt, factum meminisse quando nescio, que definitam & certam temporis mensuram non cognoscant. **Nona.** Reminiscencia a memoria differt. **Primo** quidem differt, que bene reminiscences: communiter male memorari (vt prius diximus) consueuerunt, & memoria reminiscencia tempore preuenit. **Secundo.** Quia reminiscencia solis hominibus concessa est. **Decima.** Reminiscencia passio corporalis est. **Huius** multa sunt iudicia. **Primum:** quia (que phantasmate egeat) contingit quosdam plerumque turbari: cum reminisci nequeant, vt melancholicos (quos maxime phantasmata mouent) cum diligentia atque attentione reminisci conantes: & non potentes quidem/neque corporeos motus sedare, vt neque qui lapidem pepulit/sue amplius potestatis ipsum sedare non est. Turbantur etiam plurimum quibus sensorum humidum est: que (ipso agitato) non quiescat, donec omnes motus vt in rectum procedentes absoluantur. Facile enim motum recedat, & hinc modica ira aut metu tentati statim excandescunt aut accrescit timor vltro: que motus sedare nequeant inceptos. Estque hæc affectio per similes melodis, vt cum cantores emodulati sint: ipsis silentibus & nolentibus concentum reddi/concentus iterum redditur/atque iterum auditur harmonia. **Secundum.** Superiora grossa habentes: peius aliis memorari solent, multam enim gravitatem habent: acceptoque principio haud recte ob sensorii diffusionem ad id quod reminisci laborant procedunt. **Tertium** est que senes & pueri male memorantur atque reminiscuntur/illi ob decrementi motum: hi ob motum augmenti. Sunt enim pueri ad longam etatem Nanis (quos Pomiliones dicimus) per similes. Sed quid memoria / cuius partis animę sit/cuius sit obiecti/ que animalia memorentur. Et eadem de reminiscencia: abunde dictum satis sit.




modatur. **Ostaua.** Continetur dupliciter labi / & a recta memoria & reminiscencia deusare. **Nam** cum rei pariter & temporis fit motus & apprehensio: recta memoria est. Cū vero id putet fieri & nō fiat: recta excidit memoria. Quę admodum si Xenocratis memorari putas: cū nō Xenocratem: sed Xenophonē tenes. Itidem recta labitur memoria: cum te memorari nō putas similibus somnianti / cum tamen memoria sit. Et contingit re cognite modo certum tempus adhibere: vt cū meministi me / aut heri aut nudius tertius exercitasse, modo vero indefinitum.

Ex tertiae questionis solutione in qua dicit littera: sic & operatio huius post hoc facit consuetudinem / habetur documentum: q. si quis aliquorum ad disciplinas pertinentium velit habitum comparare siue ea carmine constricta sunt siue oratione soluta decurrentia: illa studeat memorie mandare eo ordine quo ponuntur / & ne verbum quidem verbo aliter aut preponat aut postponat cum sepius illa repetere tentat. Nam si semel illa studeat eo quo ponuntur ordine / se cundo vero: altero q. prius ordine / & tertio rursus alio ordine: nunq. ex illis habitum consequetur, quandoquidem habitus omnis fit ex consimilibus operationibus. (.) (.)

Secundi capitis prima conclusio. De reminiscencia nunc determinatio suscipienda est. Nam post completam de memoria determinationem congruum est de reminiscencia determinare: cum huius ex illius cognitione haberi debeat determinatio. Secunda conclusio. Reminiscencia non memorie est resumptio nec discipline assumptio. Memorie quidem resumptio dicitur / cum quis rei prius cognite rursus memoratur & eius apud se imaginem reperit: quod quidem expedite fit manente illius rei imagine salua in anima / & nulla eius parte per oblivionem deleta. Reminiscencia autem non fit manente imagine omnino salua sed facta oblivione: igitur reminiscencia non est memorie resumptio. Discipline autem assumptio dicitur: cum quis id discit quod ignoravit / illiusq. de nouo cognitionem acquirit. Et cum quis primum discit quod prius nesciuerit: memoriam salua imaginis non resumit / neq. delete imaginis accipit memoriam: cum rei quod de nouo discit nulla in eo fuerit preuia cognitio. Qui autem reminiscitur: partim memoriam resumit quantum ad imaginem saluam / & partim memoriam accipit quantum ad imaginem deletam, igitur reminiscencia non est discipline assumptio. Et licet ea que nunc scimus nunc memoremur per accidens / quia contingit prius demonstratum aut consideratum nunc animo reuolui: non tamen per se ea memoramur ut nunc scita aut considerata / quia presentis considerationis tempus non transiit in preteritum: sed nunc memoramur nos ea prius demonstrasse aut considerasse. Nam quis id ipsum cuius memoramur accidat esse presens: de eo tamen ut presens est non habetur memoria / sed quatenus ipsum est preteritum & prius cognitum. Ut cum memoror me hominem existentem in prospectu aut vidisse aut audiuissete de presenti visione aut auditione memoria non habeo / sed de ea que transiit in preteritum. Tertia conclusio. Plura ad reminiscendum q. discendum aut memorandum requiruntur. Nam cum acquiruntur habitus rei prius ignorate: acquiruntur discipline: Et cum salua manente imagine / eorum que prius facta sunt recordamur: fit memoria. Ad disciplinam igitur / cognitionis adquisitio de recenti sufficit, ad memoriam vero: rei prius cognite per manentem imaginem recordatio. Hoc autem ad reminiscenciam non sufficit: sed in ea salua partis memoriam precedere oportet & delete partem memoriam sequi. Nam fit reminiscencia: cum rei preterite memoria partim tenetur seruaturq. / & partim delete est oblivione: & cum ex parte memorie salua / ratiocinatione peruenitur ad cognitionem & recordationem partis oblivione delete: perinde atq. si quis semel viderit totam historiam pictam: postea facto aliquanto temporis intervallo eandem inspicere volens: partem vnam inueniat deletam & alteram saluam. Et ratiocinatione facta / per partem picta saluam inquirat & inuestiget quid illud est quod fit deletum. Contingit enim eandem bis idem discere atq. inuenire: cum scilicet intercesserit obliuio post primam discipline apprehensionem & inuentionem: quae quidem obliuio auferatur per secundam discipline acceptionem: sicut eandem facto temporis longo intervallo bis idem videre contingit, quare recte dictum est in reminiscencia memoriam precedere: non quidem omnino / sed partis salua. Et memoriam sequi: non omnino / sed eius quod mente exciderat. Nam reminiscencia ut totum / complectitur vtrumq. ut suas partes: & eam scilicet que salua est partem / & eam que deperit ex priore tamen rursus cognoscitur, igitur reminiscencia differt a memoria & discipline acceptione: q. pluribus eget. Quarta conclusio. Reminiscencia ex rerum natura & consequentia nascitur. Nam sicut se res habent ut consequantur / & vna ex altera serie quadam procedat: ita & motus anime per ordinem eundem & consimilem se consequuntur / & vnus ex se alterum trahit / sitq. vnus post alterum. Et si de necessitate vna res alteram consequitur sicut calor ignem & splendor lumen / q. vnus natura sine altero esse non possit / & motus anime se de necessitate consequuntur. ut si quis vnus memoretur: & alterius memoretur oportet. Si vero contingenter se res consequantur & ex consuetudine: ut plurimum ex primo fit motus in secundum / & ex secundo in tertium, ut ex primo versu eorum que memoria tenemus in secundum mouemur: q. ex consuetudine facta fuerit consequentia. Conuertit enim se anima ad sua spectra eo ordine quo receperit / nisi in suis notionibus errauerit: ut viatores a recta via diuare solent. Et qui velocius & citius consuetudinem sibi acquirunt / ut qui semel aut bis tantum facta animi meditatione: aptiores sunt ad memorandum & reminiscendum, sicut cera vnica impressione sigilli effigiem suscipiens: apta est ad imprimendum. Qui vero tardius consuetudinem assumunt / & pluribus motibus ad eam habendam indigent: imptiores sunt ad memorandum, ut cera durior & crebris indigens conatibus ut ei quicq. imprimatur, est ad imprimendum minus conueniens. Contingit enim aliquos ut qui facilis sunt capacitatis & diuturnae tenacitatis / semel aut bis tantum aliquid videndo diutius & melius memorari: q. alios minus capaces aut tenaces pluries videndo. igitur ex tali rerum ordine facile & notionu animi memoria patitur. Cui enim reminisci quis vult: mens excitata ab aliquo principio fertur in alteru secundu consuetudine / & iteru ex secundo in tertiu, sicut viator ex vna semita secundu consequentia in secunda procedit: & rursus ex secunda in tertia propter vnus ad altera continuitate. Et fit meditatio inuestigatio aliquando ex simili / ut ex sale: ipsius & aliarum aliquando ex dissimili sicut ex albo nigri & calidi ex frigido / interdum ex propinquo & conueniente / interdum a remoto & distante.

perinde atq. viator ex ingenti saxo quod vix propinquum esse meminit viam cognoscit: & ex arbore distante itidem viam inuenit. Et cum per multas suo ordine dispositas notiones factus est motus vsq. ad eam rem que petebatur: fit reminiscencia. Et mens cum ab vno principio inceperit / aut ab altero & diuerso: motus interdum eisdem inuenit interdum diuersos, ut viator ab vna via progredi incipiens aut ab altera: interdum ad eundem terminum / interdum ad diuersos peruenit. Et inuenit mens interdum motus omnino eisdem: interdum partim eisdem / plerunq. omnino diuersos / plerunq. partim: ut in vijs contingit. Et cum ab aliquo incipit principio / aliquando nulla fit reminiscencia: quia huiusmodi principium secundum suorum motuum consequentiam non est natum ad eam rem perducere. Sed cum illo dimisso principio ab altero incipiat perducere ad id quod petimus: bene fit reminiscencia / quia habito principio cetera certo ordine ut colligata consequuntur, quemadmodum viator ab vna incipiens via non peruenit interdum ad terminum propositum: q. ad illum via qua profectus erat perducere nata non est, quae quidem relicta & altera accepta: facile ad terminum constitutum perueniet. Prima questio. Quare multum a tempore presentis distantium bene reminiscimur: eorum autem que proprie sunt ut hesterno die facta reminisci non possumus. Responso. Quae a tempore presentis multum distant & quorum longo iam tempore accepta est disciplina: principium habent suorum motuum facile animo occurrunt & in promptu, quo quidem habito / quae ipsi secundum consequentiam conexa sunt statim recta seriementi occurrunt: & deniq. ad absentia quorum reminisci volumus perducunt. Quae autem prope sunt: non hoc pacto principium sui motus habent protinus se animo offerens, & ipso non habito / ipsi annexa & consequentia suo ordine non obuiant animo que ad presentium reminiscenciam nos perducant: idcirco fere presentium difficilius reminiscimur. Primum correlarium. Hinc fit ut cum habitum fuerit conueniens reminiscenda principium & ex quo quod reminisci volumus pendet: facillime & exactissime reminiscencia pariatur / perinde atq. habito conuenienti viae principio quis sine errore per viam progreditur. Nam ut res adiuuicem se consequuntur: ita & anime / ad reminiscendum notiones / & harum ordo ex illarum serie sumitur. Secundum correlarium. Et etiam ut quae bona ordinatione digesta sunt / facile memorari possumus: quae vero confusa & indigesta sunt difficile. Nam ordo determinatus in rebus: efficit bonam ordinationem in anime motionibus / ut recta serie vna alteram consequatur: quo nihil est ad memorandum efficacius. Hinc docemur / si multa ediscere ac tenere memoria cupimus: ordinem nobis certum praefigamus quo omnis tollatur confusio. Et hanc ob causam Mathematicae discipline q. bona serie sint digeste / facile memorie mandari possunt. Preponuntur enim in illis definitiones & principia: deinde secundum naturalem numerorum seriem propositiones sine aliorum permixtione & confusione collocantur. Tertium correlarium. Ex quo iterum cognoscitur differentia inter reminisci & iterum quod obliuione intercidit discere. Nam qui reminiscitur: a seipso mouetur / & ex principio saluo inuestigat ea que conexa sunt & coniucla principio: quousq. ad rem petitam perueniat. Qui vero iterum discit: non a seipso mouetur sed ab extrinseco docente & praepceptore, neq. ex seruata parte rei cognite perducitur in memoriam rei obliuiae: sed totum obliuione ob litteratum de nouo discit. Secunda questio. Cur quereutes reminisci aliquando non possunt: & interdum quereutes bene possunt. Responso. Cum reminiscenciam perducant: tunc reminisci nequeunt. Sicut quereutes rem perditam & totam ferme domum peruestigantes si ad eam locum vbi res perdata iacet non veniunt: eam minime reperiunt. Cum vero ad illum perueniunt: quae sita inueniunt. Ita cum reminiscenciam ad eam perueniunt motionem ad quam sequatur reminiscencia: bene reminiscuntur. Vt enim quis reminiscatur, debet tale sumere principium cuius consequentia ad rem cuius reminisci petit perducant. Sepe item vsu venit ut aliquid reminisci volens: non possit / & cum non intendit reminisci: sine negotio reminiscitur, quia ex conatu reminiscendi multi sursum internus motus animi impediens animum ad eam reminiscenciam peruenire, qui vbi tranquillior redditus est: se facile conuertit ad eam imaginem & insperato reminiscimur, ut saepe numero quereutes rem perditam inuenire non possunt: vbi vero non quereunt / vltro oblatam inueniunt. Correlarium. Vnde fit ut qui ad reminiscendum celer esse cupit: tale debet sumere principium quod locos sibi respondentes habeat: ut coniuclata / similia / contraria. Coniuclata quidem ut a denominatione in principale & contraferatur: ut ab albo in albedinem aut a nigredine in nigrum. Similia: ut ex niue alba in memoriam salis albi. Contraria: ut ex carbone nigro in memoriam nisus albae. Sic enim cito in rei quae sita memoriam perducitur. Ut si bruma / hiemisq. tempus querendum sit: ad quod inueniendum hoc modo procedatur. Ex lacte peruenitur in candorem / ex candore in aerem: q. lumine candido perlustratur, ex aere in humorem quia humidus est / ex humore in autumnum q. sit pluuosus / ex autumno in brumam: quia ipsum sine intermedio consequitur. Et in omni reminiscibilium genere quod in medio est: aptius est principium / quo quidem comperto: alia inuenta facilia sunt, nam facilius a medio in extremum q. ab extremo in extremum fit motus, ut si his septem litteris a / b / c / d / e / f / g / certe respondeant notiones quarum vnus inuenire velimus: inuenta media littera & ab utroq. extremorum pari intervallo distans: si non est ea que queritur ad e / f / g / perquirenda nos conuertere debemus, quarum si nulla est que queritur: praeposito ordine ad c / b / a / conuertere animum oportet: vbi quod queritur inuenietur. Facilius est tamen ad sequentia medium q. ad precedentia se conuertere: q. hic motus reflexus est & praeter consuetudinem / ille vero directus & secundum consuetudinem. Tertia questio. Cur ab aliquo principio etiam apto sumentes exordium aliquando reminiscimur & aliquando non. Responso. Hoc idcirco euenit quia illud principium diuersa habet sibi conexa consequentia: quorum vnus ad id cuius reminiscencia volumus perducit / aliud vero minime: & ex principio ad id rapimur consequens ad quod maiorem habemus consuetudinem acquisitam, sicut ex vna via interdum duae procedunt: quarum vna ad optatum perducit terminum / altera vero abducit. Ut si d / principium est perueniendi ad a / & ad f / & maior fuerit cuius consuetudo procedendi ex d / in a / q. in f / raptus ille ad memorandum a / & non f / . Quod enim nouum & recens est: inconsecutus est / quod vero antiquum & tritum: consecutus. Consuetudo enim habitus est ex frequenti operatione acquisitus: ut quaedam naturalis potentia inclinans. Et quae frequenter & crebro animo reuoluimus / citius reminiscimur: nam tenacius herentia se citius obuiant animo. Quae vero in frequentius & rarius: tardius. Et sicut natura vna res est post aliam ut effectus post causam & dies post noctem: sic &

vnus motio post aliam efficit consuetudinem / quae est vt naturalis potentia. **¶** Quarta questio. Cur reminiscendo contingit errare. **¶** Responso. Sicut in his quae natura eueniunt contingit a recto sine errare: & quia natura impedita est / aliquid a casu vt monstrum euenire. Idem & in his quae arte sunt: magis tamen in arte q̄ natura / quia in arte ob artificis imperitiam aut materiae indispotionem prouenire potest error. In natura vero ob materiae indispotionem solum. Ita & in reminiscencia contingit error sine natura sine consuetudine acquisita fuerit: magis tamen vbi consuetudine parta est / quia haec operi artis est analogia. Et sicut viator similitudine vnus viae cum altera interdum decipitur / vnam pro altera ingrediens: ita cum vnus nominis reminisci volumus / alterum simile nobis in mentem venit. Vt cum Protagore reminisci cupimus: Pytagore nomen simile prioris subit animum / & tunc credentes nos rectam fecisse reminiscenciam decipimur. **¶** Quinta conclusio. Ad memorandum & reminiscendum summopere tempus cognoscere oportet aut certum aut indeterminatum. **¶** Est enim tempus omnium rerum mensura nobis domestica & familiaris: cuius ordinem notum sequentes / eorum quae in tempore facta sunt ordinem inuestigamus. Si enim tempus non consideraretur: non magis reminisceremur q̄ qui phantasmibus vt solum imaginabilia sunt falluntur / & ea vt imaginem considerantes: rem non factam pro facta narrant. **¶** Sexta conclusio. Vis memorandi & reminiscendi iudicat de tempore nihil extra mittendo / sed rerum speciebus in proprio organo susceptis: quis nonnulli oppositum asserere voluerint sicut credebant radijs ab oculis emisissis visionem fieri. **¶** Nam de virtute reminiscendi & intelligentia idem est iudicium. Sed intellectus magnitudinem quamcumq; comprehendit nihil extra mittendo ad rem intellectam: nam aequae magnitudinis non existente eam intelligit & consimili notione sicut ipsa praesens: & pro arbitrio suo eam quantacumq; aut intra aut extra concipit. At magnitudinis non existente mens nihil extra mittit ad rem intellectam cum non sit: quare neq; ea existente. Consimiliter itaq; imaginandi virtus in suo organo de tempore iudicat: nihil extra mittendo. **¶** Septima conclusio. Modus & proportio rebus in tempore existentibus & quibus reminiscimur notionibus accommodata: consimili ratione & temporis accommodatur. **¶** Est enim tempus mensura rerum vt vna panis, quare quemadmodum pars panis ad totum panem: ita pars vnae ad totam vnam, & transmutata vt pars panis ad partem vnae illam mensuram tenet: & totus panis ad totam vnam vt aequa mensura illum metientem. Ita vt minor res se habet ad maiorem: sic minus tempus ad maius / & transmutata proportione vt tota res ad totum tempus: ita partes rei ad partes temporis. Sit enim a b c temporis triangulus: qui lineis aequidistantibus diuidatur in punctis d e f g / quarum prior sit d e / altera f g. Sit deinde b i k minor triangulus / rerum trigonus: quarum simul cum tempore notiones comprehenduntur / aequidistantibus lineis: l m / & no diuisis: quae lineis aequidistantibus trianguli temporis respondeant. Sicut enim k b & b i ad k l / & l m / ita c a / & a b / ad c d / & d e / quare transmutata proportione sicut k b / & b i ad c a / & a b suum tempus: ita k l / & l m / ad c d / & d e / ei aequa respondens tempus. Et sicut apprehendens k l / totum: simul apprehendit k n / partem eius: ita apprehendens c d / simul apprehendit c f / partem. Et ita pari consimiliq; proportione particulae trianguli temporis respondent particulis trianguli rerum: igitur modus & ratio rebus / notionibusq; accommodata: consimili proportione temporis applicatur / vt per praesentem figuram / faciliter ostenditur. **¶** Octava conclusio. Contingit duobus modis a recta memoria & reminiscencia deficere. **¶** Nempe cum recta sit memoria vbi rei pariter & temporis sit apprehensio: contingit primo deficere cum quis putat se recte & rem & tempus apprehendere & tamen non apprehendit / creditq; se memorari & non memoratur: hoc contingit aut vbi a tempore solum deuiatur: aut a re solum / aut ab utroq; simul. Vt si quis Xenocratis memorari volens Xenophontem nominet. **¶** Secundo. Cum quis se non putet memorari sed solum phantasma conspicere: & tamen memoratur conspiciens imaginem rei factae, quam cum factam esse rationatione deprehenderit: vere memoratur. **¶** Contingit autem rei sensu perceptae interdum tempus certum attribuere quo facta est: vt si meminerim me heri aut nudius tertius corpus labore exercuisse aut ludo. Aliquando vero incertum & indeterminatum: vt rem factam memorantes sed certi temporis ignari dicere solent. Id quidem factum meminisse sed nescio quando: quia speciale & particulare tempus quo res facta est non cognoscant. **¶** Nona conclusio. Memoria & reminiscencia differunt. **¶** Primo. Quia celeri ingenio homines bene reminiscuntur: sed male memorantur. Contra qui tardi sunt ingenio / memoria valent & non reminiscencia: vt prius dictum est. **¶** Secundo. Quia memoria tempore prior est q̄ reminiscencia: praesupponit enim reminiscencia memoriam & non eduerso. **¶** Tertio. Quia reminiscencia solis hominibus concessa est: q̄ rationatione possunt ex cognito inuestigare incognitum. Memoria autem et hominibus & brutis communis est. **¶** Decima conclusio. Reminiscencia passio est corporalis: & in organo sit corporeo vt subiecto. **¶** Cuius quidem multa sunt signa. **¶** Primum. Quia quosdam cum reminisci nequeunt contingit turbari & capitis grauedinem pati: q̄ ad reminiscendum phantasmate indigeat. Vt melancholici natura & complexionis (quia omnium maxime phantasmatis mouentur) eam diligentia & conamine reminisci volentes & non potentes: neq; motus in corporeo subiecto inceptos sedare valentes turbantur. Quemadmodum non est in potestate eius qui lapidem pepulit: cum a pulsu reuocare. Praeterea qui organum habent interius humidum vt flegmatici: multum turbantur phantasmatis cum reminisci volunt, quia vbi semel agitata fuerit: non quiescit donec oēs motus vt in reclinā procedēs pficiantur, vt lapillo in aqua iacto nō cessat aquae motus: donec ad ripā ipsa mota fuerit. Humidum enim quia agibile est: facile motū recipit. Et hinc huiusmodi hoīes ira aut metu comoti vehementer inflāmantur: & vultu rubore suffusi habent / vehementer timore sunt percussiq; inceptos motus sedare non valeant. Estq; haec passio similis melodijs & consonantijs in cantu. Cum enim cantores cecinerint & siluerint / nohuerintq; iterum reddi concentum: rursum concentus fit & harmonia.



re: & tamen memoratur conspiciens imaginem rei factae, quam cum factam esse rationatione deprehenderit: vere memoratur. **¶** Contingit autem rei sensu perceptae interdum tempus certum attribuere quo facta est: vt si meminerim me heri aut nudius tertius corpus labore exercuisse aut ludo. Aliquando vero incertum & indeterminatum: vt rem factam memorantes sed certi temporis ignari dicere solent. Id quidem factum meminisse sed nescio quando: quia speciale & particulare tempus quo res facta est non cognoscant. **¶** Nona conclusio. Memoria & reminiscencia differunt. **¶** Primo. Quia celeri ingenio homines bene reminiscuntur: sed male memorantur. Contra qui tardi sunt ingenio / memoria valent & non reminiscencia: vt prius dictum est. **¶** Secundo. Quia memoria tempore prior est q̄ reminiscencia: praesupponit enim reminiscencia memoriam & non eduerso. **¶** Tertio. Quia reminiscencia solis hominibus concessa est: q̄ rationatione possunt ex cognito inuestigare incognitum. Memoria autem et hominibus & brutis communis est. **¶** Decima conclusio. Reminiscencia passio est corporalis: & in organo sit corporeo vt subiecto. **¶** Cuius quidem multa sunt signa. **¶** Primum. Quia quosdam cum reminisci nequeunt contingit turbari & capitis grauedinem pati: q̄ ad reminiscendum phantasmate indigeat. Vt melancholici natura & complexionis (quia omnium maxime phantasmatis mouentur) eam diligentia & conamine reminisci volentes & non potentes: neq; motus in corporeo subiecto inceptos sedare valentes turbantur. Quemadmodum non est in potestate eius qui lapidem pepulit: cum a pulsu reuocare. Praeterea qui organum habent interius humidum vt flegmatici: multum turbantur phantasmatis cum reminisci volunt, quia vbi semel agitata fuerit: non quiescit donec oēs motus vt in reclinā procedēs pficiantur, vt lapillo in aqua iacto nō cessat aquae motus: donec ad ripā ipsa mota fuerit. Humidum enim quia agibile est: facile motū recipit. Et hinc huiusmodi hoīes ira aut metu comoti vehementer inflāmantur: & vultu rubore suffusi habent / vehementer timore sunt percussiq; inceptos motus sedare non valeant. Estq; haec passio similis melodijs & consonantijs in cantu. Cum enim cantores cecinerint & siluerint / nohuerintq; iterum reddi concentum: rursum concentus fit & harmonia.

¶ Secundum signum. Habentes membra corporis superiora grossa / non aequae vt alij memorari solent, tum quia multam habent grauitatem: tum quia habito principio non recte procedunt ad illud cuius reminisci volunt propter organi magnitudinem. **¶** Tertium. Senes & pueri male memorantur & reminiscuntur. Senes quidem ob motum decrementi / pueri vero ob motum incrementi. Sunt enim pueri longo tempore vsq; adeo exiguus corpore: vt Nani & pusilli corporis hominibus mole videantur persimiles. Signum est igitur reminiscenciam quae per motum impeditur esse passionem corporalem. Sed nunc satis dictum est quid memoria / cuius partem animae sit passio / cuius sit obiectum / & quae animalia memorentur & reminiscantur.

¶ Commentarij in librum de Memoria & Reminiscencia Aristotelis finis.
¶ Primi capitis libri de Somno & Vigilia note.
¶ Redditus / turpido. **¶** Primus sensus / sensus tactus.



Iber de Somno & Vigilia continet septem capita. Primum sex conclusiones, duas rationes ad secundam, vnam correlatiuam ad tertiam, & duas rationes ad quartam. **¶** Prima conclusio. De somno & vigilia haec se consideranda offerunt: quid sint / cuius sint an corpori / an animae propria / an communia / cur animalibus accidant / an omnibus / an aliqua solo somno / aliqua sola vigilia / alia vero neutra potiant / quid insomniū / an dormientes interdū somnient / interdū nō / an potius semper somnent sed quae soluta nō meminerint / an in quae contingat futura prauidere: & id soli hominū accidat / & id an natura / an temere & euenit aliquo eueniat / an deus aliquis causa sit. **¶** His em̄ determinatis: sufficiens de somno & vigilia determinatio (quae admodū polliciti sumus) facta esse videbit. **¶** Secunda. Ad eandē animalis partē: somnus & vigilia pertinet. **¶** Primo. quia opposita circa idē subiectū fieri vident / eiusdemq; esse passiones, Et id verū est tā in his q̄ arte / q̄ q̄ natura cōstat. Et idē em̄ sūt visus cecitas / auditus surditas / pulchritudo foeditas / sanitas egritudo / robur debilitas. Atqui somnus & vigilia opposita sūt. Est em̄ somnus vt priuatio quaedā vigilię. Ad idē igitur pertinet somnus & vigilia. **¶** Secundo. quia quo argumēto aliquid vigilare cognoscimus: eodē cognoscimus & dormire, at aliquid vigilare deprehendimus: cū exterioris sensus fungit officio / sicutq; dormire vero cū exterioris sensus vsu priuatus & officio. Sensus igitur somnū & vigiliā discernimus: habētq; circa eadē animalis partē (vt pote circa sensū) fieri. **¶** Tertia. Somnus & vigilia neq; aīe neq; corpori ppria sūt: sed vtriusq; cōia. **¶** Nā somnus & vigilia: ipsius sensus existēt. Sensus autē: aīe & corpori cōmūnis habetur. Sensus enim actiū in corpore anīmę operatio est. Et quod in aīe est: sētire impossibile est. Somnus igitur & vigilia: corpori & aīe sūt cōia. **¶** Correlatiū. Hinc cognoscit exploratū q̄ solā vegetadī virtutē vt alēdi / augēdi / minūēdi (quae admodū stirpes & plāte) retineat: neq; somnū neq; vigiliā obtinere. **¶** Nā ipsi sentiendī particula deest, q̄ lōgo interstitio a vegetatrice facultate distat: & si etiam cognitū nō esset has vires subiecto & magnitudine distare. Solius autē sentiendī particula: somnus & vigilia existūt. **¶** Quarta conclusio. Nullū animal aut semper dormit / aut semper vigilat: nullūq; sensu praeditū contingit aut nunq; dormire aut nunq; vigilare. **¶** Primo. Quia & somnus & vigilia: passio est nata fieri circa idem / vt primū sensū. Nō igitur vna semp fiet: altera vero nūq;. **¶** Secundo. Quorum aliquq; est naturale opus cuius si excessum fuerit tempus / defatiscunt & remittuntur vires: ipsum necesse est aliquando deficere. Atqui oculi / aures / nares / manus / pedes a natura opus habent: cuius exacto tempore elanguescunt vires, ipsum igitur aliquando deficere necesse est. At vigiliam deserunt sensuum solutionem: cum liberam suis functionibus intendere valent operam. somnum vero ipsorum ligamen / defectum / & impotentiam ob excessum vigilandi. Est tamen excessus vigilandi aliquando ab egritudine / aliquando sine egritudine: quare & similiter impotentia duplex, quicquid igitur contingit vigilare: contingit & dormire. Nam semper (vt dictum est) agere non possunt. Et cōtra quicquid dormire contingit: contingit & vigilare. Nam dormitio posterior: vigilia autem prior & propria sensus operatio, quicquid igitur dormit: a somno excitabile est. **¶** Quinta. Animalia certe omnia: gressibilia / volatilia / natatilia: somno participant. **¶** Nam aquatiliū genera vt quae molli crusta integuntur & quae Malacia nuncupant: sopora cernuntur, quae vero duram / siliceamq; testam habent: sensū adhuc perceptum non est an sopiantur. Ratione tamen id persuaderi potest. Nam omne animal sensum habet, animal enim: per sensum habere diffinitum. Habent igitur haec Ostracoderma / testeaq; cute contexta: sensum. Praeterea, quicquid sensum habet: aliquando sensus operationem exercet / & aliquando a sensus operatione deficit. Atqui sensus solutionem diximus vigiliam: etas vero vinculum / somnum. Interdum igitur vigilant & interdum dormiunt huiusmodi animalia. Gressibilia autem manifeste & vigilare & dormire conspiciuntur: & perfectiora volatilia. Insecta itēdem: quibus molles sunt oculi, quibus vero cornecoli & duri sunt oculi: itēdem. Sed breues eorum sunt somni, quare cum dormiant: id sepe numero latere contingit. **¶** Sexta. Nulli plantarum: harum passionum altera attribui potest. **¶** Nam somnus & vigilia solis sensu praeditis conuenire possunt. Plantae autem sensum non habent. Quibus enim sensus adest: & delectatio & tristitia adest. Nulli autem plantarum / horum aliquid adest: igitur neq; somnus neq; vigilia. Et quae ipsi sunt nutricia virtus: hoc nihil arguit. Nam haec alēdi virtus expeditius consopit q̄ nobis vigilantiū opera sua peragit: quasi ad suas operationes / sensuum administriculum non requirat: quin potius us quodammodo obsint. Non igitur plantae vt alantur / indolescant / minuantur / ope sensus egent.

Primi capituli libri de somno & vigilia prima conclusio. De somno & vigilia hæc consideranda sunt. Primo quid sit somnus & vigilia cuius partis animæ passiones sunt in corpore & animæ communia sunt aut propria quare animalibus conueniunt & virum omnibus an aliqua animalia solum vigilant/ aliqua solum dormiunt/ alia vero nec dormiunt nec vigilant. Secundo quid est somnium / an dormientes interdum somnient & interdum non / vel an semper somnient/ sed experrecta eorum in somni non meminerint. Tertio an in somno contingat futura prævidere/ & an id soli conueniat homini/ an id futura in quâ prævidere natura contingat an fortuito & casu/ denique an deus propectionis huiusmodi futurorum causa sit. Nam cum hæc determinata fuerint/ sufficiens erit de somno & vigilia facta determinatio. **Secunda conclusio.** Ad eandem animalis partem/ potentiamq; somnus & vigilia pertinent. **Primo.** Quia opposita habent fieri circa idem subiectum/ cui simul adesse non possunt sed vicissim, vi visus & cæcitas circa oculum/ auditus & surditas circa aurem/ pulchritudo & sorditas circa corpus & eius membra/ sanitas & ægritudo circa animal/ robur & debilitas circa corpus & eius partes. Somnus autem & vigilia sunt opposita. Nam somnus/ priuatio quædam est/ vigilia autem habitus/ suntq; priuatiue opposita actu: vt lumen & tenebræ/ motus & quies, igitur ad eandem animalis vim & virtutem somnus & vigilia pertinent. **Secundo.** Quo pacto cognoscitur vnum oppositorum/ eodem & reliquum, vt quo signo vigilia eodē & somnus cognoscitur. At aliquis vigilare deprehenditur cū sensum exteriorū facit operationem/ dormire vero cum eorum vsu & functione priuatur, igitur per sensum vigilia & somnus discernuntur: & habent circa eandem animalis potentiam vt sensum fieri. **Tertia.** Somnus & vigilia non sunt animæ propria sic q; sine corpore fiant/ neq; propria corpori vt fiant sine anima/ sed animæ & corpori communia/ hæc quidē vt subiecto illi vero vt efficiētī. **Patet.** Quia somnus & vigilia passiones sunt sensus/ vt modo ostensum est. Sensus autem animæ & corpori communis est/ cum sensatio sit ab anima in corpore facta passio. Et quod inanimatum est/ vim sentiendi non habet, igitur somnus & vigilia animæ & corpori communis est. **Correlarium.** Quare animata solum vegetandi virtutem habentia vt stirpes & plantæ/ neq; somnum & vigiliam habent. **Nam** plantis deest vis sentiendi quæ longe differt a virtute vegetandi/ quis non esset cognitum vim sentiendi & vegetandi subiecto & re ipsa differre. In animalibus siquidem subiecto & magnitudinem non differunt/ & tamen ratione & plurimum differant. Quanto magis in plantis vbi vis vegetandi a virtute sentiendi re ipsa differit/ magis cognoscuntur ab invicem differre. Somnus autem et vigilia solum virtutis sunt sensus/ igitur non conueniunt plantis. **Quarta conclusio.** Nullum animal aut semper dormit aut semper vigilat/ nullum itidem animal nunq; dormit aut nunq; vigilat. Quatuor enim modis possunt euariari enunciationes ex parte subiecti & temporis. **Primo** vniuersale/ vniuersale: vt omne animal semper vigilat/ omne animal nunq; vigilat. **Secundo** particulare vniuersale: vt aliquod animal semper vigilat/ aliquod animal nunq; vigilat. **Tertio** vniuersale/ particulare: vt omne animal aliquando vigilat/ omne animal aliquando non vigilat. **Quarto** particulare/ particulare: vt animal aliquando vigilat/ & alia aliquando non vigilat. Et totidē sumpto prædicato dormit/ fieri possunt enunciationes/ quarum quidem primæ due sunt falsæ/ idē vero reliquæ sunt veræ. **Patet conclusio primo.** Quia somnus & vigilia passiones sunt nature fieri circa idem vt primum sensum scilicet tactum/ qui omnium sensuum communissimus est/ & quem adesse cæteris præsentibus/ ipso vero absente cæteros abesse est necesse. Neq; per primum sensum intelligendus est sensus interior/ quia circa illum non habent fieri somnus & vigilia/ vt qui in somno æque atq; alio tempore suam faciat operationem/ non igitur earū passionum vna semper fiet & altera nunq;. **Secundo.** Quæcumq; virtus operationem habet/ cuius assidua & nimis diuturna peractio virtus debilitatur/ necesse est ipsa operationem aliquando intermittere & interparari. Alioquin tota virtus deficeret/ vt in ambulanda virtute/ volandi & natandi exploratum est. **Ordinavit enim natura quietem ad huiusmodi operationum alterationem interruptionem.** At sensu exteriorum organa/ oculi/ aures/ nares/ manus/ pedes/ operationem habent naturalem, quæ si pluri q; par est tempore fiat/ clanguescunt organa/ igitur necesse est eorum operationem aliquando intermittere. Vigilia autem deseribitur esse sensuum solutio & ab impedimentis eorum operationem præpedientibus liberatio/ cum sensus liberam suis operationibus impendere possunt operam. Somnus autem est exteriorum sensuum ligatio/ sentiendiq; defectus & impotentia ob excessum vigilandi. Attamen duplex est vigilandi excessus, prior ab ægritudine vt morbo comitiali aut lethargico/ alter sine ægritudine, sic & duplex est sentiendi impotentia/ hæc ab ægritudine illa vero p̄ter ægritudinē. Sentiendi autem impotentia sine ægritudine ob vigilandi excessū promouens/ est somnus, igitur quicquid contingit vigilare/ contingit & dormire. Nā animalia semper secundum sensus exteriores agere non possunt. Hinc recte **Ouidius.** Somne quies rerum/ placidissime somne deorum Pax animi quem cura fugit/ qui fessa diurnis Membra ministris mulces/ reparasq; labori. Et diuerso quicquid contingit dormire/ contingit & vigilare. Nam posterior est dormitio & in negatione/ prior autem vigilia & in affirmatione. Modo cui posterior conuenit/ & prior conuenire est necesse. Et est dormitio ob vigiliam, vt nox propter diem. Per hoc autem q; somno succedit vigilia/ deprehendunt viri doctrina præstantissimi futuram hominis resurrectionem & iteratā animæ cum corpore vnionem. Est enim hæc mortalis vita vt vigilia/ mors vero & animæ a corpore solutio/ vt somnus, hinc morte soluti dormire in sacris litteris dicuntur: & somnus imago mortis dicitur/ & qui moriuntur/ in eternam suam lumina claudere noctem. Cui succedit reuiuificatio hominis vt vigilia somno/ sed quæ nulla deinde morte finiatur. Quare quicquid dormit/ a somno excitabile est & natum vigilare. **Quinta conclusio.** Omnia animalia & gressibilia & volatilia/ & aquatilia somno participant. **Nam** animalia natantia quæ mollem habent pellē/ dormire liquido cognoscuntur. Quæ vero duram siliis instar habent testam/ nondum conspecta sunt dormire/ quia suis includuntur erustis quo minus cerni possunt, vt neq; homo duobus inclusus parietibus/ visu dormire & vigilare cognosci potest. Quæ tamen interdum dormiant/ ratione ostendi potest. Nam omne animal sensum habet/ nā prius aī dici ob sensū habere/ ostensū est. At aquatilia dura cute coteclā/ aīalia sunt, igitur habent sensū. At quicquid habet sensum aliquando sensus facit operationem/ aliquando vero ab ea desistit. Et libera sensu exteriorū opatio/ vigilia est/ ipsorū vero ab operatione ligatio/ somnus, igitur interdum vigilant & interdum dormiunt aquatilia. Gressibilia autem manifeste cōspiciuntur vigilare & dormire, similiter & perfectiora volatilia. Insecta autem animalia quibus molles sunt oculi/ interdum modo dormire modo vigilare dicuntur.

Quid vigilia
Quid somnus?

Ouidius:

Per excitatio
nem a somno
resurrectionē
mortuorum a
plerisq; con
iectatam esse.

noscutur/ palpebris oculos velent aut reuelent. Quibus autem duriores sunt oculi & sine palpebris non ita manifeste cognoscuntur aut dormire aut vigilare/ in oculis nullum hic & illic percipiatur discrimen, & breues eorum sunt somni: vt cum dormiant nos lateat. **Sexta conclusio.** Nulli plantarum aut somnus aut vigilia conuenit. **Nam** somnus & vigilia solis viuentibus sensum habentibus conuenit. Plantæ autem sensum non habent. Nam quæcumq; sensu participant/ delectationem & tristitiam habent. Nulli autem plantarum aut voluptas adest aut tristitia/ ergo neq; sensus/ quare ipsis nec somnus nec vigilia conuenit. Neq; efficax est illorum ratio qui credunt plantas dormire & vigilare ob id ipsum q; heliotropium adueniente sole dilatat sua folia/ ipso vero occidente constringit ea & claudit. Id enim non fit ob vigilandi/ dormiendiq; potentiam/ sed quia frigidus est constringere/ caloris autem dilatare, hinc noctis frigiditas constringit folia/ calor autem solis ea rursum adaperit. Et quis plantis assit nutriendi virtus/ idcirco tamen nec sensum adesse oportet nec somnum aut vigiliam. Nam virtus nutritiua melius in somno q; vigilia suas facit operationes/ ac si ad suas functiones sensum non requirat/ sed potius operatio sensus ei obfit. Non igitur plantæ vt alantur/ augeantur/ imminuantur/ aut suum gignant simile/ indigent sensu. **Secundi capituli notæ.** **Pterota / pennata.** Est enim Pteron/ penna. **Bombus/ sonus** alis insectorum vt vesparum / apium/ cuiusq; generis similibus/ elisus. **Problemata** condidit Aristoteles ex quibus librum confecit qui nunc problematum liber inscribitur.



Secundum cap. continet sex conclusiones, tres rationes & vnum correlarium ad secundam. **Prima conclusio.** Necesse est animalis in somno omnes sensus esse ligatos. **Nam** animalium hæc sensus omnes possident / hæc aliquos solum vt gustum & tactum. Tactus enim omnium latissime fusus est/ habentq; omnia animalia tactum vt in iis de anima dictum est. At somnus in omnibus consumit fit modo/ & cum funnua immobilitate offunduntur, ligantur igitur quoquoq; habeant sensus. Si enim das vnum ligari & alterum solui/ soluto sentiet dormiens, sentiet igitur, hoc autem impossibile. **Secunda conclusio.** Somnus & vigilia passiones sunt tactus. **Primo.** Quia natura vnicuiq; sensui/ proprium aliquid deputauit, vt visui videre/ auditui audire, & non modo hoc/ sed quiddam cōmune/ communemq; potentiam omnibus concessit/ qua iudicat se videre/ audire/ olfacere/ gustare/ tangere/ qua discrimen albi & dulcis/ coloris & soni/ & diuerforum sensibilibus genera discernit. (Id enim nullus particularium sensuum possit) potentia quidem vna & vnus sensorii, quemadmodum in contemplationibus de anima latius expressimus. Hęc autem cum tactu maxime coniungitur, vt a quo nunq; separetur/ ab aliis autem separari possit. Somnus autem & vigilia maxime sunt tactus/ ob quem hęc sentiendi particula omnibus adest/ qui & idem omnibus vel solus adest animantibus. **Secundo.** Si dormitio fieret q; omnes sensus immobiles fiant/ plerq; animalia nunq; dormire necesse esset/ cum non omnes sensus habeant omnia/ hoc autem incommodum. **Tertio.** Si non est necesse vt omnes sensus simul sint in operariationabilibus contrarium accidere posse videtur / vt vno immobili & impotente facto/ alter non sit impotens. Principalius enim potiusq; sensus ad sentire/ q; ad defectum se habent. Et q̄uis ita sit/ tactu tamen (qui primus est sensuum) sopito/ compatiuntur posteriores/ confopianturq; omnes. Cum vero posterior aliquis impotens fuerit/ non oportet eodem iure alios & hunc primum fieri impotentem. **Correlarium.** Ex his manifestum est somnum non esse/ sensus sine operatione esse/ neq; non vt sensibus/ neq; omnem sentiendi impotentiam. **Sunt enim** pleriq; animæ defectus vbi sensus sine operatione existunt & sine vsu / vt in quibusdam deliris & amentibus accidere solet, & diminuta & aliquo sensu capta animalia / impotentia sentiendi habent, & apprehensis nonnullis quæ in collo sunt venis/ collabuntur homines insensibiles, & tamen hi omnes non somno soluantur/ dormiunt. Sed cum primus sensuum & quo omnia contingit sentire animalia/ impotens factus est/ somnus est/ & non aliorum villo impotente facto. **Tertia.** Somnus animalium salutis gratia existit. **Nam** causarum hæc materia/ hæc ratio/ hæc efficiens/ hæc vero cuius gratia est, & naturam alicuius gratia agere diximus/ boni siquidem gratia. Atqui quæcumq; non semper continue moueri possunt/ quies apta intercedit ad salutem. Animalia autem non semper sensibus vtique uiuunt. Aduenit igitur ipsis merito aptus ad salutem somnus. Vnde vulgo tracta est Metaphora vt somnus requies dicatur, quasi veritas somnum quietis nomine censeret cogeret. **Quarta.** Vigilia maxime finē attingit. **Nam** sentire finis est omnibus/ quibus vnum eorum competit/ nam hæc optima sunt. Finis autem optimum requirit. Vigilia autem horum est/ vt pote brutis quo sentiant/ homini quo sapiat & prudenti inuigilet. maxime igitur vigilia finem attingit. **Quinta.** Omnia animalia somnus est necessarius/ non quidem omnino/ sed ex suppositione atq; adiunctione/ si naturam suā sequi/ saluariq; debeat. **Nam** si animal se instaurare & saluare debeat/ aliqua ponere quibus alia subinde sequantur necesse est, vt si se saluat/ ipsum alii oportet. Si alatur/ e cibo vaporem sustollit necesse est/ ex quo necessario consequitur somnus, omni igitur animali necessarius est somnus/ non quidem omnino sed ex appositione/ nisi seipsum saluare debeat. **Sexta.** Præcipuum somni effectuum in sanguine præditus est cor, in exanguibus vero aliquid cordis emulsum. **Nam** id principium somni est/ quod animalium principium est motus. Sanguinem autem habentium cor capitis/ ventrisq; situ medium/ principium est motus, habent enim omnia sanguine prædita cor: quod & refrigerio eget. Non habentium autem sanguinem aliquid emulsum cordis. Habent enim sanguine carentia vt insecta/ totipennia/ vt vespe/ apes/ muscæ (quæ Pterota dicunt) aliquid vice cordis / & spiritum interiore atq; congenium/ quo se nunc attollunt/ nunc vero contrahunt,

respirantibus autem & sanguineis: spiritus ille de foris est. Quod vero insecta pennata illa volandi strepitum & bombos elidant: hoc est attritu aeris ad circumstantem membranam. Motum itaque habent circa primum & sensus & motus effectuum omnia: aut a proprio & congenito spiritu aut ab alieno. Est itaque notum cor aut cordis simul: esse somni principium, & non modo somni: sed & vigilię etiam principium est. Sed cur dormientes agitatione corporis se moueant & multa vigilantibus per similia opera faciant: cum id sine phantasmate & insomnio non fiat: postea dicturi sumus. Cur vero experrecti insomniorum meminerint / non autem meminerint operum quę vigilantibus similia patrauerint: in problematis causam adduximus.

Secundi capitis prima conclusio. **N**ecessē est animalis in somno perfectio sensus omnes exteriores esse ligatos & ab operatione quietos. **N**am animalium aliqua omnes sensus possident: ut homo/leo/aliqua solum aliquos sensus: ut gustum & tactum. Tactus enim inter omnes sensus est latissime diffusus: tum quod omnibus conueniat animalibus/tum quod per totum corpus expansus est: ceteri autem sensus vnam corporis particulam sibi pro organo vendicant: ut in libris de anima dictum est. Somnus autem in omnibus animalibus consimili fit modo: cum ipsa animalia summa sensuum immobilitate suorumque operum quiete afficiuntur, igitur quotquot habent sensus animalia: in somno ligantur. Si enim quis dixerit vnam sensum in somno ligari & a suo imperio officio/alterum autem solui & ad operandum liberum esse: sensu soluto & non impedito sentiet dormiens, igitur dormiens operationem sensus exercebit: quod est impossibile. **S**ecunda conclusio. Somnus & vigilia sunt passionē tactus. **P**rimo. Quia natura vnicuique sensuum proprium deputauit opus & officium ut visui videre/audiuī audire: & non solum hoc sed & communem sentiendi vim/imaginandi que virtutem omnibus concessit animalibus: quia animal indicat se videre/audire/olfacere & reliquas exteriorum sensuum operationes peragere: quia itidem animal albi & dulcis differentiam dinoscit & diuerforum sensuum sensibilia discernit: quod nullum exteriorum sensuum facere posse ostensum est. Et hoc interior sentiendi virtus vna est & vnius organi/omnium sensibilibus species in se suscipiens: ut oculus omnium colorum/quemadmodum in libris de anima dictum est. Hęc autem interior vis imaginandi maxime tactui coniuncta est: quia nunquam a tactu separari potest. Quicunque enim sensus communis adesse: tactum ei adesse necesse est. Ab alijs autem sensibus separatur: quia non si virtus imaginandi adesse animali / protinus aut visum aut auditum adesse oportet. Somnus igitur & vigilia maxime sunt ipsius tactus passionē: ob quem quidem sensum hęc interior sentiendi potentia omnibus adesse animalibus sicut & tactus sensuum solus omnibus adesse viuētibz sensu participantibus. **S**ecundo. Si ad hoc quod fiat dormitio requireretur omnes sensus exteriores fieri immobiles & ligari: necesse est multa animalium nunquam dormire/cum multa sint animalia non omnes sensus habentia. At inconueniens est aliquod animal nunquam dormire: igitur falsum est ad somnum requiri quod omnes sensus ligentur/sed oportet eum ligari qui omnibus animalibus communis est. Is autem est tactus. Tactus igitur in somno ligari oportet etiam in omnibus, igitur somnus & vigilia passionē sunt tactus. **T**ertio. Cum non sit necesse omnes sensus exteriores simul operari & sua exercere officialia rationabile est vno cessante ab opere & factio immobilis: alterum operari, ut visu factio impotentie/auditum audire aut tactum tangere. Porius enim se habent sensus ad sentiendi defectum. Et quis ita sit quod posteriore sensu impotentie factio/prior possit esse in opera: tactu tamē qui primus est sensuum ligato/ceteri compatiuntur omnes & ligantur. At cum posteriorum sensuum aliquis ligatur: non ideo tactum aut quemque alium priorem ligari est necesse, ut neque si deest posterior: necesse est priorem aut tactum deesse. **C**orrelarium. Quare non recte diffinitur somnus quod est sensum esse sine operatione/aut non vti sensu/aut sentiendi impotentia. **N**ā hęc diffinitiones transcendentes sunt/ & diffinitio cōmuniōres. Sunt enim nonnulli animę defectus in quibus sensus sine operatione sunt ut in mente capitis: & tamen ipsi non adesse somnus. Animalia itidem aliquo sensu organo priuata/impotentiam habent sentiendi: & tamen non dormiunt. Et si apprehenduntur quedam in collo vena/constringuntur: cadunt homines in terram sensus officio destituti/ & tamen non dormiunt, sed cum primus sensuum scilicet tactus (qui animalibus omnibus cōmunis est) ligatur: si somnus: & nō quando aliorum aliquis sit impotens. **T**ertia conclusio. Somnus gratia salutis animalium ordinatus est. **N**am causarum aliqua materia est/aliqua forma/aliqua efficiens & alia finis: & naturam alicuius gratia semper agere prius ostensum est/boni inquam gratia. Quęcumque sane non semper moueri possunt: eis ad salutem quies est necessaria. Animalia autem non semper vti sensibus possunt: ergo conueniens est ipsis ad salutem somnus. Vnde vulgatum/tritumque proverbium tractum est/ut somnus requies dicatur: quod sensuum immobilitas & a propria operatione sit cessatio. **Q**uarta conclusio. Vigilia maxime finem suum attingit. **N**am sentire finis est illis qui superiorem cognoscendi vim non habent: optima sit illorum operatio & secundum supremam potentiam. Similiter intelligere & sapere ipsius finis est quibus intellectus adesse: dignissima itidem sit illorum operatio & secundum nobilissimam virtutem. Id autē in vnoquoque finis est: quod optimum est & prestantissimū. Vigilia autem ad sentiendum sunt & ad intelligendum. In brutis enim est ad sentiendū. In hominibus autē ad contemplantum & prudentię intendendū, igitur vigilia maxime finem attingit. **Q**uinta conclusio. Omnia animalia necessarius est somnus: non quidem simpliciter/sed ex hypothesi: si saluari debeat & conseruari. **N**am si animal se saluare debeat: supponere aliqua oportet ex quibus alia per ordinem sequantur. Nam si animal se saluare debeat: ipsum nutrire oportet. Si nutriatur: alimentum sumere necesse est. Si sumatur alimentum, ex ipso vaporē sustollere necesse est. Quod si vapor sustollitur ad cerebrum & reciproco motu relabitur: fit somnus, ergo si animal se saluare debet: ipsum dormire necesse est. **S**exta conclusio. Pręcipuum somni efficiens in sanguinem habentibus est cor: in exanguibus vero aliquid cordis vicem gerens. **N**am id pręcipuum est somni efficiens quod principium est & causa efficiens motus vitalis animalium. At cor / caput inter & ventrem situ medium est principium motus animalium habentium sanguinem. Nam omnia sanguinem habentia: habent cor indigens refrigerio. In nō habentibus autē sanguine aliquid cordi simile & analogū est principium motus eorum. Nā sanguine carentia ut aialia quę diuisa viuūt & alas habēt cōtinuas: cuiusmodi sūt muscæ/vespę/apes (quę gręci pterota/latini fęnata dicitur). aliquid habēt cordis vicariū. Habēt & spiritū interiore eisque congenitū: quo se aliquando quidē attollūt in tumerē, & insistūt, aliquando vero contrahunt & demittunt ut ranę. In respirantibus autem animalibus & sanguine pręditis spiritus ille ad exteriori suscipitur: & alternatim

emittitur. Quod autem huiusmodi animalia exanguia/aliquę prędita inter volandum/strepitum & sonos elidant: hoc non est quia vocem edant. Nam quę vocem eliciunt/respirant: & quę respirant/habent sanguinem, sed hoc fit attritu alarum ad aerem & corpus. Omnia itaque animalia motum habent vitalem circa primum pręcipuumque/sensus & motus effectuum aut a proprio/insitumque spiritu aut ab alieno. Quare manifestū est cor aut cordis vicarium esse somni efficiens principium: & non modo somni/verum etiam vigilię: & principalis quidem. Sed cur dormientes interdum progrediantur & ambulent strato egressi: & multa vigilantibus consimilia opera faciant (cum id sine phantasmatum apparitione in somno non fiat) postea dicitur. Cur experrecti somniorum memores sint non autem operationum quę vigilantium operibus per similes fecerunt: in problematibus reddita causa est.

Tertij capitis notę.

Euripus/pars maris inter Phocidem & Euboiam: quod septies in die/ & septies in nocte resuos fluctus agit: multis nouitate rei & causa non satis comperta admirationem inducens. **O**pium ex succo papaueris in vmbra exsiccatum fit: vis somnificę. Et si amplius sumatur: mortiferę. **H**erbę mandragorę mas est & femina: cuius radices & pomi grauis odor somnum inducit. **T**emetiū/vinum. **B**ilioji melancholici. **I**ntestinus/interior. **B**ilis atra/cholera nigra. **P**ituita/est a cerebro humorum distillatio/atque defluxus, qui si fluat ad nares Corizan dicunt/nos mucum narium, si ad fauces: dicunt Brancō/mos raucecinem. Ad pectus: catarron. Ad latus pleurę sin & ad pulmonem: ptyisin. **L**ethargus morbus obliuionem & pene inexpressibilem dormiendi necessitatem inducens: & celeriter nisi succurratur in gularis. **C**omitiali morbo homo subito concidit & ex ore spumę mouentur: & sepius viros quę mulieres occupat/ut C. Celfo placet.

Ertium cap. continet quattuor conclusiones, duo correlaria ad primam, diffinitio nem somni: vnam quęstionem: tres vulgatas responiones & quartam propriam post tertiam. **P**rima conclusio. Nō omnis sentiendi impotentia censenda est somnus: sed ea quam prestat alimentum euaporatio. **N**am manifestum est cum animal sensum habeat subindeque & vegetandi virtutem: ipsum a principio nutrimentum suscipere & augmentum. Nutrimentum autem omnibus id est: quod concretione/pręparationeque fuerit vltimum, ut in sanguinem habentibus: sanguis, in exanguibus vero: quod sanguinis vicem gerit, locus autem & conceptaculum sanguinis sunt venę: quarum principium cor existit, ut ex determinatione Anatomię (quam membrorum dissectionem dicunt) dilucere potest, & susceptum alimentum in ordinatū ventriculum euaporat ad venas, vbi (ut axit) in tectiore permutatur/tingiturque in sanguinem: a quo rursus fluat ad cor vbi completissimam/absolutissimamque sanguinis naturam accipit, a quo per venas diffunditur & vnicuique parti (ut oportunit) distribuitur. Sed quid horum sit: in libro de alimento abunde differuimus. Atque dum hęc geruntur/claro in vapore soluto: vapor ille sustollitur. (Omne enim tale quod animalibus inest calidum: natura quo quidem refrigerato obrepit somnus. Obnubilantur enim sensus: sicutque suarum operationum imē potentes. At cum dementia aut strangulatione (ut cum iugularium venarum confractione ut emortui & anima defecti cadunt) impotentia sentiendi proueniat nullus (quemadmodū diximus) appellabit somnum: tamen si controuersia sit ipsis ut emortuis facientibus: in somnia/phantasmataque fieri. Nā qui his grauissimorum morborum generibus tentantur & animę extingitę speciem gerunt: dicunt se multa vidisse. Sed dicimus: si cum morbo tententur cōtingat eos dormire: nihil prohibere insomnium & phantasma fieri. Si autē non dormire cōtingat: neque quidem insomnium vllum esse potest. Non igitur omnis sentiendi impotentia somnus esse censenda est: sed ea quem alimentum vapor ministrat. **P**rimum correlarium. Et hac quoque de causa maxime somnus a cibis proficiscitur. **N**am a cibo multus vapor & corpus lentus educitur sursum, illic autem consistens grauedinem parturit/sensuumque languorem, qui cum se rursus ad cor obruerit atque receperit: secum calorem repellens/profundum gignit somnum. Quod autem ita capitis oculorum & palpebrarum grauedinem faciat: indicia sunt somnifera omnia/sive esculenta sint siue poculenta, ut opium/papauera/mandragorę/temetum/fatigatio multa/morbus ut febris & lethargus/infantia, fatigatio enim multa dissoluit/prębetque dissoluta: vice incocti alimenti, nisi quod liquatur frigidum sit/sursumque non feratur. Et morbus potissimum qui ex calido nascitur & humido: quod multa excrementa humida sursum attollat. paruuli autem quod caput aliorum membrorum proportione maximum habeant: totiusque alimentum (quod illa etate augeantur) capax. Propter hanc causam hęc etas cōmittit morbo (quam Epilepsiam vocat) aptissima est. Est enim Epilepsia somno per similis, & qui ita corruunt: cessante anima & sensu dormire videntur. Hac de causa huius morbi initium in somno est. Et sūt qui in somno arripuntur/in vigilia autem non: quod multus sursum cum alimentum vapore in somno spiritus effertur, qui recipiens/spirituque alteri sursum alimentum attollenti obuians: venas intumescere facit/animę & respirations meatus occludens. Et hęc spiritus occlusio & strangulatio: comitialis / regius/ ac diuinus morbus appellatur. **S**ecundum correlarium. Quapropter pueris & nutricibus non condit ac diuina epota vina. **N**am spumoso spiritu abundant: potissimum nigrum. Et parum refert an nutricule/an puelli ipsi vinum ebibant: nisi aqua dilutum sit/modicumque sumatur. Puerorum enim superiora plurimum continent cibum, quandoquidem reliqua: magnitudine & excremento (sicut dictum est) superent, ut longo tempore caput continere nequeant: & sex mensium intervallo collum rigidum & inflexibile habeant. Et hac causa esse potest cur foetus & in matrice infans (quę Embryon dicunt) illic quiescat,

suntq; iterum pueri ebris per similes: q; vtrifq; larga humoris copia / superiorem confundat. ¶ Secunda conclusio. Somniculosi sunt: occultas habentes venas / Nani & qui capite sunt pregrandi. ¶ Illi q; ipso angustis venae, elevatorum vaporum non facile prebeant remeandū descensum, hi vero / q; capitis amplitudo: multam recipiat evaporationem. Grandia enim capita: exiguam opplerit nequeit alimentis / paruisq; exaturari copiis. ¶ Tertia. ediuerso quorum venae sunt patentes / quicq; melancholici sunt: soporulent non sunt. ¶ Nam horum amplitudo venarum: faciliem prestat evaporationis relapsum / contrariarq; strictarum operatur: nisi altera intercedat causa. Biliosi vero: q; natura frigidi / pauciq; (ob paruum intestini calorem) evaporationis existunt. Hinc auidi & edaces sunt: q; cibo (quo vescuntur) non fruuntur. Nam bilis atra digestiuū frige facit locum & corporis partes vbicumq; existat: a quibus talis humor enasci debeat. ¶ Diffinitio somni. Ex his liquet somnum esse quandam sentiendi impotentiam: alimenti vaporibus in cerebro refrigeratis / interno multo calore in corde reuocato atq; reciproco. Nam dormituri (vt dictū est) multus est motus: incipitq; vapor frigeferre. Et cum calor ad ima retunditur: frigeferunt palpebre / frigeferatq; grauescentes decidunt / superiora q; in somno frigent & circumquaq; corporis extrema: interiora vero calent & corporis infima vt pedes. ¶ Questio. Quomodo post cibum altiores somni fruguant: & cur soporiferi sint vina? Non enim id rationabile videtur: nam somnus a frigida nascitur causa, hęc autem sunt calida. ¶ Huic questioni vulgatas adhibent solutiones. Hanc primum, sicut venter inanis / calidus est: cibus autem replens / descensu ipsum efficit frigidum. ita capitis pori & loca / sursum lato vapore frigeferunt. Deinde hanc. Sicut perfusus aliquo instillato vapore calido protinus in horrescit / tremoreq; concutitur: ita caliditas sursum lata in frigidat. Et quod natura calidum est: languescere & quasi horrescere cogit. Tertiam hanc subiungunt. Quemadmodum gradū lignorum strue suffocatur ignis: ita multo cibo ingesto confunditur & hęcetascit internus calor, & non prius sursum halat q; paulatim suppeditata & euicta cibariorum copia. Sed vt diximus non ita euenit somnus. Euenit enim reditu corporis humores: quem calor in sublime per venas sustulerit. Cū enim eo loci diutius immorari nequeat: congelascens / aggrauansq; de capitis arce deorsum pellitur. Et primum oculi marcentes decidunt / & relictis animalia stare nequeunt vestigiis: sed vt denacillent / corruantq; oportet. Et solus homo stratus / affusus / euictus sopore iacet: q; animalium solus erectus incedat, & primum collabitur quasi confertato animo sensum amittens omnia. Deinde visis & imaginationibus illudatur / tandemq; obumbratur. ¶ Nos ergo hanc questionem adhibere possumus solutionem, cerebrum (quemadmodum prius diximus) reliquarum corporis collatione partium frigidissimum esse, & quae cerebrum non habent / consimile esse: quod cerebri vicarium / emulumq; est. Et quemadmodum in imbrium generatione cum vi solaris caloris subleuante vapores ad mediam illam frigidissimam aeris regionem pertingant: in grossantur / concrefcunt / iterumq; frigore cogente subruuntur deorsum, ita vapor ad cerebrum viam capeffens primum frigidus consistit: & qui salutaris & non morbificus fuerit / iterum relabatur deorsum: & calorem cordis delatus contemperat atq; refrigerat. Et ad seram evaporationem (quemadmodum diximus) facit venarum gracilitas. Et hęc refrigerationis atq; somni vniuersa occasio est. Quod vero vapore sublato densatum consistit / in crudatur / excrefcit: cerebro superfluum vt algidum flegma / in salubre est: Catarrum / pituitamq; faciens. ¶ Quarta. Expergiscitur animal: cum concoctio absoluta / ad finemq; deducta fuerit. ¶ Nam decoctione peracta impactus atq; in angusto restrictus calor: circumfuso vapore emicat. Eo enim ad superiora reuocato (vt priusq; animal euictum sopore languesceret) expergiscitur: & ad pristinam reuocatur vigiliam. Et id certe non prius fit (vt modo diximus) q; sanguinem purissimum a feculeto & turbidissimo se creuerit: qui tenuissimus / subtilissimus / mundissimusq; sanguis capiti committitur. Grassissimus autem & corpulentissimus: mandatur inferioribus. Et omnis sanguinis cor est principium: tribus munitum thalamis / specubusq; quorum medius sanguinem recipit vtrifq; communis. Extrema autem specus ac ventriculi: ab vtraq; vena & maiore & minore (quę a horte nuncupatur) sanguinem recipiunt, in medio autē cordis sinu & thalamo: sanguinis discretio fit. Sed de his vberius alio differendum est loco, & id nouisse satissit: q; diu sanguis ex cibo indiscretus est: soporem manere, nec ante solui q; sincerus superiora petescat: turbulentus autē inferiora. & tunc quoq; expergiscit animal. Sed quę dormiendi causa / quid somnus / & q; primi sensus nexus sit & ligamen / q; sine passionibus somno & vigilia: esse non contingat animal, quan doquidē ipse ad ipsius conducunt salutem: abunde dictū putetur.

¶ Notarum tertij capitis declaratio.

¶ Pituita commune nomen est ad omnem humorum a cerebro distillationem atq; defluxum: & specialia sortitur nomina secundū corporis partes ad quas defluit. Siquidem Coriza est a cerebro ad nares humorum distillatio. Coriza / mucosus narium idem. Branchos est a cerebro ad fauces humorum distillatio. Branchos / mucosus narium idem. Branchois est a cerebro ad latus / & phis ad pulmonē. ¶ Comititia sūt populi cōgregationes ad magistratus eligēdos: in quibus si quis epilepsia / morboq; caduco correptus cōcidisset / dirimebantur comititia / nec eo die fas erat electionē faceret: idcirco morbus ille comititalis dictus est. Vocatur & caducus: quia eo tētatus repēte cadit vt exanimis. Hercules: q; hercales illū passus fuerit. Regius vero: reges & insignes dignitate viri sepius alijs hoc morbi genere corripitur. Cuius causa Aristoteles in problematibus inuestigat. ¶ Tertij capitis prima conclusio. ¶ Non omnis sentiendi impotentia dicenda est somnus: sed ea solum quam efficit alimenti euaporatio ad cerebrum facta. ¶ Nam quia animal habet sensum & exinde vegetandi virtutem: vt a principio sue durationis

Comititia.
Morbus comititalis.

nutrimentum suscipiat & augmētum necesse est. Nutrimentum autem omnibus animalibus illud est: quod preparatione & concoctione est vltimum / separatis excrementis a natura expellendis et ceteris humoribus / cholera / flegmate / melancholia / ad nutritionem non valentibus. Et id in sanguinem habentibus est sanguis. In exanguibus autem humor / & succus sanguinis vicarius. Collocatur autem sanguis & natura recipitur in venis: quarum omnium origo a corde est: vt multarum fistularum plumbeorum ab vno fonte. Et a corde vt centro ad corporis circumferentiam extremaq; partes venę vt lineę quędam porriguntur: vt ex determinatione anatomice (quę a latinis membrorum defectio dicitur) liquida consistat. Et susceptum alimentum cum primum conuersum est: recipitur in ordinatum a natura ventriculorum iuxta venas: vbi (vt dicunt medici) in epate permutatur & sanguinis colorem accipit / a quo rursum fluit ad cor / & illic perfectam sanguinis naturam conditionemq; recipit. Deniq; a corde diffunditur per venas / & vnicuiq; parti quantum oportet distribuitur: perinde atq; a fonte per fistulas aqua defluit. Sed quid horum verum sit: in libro de alimento sufficienter a nobis determinatum est. Itaq; dum hęc geruntur / & cibus in vaporem solutus fuerit: vapor ille sursum eleuatur. Calidum enim omne animalibus inexistens quia leuitati coniunctum est: natura in sublime fertur. Vapor autem a cibo expirans: calidus est. Deinceps ob frigiditatem cerebri idem vapor sursum existens refrigeratur & densatur: atq; grauior factus iterum relabatur ad cor / & sui interfectione spiritus sensitivos ab organis retrahit: somnumq; inducit. O bducuntur enim sensus eo vapore vt nube opaca oculis intuentium & soli interposita homines, & sunt suarum operationum impotentes: quemadmodum homines ob nubis interpositionem videre solem nequeunt. At quando sentiendi impotentia prouenit ex dementia aut strangulatione / vt quando venarum gutturis & iuguli constrictione homines vt exanimis cadunt / aut etiam cum morbis grauissimis correpti iacent tanq; mortui: nullus hanc sentiendi impotentiam appellauerit somnum, tamen si questio sit & varia diuersa sententia an ipsis sic iacentibus somnia fiant & phantasmata. Nam qui velut exanimis morbis huiusmodi detinentur: dicunt se multa vidisse. Ad quod respondemus: si cum morbo occupantur simul contingat eos (vt accidit) dormire: nihil prohibet somnum & phantasmata fieri. Si autem non dormiant: in somnum esse nequit / quia somnum dumtaxat est phantasmatum in somno facta apparitio. Nihil tamen prohibet phantasmata eis apparere / & interioris sensus operationem fieri: quia interior sensus per exterioris sentiendi impotentiam non ligatur. Sed huiusmodi phantasmatum apparitio si somno coniuncta non fuerit: minime somnum vti cari debet. Non igitur omnis sentiendi impotentia / somnus est: sed ea solum quę alimenti vapor subministrat. ¶ Primum corollarium. Hęc de causa maxime potissimum somnus a cibus procedit. ¶ Nam a cibo multus vapor & grossus sursum fertur ad cerebrum: & illic densatus sensuum impotentiam efficit. Et cum iterum ad cor relapsus fuerit: secum calorem ab extremis corporis partibus ad cor repellens & reuocans somnum efficit. Quod autem vapor ab alimento sublatus capitis & oculorum grauedinem faciat: ostendunt soporifera omnia siue cibaria siue pocula, vt opium / papauera / mandragora / vinum / fatigatio / morbus infantia. Vehemens quidem fatigatio: q; calorem assiduo labore excitat / dissoluit / & prebet vapores dissolutos loco alimentum: nisi quod resoluatur frigidum fuerit / & idcirco sursum non fertur, nam is somnus non facit: vt neq; aqua sua grauitate subsidens & non sursum elata / facit dissolui. Multum itidem dissoluit morbus / qui ex calido nascitur & humidus: quia multa superflua humida sursum eleuat. Calidum enim vt eleuet / aptum est: humidum vero vt ab eo quicq; eleuetur. Paruuli autem multa resoluunt: quia capiti habent in proportionem ad cetera corporis membra pregrandi / & multi capax alimentisq; illa estate augeantur imperisus. Et hanc ob causam puerilis etas comititali morbo (quam epilepsiam greci nuncupant) aptissima est: & maxime ad illum disposita. Est enim morbus ille somno per similitudinem sensus reddat impotentes: & ab intraneo fiat spiritu, & qui eo correpti corrumpuntur in somno corripuntur / tamen si postea inualefcente morbo & in vigilia detineantur. Et sunt nonnulli qui hoc morbi genere in somno occupantur / & non vigilia: quia in somno multus morbi spiritus simul cum elementi vapore sursum effertur / qui rediens ad cor & alteri vapori alimenti se sursum attollenti in eodem vena meatu occurrens: venas intumescere inflariq; cogit / & animę respirationisq; meatus occludit. perinde atq; currus a morte descendens / & alteri currui eadem via ascendenti obuians: ipsum pro cedere impedit / & ab eodem impeditur / occluditq; illius vie transitum. Et hęc spiritus occlusio & prepeditio: comititalis morbus herculeus / regius / diuinus & caducus appellatur. ¶ Secundum corollarium. Quo circa nec pueris nec nutricibus vsus vini conueniens est. ¶ Nam multos habet vapores vinum prefertim nigrum: qui ad morbum comititali materiam prestant. Et parum admodum refert an nutrices vinum bibant an pueri: quandoquidem sumptum a nutricibus vinum in lac conuertitur / & quale ipsum est: tale efficit lac quo puer potandus est. Modicum tamen & moderate sumptum & aqua infusa permixtum minus nocet: q; aqua vini vapores & ardorem refringit. Siquidem partes superiores puerorum plurimum continent cibumq; reliquisq; corporis partes mole & cremento superent / & sex mensium spacio collum rigidum & inflexibile pueri habeant. Ob quam quidem membrorum inflexibilitatem fetus & in vtero matris infans (quem greci Embryon dicunt) illic immobilis quiescit. Et rursum pueri sūt ebris similes. Nam vt larga sumpti humores copia superiores ebriorum partes confundit: ita & puerorum. ¶ Secunda conclusio. Qui angustas habent venas / exiguam sunt corpore pregrandi autem capite: somnolenti sunt. ¶ Nam angustę venę non literum nec faciliem prebent vaporibus a cerebro redeundi descensum: sicut nec angustia via ambulantis. Et vapores secundum longum venas occupant: tunc difficilis a calore soluntur / nec vllam relinquunt viam qua se spiritus sensitivi cum calore diffundant: quare illorum longior est somnus. Capitis autem amplitudo multam recipit a cibus euaporationem: quę diuturniorem itidem inducit somnum: vt copiosior vapor in vniuerso maiorem pluuiam. Magna enim capita exiguam non replentur alimento: vt neq; grandia dolia medico vino. ¶ Tertia conclusio. Ediuerso quorum venę sunt ampliores & qui melancholici sunt: somnolenti non existunt. ¶ Nam venarum amplitudo faciliem prestat vaporis a cerebro reditum: & vapor solum secundum latum venas occupat: idcirco facilius a calore cordis dissolubilis est. Interdum etiam non totam occupat venarum amplitudinem: sed apertam relinquunt viam per quam sensitivi spiritus diffundantur: vt de patentiore via facile est analogia sumere. Et patentiore venę contrarios effectus operibus strictarum venarum, nisi alia interueniat causa. Melancholici autem somnolenti non sunt: quoniam natura frigidi paucam a cibo faciunt euaporationem ob caloris defectum, hanc ob causam ciborum auidiusculi sunt & edaces: quia

Quomodo fit somnus.

Quattuor co-
plexionu na-
turae & con-
ditiones.

cibum quo vescuntur non digerunt omnino nec id corporis quod defluxum est quantum natura requirit reparant, quare semper cibi appetentes sunt nec unquam satifaciunt naturae: & multo cibo calorem naturalem debilem obrunt sicut magna lignorum mole obruitur ignis. Debet enim si suae salutis consulere vellent/modico alimento & facile digestibili fouere naturam calidam: ut ex igno & facile inflammabili ligno modicus nutritur ignis. Unde quia calidum & humidum sunt principia vite: calidum quidem actiuum, & humidum passiuum. Frigidum autem & siccum sunt principia mortis: sanguinei optimam habent corporis habitudinem, & vitrumque habent vite principium: sicut aer cuius sequuntur temperamentum, secundo loco cholericusque principium habeant actiuum vite scilicet calorem igneam. Tertio vero slegmaticusque principium vitum habent vite scilicet humidum aqueum. Et postremo (quod neutrum vite habent principium: sed vitrumque mortis scilicet humidum & siccum terreum) melancholici habitudinem corporis habent ceteris deteriore. Nam melancholia stomachum (qui digerendi locus est) frige facit & corporis partes sibi propinquas: a quibus vapor somni eleuari deberet. **¶** Diffinitio somni. Somnus est quaedam sentiendi impotentia: ob alimentum vaporem in cerebro refrigeratum, & internum calorem ad cor reuocatum proueniens. Dormiturus enim multos habet intraneos vaporum motus: qui ob cerebri frigiditatem frigeant. Et cum calor cum vapore relabente ad inferiora repellitur: oculorum palpebrae frigidae fiunt: & frige factae grauioreque reddite clauduntur: superioreque corporis partes ob caloris reuocationem frigent: interiores autem ob unionem caloris & inferiores ut pedes ob refractionem incalescunt, hinc dormientes pluribus indigent quibus integantur vestibus que vigilantes: quo extrinseco adiumento/somentoque, contecti a frigore tuti sunt. **¶** Quaesitio. Quomodo sumpto cibo profundior euenit somnus? & quare vina inducunt soporem. Id enim rationi consentaneum non videtur: quia somnus a frigida causa prouenit: cibum autem & vinum calida sunt. **¶** Huic quaestioni trifariam responderunt antiqui. Primo. Sicut venter cibo vacuus (inquinus) calidus est: cibum autem in eum descendens efficit ipsum frigidum, ita (inquiunt) capitis pori & loca per vaporem sursum latum frigida sunt. Sed hi non recte dicunt inane ventrem calidum esse/ plenum autem ab ingesto cibo frige factum: ut neque quis recte dixerit focum sine igne calidum esse/ appositis autem lignis & igne ipsum fieri frigidum. Praeterea falsum est cerebrum per vapores ad ipsum latum infriigidari: ut & ridiculum est credere mediam aeris regionem per vapores ad eam peruenientes fieri frigidam, quin potius vapores per frigiditatem mediae regionis cum prius erant calidi infriigidantur: & cibariorum vapores cerebri frigiditate frigeant. **¶** Secundo dixerunt aliqui, sicut per fusus repente calido vapore: horrore concutitur/ & frigidus per oba decurrit tremor/ ita caliditas ad cerebrum lata ipsum infriigidat. Et quod natura calidum est/ languescere & frige scere cogit. Sed non est simile profusus de infuso vapore calido & vapore alimenti. Nam calidus vapor insperato super fusus incutit timorem/ quo retrahitur sanguis ad cor: & partes sanguine destituit/ frigeant, quare calor huiusce vaporis per se quidem super fusus partes calefacit: ita & per accidens ceteras frige facit. At alimentum vapor ad cerebrum latus non sic horrorem incutit aut timorem/ sed insensibiliter ad cerebrum fertur: quare neque per se neque per accidens cerebrum infriigidat/ sed contra a cerebro suapte natura frigido infriigidatur. **¶** Tertio dixerunt alij, sicut magna lignorum copia suffocatur ignis: ita cum multus cibum stomacho ingestus est/ debilitatur & obtunditur naturae calor. Et non prius a cibo vapores resoluit: que paulatim superperata fuerit cibariorum copia. Isti quidem verum dicunt: sed illa interni caloris hebetudo & debilitas non magis est somni causa: que debilis calor aeris & vapores eleuare non sufficiens sit causa pluuie. Sed quemadmodum ut fiat pluuia requiritur vehemens calor infimus & frigiditas mediae regionis aeris/ ita ut fiat somnus, requiritur calor internus vapores resolueri potens/ & frigiditas cerebri: quare somnus & a calida sit causa & a frigida. Itaque nullo horum trium modorum fit somnus: sed per reditum densi vaporis quem calor naturalis prius in cerebrum subleuauit. Cum enim in cerebro amplius morari nequeat ob densitatem frigiditatemque & grauitatem acquisitam: de summa capitis parte deorsum ruit. Et primum oculi languentes deficiunt palpebrisque se obueolant. Et animalia creta stare nequeunt: sed titubant & vacillant. Solus autem homo ut vigil erectum habet ad sidera vultum: ita somno euictus stratus humi & assusus iacet/ & primum corruit quasi attonito animo omnem vim sentiendi amittens. Deinde inter dormiendum apparitionibus in somno & imaginationibus illuditur. **¶** Nos itaque de hac quaestione ita respondemus. Cerebrum in comparatione ad ceteras corporis partes frigidissimum est: ut prius ostensum est. In carentibus autem cerebro id ceteris membris est frigidius: quod ipsum cerebri est vicarium. Et sicut in imbrium pluiarumque generatione a solis calore ad mediam aeris regionem partium aeris frigidissimam delatus vapor concreuit & densatur in nubem: & grauior factus ob frigiditatem deorsum cadit & stillat in pluiam. Ita vapor per internum calorem ab alimento sublatus ad cerebrum/ ibi ob cerebri frigiditatem densatur & consistit. Et qui naturae animalis conueniens fuerit/ morbum non inferens: iterum ad cor relabatur/ calor ipsius vehementiore contemperans atque refrigerans. Est enim cor & partes ei vicinae: ut infima regio aeris a sole calefacta. Cibum ut corpus aqueus & cerebrum ut media regio aeris. Venarum autem angustia & strictitudo tardam ut dicitur est facit evaporationem: perinde atque fistulae arctitudo aquarum defluxum tardiore. Quod autem vaporis sublatis densatum manet in cerebro & incrudescit ut gelidum slegma: salutis animalis disconueniens est & superfluum, hinc a natura per narium meatus expellitur: aut alio defluens graues morbos catarrhi/ & pituitam efficit. Et haec generalis est somni & refrigerationis ipsius cordis occasio & causa. **¶** Quarta conclusio. Expergiscitur animal quando alimenti digestio absoluta fuerit & consummata. **¶** Et hic quidem de experrectione naturali & quae ab intrinseco prouenit fit sermo. Nam ab extrinseco ut per strepente aut excutiente cuius vigilatio fieri possit: nondum perfectae digestionis. Unde sicut sol nubes obductus impeditur ad terram suos dirigere radios: at cum virtute sua nubem euicerit & disperserit/ amoto quod interiectum erat obstaculo rursum ad terram libere diffundit radium. Ita calor internus vaporibus soporiferis/ alimentariisque obductus in angustisque coactus/ se ad superiora corporis diffundere non potest. At vapore alimentari disperso & dissipato (quod solum cum perfecta fuerit digestio/ accidit) rursum idem calor emicat. Et cum ad superiora reuocatus fuerit/ ut prius extiterat antequam animal somno grauaretur: ipsum animal expergiscitur & ad pristinam reuocatur vigiliam. Et id sane non prius fit que calor sanguinem purissimum a grossiori & magis terrestri segregauerit: ut natura vini fecem a puriori vino prius ei consumsam fecerit/ et sex vini inferius grauitate sua subsidet potui inutilis, purius autem supernatat vinum potui aptum. Ita sanguis summe purissimus & mundissimus ad caput nobiliorem animalis partem mittitur nutriendam: grossus autem & terrestris mittitur in fe-

Minoris mē-
di ad maiore
responsum &
conuenientia.

rioribus partibus. Et cor/ sanguinis omnis est principium: tribus a natura munitum thalamis & receptaculis/ quorum medius vtriusque extremorum communis sanguinem recipit. Extremi autem ventriculi a vena cordis maiore & minore (quam quidem Abor ten dicunt) sanguinem recipiunt. Et ab his duabus principis cordis venis omnes venae per totum corpus disperse oriuntur: sanguinisque recipiunt/ ut ex vno trunco duo ramis ex quibus plures enascuntur ramuli. In medio autem cordis specu ac ventriculo fit sanguinis puri ab impuro discretio: & puri per diuersas partes distributio. Sed de his alio loco facienda est determinatio. Et impresentiarum satis est cognoscere quod quidam sanguis cibo promiscuus & confusus est/ nondumque ab eo discretus: manet somnus, qui ante non finitur/ que discretione facta sincerus superiores cordis partes petierit: turbulenti autem & terrestres inferiores, quod cum primum fit: expergiscitur animal. Sed quae somni sit causa/ quid somnus/ quae primi sensus exterioris (qui tactus est) sit ligamentum/ sine somno & vigilia animal esse non possit/ quia vtraque passio ad ipsius salutem pertinet: sufficienter dictum est haec tenus.

¶ Quarta capitis nota.

¶ In somnium/ somnium. ¶ Asciscenda/ attribuenda. ¶ Sentiscere/ sentire. ¶ Visum/ phantasma/ sensuale/ simulacrum.

Vartum cap. continet quattuor conclusiones, quattuor rationes ad tertiam, & duas ad quartam. **¶** Prima conclusio. Post haec de insomniis agendum est cuius animae parti insomnium sit asciscendum/ an intellectuique partis sit passio/ an passio sensus. His enim duabus viribus tantum cognoscimus quocumque notione aliqua deprehendimus. **¶** Secunda. Insomnium non est passio sensus. **¶** Nam sensuum officia sunt sentiscere sua sensibilia: ut visus colorem videre/ auditus audire sonum/ olfactus odorem dignoscere/ gustus saporem/ & tangibilia tactus/ & communia sensibilia numerum/ magnitudinem/ figuram motum/ & quietem itidem internoscere. At qui dormiunt (quibus fors illis insomnia contingunt) omnes sensus illos clausos/ compressosque habent. Ita ut visus nihil cernere queat/ auditus audire/ neque aliorum vllus. Non sunt

igitur insomnia passiones sensus. **¶** Tertia. Insomnia non sunt intellectuique parti ut affectiones/ opinio-
ne siue quaedam asciscenda. **¶** Primo. Quia non equum solum/ non hominem/ aut alicuius rei esse solū/ deprehendimus: sed & quatum/ album/ pulchrum: & qualia sensu deprehensa sunt. Id autem in partis intellectuique opinionibus/ rerum esse/ essentialisque (ut alio dictum est loco) deprehendentis non euenit: nisi forte in sensus presentia: qui in somno ligatus est. Opinans profecto neque verum esse dicit neque falsum: hominem esse album/ magnam/ vententem & similia/ cuius nullum habet sensum: quae omnia in somno videre videmur. Non igitur intellectuique partis sunt insomnia. **¶** Secundo. Quia praeter visum illa quae obiciuntur in somno: solemus sepe numero quocumque alium intelligere, quemadmodum circa ea quae in vigilia sentimus: iterum consideramus. Accidit enim multis aliqua praeter somnium & visum intelligere: quod ex periri facile est: itis quibus (quotiens surgunt) repetere somnium cura est, ut cui apparet thesaurum inuenire priusquam expergiscatur: sepe euenit ipsum intelligere id esse insomnium/ & memoretur ita alias se fuisse se illud. Non igitur est intellectuique partis insomnium, imo vero neque quodcumque somno deprehendimus: insomnium esse est manifestum. **¶** Tertio. Quando cumque opinamur: nos opinari intelligimus & scimus, non autem quando cumque somniamus: insomnium esse cognoscimus. **¶** Quarto. Sicut vigilans in egritudinebus deceptimur: ita in somnis decipimur insomnio. Et sicut vigilans sanus iudicat sole esse pedalem: ita in somno cum somniamus. At qui vigilantes non intellectu illudimur/ solemus pedalem esse intelligentia iudicamus: sed potius virtute illa quae visum non habet absque videre/ audire/ olfacere/ gustare/ tangere/ quam imaginariam virtutem prius posuimus/ siue eadem sit sensaria siue non. Non sunt igitur intellectuique partis passiones: insomnia. Non itaque verum esse intelligere oportet: simpliciter positum fuisse in somno nos nihil sentire. Nam visus interiore/ auditu/ olfactu/ & ceteris quodammodo ut vigilantibus euenit sua sensibilia sentire: & ut adiacentia & sibi presentia intueri. Quodammodo autem: ut vigilantibus & exteriore sensu capessenti/ non contingit. Et iterum aliquando quod in somno apparet: mens/ opinioque falsum esse dicit: iudicamusque nos ludificari, aliquando autem mente non visi: solum phantasma sequimur. **¶** Quarta conclusio. Insomnia sensuales potentiae passiones sunt: non quatenus sensuales/ sed quatenus imaginaria siue phantastica est. **¶** Primo. Quia exterioris sensus non sunt: neque intellectusque partis passiones quaedam aut opiniones. Relinquitur igitur ipsa esse imaginariae virtutis quae sensuales est. Diximus enim phantasia atque imaginationem: a sensu secundum actum motum fieri. Et si idem numero imaginariū sensituum existat esse tamē alterū & alterū/ ut ex istis quae in ista anima dicta sunt abunde dinosci potest. **¶** Secundo. Cuius somnus passio est: & insomnium ad eandem pertinere potentiam videtur idoneum. At qui somnus/ sensituique partis existit, igitur insomnium sensuale potentiae adigere par est. Et cum insomnium imago quaedam & phantasma esse videatur. (Nihil enim aliud insomnium est: quam visum quod apparet in somno) siue simpliciter siue quodammodo factum/ sensuale igitur partis existit/ non quatenus sensuale: sed quatenus imaginaria siue phantastica est.

¶ Quarta capitis prima conclusio. De somniis determinandum est cui animae virtuti attribui debent: an sensitivae/ an intellectivae. **¶** Nam somnium passio est virtutis cognitivae, his autem duabus viribus sensu & intellectu solum cognoscimus: quicquid cognitione aliqua percipimus. **¶** Secunda conclusio. Somnium non est passio sensus exterioris. **¶** Nam sensuum exteriorum officia sunt sua propria sensibilia percipere, ut officium visus est percipere colorem/ auditus sonum. Praeterea & sensuum

23
24
25
26
27

exteriorum præcipue visus & tactus & sensibilia communia ut numerum/magnitudinem/figuram/motum & quietem discernere. At dormientes/omnes sensus exteriores ligatos & suis officijs destitutos habent: ut prius dictum est. Somnia autem solū dormientibus accidunt: igitur somniantes habent sensus omnes externos a suis operationibus impeditos. Itaq; somnia/exteriores sensus minime passiones sunt. **¶ Tertia conclusio.** Somnia non sunt intellectus partis operationes. **¶ Primo.** Quia somnians nō equum/so- lum/aut hominem/aut cuiuscūq; rei solam rationem abstracte apprehendit: sed concrete hominem quantum/album/pulchrum/ quemadmodum sensus exterior illa prius apprehendit. Intellectus autem non coniuncte hoc pacto & concrete suapte natura intelli- git: sed abstracte absolutas rerum formas & rationes cognoscit: nisi forte in sensus exterioris presentia qui in somno impotens factus est. Intelligens enim propositiones homo est albus/homo est magnus/homo est veniens: nunq; veras esse indicabit aut fal- sas: si carum res sensu non percipit, quia ad discernendam earum veritatem aut falsitatem/serendumq; de illis iudicium experimen- to sensus indiget. In somno aut videtur aspiciere hominem album/ambulantem/aut equum currentem/perinde atq; vigilarem: igitur in somnia intellectus partis minime sunt passiones. **¶ Secundo.** Præter sensualia phantasmata quæ in somno nobis obijciun- tur: simul & alia quedam intelligere solemus, quemadmodum circa ea quæ in vigilia sensu exteriori percipimus: simul intellectu consideramus nunc consimiliter nunc vero dissimiliter. Siquidem multi præter in somniū & sensualia quæ apparent phantasma- ta: aliquid intelligunt, ut manifestant hi qui cum primum experrecti fuerint: curant præteritum revolvere somniū / quo rei si- mul cum somnio intellectus memores reddantur. Ut si cui dormienti videatur inventus esse thesaurus: simul sepe numero intelli- git illud esse somniū / & memoratur se alio quidem tempore simili somnio fuisse illud, nulla autem virtus proprias simul operationes corrigit / & falsas djudicat: igitur in somnia non sunt intellectus partis operationes / immo neq; quicquid in somno percipitur in somniū est. **¶ Nam** intellectus operationes ut compositiones/divisiones & ratiocinationes in somno (ut plerumq; visu venit) factæ in somnia nō sunt. **¶ Tertio.** Quodcumq; intelligimus: nos intelligere cognoscimus & scimus / vna quidē eadēq; virtute qui intellectus est. Sed non quando cumq; somniamus: cognoscimus esse somniū / sed tunc solum cum mens ad huiusmodi operationem sensualem considerandam se converterit. Alioquin videtur esse sensus exterioris operationes & in vigilia factæ. Quia si cognoscimus esse in somniū: non id per eam qua somniamus virtutem sed superiorem fit: quod cum intelligimus: minime con- tingit. **¶ Quarto.** Sicut cum vigilamus: per egritudinem decipimur de sensibilibus: ita cum dormimus: per somnia ludimur. At cum per egritudines fallimur / non id facit intellectus. Ergo neq; cum dormimus: per intellectum somniamus. Et sicut vigilans sa- nus iudicat solem esse pedalem sensurita dormiens per somniū idem solem pedaneum iudicat. Sed vigilans per intellectum non delucitur neq; ipsum solem esse pedalem discernit immo tota terra maiorem / sed hoc fit virtute sensu interiori quæ absq; exte- riori visione/auditione/odoratone/vsum & operationem non habet. Et hæc imago virtus prius dicta est: eadem re ipsa cū sentiendi virtute / & sola ab ea ratione discrepans, igitur in somnia intellectus partis operationes non sunt. Quare quod prius di- ctum est in somno scilicet nos nihil sentire: non vniuersaliter omnino & simpliciter de quocumq; sensu intelligi debet / sed solum de exteriori. Nam interiore visu/auditu & cæteris sensibus in somno sentire contingit (ut visus exterior sua percipit sensibilia) & quæ sentit ut sibi presentia & quasi assensu conspicere. Exteriore autē sensu minime in somno sentire contingit: quemadmodū vigilans & exteriori sensu hauriens sensibilia/percipere dictus est. Et plerumq; intellectus id quod somnio apparet/falsum esse dicit: & in- dicat nos falli. Aliquando autem dormiens inveniit operationem circa somniū non habens/solum apparens phantasma sequitur: & tunc non dicit esse somniū/neq; se falli iudicat. **¶ Quarta conclusio.** In somnia sensu interiori sunt passiones: non quatenus est sensitiva/sed ut imaginaria sive phantastica. **¶ Primo.** Quia somniū est passio virtutis cognitivæ: & non sensitivæ exterioris ut probavit secunda conclusio/neq; intellectus ut probavit tertia: igitur est sensitivæ virtutis interioris quæ eadem ima- ginaria est. Dicitur enim in contemplationibus de anima phantasiā actualem atq; imaginationem esse motum/operationemq; quæ fit a sensatione exteriori. Et quia eadem numero sit virtus sentiendi interior & imaginandi: rationes tamen sunt diversæ. Nam sentiendi virtus diciturq; sensus operationes faciat/sensibiliaq; percipiat/imaginandi vero: q; rei prius perceptæ imaginē/speciemq; retineat quæ rem absentem dinoscit: ut in libro de anima sufficienter dictum est. **¶ Secundo.** Cum in somniū semper supponat so- num: rationabile est somniū ad eandem potentiam pertinere ad quam pertinet & somnus. At somnus sensitivæ partis est passio: igitur & somniū. Et illud de generali sentiendi virtute communis, dictum intelligatur: nam non eiusdem particularis virtutis sensitivæ sunt somnus & somniū. Et quia somniū/imagō quedam & sensuale phantasma esse videtur: quandoquidē nihil aliud est q; phantasmatis apparitio facta in somno/sive simpliciter sive quodammodo facta: somniū sensualem partis est passio/non qua- tenus sensualem est: sed quatenus imaginaria sive phantastica. **¶ Quinti capituli nota.**



¶ Vintum cap. continet quinque conclusiones, & sex signa ad secundā. **¶ Prima con-** clusio. Quodlibet sensibile genus: unde somniantes possimus præstare. **¶ Nam** eo- rum passiones & formæ non solū dum in prospectu sunt in sensoris habentur ima- pressæ: sed & sensibilibus ipsis sentientibus atq; absentibus, quemadmodum cum quis alterum pellit: quod pulsum pellit alterum, & ita quousq; ad unū pertingatur quod pellitur & non pellit, ut liquido conspicitur in aquæ motibus & aeris, & sicut in al- teratione calefactum/propinquum calefacit: quod quidem calefactum alteri suum calorem inducit: quousq; decumbatur ad vnum quod tantum calefiat, ita fit in sen- su hoc primum pellitur/ut medium, hoc ut fortis prominens sensus, hinc interius sensuale sensorium, vbi rerum (quas exteriori sensu hausimus) simulachra/affixa atq; impressa sunt: cuiuscumq; sensus extiterint, quodlibet igitur sensibile genus unde somniamus præstare potest. **¶ Secunda conclusio.** Non modo sensuales formæ in centrali & interiore sensorio sensibilibus abijunctis affirmatæ manent: sed & aliq; diu in exterioribus sensuum officijs etiam spūs absentibus saluantur. Huius rei multa sunt argumenta. **¶ Primum.**


¶ Primum. Cum quid attentissime obtutus fueris: si alio visum deflexeris / reattentiuscule visa spes- cies oculum comitatur. **¶ Secundum.** Si a sole ad tenebras te converteris: plerumq; cæcutis / primum cæ- nere impotens. In causa enim huiusce rei est impressa remanens lucis imago. **¶ Tertium.** Si diutius in- tenta lumina præcandide rei aut viridi defixa teneris: ad quodcumq; permutabere / concolor aspicietur. **¶ Quartum.** Si ad aliquod præfulgidum ut illustre solare iubar oculos intenderis: primum reluctantes acies lucem qualis est intuentur / mox permutatur in puniceum: deinde in purpureum / postremo in nigrum quousq; exolescat atq; vaneat. **¶ Quintum.** Qui in fluminibus celeri puppe intuehantur: quies- scentia moveri iudicant: & ita qui vertiginis / circosq; ducunt. **¶ Sextum.** Excellens præualidusq; so- nus furdastris efficit: & præpotens odor / diutius olfactum impotentem reddit. Hæc itaq; signa argu- mento sunt: sensibilia abijuncta aliquandū in sensibus sibi vindicare virtutem. **¶ Tertia.** Sensus/ parvorum sensibilibus differentias cito perferunt, & non modo aliquid intus operatur: verum etiam aliquid extra agit. **¶ Nam** patitur ut specula: quæ citissime obiecta simulachra recipiunt. Et quod extra agit / hoc satis esse posset argumentum: q; mulier menstrui tempore speculum aspiciens protinus ipsum inficit: & veluti nubecula sanguinea illius nitorem obducit, q; si speculum novitium fuerit: non facile abstergitur, sin vetus: delinitur facile. Et si causam huius requiris / hoc ideo evenit: q; tem- pore quo menses patimur (patuntur enim viri suo modo ut mulieres) lumina ut reliquæ corporis partes afficiuntur: q; maxime porulenta/venulentaq; sint. Eo quoq; genitalis profluvii tempore (quod inflammatione sanguinea solet contingere) si speculum inuisimus (prius tamen confuncto aere infe- cto: qui inficit propinquum vsq; ad allinitum / coniunctumq; speculo) speculum inficitur. Sed in viris obscurum discrimen est: q; non polluitur speculum quod euidens sit/semensq; masculi candidum sit & quasi speculo concolor: elutecula tamen adumbratur / mulieris autem / sanguini concoloratus. Idcirco macula euidens & rubea: ipsius extinguit nitorem. Quod si speculi planities polita / pura & tersa sit: maculam fortiter monstrat. Mundum enim sincerum & purum: quicquid exceperit / conspi- cum facit, quemadmodum mundissimæ vestes citissime inquinantur. Et quod planum fuerit: maxi- me attingitur / attingitur / aspergitur / profunditur: quod purum & mundum in profundum admittit. Hinc speculis novis inductæ maculæ aboleri nequeunt: plana enim sunt / pura / tersa, veteris autem fa- cile delentur / quod non ita alte insiguntur: neq; permaneant in profundum. Neq; mirandum est si dixerim sensum ut visum non modo patia parvis etiam sensibilibus differentis: quemadmodum san- notum est / sed & extra agere. Nam visus est de numero fulgidorum. Arguit autem vel manifeste extra: fulgida, & non modo illa: sed in vnguentis consimile perspicitur, oleum enim quod in ipsis conficien- dis miscetur: facile insectorum capessit odores. Et vini mira natura est ad se alienos trahendi sapore: non modo rerum in ipso forte corrigendo insectarum / sed & earum quæ ad dolsa extrinsecus assuataq; iaceant. **¶ Quarta.** Qui affectu aliquo / perturbationeq; aguntur: facile circa sensibilia oberrant & decipiuntur. **¶ Hoc** ostendunt meticulosi / qui levi similitudine hostes formidat: & qui quæ timent / videre videntur, hoc amantes: qui leuiter videre suspicantur quod amant, & quo quis hoc affectu / perturbationeq; strictus tenetur: eo minore similitudine in errorem trahitur. Et ita in ira / odio / & cæteris appetitus perturbationibus evenire contingit. Hinc febrientes interdum portentosa animalia in parietibus a modica linearum protractione videre se putant. **¶ Quinta.** Pro qualitate perturbatio- nis atq; morbi: hic error maior / minor est. **¶ Nam** qui leuiter præmuntur: quæ videntur videre / falsum esse iudicant, qui vero grauiscule tentantur / morboq; accumbunt: visis assensionem adhi- bent / & grauis errant. Et hoc evenit quia non vna tantum iudicandi vis nobis inest: sed insunt geminæ / mens quidem primum tenens: & sensus vnde nascitur imaginatio, cutus rei hoc iudicium est / q; sensus sol apparet pedaneus: sed ratio (quæ intus est) aspectum corrigit: maiorem esse solem q; vt videatur dictas, sicut tactus vnū esse duo iudicat: visus autem dignior. (Estq; enim visus dignior ta- ctu) iudicat esse vnum. Si itaq; vna tantum esset potentia quæ de omnibus iudicium proferret: non pos- set sol non tantus putari / q; tus videtur. Et si esset solus tactus: vnum / duo esse sine contradictione vi- deretur. Sed superiores / optimioresq; exquisitius iudicant & coarguunt cæteros. Et causa iterum er- roris & decipuli est: q; non sensibilia solum cum moueantur / sed & quiescentia (quod tunc spūs in nobis sensus mouentur) moveri videntur, quemadmodum litus nauigantibus videtur moveri & recede- re: dum visus ab alio impellitur, modo tamen mens sana sit: plane litus non moveri iudicamus / er- roremq; sensus deprehendimus, morbi tamen plerumq; vsq; adeo valde afficimur: vt mens atq; ra- tio errorem sensus sequatur, quod in delirijs & mente captis accidit.

¶ Vinti capituli prima conclusio. Quodlibet sensibile ut color/sonus/odor/sapor/tangibile/speciem præstat a quo somniū fieri potest. **¶ Nā** cuiuscumq; sensibilibus species & similitudines non solū in sensu interiori organo sunt impressæ: quando ipsa sensibilia assent presentia: verū etiā & quando ipsa sensibilia absentia sūt & a sciēte seiūcta. Quodmodū enim manus primū pellēs/pel- lit baculū: q; pulsus lapide pellit/lapis vero pulsus pellit aerē/qui vltius alterū nō pellit: q; in aeris & aque motibus liquido cōspicitur. Et sicut in alteratione ignis primū calefaciens calefacit aerē/aer calefactus vestē/ & vestis hominē/q; tantū calefit & nō calefacit. Ita primū sensibile ut color primo mouet mediū/q; vltius mouet exteriori sensū organū/dēinde sensū exteriori interiorē

simili afficit imagine. Interior autem vterius alterum non mouet: in quo omnium rerum exteriore sensu perceptarum affixio
 nent se impressae imagines: cuiusmodi etiam exterioris sensus fuerint: igitur quodlibet sensibile aliquid a quo somnium fiat exhibet.
 Secunda conclusio. Non solum rerum sensibilibus species absentibus in sensus interioris organo manent formatae:
 sed etiam in exteriorum sensuum organis aliquandiu absentibus praecipuis sensibilibus saluantur. Huius multa sunt signa.
 Primum. Quando quis aliquid cum magna attentione conspexerit: si ad aliam partem oculum conuerterit: rem illam ad huc cerne
 re videtur: quae rei vera species in oculo maneat superstes. Secundum. Si quis se a sole ad tenebras conuerterit: interdum offuscatur
 oculis: et res praesentes cerne nequit. Cuius rei causa est lucis imago in oculo impressa et absente lucido remanens: quae cum ves
 hemens sit: prohibet minores colorum species recipi ab oculo: et res assantes videri. Et hac de causa ex magno lumine in minus des
 ueniens: alios in minori lumine consistentes videre nequit: contra tamen ab eis videtur. Tertium. Si diu teneantur oculi rei candi
 dae aut viridi intenti: ad quamcumque alteram rem deinde conuertantur: illa aut candida apparebit aut viridis: propter seruata
 in oculo speciem. Quartum. Si ad aliquid valde fulgidum ut solis lucem oculi conuertantur: primum inualidae et tremulae
 oculorum acies lucem qualis est conspiciunt. Denique quia paulatim debilitata est eius species: permittitur in puniceum: deinceps in
 purpureum: et denique in nigrum: quousque tota dispareat seruata species et euanescat. Quintum. Qui in gyrum vertunt domos: terram et denique seipos circula
 riter rotari iudicant obseruatam in visu motus speciem. Velocitas enim motus ad fortiorem facit impressionem sicut qualitatis in
 tensio: et tarditas motus ad debiliorem sicut qualitatis remissio. Sextum. Excellens et vehemens sonus auditum reddit impo
 tentem: et grauis odor olfactum: quia remanentes in oculo vehementiores species impediunt aliarum specierum visibilibus susce
 ptionem: perinde atque excellentius sensibile: alterum minus excellens impedit: videri simul. Haec itaque signa ostendunt in exteriorum
 sensuum organis sensibilibus species ipsis etiam absentibus aliquando tempore perdurare. Tertia conclusio. Sensus pariorum
 et non vehementer excellenterque mouentium sensibilibus differentias facile sentit: et non solum aliquid intra se suscipit: verum
 etiam aliquid extra mittit. Nam sicut specula rerum obiectarum imagines recipiunt: ita et sensus sensibilibus. At specula cla
 ra facilius praesentium imagines suscipiunt: igitur et sensus sensibilibus. Quod sensus extra agat patet, quia mulier eo tempore
 quo menstrui humoris patitur profluuium: si speculum aspexerit: ipsum inficit et macula sanguinea illius nitorem obrubi
 lat. Quod si speculum nouum fuerit: non facile huiusmodi macula abstergitur. Si vero fuerit vetus: deponitur facile. Quod enim
 nouo insidet: tenacius haeret et diutius: quod antiquo debilius. Et causa huius est quia eo tempore quo viri (qui aequae mulie
 res huiusmodi patiuntur menstruum profluuium) hac passione afficiuntur: lumina tali humore (ut et reliquae corporis partes) of
 funduntur: quia maxime porosa sunt et paruis venis abundantia, et tunc si speculum aspiciunt: ei maculam inducunt: prius
 tamen aere coniuncto oculis infecto: qui vterius propinquum afficit: usque ad aerem speculo proximum. In viris tamen non leuiter
 haec macula internotatur: quae eorum humor sit candidus et eiusdem cum speculo coloris: ipsum tamen subobscura quodammodo
 do caligine obducitur: ut as aut stagnum digito contactum seruat in se digiti vestigiū. Mulieris autem humor eundem cum
 sanguine colorem participat: quare macula conspicua est et euidens: speculi candorem offuscatur. Quis si extrema speculi plani
 ties munda sit et nitida: maculam euidenter ostendit. Mundum enim si quid contaminationis accipit: illud conspicuum reddit:
 quare mundissime vestes qua inquinatae sunt maculam clare demonstrant. Speculum autem planum et partes omnes in rectum
 facientes habens: maxime omnium ex parte attingit et afficitur: quod autem purum est et mundum: profundius quicquid acceperit
 et diuturnius seruat. Hanc ob causam maculae nobis inducunt speculis abstergi non possunt quia plana sunt et munda. Vestibus
 autem speculis inducuntur maculae facile delentur: quia non ita profunde insiguntur neque tam diu permanent. Neque id mirum videri
 debet quod sensus ut visus non modo paruas discernit sensibilibus differentias: verum etiam extra agit. Nam visus est de numero sulo
 gidorum: fulgida autem manifeste extra se agere conspiciuntur, et non modo fulgida: sed et vnguenta extra se agunt. Nam
 oleum quod vnguentis permiscetur: facile illorum capessit odorem. Et vinum vel maxime alienos ad se trahit saporis: non solum
 rerum ad ipsum corrigendum impostarum: verum etiam extrinsecarum quae dolis propinquae iacent. Quarta conclusio. Qui
 affectu aliquo sensuali perturbantur: ut ira amore timore aguntur: circa sensibilia decipiuntur. Et id manifestant timidi qui leui
 occasione ut strepitu aut agitatione venti hostes adesse timent: et quae metuumt: videre videntur: cum tamen non videant. Hoc
 etiam ostendunt amantes qui leuiter se videre suspicantur quod amant et ipsi sibi somnia fugunt. Et quanto vehementius quis affe
 ctione: passioneque animi detinetur: tanto minori similitudine et leuiori occasione trahitur in errorem. Et ita in ira euenit: ob quam
 quis alterum odio prosequens et illum adesse credens cum sit aliustem inuadit plerumque et obtruncat: deceptus falsa imagine
 sensus. Ita et de ceteris passionibus cum moderate non sunt: et intra rationis limitem reducunt. Hanc ob causam febre correpti
 monstruosa plerumque animalia ut gigantes et ethiopes in parietibus videre se putant: ob modicam linearum protractionem.
 Quinta conclusio. Secundum qualitatem perturbationis: et agritudinis: error circa sensibilia aut maior aut minor est. Si enim
 maior fuerit perturbatio aut agritudo: maior est error. Si vero minor: et minor. Qui namque minus affectione animi morboque ve
 xantur: id falsum esse per intellectum iudicant quod videre putant. Nam in eis intellectus non trahitur sensus erroris: sed superemi
 nens ipsum corrigit. Qui autem grauius passione animi aut morbo affliguntur: his qui videre putant intellectu assentiunt: et talia
 esse iudicant quae eis apparent: quia in his intellectus non emicat supra sensum: sed errore sensus trahitur. Et id euenit quia non so
 lum una iudicandi vis nobis adest sed duo: scilicet sensus et intellectus. A sensu quidem nascitur imaginatio cui sol apparet pedo
 lis: sed mens natura dignior et perfectior sensum corrigit: ab erroreque retrahit: iudicans solem esse maiorem quam apparet: quemadmo
 dum tactus: quod unum est iudicat esse duo. Visus autem tactu dignior ipsum corrigens iudicat esse unum. Quod si corporeorum
 sensuum vnus alterum corrigit: quanto magis intellectus suapte natura emendat erroris sensus. Itaque si vnica esset potentia quae de omnibus
 iudicaret: deberet profecto sol tantus putari quantum apparet. Ut si esset solus tactus: quod solus vnus est: duo esse sine contrario oppositoque
 alteri sensus iudicio putaret. At superiores: perfectioresque virtutes exactius iudicant: et eas quae imperfectiores sunt emendat et corrigunt.
 Praeterea aut interdum circa sensibilia contingat errare: et haec adduci causa potest: quod non solum sensibilia cum mouentur: visio

dentur moueri: sed etiam cum quiescant: et sensuum organa mouentur. Ut nauigantibus apparet litus moueri et arbores: cum vis
 sus ab aliquo afficitur. At quidam mens sana est: iudicans litus non moueri: tametsi id videatur: et errore sensus diuincimus. In
 terdum vero vis quaedam valide morbis homines grauatur: ut intellectus errorem sequatur sensus: ut in amantibus accidit et
 deliris. Sexti capitis nota. Ramula parua rana.

33
34
35
36
37



Uertium cap. continet quattuor conclusiones, definitionem somnii: vnam questio
 nem et eius solutionem post quartam. Prima conclusio. Non modo praecipua sensu
 tiendi vis simulachris in vigilia feritur: sed et impensius et quoquo pacto acrius
 feritur in somno. Nam in luce et vigilia multa obsistunt, ut valentiores exteri
 rum sensuum opere: et mens variis obruta cogitationibus. Paruus enim ignis lus
 ce maioris offunditur: licet ita et egritudines modicas: maiores offuscant. Nocte
 autem ipsis quiete solutis haec cessant obstacula: et particulares sensus impotentia
 sentiendi ligati a suis desistunt officis. Et calore ad intima reuocato et ad sentiendi
 di principium: et in turbatione paulisper sedata: se in columia etiam parua simulachra primati sensuum li
 quido promunt atque demonstrant. Secunda. Interdum in somno limpida fiunt somnia: interdum
 turbulenta et distorta: interdum vero nulla. Nam primum edita in lucem ut infantes: et statim assum
 pto cibo non somniant animalia: quod multa tum agitatio: motioque fiat propter alimentarium vaporem. Et
 quemadmodum aqua veociter mota nullam reddit effigiem: aut si reddat: distortam vsque adco ut alia vi
 deatur esse quae sit, si vero quiescat: in columis imago atque pura redditur, ita in somno visa et motiones ali
 quando omnino non visuntur: quod multo fluxu alimonie obruuntur, aliquando vero distorte et monstru
 se cernuntur: quod motus nondum plene et sincere quiescerint, aliquando terribilia somnia et quae mentu
 excruciant affurgunt: ut melancholicis: temulentis: et febrientibus, quod huius generis morbi: spiritus et
 vaporulenti sunt: multum liquidem facientes motum et turbationem. Simulataque vero fluxus istitur et
 sanguis discretus est: aut quod sanguis vicarium est: simulachra sincera et pura se sensui proferunt: et sunt
 distincta: digestaque somnia. Et sicut in fluminis parua sunt vertigines: et ab vna in alteram longo tractu de
 curritur, si quod autem offensaculum obutum sit: in alias scinditur: dissultat: dissoluiturque figuris, ita
 ex vna imaginis motione curritur in alteram: et ex illa in aliam: donec ad vltimam illius seriei ventam
 imaginem. Quod si offensaculum intercedit: in alias labitur imagines, atque ex vna visione vagamur in alia:
 contingitque hoc pacto multa variaque in somno visa decurrere. Tertia. Si non esset in nobis particula
 ea (quae somniamus) superior: semper in somno falleremur. Nam quae a visu delata sunt iudicat videre: et quae
 ab auditu audire: et ita de aliis sensibus: quae ab ipsis ipsis propagantur motus, p inde portio eius quae factorie fer
 uit: rem vnam iudicat esse duas: et portio visuali respondens ut vigilas obsistit: obtestas re esse vna quae dicit
 videatur. Ita nisi superior virtus ut vera arbitra contraret: obtestas continenter nos non videre: audire: iudic
 are: ceteris sensibus sequentes semper falleremur. Quaeque enim sensus a portat: tale a primo sensu iudica
 tur: habetque. Quarta. Sicut vigilantes ob perturbaciones falli contingit: ita et nos semper in somno falli
 mur. Quia in somno calore multo reciproco ad cor: factorum sanguine: sunt sensuali simulachrorum circa
 ca sensum motus: quorum quidam haec actu sunt: quae actu se proferunt: haec vero potentia: quae maris non dicit
 sensum cient: ac efficiunt: serie sua tandem sensum motura. Quemadmodum ranula delitentes: his
 quato sale se foras proferunt: emerguntque: haec post illam: ita et ea cient sensu quae potentia insunt. Et amos
 to quod obstaculo erat: sensu mouent. Et a modica similitudine somniantes: hoc pro illo iudicant: us. Nisi
 mirum igitur si ut vigilantes ob perturbationes fallimur: ita quoque somniantes in somnis illudamur.
 Et somnia per similia sunt nubeculae: quam nunc ante oculos in hominem transformari fingis: quae illa
 co apparet Centaurus: sed in omnimodas consequenter transformet figuras. Et sanguine puriore fact
 o et residentibus motibus: in somnis non assentimus. Sed inspecto simulachro: arbitramente iudica
 zamus: hoc est quale Choriscus: sed non est Choriscus. Si vero mens obruta fuerit: solum ut sentientes
 iudicamus: verumque esse (quod cernitur) videri facit somni potentia. Et licet cum quis oculo digitum
 admouet: res geminae apparent, et si non praesentit: duas esse putabit, si autem et res et digitus oculo
 moto admotus non lateat: duo apparent: sed non tamen duo esse putabit, ita dem mente non aduertente
 sensus in somnis trahitur: et somnia esse latent: mente tamen aduertente et se dormire cognoscenti: vis
 dentur quidem esse quae in somnia monstrant: non assentit tamen, ut apparet praesens esse Choriscus: ita
 dicat tamen non esse Choriscum. Et recte deprehendere in somnia motus esse: in sensu non est diffi
 cile. Nam sepe nobis (excussis somno) expergefactis motiones quae nos quiete solutos lacebant: se
 quuntur vigilantes: videmurque similia ante oculos intueri simulachra. Et pueris ex somno plane vigi
 lantibus: aspectantibusque: videntur in tenebris variae imagines passim vagari: ita ut saepius illi exterriti
 auxilium acclament: et expancetes: in strato sese occultant. Ex his facile est quid sit somnium: ratione co
 cludere: talisque ei aptare definitionem. Somnium est phantasma aliquod in somno apparens: imo a motu in
 existentium seruaturumque simulachrorum in somno facta apparitio. In somno quidem dico, nam
 quae paulo ante discussis a somno apparere dicebamus: et terribiliter illa vigilantium puerorum: som
 nia non sunt, neque quidem omne in somno phantasma apparens: ut semiuigiliabus: semiquisopitis somni: ut
 galli cantus: canu latratus tenuiter auditi, quae quidem somnare putantes: inueniunt ita esse, et debilitate pspice

Et lucernarum lumen: quod oculis apertis ita esse vident/cum dubii essent an somnio iudificarentur. Et contingit interrogatos respōdere, & hę profecto apparitiōes somnia nō sunt: neq; hi plane dormiunt aut vigilat. Sed plene dormientium insomnium est ab inexistentibus phantasmatibus/domesticisq; & quę illis ex præterito immanerunt, ita in semisopitis ab ipsis insomnium nasceretur: si quicq; somniare dicantur. Phantasma quidem diximus. Nam non quicquid in somno apparet: insomnium esse potest. Apparent enim in somno verę intelligentię: & absq; aliquo phantasmatis motu. **¶** **Q**uestio. Cur sint qui nunq; quicq; somniant in vita? & sint qui ad multam etatem nunq; somniant. **¶** Eadem causa id facit: quę & infantes facit vt non somniant: & ceteri statim sumpto cibo. Nam qui natura tales sunt vt multos alimentorum fluxus & refluxus toto somno & tota vita sustineant: non somniant/neq; ip'sis phantasma vllum apparet. **¶** Qui vero ad aliquam etatem id sustinent: id etatis non somniant. Et si illo etatis peracto quietiores fiant: & motibus in somno/simulachrisq; prodendis nulla obsistant: hincinde somniant, & quibus his contrarium accidit: & insomnis agi opposito se habent modo.

¶ **S**exti capitis prima conclusio. Non modo vis sentiendi interior in vigilia speciebus sensibilibus mouetur: verum etiam vehementius & perfectius in somno. **¶** Nam in vigilia multa sunt obstacula/interiorem sensum ne clare species sensibiles apprehendat impediant: scilicet fortiores sensuum exteriorum operationes: & varię mentis cogitationes. Maiores enim motus impediunt minores: vt parvus ignis luce maioris obscuratur & maiores leuitia vel aegritudines: impediunt minores percipi. At nocturno tempore animalibus somno euictis: hæc cessant impedimenta, nam particulares/exterioresq; sensus impotentes sentire/a suis operationibus desistunt: & diuersę animi cogitationes sedantur. Sicut enim quis intenta habens lumina ad ea perspicenda quę sunt extra domum: minus ea potest prospicere quę sunt in domo. At simulatq; se reuocavit in domum: quę intus continentur attente videt. Sic animi sensibilibus exteris hauriendis occupata: quę intra se habet rerum simulachra minus perspicit. At vero cum se ab exteriorum perspectione retraxerit (quod in somno fit) diligentius in sensus interioris organo seruatas cernit imagines. Tunc enim sedata perturbacione/etiam parua simulachra se salua & integra sensui primo/præcipuoq; (qui interior est) ostendunt. **¶** **¶** **T**ertia conclusio. Interdum in somno clara admodum sunt somnia/interdum turbulenta & obscura/interdum vero nulla profusa. **¶** Nam animas ita primū in lucem edita vt infantes non somniant, quia in etatis puerilis initio/multa est vaporum ab alimentis (quę plura sumuntur) & exinde pueris scabies in capite: & consimiles superfluitatum a natura expulsiones accidere solent) separatio & comotio somnia impediens. Similiter animalia sumpto cibo dormientia non sanam somniant: quia tunc multa fit agitatio ob vaporē a cibis expirantem. Vt enim aqua velociter mota/nullam clare ostendit imaginem. Nam motus d'sturbatio/exteriorum impressionē impedit: aut si quam reddat imaginem/eam vsq; adeo extortam reddat: vt alia videatur esse imago q̄ sit. Quod si aqua quiescat: integra imago & sincera ostenditur. Ita in somno rerum simulachra interdum omnino non videntur: quia multa alimentaris vaporis agitatione obmutilantur, aliquado vero distorta & abrupte cernuntur imagines: quia motus vaporum nondum perfecte quiesuerint. Aliquando vero terribilia occurrunt somnia: & quę metum dormientibus inserunt/vt melancholicis, qui similia his quę eorum contemperamentum principaliter habent/somno conspiciunt: vt mortuos/executionis vita defunctorum/larvas terribiles, sicut cholericis deigne & incendijs/sanguinei de acris: & flegmatici de aqueis: vt casu in aquam natatione somniant. Febriles autem quia simulachra videt per humorem a calore febrili secretum: & obducentem sensus interioris organum: horrenda interdum somnia videre videntur, facit enim humor ille alienam rei apparentiam: vt argentum viuum speculi vitro suppositum/aut fumus inter rem visam & oculum videntem interpositus. Sic & temulentis ob multitudinem humorum a larga humoris copia expirantium diuersis agitantur insomnijs. Et summum morbi omnes qui spirituum copiam & vaporum habent: multum idcirco motum & turbacionem facientes: varia inducunt somnia. Sed cum primum fluxus ille humorum quiescit: & sanguis purus ab impuro discretus est/aut saltem quod est sanguinis vicarium: simulachra integra & clara se sensui offerunt interiori / & sunt d'stincta perfecta q; somnia. Et sicut in fluminis iniectione lapilli motis parue sunt primum vertigines: a quibus deinde maiores surgunt/ sicq; ab vna in alteram longo tractu fit derivatio & decursus. Quod si aliquod occurrat offendiculum/ in alias diuiditur figurat. Ita cum somniamus/ex vna motione imaginis in alteram subinde deuenitur: & ex illa iterum in alteram/ quousq; secundum consequentiam ad vltimam illius ordinis veniatur imaginem. Et hinc operationes quę in somno nobis apparent: continue & consequenter fieri videntur. Quod si intercedit obuium aliquod obstaculum: in alias qui somniat labitur imagines, vt si per viam ambulare visus offendat clausum transitum: videbitur illic inuenire quempiam sibi notum quem alloquetur/ & aliud secum negocij dimissa ambulatione traclabit. Et sic ex vna visione somniantes/ in aliam labuntur. Et contingit hoc pacto multa / diuersaq; in somno sensualia simulachra serie quadam percurrere. **¶** **¶** **T**ertia conclusio. Si non esset in nobis potentia / dignitate vir tuteq; vim sentiendi interiorē qua somniamus excedens: semper in somno falleremur. **¶** Nam vis sensitua interior: non se potest supra suam operationem reflexere, idcirco non potest indicare id quod in somno apparet esse insomnium/ sed indicat illud esse operationem sensu exteriori in vigilia factam. Itaq; si non esset in nobis intellectus superior iudicans illud non esse exterioris sensus operationem in vigilia factam/ sed somnium: semper falleremur, vt & bruta suis semper insomnijs luduntur: intellectus sunt expertis. Præterea vis sentiendi interior/ quę a visu exteriorē ad ipsam perlata sunt: indicat se videre/ & quę ab auditu: audire/ & ita de alijs quia ab ipsis exterioribus sensibus/ interioris virtutis sensitua motus incipiunt & operationes. Et sicut tactus vnam rem indicat esse duas: quo nisi esset superior sensus exterior/ semper falleremur. Sed eo perfectior visus obsistit iudicio tactus: indicatq; rem tantū vnā esse/ quę duę videntur. Ita nisi superior virtus/ intellectus inquam vt verus arbiter: sensus interioris iudicio contrariet iudicans nos non viderem/ non audire exteriorē sentiendi virtute: interioris sensus iudicium sequentes/ semper deciperemur. **¶** Nam quaecumq; sensus exterior afferit: tale a præcipuo intimoq; sensu iudicatur. **¶** **¶** **Q**uarta conclusio. Sicut vigilantes ob perturbaciones interdum falluntur: ita & dormientes sepe numero in somno falluntur. **¶** Quia in somno cū multus calor ad cor reuocatus fuerit & sanguis factus ex alimento: sunt sensualia specierum in sensus interioris organo apparitiōes, quarum aliqua actu sunt quę actu aliter sensum mo-

Somnia secū
dū complexio-
nes curariati.

38

33

34

35

36

uent/aliquę vero potentia quę organo sensus interioris inexistētia ad huc sensum non mouent: suo tamen ordine tandem mouebunt. Sicut rane in stagno demersę/ latentq; in suo sale eodemq; liquato se extra produunt/ exeruntq; caput aquis vna post altam: ita & simulachra in sensu interiore seruata alternata serie sensum mouent/ amoto prius illo quod obstaculum inferebat. Quare vt vigilantes interdum decipiuntur/ sic & dormientes insomnijs. Et quemadmodum si in vigilia apparet homo: deinde oculis parumper deflexis & illo nube obducto aut ablato: in eodem loco apparet equus/ postea eodem in loco canis: videretur ex homine factus equus/ deinde ex equo canis, sic in sensu interiori vbi prius apparuit imago hominis/ deinde apparet imago equi: & illa duo se continuat/ videturq; imago Cętauri: & consequenter se in multas transformat figuras. Et cum sanguis purior factus fuerit/ motusq; resederint/ insomnijs non illudimur neq; putamus esse talia qualia apparent/ sed mente se conuertente ad sensus interioris operationē/ iudicamus: hoc est Choriſco per simile/ tamē non est Choriſcus. **¶** **¶** **Q**uod si mens ipsa impedita fuerit/ ad somnia non aduertens: aut propter sanguinem nondum discretum/ aut propter motus nondum quietos: per solum sensum de illis ferimus iudicium/ & quod apparet: verum esse putamus. Et quemadmodum si oculo digitus ad motus fuerit: vna res/ duę apparent. Et si prius rem esse vnam non præserit/ neq; digiti admotione id apparere: duas res esse putabit/ & decipietur. Si autem res prius percepta fuerit/ & digitus oculo ad motus persentiat: duę quidem res apparent/ non tamen duę esse putabuntur/ sed vna. Sic mente non aduertente: sensus iudicat ea quę apparent ita se habere/ & non deprehendit illa esse insomnia. At cum mens aduertit & se dormire cognoscit: illa quidem apparent quę ostendit insomnium/ non tamen vera esse putantur, vt videtur esse præsens Choriſcus/ intellectus tamen non inlicit eum esse præsentem. Et sane insomnia quędam esse motiones: in sensibus statim deprehenduntur. Nam motiones quę nos in somno mouerant: consimiliter expectatos interdum mouent/ occurruntq; eodem ordine, vt similia videamur ante oculos spectare simulachra: qualia in somno vidimus. Et pueri vigilantes/ aspicientesq; videntur in tenebris conspiciere horrendas quędam atras imagines: quibus adeo terrentur/ vt auxilium aduocent aliorum: & se in lecto recondant. Vnde nonnulli in tenebris ambulare non audent: quia cum tenebrę natura horrorem incitant & terrorem/ quemadmodum lux iocunditatem & gratiam: cum primum sunt in tenebris habent cogitationes super mortuos aut malas potestates/ & timent tale quicq; offendere: & medica occasione quod timent/ se videre putant. **¶** **¶** **D**iffinitio somni. Somnium est sensuale phantasma in somno apprensū/ hoc est: est a motu inexistētiū & in organo sensus interioris seruatorum simulachrorum in somno facta apparitiō. Et recte adiectum est in somno: quia simulachra quę a somno discussis apparent eo modo quo in somnis apparere visa sunt / & imagines illę a pueris in tenebris conspiciuntur: & eis terrorem incutientes: non sunt somnia/ quia in vigilia apparent. Neq; omne in somno sensuale phantasma apprensū est somnium: nam semivigiles & semisomnes tenuiter interdum audiunt gallorum cantus: aut canum latratus/ putantes se somniare/ & expectati inueniunt gallos cantasse/ aut canes latrasse/ perceperuntq; illa non per inexistētia & seruata simulachra in sensu interiori: sed per speciem susceptam in sensu exteriori/ quare talia non sunt somnia. Et debilitate perspectum lucernarum lumen: quod quis somnians videre se credit/ & oculis apertis non in somno sed exteriorē sensu vidisse se cognoscit/ cum dubius esset an somnio deciperetur: minime in somno apparet. Interdum etiā contingit huiusmodi semivigiles interrogatos recte & apte respondere: quia videntur huiusmodi interrogaciones eis in somno fieri/ & illę sensuales perceptiones: minime somnia dicendę sunt/ neq; tales simpliciter dormiunt aut vigilat: sed inter vtrinq; sunt medię, perinde atq; diluculum aut crepusculum diem inter & noctem medię. Sed perfecte dormientium somnium est ab inexistentibus imaginibus: & intraneis illis ex præterito relictis: ita si semisopiti quicq; somniant (id enim pro vna parte inconueniens non est/ quia sensus ligati sunt: & exteriores actus non respondent phantasmatis) ab inexistentibus & seruatis rerum simulachris & non ab exterioribus somnium fieret. Et dictum est in somni diffinitione phantasma: ex eo q. non quicquid in somno apparet/ in somnium esse potest. **¶** Nam interdum apparent in somno verę intelligentiōes absq; aliqua phantasmatis sensuualis apparitiōe. **¶** **¶** **Q**uestio. Cur pleriq; homines nunq; in vita somniant/ alij vero ad longum etatis spacium vt citra trigessimū annū non somniant. **¶** Respondet philosophus in eadem causa euenire quia dictum est infantes non somniare. & homines tūdem sumpto cibo non somnare: & homines sūpto cibo nō somnare. Qui enim tales sunt natura vt toto vite tempore multum alimentorum patiantur fluxum & refluxum: per totam vite durationem non somniant/ q. semper habeant obstaculum. Qui vero per aliquam etatis partem motum vaporum sustinent per reliquam vero non: per illam non somniant/ per hanc vero consequenter somniant: q. amotum sit somnandi obstaculum. Et quibus accidit toto vite tempore nullos pati vaporum motus: tota vita somniant/ & qui pro maiori etate: pro ea somniant.

Cur non audent aliqui in tenebris ambulare.

¶ Septimi capitis notę.

¶ Borylene/ fluminis Scytarum magnus: quartus ab Istro. **¶** Gades/ insula in extremo nostri orbis: ad occidentem in fine Beticę provincię sita. **¶** Deliquium/ eclipsis/ defectus.

¶ Eptimum cap. continet octo conclusiones, vnam diuisionem ad primam, vnam correlariam ad secundam, & duo ad quintam. **¶** **¶** **P**rima conclusio. Diuisionē esse (quę nobis dormientibus a somnijs contingere solet) neq; pertinaciter obstetendum/ neq; temere assentiendum esse putamus. **¶** Nam omnium fere consensus firmatum est somnia aliquam significationem habere: tanq; fides experientia ducta sit, videntur & quidam diuinare: ipsiq; in somno quędam futurorum prænuncia occurrere, cur & alia igitur somnia significatione arbitrabuntur esse vacua? Sed ex opposito occurrunt nullam causam / nullamq; rationem sufficientē videri: quę sapientem ad id credendum inducat. Tolle enim rationem vnam: qua vel maxime id voluit firmatum videri/ deum scilicet somnia futurorum prænuncia immittere: ceterę inefficaces & infirme videbuntur. Atqui absurdus res est deum immittere somnia: non optimis & sapientissimis/ sed ex legibus/ pessimis: & omnium fere abiectissimis. Alię certę rationes imbecilles sunt. Nam quod dicunt in Borylene & Gadibus quod dā esse qui hoc pacto futura vaticinētur: id adhuc manet

39



veritatis incōperts / mainſq; id eſt q̄ ingenii noſtri vires ſuppētāt. Sed vltimus / ampliuſq; procedamus.
 ¶ Diuiſio. Aut ſomnia cauſe ſunt eorum que præuidentur; vt luna deliquit ſolis cauſa eſt, aut ſigna: que
 admodum luna ſolare corpus ſubintrans / deliquit ſignum eſt. Aut ſunt accidentia: quemadmodum ac-
 cidit me in ambulante ſolis deliquit eſſe. Ambulatio ſiquidem mea: neq; cauſa neq; ſignum deliquit
 eſt, & ob id: nullum accidentium aut ſemper aut multum ſit. ¶ Secunda conſuſio. Quædam ſomnio-
 rum pro cauſa: quædam pro ſigno: quædam vero pro accidente habentur. ¶ Cauſe quidem ſunt inter-
 dum noſtrarum operationum potius q̄ alienarū. Nam ſicut que dudum egimus: per ſomnia ad eundem
 modum perſepe contuemur agere. (Diurna enim cogitata: ad talem motum viam quandam præparant)
 ita eorum que facturi ſumus: plerumq; nocturnis notionibus mens ſimulachris imbuſtur. Somno au-
 tem mox ſoluti: ad tales nos actiones accommodamus: quarum ſimulachris mens ſomno percita fuerit.
 Suntq; nobis viſa hæc: illarum actionum cauſe. Porro ſigna autem nonnulla ſunt. Nam ſidi medici &
 qui paulo peritiores habentur: egrotantium ſomnia diligenter exquirunt: ſuntq; artificibus ipſis ita ex-
 quirentibus & recte philoſophantibus: paſſionum animę aut corporis indicia. Nam interiores motus
 niſi admodum fortes exiſtant: in die & vigilia deliteſcunt. Offundunt enim maiores motus: motuum
 debiliores. In ſomno autem & tacite noctis ſilentio: oſiſit euenit. Et paruę motiones magnę viden-
 tur, multaq; in ſomnis experta: huius rei argumenta præſtant. Nam paruus in aure ſufurrus debiliſq; ſtre-
 pitus auribus acceptus: plerumq; tonitrus eſſe videtur, & modica ſtillante pituita: mel / ſuaueſq; alte-
 rum delibare videtur ſaporem. Et circa corpus modico calore facti: videmur per ignem ambulare: a
 critereſq; flamme perſentire calorem. Experge facti autem: talium motionum ea que dicta ſunt cauſas eſſe
 deprehendimus. Itaq; egritudinum & aliarum paſſionum motiones: ſe magis produnt in ſomno, quare
 opere præcium eſt eas exploratas habere: vt ſint ſigna. Demum accidentia & temere ſunt: quotiens ar-
 dua & ſupra omnem hominis fidem ſomniamus / & cum ea quorum origo in nobis haud quaſi eſt, vt
 in Perſide eſſe nauale bellum, & ſi ita fiat: in ſomnium tamen neq; cauſa neq; ſignum eſt, haud ſecus q̄ ſi
 quem habeo præ oculis mihi præſentem: & cogitem ipſum protinus abiturum / quicquamue factu-
 rum, qui ſi abeat: idq; vt cogitaui faciat: cogitatio hæc mea: neq; ſua abitionis: neq; ſua ita factę opera-
 tionis ſignum aut cauſa ſunt. Ita quoq; neq; hæc in ſomnia. Sed quid enim prohibet (quemadmodum co-
 gitamus plerūq; veriſimilia) & que ita eueniant interdum veriſimilia: & que ita futura ſint in ſomno non
 proſpiciamus? Sed hæc caſu (quod Symptoma dicunt) eueniunt. ¶ Correlarium. Hinc euenit vt ſomnio-
 rum q̄ plurima mendacia ſint. ¶ Nam que caſu ſunt: extra ſemper & frequenter ſunt. Sunt itaq; ſomnio-
 rum hæc cauſe: hæc ſigna: hæc vero accidentia. ¶ Tertia. Somnia non ſunt: q̄ coelitus aliquo inſpirante
 deo miſſa ſunt. ¶ Nam & bruta ſomniant & non alicuius gratia: & indocti & gregarii homines: & vaticina-
 ri videntur futura: vt vel ſic intelligamus illos deo auctore non ſomnare. Item vt vnuiquifq; natura
 blatro / loquaxq; eſt & melancholicus: multiplicibus inſomniis / viſionibusq; vititur, quare mirandum
 non eſt ſi animus tam variis perpulſus aliquando incidat in edicenda veritate aliquorum que futura ſint.
 Quemadmodum qui tota die ſaculantur: aliquando ſignū attingunt / præſentiuſq; ſumunt. Et vt vetere di-
 citur proverbio. Si multa iacias: alia diſpartititer iacias. Si tamen conſequitur quod petit: hoc accidit, ita &
 in ſomniis euenit. ¶ Quarta. Non eſt mirum pauca euadere facta: eorum que in ſomno conſpiciuntur.
 ¶ Nam cum ea ſiant ſomnia: que corporearum affectionum ſigna ſunt: non tamen ſemper ſunt. Vt qui
 ſe ambulare per cenam: aut qui ſe ſuper prunas ire ſomniat: non ſemper a putrido humore aut a febre cor-
 rumpitur. Neq; quocunq; imbrium, aut ventorum e celo conſpecto ſigno: vt coronis circa lunam (que im-
 bres & flatus præſagunt) ſemper inſecuti conſpiciuntur imbres aut venti. Sed ſi alius valentior acciderit
 motus: quicquid nihil indicat: nulluſq; rei ſignum eſt: neq; morbus: ſignū morbi ſequitur: neq; ſignū
 imbris & ſpiritus / vllus ſequitur aut imber aut ſpiritus. Et plerūq; conſilia que bona ratione facta fieri
 expediret: ſepe irrita cadūt dignioribus ſuperuicentibus. Non enim omne ſit: quod fieri debet, neq;
 idem eſt quicquid fieri debere: & futurū eſſe. Et principia plerūq; eſſe contingit: a quibus ſua nunq̄ ſpecta-
 buntur euenta, & ſigna itidem: que nulla monſtratorū probabit ſequela. ¶ Quinta. Somnia quorū prin-
 cipia non habemus: ſed eorum que temporibus / locis & magnitudine ſeuncta ſunt: & etiam nobis vicin-
 itate / ſocietateq; coniuictorū: dummodo principia in nobis non contineamus: ſi quando nobis alicuius
 euentus præſentia ſint / hoc fortuito & nulla ratione nature committitur. ¶ Nam & idem volebat
 Democritus: qui dormientiu animos pulſari cenſet externis & aduentitiis imaginibus: & has ſub noctis
 ſiletio in ſoniis accedere ad homines: & nunciare q̄ præſentiu futura. Et ſi nos talia ſimulachra (q̄ volitare
 vltro / citroq; & vagari per auras poſſunt vt tenues / inaneſq; vmbre) eſſe negemus: cōcedimus tamē nos in
 ſoniis imaginibus / ſimulachriſq; pcellit: principia in vigilia / ſeſuū foribus / aditibusq; hauſiſ. Nec mirū
 ſi nos in ſono pellat. Sicut enim ſi quis aerē aut aquā pellat: pars pulſa ſubinde pellit alterā: & illa aliā / ſitq;
 hoc diutius primo auctore ceſſante / abiuictorq; ita nihil obſtat motus quoſq; nos quieſcentes pelleret: re-
 bus ipſis tum non mouentibus: neq; de foris (vt dicebat Democritus) accidentibus ſimulachris. Et he
 motioes potius noctu aduentiu: q̄ ingruentib; in vigilia valentioribus motibus laceſſunt & diſpereunt.
 Sub nocte autē aer pacatior / ſiletiorq; habet. Proinde in ſono etiā parua ſenſū laceſſunt: & paruos interiores
 motus dormientem ampliuſq; vigilantem ſentire contingit, qui quidem motus / apparitiones faciunt.

46 ex quibus plerumq; futura conſectant. ¶ Primum correlarium. Hinc ſit vt hæc paſſio non modo ſapientiuſſimis: ſed quibuſlibet euentat etiam inertibus atq; indoctiſſimis / qui & ſæpius futura diuinant.
 ¶ Si enim deus immitteret viſa hæc: id ſapientibus concederet, & non modo in quiete & ſomno: ſed in
 terditū & in vigilia. Sed q̄ inertes / indocti & fatui potius prudentibus futura præuideant: hoc eſt q̄ corū
 mens deſerta / cogitationibusq; vacua ſit, prudentium autem & philoſophantium plenus eſt animus: qui
 nunq̄ ſolitariuſq; & ocioſus eſſe ſinitur. Hinc deſertę illę mentes / viſis ipſis agitantur: agitataſq; interdum
 47 futura conſectare contingit. ¶ Secundum. Hęc ſerę cauſa eſt cur quidā mentis exceſſu tentati: futura præ-
 dicant. ¶ Nam cum eorum mens motibus propriis non inſeſtetur / ſed longe abſticiantur: idcirco alie-
 48 nos / exteroſq; maxime excipiunt. ¶ Sexta. De amicis & notis maxime recta ſomniare euenit. ¶ Hoc enim
 49 ideo eſt q̄ amicorum & notorum præcipue / maximeq; ſimus ſolliciti. Et ſicut noti a longe ſeſe etiam intr-
 entes cognoscunt: ita & eorum motus magis cognoscuntur. Notiorum enim notiores ſunt & motus. ¶ Se-
 ptima. Melancholici ad diuinandum & conſectandum futura: propenſioris ſunt nature. ¶ Nam melan-
 cholici venatoribus perſimiles ſunt: qui fera a longe viſa: & telo nondum vibrato / iam iam eſſe pu-
 tant: & eam iam habere priuſq; manibus tollant. Ita melancholici pernicitate animi præcipites antici-
 pant: futuraq; ita conſectant: vt iam fieri factaue viderent, imaginationes enim in ipſis volucres ſunt / &
 vno motu & leui quidem exciti: qui proxime ſunt facile percurrunt. Suntq; furioſorum & Phanaticorū
 motus vt poemata Philæide / que cōtinuata ſerie prodeunt: ac ſi quis venerem a principio diceret: & ad
 exitum vſq; præmeret. Sic enim permobiles ſunt: & properates abſoluunt: & diſtancia iſis (que prope ſit)
 50 copulant / conſectant fortiter que futura ſunt: atq; ſi iam eſſent præſentia. Fortes enim eorum motus: vt
 ab alio ſupprimi / repelliq; non poſſunt. ¶ Oſtaua. Optimus ſomniorum conſector iſt eſt: qui acutiſſe re-
 rum imagines perſpicere atq; diſcernere valet. ¶ Nam apertorum & clarorum ſomniorum quicūq; con-
 ſector eſſe poteſt: truncorum autem & diſtortorum non ſic. Sicut enim torrens motus male rerū formas
 exprimit: ita motus qui in nobis ſiunt: limpida / integra & pura videri præpediunt ſomnia, qui itaq; ſom-
 niorum imagines truncas / diſtortas / reconditas / diſtinguere ſciat & veris exemplaribus reſtituere: vt q̄
 ſint hominis / ſint equi / ſint hirci / ſint illic: & cetera conſimilia perpendere (id enim non poſſunt omnes).
 hic optimus ſomniorum conſector eſt. Sed quid ſit ſomnus / quid in ſomnium / cur accidant / & de diu-
 natione in ſomno facta: dictum ſit hactenus.

¶ Libri de Somno & Vigilia Ariſtoteliſ ſinis.

39 Septimi capituli prima conſuſio. Neq; pertinaciter negandum eſt diuinationem eſſe per ſomnia. ¶ Ex iſis futurorum præſentia
 tionem / neq; id temere eſt aſſerendum. ¶ Nam omnes ferme in hanc conſentunt ſententiam: q̄ ſomnia aliquam habeat ſigni-
 ficationem / tanq̄ huius rei credulitas per experientiam ſit habita. Nonnulli præterea per ſomnia diuinationem videntur. ¶ Futura præ-
 dicere eadem igitur ratione ¶ alia in ſomnia / futurorum erunt præſentia. Opoſitum tamen videtur: ex eo q̄ nulla occurrit ſuſa-
 ficiens ratio: que ſane mentis hominem ad id credendum impellat. Si enim hæc tollatur ratio qua maxime nituntur ſuum probare
 propoſitum: ſcilicet q̄ deus immitat ſomnia futurorum præſentia: ceteræ rationes inefficaces ſunt & inuadit. Et illa ratio qua
 maxime nituntur tollenda eſt / & minime recipienda. Siquidem abſurdum eſt credere deum immittere ſomnia non optimis & ſa-
 pientibus: ſed legū præuaricatoribus & flagicioſiſſimis: gatur ceteræ rationes imbecilles ſunt / nulluſq; momenti. Quod enim aſ-
 ſerunt nonnulli in Borſene & Gadibus pleroſq; degere qui per ſomnia futura prædicant: id nondum nobis exploratum eſt / &
 maius id eſt q̄ in genij humani vires cognoscere poſſent. Quod itaq; per inſomnia interdum futura præſentia: neq; obſtinate
 40 negandum eſt: neq; leuiter aſſerendum. ¶ Diuiſio. Somnia triſariam ſe habere poſſunt ad ea que per ipſa præuidentur, aut enim eo-
 rum ſunt cauſe: quemadmodum luna / eclipſis ſolaris eſt cauſa: q̄ oculos noſtros & ſolem directę interiacet / auſeratq; liberum
 a nobis ſolis aſpectum. Aut ſomnia eorum que præuidentur ſunt ſigna: quemadmodum luna prius ad latuſ ſolis poſita: ¶ deinde
 ſolare corpus intrare viſa / ſignum eſt eclipſis ſolis. Aut ſunt accidentia: que neq; ordinantur in huiusmodi effectus: neq; vt eueniant
 quicq; conſerunt: quemadmodum me ambulante contingit ſolis eclipſim eſſe. Sane ambulatio mea: neq; cauſa neq; ſignum eclipſis
 41 ſolaris eſt. Hinc nullum accidentium / aut ſemper aut frequenter euenit: ſed quæcumq; accidunt / raro contingunt omnia. ¶ Secunda
 cōcluſio. Quædam ſomniorū cauſe ſunt illorū que futura ſunt q̄dam ſigna: quædam vero accidentia. ¶ Nepe ſomnia interdum cauſe
 ſunt poſius noſtrarum operationum: q̄ que ab alijs ſiunt. Nam quemadmodum prius in vigilia peracta / propter ſeruatam ſpe-
 ciationem ſenſum diſponunt. Ita interdum animus mouetur imaginibus ¶ ſimulachris corū que facturi ſumus: q̄ pridem illa age-
 re propoſueramus: ¶ hinc ſeruata eſt in ſenſu interioris ſede illorum imago: que deinde animo exciderit, & perſecto ſomno / pro-
 ſinus ad tales nos operationes accingimus: quarum imaginibus ipſa mens in ſomno mota fuerit: ¶ ita ſimulachra huiusmodi ſunt
 illarum operationum cauſe. Quod autem ſomnia interdum ſint futurorum indicia / argumento medicorum conſtat: qui egrotan-
 tium ſomnia diligenter inquirunt / & per illa paſſiones animę & corporis habitudinem deprehendunt, vt ſi quem naſchi fuerint
 ſæpius de igne & incendio ſomniantem / cognoscant in eo choleram abundare / eamq; purgandam eſſe. Si quem vero de aqua &
 flumijs frequentius ſomniantem: hoc indicio percipiunt in eo ſlegma excedere. Nam interiores animę motus (niſi admodum vche-
 mentes exiſtant) in die & vigilia occultantur. Nāq; maiores vigiliarum motus exteriores / impediunt minores qui interiores ſunt.
 At in ſomno oſiſit euenit: nam quicq; ſentibus externis motibus paruę motiones magnę ¶ validę videntur. Paruus enim in au-
 re ſufurrus: tonitruū ſpeciem gerit: ¶ modica diſtillans pituita: melis aut alterius dulcis ſaporis delibationem præſert. Et ſi mo-
 dicus calor circa corpus factus fuerit: p igne ambulare ¶ acriter vim caloris ſentire videmur. Experrectū vero paruū ſufurrū / pi-
 42 tuitā / ¶ modicū calorē / taliuſq; motionū cauſas eſſe præcipim. Egritudinū igit ¶ aliarū paſſionū motioes ſe magis in ſono oſcedunt.

Quare opus est huiusmodi motiones cognoscere ut talium passionum aut egritudinum sint signa. Denique somnia accidentia sunt futurorum & prorsus casualia: quod siens ea quae magna sunt & ultra hominum fidem nostramque facultatem; & ea itide quorum in nobis principium non est somniamus: ut in Perside regione geri navale bellum, quod & sita eveniat: illius tamen in somnium neque causa est neque signum, quemadmodum si quis mihi praesens est quem cogito statim recessurum aut aliquid facturum: & ille ut cogitavi recedat aut faciat: haec mea cogitatio neque suae abscissionis neque operationis ita facile causa est aut signum: ita neque insomniam suorum eventuum. Sed sicut interdum cogitamus verisimilia: & illa uti cogitavimus eveniunt: quod tamen accidit: ita & somniamus interdum verisimilia: quae ut somniamus eveniunt aut futura sunt: sed id solo casu accidit. Manifestum est igitur aliquando somnia causas esse eorum quae eveniunt: interdum signa: interdum vero accidentia. **Correlarium.** Hinc contingit quod plurima somniorum falsa esse & mendacia: quae aliter ostendunt quae eveniat. **Nam quae casu sunt: extra semper & frequenter fiunt. Sed futura quae per somnia prospecta sunt: casu fiunt: igitur sunt extra semper & frequenter, quare raro fiunt: sunt igitur somnia plerumque mendacia.** **Tertia conclusio.** Somnia non fiunt quia ab aliquo coelitus inspirantur. **Nam brutia somniant quibus ridiculum est credere somnia immitti. Sic indocti & opilioes & abiectionis quicquid somniant: ut saltem hoc signo cognoscantur somnia non a deo immitti. Praeterea quanto quis loquacior est: & plus melancholice habet: tanto pluribus in somno moveatur simulacris. Nimirum igitur si animus tam variis affectibus imaginibus: aliquando incidat ad veritatem dicendam de his quae futura sunt, quemadmodum qui tota die iaculantur: interdum signum attingunt licet per accidens / & praemia sumunt. Et vetus est proverbium, si multa iacias tela: illa dissimiliter iacis: ut pote unum in partem dextram / alterum in sinistram / aliud supra signum / & aliud infra. Si tamen ignarus artis iaculando consequitur quod petit: hoc accidit: ita & in somniis si evenit quod quis per somnum prospexit: hoc accidit.** **Quarta conclusio.** Non est mirum si pauca eorum quae in somno conspiciuntur evadant facta. **Nam quae fiunt somnia quae corporearum dispositionum ut egritudinis signa sunt: non tamen ille dispositiones semper ut ostendit somnium fiunt. Ut si quis se super cenam ambulare somniant: non idcirco a putrefacto humore corripitur / & si quis se per prunas ire somniant: non semper a febre & cholerae abundantiam morbum patitur. Quemadmodum si pluviae aut ventorum in caelo conspiciatur signum: ut iris ex solis opposito / aut halo sub luna: quae pluviam & ventos praenunciant: non semper conspiciuntur aut pluvia fieri aut ventus. Sed si alius vehementior motus acciderit: qui nullius rei futurae est signum / ut distigatio nubis aquosae per calorem / aut exercitatio corporis per ambulationem: neque pluvia neque ventus sequetur suum signum: neque morbus sequetur signum morbi / propter interveniens impedimentum. Et sepe numero consilia recta ratione ordinata & determinata inania sunt & irrita: propter valentius obstaculum superueniens. Non enim quicquid fieri debet: conspiciatur fieri, sicut neque quicquid fit debet fieri: neque idem est aliquid fieri debere: & ipsum futurum esse. Et causas nonnullas esse contingit: quarum nunquam conspiciuntur effectus. Sic & signa plerumque sunt: quorum signata & monstrata sequentur nunquam. **Quinta conclusio.** Somnia quorum principia in nobis non sunt: sed vel loco & tempore a nobis sciuntur: rerum sunt aut nobis vicinarum: quandoqueque aliovis eventus praenuncia sunt: id fortuito & casu. & nulla ordinatione naturae fit. Sunt quidem nonnulla somnia rerum quarum principia in nobis sunt: ut quae sunt signa vel causae. Et illa non casu futura praesignant sed natura: ut iris pluviam. Alia vero sunt quorum in nobis non sunt principia: ut quae sunt accidentia. Et haec interdum sunt de rebus loco aut tempore sciuntur / ut de his quae post duos annos contingunt in India vel Aegypti: interdum vero de rebus propinquis: ut quae frater aut pater mortem obierit. Et haec casu dumtaxat fiunt. **Nam & Democritus dicebat huiusmodi somnia solum casu futura praenunciare & recte. Ponebat tamen dormientium animos moveri externis imaginibus quas credidit noctu ad homines accedere & praenunciare quae futura sunt aut narrare quae iam sunt praeterita: quod notat Ovidius de Morpheo manante ipsi Aethione interitum Cycis mariti sui naufragio exineli: sed id minus bene sensit. Et quis negandum sit huiusmodi adventitias imagines ut inanes vmbrae: vltro: citroque volitantes esse: concedendum est tamen nos in somniis moveri simulacris & imaginibus (quarum principia in vigilia per sensuum exteriorum organa suscepta sunt) non quidem ab extrinseco adventantibus sed immanentibus. Neque id mirum videri debet si huiusmodi imagines nos in somno moveant. Nam sicut primum pellens movet aerae aut aquam / & illa alteram partem / & illa consequenter alteram / & fit hoc aliquando primo pellente quieto & cessante. Ita motiones intraneae nos dormientes movent: primis quidem sensibilibus ut extero colore aut sono nos tunc non moventibus: neque ab extrinseco imaginibus (ut dicebat Democritus) nobis adventantibus. Et huiusmodi motiones potius nocte contingunt & percipiuntur: quia in vigilia ob valentiores motus exteriores: ipsi interiores non percipiuntur. Nocte autem sedatio est aer & quietior a motu. Idcirco in somno parva etiam simulacra sensum movent: & parvi motus interiores dormientem potius quam vigilantem afficiunt. Et huiusmodi motus faciunt apparitiones rerum: ex quibus ipsi somniantes futura plerumque conijciunt. **Primum correlarium.** Hanc ob causam fit ut haec passio somnium inquam / non solum sapientissimis & optimis viris sed inertibus indoctis & pravis accidat: qui sapienter futura ex somniis conieciant. **Quae si deus aliquis haec immitteret somnia: deberet potius sapientibus & bonis concedere: & non solum in somno sed & vigilia id fieret. At quae inertes & ignavi potius quam prudentes futura prospiciant: ex eo est quia indoctorum mens deserta est: & propriis ad virtutem doctrinamque attentionibus considerationibus vacua. Cum itaque intra se inanes sunt: extra quaerunt quo mentem expleant, hinc novarum rerum videndarum audendarumque desiderio afficiuntur: ita odorum / saporumque capiuntur voluptate. Prudentium autem & doctorum animus habitibus pulchris est plenus / & nunquam solitarius & considerationum vacuum esse finitur: quia intra se quo occupantur habent / & minus extranea curat, hinc illud memorabile Cathonis dictum, nunquam minus solus sum quam cum solus sum. Quo quidem dicto significabat se nunquam minus esse solum & desertum animo: quam cum ab omni hominum consortio esset semotus. Facies bat enim illa sustratio ab hominum multitudine: ut animus eius occupatior esset circa proprias considerationes: minusque distractus & dissipatus. Nimirum igitur si inanes ille & vacuae mentes indoctorum / speciebus sensibilibus moventur & agitate interdum futura conieciant. **Secundum correlarium.** Eadem quoque de causa nonnulli mente capti & rationis impotes futura praediciunt. **Nam cum eorum animus propriis sibi peculiaribus non agitetur motibus / sed longe ab illis dimoveatur: idcirco alienos motus & rerum extranearum facillime recipiunt.** **Sexta conclusio.** De amicis & notis potissimum vera somniare contingit.******

Ovidius.
Morpheus.
Alcyone.
Ceyx.

42

43

44

45

46

47

48

Nam amicorum & notorum in vigilia maximam sollicitudinem gerimus: quae efficit ut frequentius nobis in somno eorum occurrant simulacra. Et sicut noti procul se conspicientes: facile cognoscant se mutuo: ita & eorum motus magis cognoscantur. **Notiorum enim rerum notiores sunt imagines & motus.** **Septima conclusio.** Melancholici ad futura coniecienda admodum propinqui sunt & proclives. **Nam melancholici assimilantur venatoribus qui ut primum seram conspexerint & nondum telum emiserint: illam esse suam putant / & arbitrantur eam se manibus habere antequam capta sit. Ita melancholici velocitate & volubilitate animi nunc ad hoc nunc ad illud attendentis celeres: rem factam praevenerunt & ita futura conijciunt / ut iam fieri aut facta esse videantur. Imagines enim in ipsis admodum celeres sunt: & unico motu excitati / ceteros motus qui proximi sunt facile percipiunt, sicut flamma in vna flupe extremitate recepta / facile totam stuppam pererrat. Et sunt furiosorum insaniorumque motus similes poematibus Philegidae insignis admodum poetae: cuius carmina adeo continuata serie sine intermissione procedunt: ac si quis fabulam de Venere inceptaret & eam ad finem usque deduceret, hinc facile memoria teneri (ut quae bona serie digesta sunt) possunt. Eodem siquidem modo melancholici admodum mobiles sunt: & accelerantes suas motiones perficiunt / procul absentia propinquis conieciunt: & quae futura sunt ita conieciunt: ac si nunc esset praesentia. Quia fortes illorum motus sunt: ut ab alio sisti quietarique non possint. **Octava conclusio.** Apertissimus somniorum conieciator est qui acutus rerum apparentes imagines apprehendere & intermiscere potest. **Nam vnusquisque aperta & clara somnia facile conieciere potest: trunca autem & distorta non usque adeo facile. Sicut enim fluvius agitatus minus apte rerum formas ostendat: qui ubi resederit & quieverit / clarescit, liquide eas exprimit. Ita motiones in nobis impediunt clara & integra conspici somnia. Itaque qui truncas somniorum imagines colligere / distortas distinguere / & reconditas in apertum ducere: sicut vnamquamque imaginem suo exemplari restituendo: ut quae haec imago sit hominis / illa sit equi / vna hic / & altera illic / & consimilia quae ad distinctionem earum faciunt dimovendo (quod sane non possunt omnes) is optimus somniorum conieciator / & futurorum praenunciator erit. Sed quid somnus / quid somnium & de divinatione facta in somno haecenus dictum est.****

Commentarij in librum de Somno & Vigilia Aristotelis finis.

Primi cap. Libri de Longitudine & Breuitate vitae notae.

Totum generis / tota species. **Hominum genus / tota hominum species.** **Plerumque / susceptivus corruptis: accidentia solara tione corrumpuntur.** **Susceptiva / denominationis subiecta.**

Iber de Longitudine & Breuitate vitae continet tria cap. Primum quatuor conclusiones: duas quaestiones: earum solutiones, & quinque correlaria post quartam. **Prima conclusio.** Cur aialium quaedam sunt longae vitae: & quaedam brevis vitae & omnino quae vitae longitudo: quae breuitatis causae sunt / expedit considerare. **Nam de his multa dubitatio est. Neque quidem adhuc perspectum satis est: an eadem sint causae cur haec animalium longae sint vitae: haec brevis. Et cur haec plantarum longae sint vitae: haec vero brevis modicoque tempore durent. Et utrum idem sit diuturnae esse vitae & naturae consistere sanum: an aliud quicquid. Et an idem sit correpti esse citoque labentis aevi: & esse natura languidum. Atque enim hi: languorulentam naturam ad citam vitae corruptionem accedere. Hi autem contra nihil prohibere: languore detentos longam protrahere vitam. Expedit igitur de his causas perquirere. Paulo enim ante de somno & vigilia determinationem exegimus. Hoc in loco de vitae longa protractione atque eius breuitate aggrediemur: determinationem de morte & vita: egritudine & sanitate / quantum Philosopho attinet naturalis: in aliud tempus differentes. **Secunda.** Haec vitendi diuersitas: in totis generis atque in eiusdem speciei individuis comperta est. **Nam hominum genus: equorum genere vitatus est longiorisque vitae. Et vnus homo altero homine longiorum ducere vitam cognoscitur. Et haec diuersitas etiam secundum loca comperitur. Nam qui calidas incolunt regiones / durabilem vitam habent: qui autem frigore obtundentes / correptiorem vitam sentiunt. Et eiusdem regionis incolae: hi longae vitae sunt / hi cito labentis & fluxe. **Tertia.** Elementa ignis / aer / aqua / terra / facile sunt corruptibilia. **Nam sunt alii corruptionis causa / transmutabiliaque ad invicem, quare & quocumque ex ipsis componuntur: transmutabilia atque corruptibilia sunt. Consentaneum enim est: ex aliquibus constituta / constituentium participare naturam. Et de compositis quae ex multis arte quadam compacta sunt: alia ratio, de qua ad praesens non intendimus. **Quarta.** Nonnullorum accidentium multiplices existunt corruptiones. **Nam haec susceptivus saluis: a contrario fiunt / ut cum sanitas ab egritudine corrumpitur: & scientia a deceptione, haec protractione quadam & ut absente conservante: ut cum scientia obliuione delinitur, haec vero fiunt susceptivus corruptis. Animalibus enim corruptis: & cognitionem & sanitatem quae in ipsis sunt corrupti necesse est. **Prima quaestio.** An cum animalia corrumpuntur: anima hos varios corrumpendi modos habeat? **Responsio.** Non. Sed cum corrumpitur: solum susceptivus corrupto corruptitur. **Secunda quaestio.** An corruptibile quopiam in loco esse possit ubi sit incorruptibile: ut ignis futurum ubi non habet contrarium. Plane id apparet. Nam ipsi principes actus / principiaque rerum formae: vno modo (ut de animalium formis modo diximus) corrumpuntur ut cum sua susceptivus corruptantur. Atque qui ipsa non corrumpuntur nisi a contrariis. Non enim ut accidentia corrumpuntur: quandoquidem substantiae sunt / & quae non sunt in subiecto. Vbi igitur nullum habebunt contrarium: incorruptibilia enatura sunt. **Responsio.** Et si quicquid in loco esset ubi nihil ei esset contrarium: non tamen simpliciter incorruptibile esset. Nam ipsum extra existens: corrupti nihil prohiberet. Neque id verum est ipsum in loco********



1

2

3

4

5

6

quopiam esse posse: ubi nihil sit ei contrarium. Impossibile enim est materiam habentem ubi cumque sit non existere aliquo pacto contrarium. Nam impossibile est omne natura esse calidum/album aut rectum. Permutationes enim esse non possent vno semper existente agente: & vno semper patiente. Et si abundans aliquid semper esse oportet: ipsum est contrarium. Et permutatio omnis ex contrario. Et si nullum aliud ac tu posueris contrarium quam ipsum continens: siue ipsum continens corruptibile sit siue non: ipsum tamen a continente tandem corruptetur. Continens enim / corruptibilis corruptionem operatur aut ipsi co-operatur. Et id quidem vt ex dictis sufficienter cognitum / accipiamus: aut (si satis probatum non placet) supponamus omni corruptibili aliquid actu esse contrarium: & ex prioris reliquiis abundans / superfluumque fieri. **Primum correlarium.** Vnde fit vt maior flamma / minoris flammę consumptionem acceleret: per accidens tamen. **Nam accidit vt quę multo tempore parua flamma finium consumpsisset: maior adueniens flamma cito rapiat materiamque excedat.** **Secundum.** Fit etiam vt omnia viuientia corpora in continuo motu existant / fiant & corrumpantur. Continens enim aut ea operatur aut ad ea cooperatur. **Tertium.** Hac de causa que se transferunt animalia / & cetera viuientia que transportantur (vt plate que transplantantur) interdum sunt durabiliora / interdum vero citra statutam natura durationem accelerantia. **Quartum.** Fit item vt sicut eterna nusquam contrarium sustinent: ex opposito. quę cumque materie actia & sunt protinus ubi cumque sint / contrarium habent. **Quintum.** Quare si quidem materie quantitas fun-cta est: contrarium habet / vt pote secundum quam fit augmentum atque decrementum. Si qualitas: habet & qualitas contrarium secundum quam fit alteratio, & secundum locum motus: habebit & motus contrarium / secundum quem fit in alium locum permutatio.

Notarum primi capituli libri de Longitudine & Breuitate vite declaratio:

Denominacionis subiecta dicuntur tota composita ab inexistente accidente denominata: vt ignis dicitur calidus / & aqua frigida. **Tunc accidentia sola ratione corrumpuntur: quando secundum rem manentia amplius non denominantur illius esse subiecti cuius prius dicebantur, vt leone mortuo manet quidem re ipsa eadem magnitudo in cadauere que fuerat in leone: sed non amplius dicitur magnitudo leonis. Sic postquam albus equus morte extinctus est: eadem numero manet albedo in cadauere equi qui prius fuerat in equo viuente: sed non dicitur amplius albedo equi. Denique anima rationali soluta a corpore: manet eadem scientia & cognitio que prius fuerat / sed non dicitur amplius scientia hominis aut animalis. Et ergo hic recte dicit philosophus animalibus corruptis cognitionem corrumpi: vt pote secundum rationem. Et eodem modo intelligendum est illud Categoriarum dictum / destructo animi mali destruitur scientia: neque ex his / philosopho impingendum est quod animam rationalem senserit mortalem.**

Primi capituli libri de Longitudine & Breuitate vite prima conclusio. Conueniens est determinare quare aliqua animalium sunt longę vite & aliqua breuis / immo vniuersaliter que omnium viuientium longitudinis vite causa sit / & que breuitatis. **De istis enim non modica est dubitatio.** Neque adhuc satis cognitum est an eadem cause longitudinis vite aialium & plantarum nec ne, & vtrum eadem sint cause breuitatis vite aialium & plantarum. **Notandum etiam exploratum est vtrum idem sit esse diuturnę vite & nature esse sanę: itidem esse breuis vite & nature esse agrę. Neque nonnulli dicunt vitam laquidam veloci vite correptioni conuigi & ascesci. Alij vero contra dicunt quod nihil prohibet languore captos diutius viuere: que expedit de illis determinatione facere. Prius enim de sono & vigilia determinatio facta est: quapropter congrua videtur hic de vite longitudine & breuitate considerare / & determinationem de morte & vitę aegritudine & sanitate in aliud tempus referuare. Ad dubitationes autem hic agitata paucis dicendum est eandem esse communem causam longitudinis vite in plantis & animalibus, similiter & eandem esse breuitatis vite causam vniuersalem in vtriusque / posterius explicandam. Deinceps non idem est esse longę vite & esse sanum: quis vnum alteri coadiuuat vt pote sanitas ad vite longitudinem / quia eorum cause & rationes longe sunt diuersę: idcirco interdum vnum sine altero inuenitur. Sic neque idem est esse breuis vite & esse egrotum: quis hoc ad illud disponat / quia alia est causa breuitatis vite & alia causa aegritudinis, hinc vtrumque ab altero seiuinctum nonnunquam inuenitur. **Secunda conclusio.** Hęc vite diuersitas in totis speciebus inuenitur: & etiam in indiuiduis eiusdem speciei. **Nam hominum species / equorum specie longioris est vite: cum viuacissimus homo viuacissimo equo diutius vitam agat. Et cornicum species / hominum specie longioris est vite: immo quantum vnius speciei figura ab alterius figura differt / tantum & periodus vnius a periodo alterius. Pręterea vnus homo altero homine longioris est vite: etiam vtroque perueniente ad suam periodum: & homines inter se diuersas habent periodos: sicut & diuersam vultus effigiem, hęc etiam diuersitas secundum loca deprehenditur ab hominibus habitata. Nam qui in calidis habitant regionibus longiorem habent vitam: quia calidum vite causa sit & viuentibus beneficium. Qui vero in frigidis / breuiorem: quia frigidum causa sit mortis / & ducat ad interitum. Immo eiusdem regionis habitatores aliqui longę sunt vite / aliqui vero breuis: aut propter aeris continentis diuersitatem / aut potius propter temperamentorum variam dispositionem. **Tertia conclusio.** Elementa scilicet ignis / aer / aqua / & terra / facile sunt corruptibilia. **Nam quia ipsa elementa sunt corruptibilia: alia que ex elementis sunt / corruptibilia existunt, ergo ipsa elementa sunt magis corruptibilia. Nam propter quod vnumquodque tale / & illud magis. Et cum elementa corruptibilia sunt: que eorumque ex elementis componuntur / transmutabilia sunt & corruptibilia. Quod enim ex corruptibili componitur: corruptibile esse necesse est / immo ex aliquibus composita constituentium naturam participant. De his autem que arte compacta sunt & composita: alia prorsus est ratio, sed de his impresentiarum nihil agimus. **Quarta conclusio.** Accidentia varię sunt corruptiones & deperditiones: **Nam aliqua accidentium corruptiones fiunt a suo contrario / totis subiectis manentibus: vt manente aqua deperditur caliditas & acquiritur frigiditas / & manente homine deperditur scientia per errorem. Alique autem corruptiones fiunt saluis itidem susceptiuis per priuationem vt per absentiam conseruantis: quemadmodum scientia per obliuionem / & lumen per lucidi absentiam. Denique aliqua fiunt corruptiones per susceptiuorum corruptionem. Et hęc duplices sunt: nam aliqua accidentia corruptis suis subiectis secundum rem corrumpuntur & esse desinunt: vt sanitas corrupto animali. Alia vero solum secundum rationem corrumpuntur,********

vi scientia & cognitio hominis ipso moriente. **Prima questio.** Cum animalia corrumpuntur: an anima huiusmodi diuersos habeat corrumpendi modos. **Responso.** Anima non corrumpitur primo modo: nam saluo susceptiuo / a suo contrario non deperditur. Neque secundo: quia saluo itidem susceptiuo non corrumpitur: sed solum tertio modo / quia solummodo cum susceptiuum corrumpitur: & ipsa anima corrumpitur / aut secundum rem vt in ceteris rebus naturalibus pręter hominem: aut tantum secundum rationem vt in homine / cuius anima corpore soluta superstes est sed amplius nondicitur anima hominis. **Secunda questio.** Vtrum corruptibile in aliquo loco esse possit ubi sit incorruptibile: vt vtrum ignis sit incorruptibilis in loco sursum simpliciter / ubi nullum habeat contrarium. Et videtur quod sic. Nam sicut anima non corrumpitur nisi ad sui susceptiuum corruptionem: ita neque quecumque rerum naturalium forme corrumpuntur nisi vno modo / vt pote cum sua susceptiuo corrumpuntur. At ipsa tota denominationis subiecta non corrumpuntur nisi a suis contrariis. Non enim corrumpuntur eo modo quo accidentia scilicet saluis susceptiuis aut per contrarij actionem / aut conseruantis ablationem: quia ipsa tota composita sunt substantia / & non sunt in subiecto. Ergo ubi corruptibilia nullum habebunt contrarium: erunt incorruptibilia. **Responso.** Quis corruptibile in eo loco esset in quo nihil ei esset contrarium: non tamen simpliciter esset incorruptibile. Nam ipsum extra suum locum existens: itidem corrumpetur. Neque admittendum est corruptibile in aliquo loco esse posse: ubi nihil ei sit contrarium. Nam quicquid ex materia componitur: ei aliquid est contrarium, cum impossibile sit omne ens naturale esse calidum: aut omne frigidum / humidum aut siccum. Si enim semper vnum / eodę modo dispositum esset a gens / & vnum itidem patiens: transmutatio nulla fieret. Cum etiam in omni transmutatione debeat esse aliud quod abundans / vt a gens pręstantioris virtutis aut forma que per motum acquiritur ipsum est contrarium deficienti / vt pote forma que deperditur. Et omnis permutatio est de contrario in contrarium. Et quis nullum actu ponatur ipsi contento contrarium quam ipsum continens: siue ipsum continens sit corruptibile siue non (quemadmodum omne corpus sensibile continens / corruptibile est: cælum autem continens ignem est incorruptibile) tamen contentum a continente tandem corrumpetur. Nempe continens efficit contenti corruptionem si modo ei contrarium sit: aut saltem coadiuuat tametsi non sit contrarium / vt cælum igni. Et id tanquam sufficienter exprius dictis ostensum: concedendum est. Aut si satis probatum non est: supponere oportet omni corruptibili aliquid actu esse contrarium / & ex rei pręcedentis reliquijs superfluum & abundans fieri. **Primum correlarium.** Quo fit vt maior flamma minorem quodammodo corrumpat: citiusque corrumpi faciat. **Nam materia qua minor flamma diutius conseruata fuit: maior cito consumit / facitque vt breuiore idcirco mora minor flamma perduret.** **Secundum correlarium.** Quare omnia viuientia in continuo sunt motu / sunt & corrumpuntur. **Nam ea continent / continuum motum & interitum ipsorum aut operatur aut ad ea efficienda cooperatur.** **Tertium.** Hac quoque de causa animalia que se de loco in locum transferunt & plantę que de terra in terram transportantur: interdum per huiusmodi transmutationem sunt durabiliora / interdum vero antequam ad determinatam natura periodum perueniant / deficientia. **Quartum.** Hinc etiam fit vt sicut eterna nullum habent contrarium & nullo in locotita quecumque materie sensibili coniuncta sunt / ubi cumque sunt habent contrarium. **Quintum.** Quapropter quantitas que materie coniuncta est habet contrarium: vt raritas densitatem / & eadem secundum quam fit augmentatio & diminutio. Si materie itidem coniuncta est qualitas: & illa habet contrarium / vt caliditas frigiditatem. Et si denique materie coniunctus est motus secundum locum: is alteri motui secundum locum contrarius est / vt in omni transmutationum genere facile sit contrarietatem inuenire.

Secundi capituli nota.

Epithea / anima. **Cyparissus / Cupressus.** **Palma / Arbor Daclilyfera in India crebescens: cuius mas proditur & femina. Et feminas sine maribus gignere non solere: ad quos pronas comas acclinant.** **Saura / lacerta.** **Pholidotus / squamatus. Est enim pholidotus / squama. His generis vocabulis videtur littera: loco quorum solas interpretationes subiniximus.**



Secundum cap. continet vnde conclusiones, tres conditiones humidę vitalis, & tria correlaria post sextam, & vnum ad quartam. **Prima conclusio.** Non oportet corpore maiora: diuturniorem minoribus possidere vitam. Itidem neque maiora maioribus. **Nam equus homine maior: breuiore vita potitur. Et plerumque inferiorum que mole sunt inferiora: solum annua sunt.** **Secunda.** Neque vniuersaliter plantę animalibus diuturniores sunt. Nam plerumque Epithea sunt / diuturnioresque annue. **Tertia.** Neque omnino sanguine prædita exanguibus: neque exanguia sanguine prædita sunt viuaciora. **Nam mellifere apes nonnullis sanguine prædita durabiliores sunt. Et quedam exanguia que molli cute sunt in tecta: vitam annua morula conficiunt.** **Quarta.** Neque ea que in terra degunt aquatilibus: neque aquicola terrestribus diutius immorari vitamque ducere oportet. **Nam quedam terrestrium plantarum: & quedam gressibilibus solum annua sunt. Pluris autem multa sunt aquatilibus: & multa etiam breui fato corripuntur / tam que dura testa integuntur quam que molli cute sunt obducta.** **Quinta.** Longioris vite sunt nonnullę plantarum que in animalium genere vlla reperantur: & in animalibus diuturniora sanguine prædita nonnulla sunt que exanguium reperi possit vllum. Et quedam gressibilia / aquatilibus. **Sunt enim plantarum Cyparissus & palma longissimę vite. Et sanguine præditi pariter & gressibilia: ceruus / elephas / & homo. Ex his itaque manifestum est: durabiliorem vitam molis amplitudinem ipsiusue amplitudinem non prestare, quin potius id accidere.** **Sexta.** Cause propensioris atque diuturnioris vite sunt calidum & humidum. **Est enim animal natura calidum & humidum: & quicquid vitam degit. Senectus autem frigida & sicca: & quicquid emortuum iacet. Corporum enim materia: hoc calidum / hoc frigidum / hoc humidum / hoc siccum. Ex his enim temperata sunt que viuunt omnia. Itaque cum vita calido saluetur & humido: senectus autem ad vite dissolutionem perducatur senectus defecari necesse est. Erunt igitur calidum & humidum propensioris diuturniorisque vite causa. Sed quale humidum**

qualeute calidum: paucis expediam. **¶** Primum. Etiammodi humidum: pingue & imputribile esse debet. 18
 Nam tale non facile consumitur/deficcariq; oportet, quod quidem ad calidum sese prebeat: vt aer ad igne/
 & quod se vt ignis ad cetera habeat: qui nunq; admittit putrefactionem. Tale autem pingue & imputri-
 bile existit. **¶** Secundum. Paucum esse non debet. Nam quod paucum est: facile absumitur/deficcaturq;. **¶**
 Hinc euenit vt corpulentiora (modo cetera paria sunt) vt maiores plantę minoribus / & maiores equi
 minoribus: longioris vite eradant. Nam illius vitalis humidus plusculum retinet. **¶** Tertium. Non mo-
 do humidum multum esse oportet: sed & calorem adficere necesse est: ne cito infrigidari/gelariq; possit.
 Aequata enim esse debent: vt humidum: calidum non excedat: ipsumq; suffocet & extinguat. Et ne cali-
 dum excrefcens superfluumq; humidum excedat: hunc in modum in quanto & quali temperata, hac
 de causa itaq; fit vt homo: gradioris molis animalia vita superet, q; illis multitudo humidus: calorem sub-
 ruat. Itaq; fit vitale humidum pingue/firmum/multum/ bona proportione calidum/ non superfluum. Ci-
 to enim ficcabile & cito gelabile (quale habent nonnulla) aqueum & superfluum: illaudabile est. Nam
 superfluitas aut languore expellitur: aut nature contraria corruptionem accelerat. Et superfluitatem hec
 nature est: hec vero corporis particulę. **¶** Primum correlarium. Quapropter animalia plurima venere 19
 vrentia & multi feminis: cito senescunt. Semen enim superfluum & exuperans: ficitur emissum. **¶** Secun- 20
 dum. Hac de causa mulus equam & asinum (ex quibus genitus est) vita exuperat. Idem & passerum foem-
 ellę superant masculos. **¶** Nam mulo nulla venus concessa est. Et passerum masculi plurimam sequun-
 tur venerem. **¶** Tertium. Fit item vt mares laboribus attriti: foemellis citius senescant. Nam labor exsic-
 cat: senectus autem sicca est. **¶** Septima conclusio. In omni fere animalium genere: masculi suis foemellis/
 natura diuturnioris sunt vite. **¶** Nam masculus natura calidior foemella est. **¶** Octaua. Eadem quoq; cau- 21
 sa euenit in regionibus calidis q; in frigidis animalia durabiliora esse. **¶** Calidiora enim illic/solidiora
 atq; firmiora nascuntur. **¶** Correlarium. Quapropter in eisdem locis: notabilis/excellentisq; magnitudi- 22
 nis animantes nascuntur, vt serpentes/vt lacerte/vt magna squamata, & in mari rubro mirę magnitudinis
 Ostracoderma. Calida enim humiditas: augmenti causa est & vite, in frigidis autē locis (vt que ad Arctō
 sita sunt) minorā & terrestria & aquatilia & sanguinea & exanguia: q; his locis aquei magis retineat hu- 23
 midum & cito gelabile. Hinc minoris molis sunt & breuioris vite. Aufert enim congelatio: augmentum
 pariter & nutrimentum. Que autem alimentum non sumant vt expedit: & plāta & animalia percito cor- 24
 ruptum iri necesse est. **¶** Nona. Vbi calor multum excreuerit: vita minus diuturna est. **¶** Nam propriam
 consumit materiam: sicut magna flamma paucam corrumpit: q; eius fomentum/eiusq; materiam absum-
 mat. Ita & naturalis ille calor. **¶** Decima. Gressilia aquatilibus vt in pluribus longioris / productionisq;
 vite esse solēt, q; aquatilia aquosa sunt. Tale autem humidum: frigidum/gelabile/corruptibileq; fit facile. 25
¶ Undecima. Sanguine prædita vt in pluribus: exanguibus sunt durabiliora. **¶** Nam sanguine prædita
 calidiora sunt/exanguia vero algidiora: neq; pinguis/neq; dulcis grandem copiam habentia. Animalium
 enim pingue: dulce est: sunt igitur breuioris vite, nisi magnitudine: deterioris nature conditione recopen- 26
 sent. Apes tamen (q; dulcis plus habeant) plerq; masculula animalia diutius viuendo superant.
¶ Secundi capitis prima conclusio. Non oportet omnia corpore maiora diutius viuere q; minorā/neq; contra minorā mole longi- 27
 orem habere vitam q; maiora. **¶** Nam equus homine maior est: tamen breuius viuit. Et nonnulla insectorum animalium
 minorem q; homo molem habentia solum anno viuunt: vt muscæ. **¶** Secunda conclusio. Neq; omnes plantę animalibus diuturnio- 28
 ris sunt vite. **¶** Nam aliqua plantę vt herbe & segetes solum anno perdurant. Animalia autem multa vt homines & equi diu-
 tius. **¶** Tertia. Neq; omnia sanguine prædita exanguibus diuturniora sunt: neq; contra exanguia omnia sanguineis sunt viuaciora. 29
¶ Nam apes exanguis aliquibus sanguinem habentibus vt vermibus & ranis prolixioris sunt vite. Et quedam exanguia molli
 cute contecta solum anno viuunt: sanguine autem prædita diutius. **¶** Quarta. Neq; terrestria aquatilibus semper longioris sunt
 vite: neq; contra aquatilia terrestribus. **¶** Nam quedam plantę terrestres & animalia gressibilia solum annua sunt durationis.
 Maioris autem cui plura sunt aquatilia. Multa autem aquatilia corruptę sunt vite: tam que dura q; que molli cute contegū- 30
 tur. Plantę autem aliqua & animalia gressibilia longiuscule sunt vite. **¶** Quinta conclusio. Aliqua plantarum durabilioris sunt
 vite q; in animalium genere vlla inueniuntur: & inter animalia: aliqua sanguine prædita viuaciora sunt q; vlla reperiuntur exan-
 guia. Deniq; aliqua gressibilia prolixioris sunt vite q; in aquatilia numero inueniantur vlla. **¶** Nempe Cupressus & palma in-
 ter plantas longissimę sunt vite: cui nullius animalium æquatur æuum. Ita ceruus elephas & homo inter sanguine prædita &
 gressibilia protractissimę sunt durationis. Ex his itaq; manifestum euadit q; ipsius quantitatis amplitudo aut breuitas ad longitu-
 dinem & breuitatem vite nihil confert: sed si ei comuncta inueniatur/hoc accidit. **¶** Sexta conclusio. Cause longioris vite sunt 31
 calidum & humidum. **¶** Quicquid enim viuit vt planta/vt animal: natura & calidum est & humidum. Senectus autem ad ina-
 teritum tendens/ex opposito frigida est & sicca: immo quicquid mortuum est / & frigidum est & sicum. Elementorum enim
 (que rerum naturalium sunt materia) aliquod calidum est/aliquod frigidum/quoddam humidum/ & quoddam sicum/ex qui-
 bus viuencia omnia temperata sunt. Cum itaq; vita calido conseruetur & humido/senectus autem ad vite corruptionem deduc-
 cat: necesse est que a senio conficiuntur frigida fieri & sicca, quare calidum & humidum longioris vite sunt causa: quandoqui- 32
 dem oppositorum effectum oppositę sunt causa. **¶** Tres humidus vitalis conditiones. **¶** Prima. Humidum vitale pingue esse de-
 bet & imputribile: vt tenacius hereat & minus dissoluatur in vapores. Nam humidum vitale tale esse debet: vt non facile consu-
 matur & deficcetur: sed ita se habeat ad calidum vitale/vt aer ad ignem: ad cetera autem se habeat sicut ignis/qui nunq; putrefa-
 ctionem sustinet. At humidum pingue & imputribile non facile consumitur neq; deficcatur: ergo humidum vitale pingue esse

debet & imputribile. **¶** Secunda conditio. Humidum vitale/paucum esse non debet. Nā quod paucum est: facile consumitur/vt pau-
 cum oleum in lampade/modicum lignum in fofo. Et ex isto fit q; viuencia maiorem corpulentiam habentia / ceteris paribus lon-
 gioris sunt vite q; habentia minorem: vt magnę plantę minoribus: & magni equi minoribus. Nam maiora mole plus habent via-
 talis humidus. **¶** Tertia. Non sufficit humidum esse multum: sed vt & calidum sit necesse est / ne infrigidari aut congelari possit.
 Nam calidum & humidum vitale bona proportione æquata esse debent: vt humidum calido non sit abundantius/ipsiq; excedens
 do extinguat: ne itidem calidum excrefcens & exuperans/humidum consumat. Et hoc pacto in quanto & quali temperata esse
 debent. Quo fit vt homo longioris sit vite q; plerq; animalia maioris molis: quia in magnis animalibus vt equis & bobus nimia
 humidus multitudo calorem vitalem suffocat. Debet igitur humidum vitale pingue esse & firmum/multum bona proportione cas-
 lidum/non superfluum. Nam superfluitas aut per morbum superante natura expellitur: aut natura emicta corruptionem reddi ce-
 leriores. Superfluitatem autem quedam nature est: vt que ex alimento sumpto a natura reijcitur: alia vero est particulę corpo-
 ris vt si quis sex habeat in vna manu digitos. **¶** Primum correlarium. Hinc animalia in venerem prona/illiq; sepius indulgentia
 cito senescunt. **¶** Nam semen superfluum & abundans a natura ordinatum ad consimilis speciei generationem: cum frequentius
 emissum est/exsiccat animal. Exsiccatio autem inducit senium. **¶** Secundum correlarium. Hanc ob causam mulus equam & asinum
 ex quibus gignitur longioris vite superat: sic & passerum foemelle masculos vita exuperant. **¶** Nam mulus vim generandi
 suum simile non habet neq; venerem exercenditequa autem & asinus habent. Et passerum masculi multo q; foemelle in venerem pro-
 pensiores salaciorisq; sunt. **¶** Tertium. Hinc idemdem fit vt viri laboribus fracti & attriti citius senescunt. **¶** Nam assiduus la-
 bor exsiccat. Exsiccatio autem inducit senectutem: que suapte natura sicca est. **¶** Septima conclusio. In omni fere animalium genere ma-
 sculi suis foemellis natura diuturniores sunt & durabiliores. **¶** Nam masculi foemellis sunt calidiores. Calor autem principium
 est vite actiuum. **¶** Octaua conclusio. Eadem quoq; de causa animalia in regionibus calidis prolixioris sunt vite q; in frigidis.
¶ Nam in calidis regionibus & calidiora gignuntur animalia & firmiora. **¶** Correlarium. Quapropter in calidis locis vt ad me-
 ridiem/ingentis molis producantur animalia: vt serpentes/lacerte/squamosi pisces. Et aquatilia/dura cute obduta in mari rubro
 (quod ad meridiem vergit) inueniuntur. **¶** Calida enim humiditas augmentum efficit & vitam: q; anime ad faciendam nutritio-
 nem fit instrumentum. In frigidis autem locis vt ipsę que ad septentrionem borealemq; plagam sita sunt: minorā sunt animalia siue
 terrestria / siue aquatilia / siue sanguinem habentia / siue illo carentia, quia illis in locis frigidis animalia magis humidum habent
 aqueum & cito gelabile: hinc & minoris sunt corporis & breuioris vite. Nam congelatio & frigiditas augmentum aufert paris-
 ter & nutrimentum: quam effecere debet caliditas. At que alimentum non sumunt plantę aut animalia quantum natura requirit:
 rit: protinus emoriuntur. **¶** Nona conclusio. Cum calor nimium exuperat: vita breuior est et correptior. **¶** Nam abundantior æquā
 caliditas propriam cito consumit materiam: sicut magna flamma paruum consumere debet / q; eius materiam celerius corrup-
 pat. Ita de naturali calore sentiendum est. **¶** Decima. Gressilia aquatilibus vt plurimum productioris sunt vite. **¶** Quia aqua-
 lia aquosa sunt/q; locantis corporis quo continentur natura & conditionem participant. Humidum autem aqueum: frigidum est/
 gelabile/ & cito corruptibile/ & minime vite longe accommodatum. **¶** Undecima conclusio. Sanguinem habentia vt in pluribus
 illo carentibus sunt prolixioris vite. **¶** Quia sanguine prædita calidiora sunt: exanguia vero frigidiora. Calidum autem / longę
 vite causa est: & frigidum breuiuscule. Et ipsa exanguia/ipsius humidus pinguis & dulcis grandem copiam non habent. Pingue
 etenim animalium humidum: etiam dulce est. Quare aquatilia breuioris sunt vite: nisi aliqua alia causa vt magnitudine deterio-
 rem naturam emendent. Apes tamen quia plus habent dulcis humidus: nonnullis maiorem corporis molem habentibus animalia-
 bus productiores sunt & durabiliores. **¶** Tertij capitis nota.

¶ Nouellastomos & teneriusculos. **¶** Tertium caput continet tres conclusiones & vnum correlarium ad secundā.
¶ Prima conclusio. Plantarum quedam sunt que compluribus animalium
 longioris durationis existunt. **¶** Hoc enim primo euenit q; ipse minus aquo-
 se sunt sed viscosę: non facile gelabile neq; facile ficcabile habentes humi-
 dum, frigidiores tamen & ficciores sunt: q; terreę sint nature. **¶** Secundo.
 Hoc euenit q; ubi specialem viuendi modum vitandicant: animalium viuendi
 modo disparem, præterq; insectorum: quibus plantę nonnulla similitudi-
 ne habent communia. Plantę enim quotannis inueniuntur / surculos & no-
 uellas proferunt/regerminant & se reparare videntur. Et non totę simul se-
 nescunt, sed vbi ramus/vbi stipes aliquis perierit: protinus iuxta corruptū
 repullulat alter. Et ita de radice, vt cum euis aliquid corruptum fuerit: renascitur alterum/primi damnum
 reparans. Hęc autem animalibus non cōtingunt. Hac itaq; de causa plantę diuturniores/durabilioresq;
 non iniuria videntur. **¶** Secunda. Plantę (vt tam dictum est) insectis animalibus assimilantur. **¶** Nam vt
 eius generis animalia diuisa viuunt: & ex vno duo fiunt/aut multa. Ita quoq; in plantis compertum ha-
 betur vt diuisę viuunt/ & ex vna: duę/multęq; fiunt. Hoc tamen interest, q; insecta animalia diuisa: multo
 tempore durare nequeunt, organa enim non habent suarum functionum: neq; quidem ipsis noua repa-
 rare concessum est. Plantę autem id possunt: vbiq; potentia radice gerentes/regerminandi q; virtutem.
¶ Correlarium. Ex quo iterum intelligere promptum est cur cum vna partium senerit: pars relicta no-
 uam regerminet & id quidem longam efficere vitam. **¶** Si enim plantę particulam inferis: radicem assu-
 mit/vegetat/excrefcitq; in arborem, a qua si iterum plantulam demis: aliquo insita tandem radice here-
 bit, & id (quotiens demere/afplantare/inserereq; libuerit) eueniet: q; vbiq; reuivendi atq; regerminandi
 virtus affit. Quemadmodum itaq; id vides in asplantatione hac: ita in vna & eadem manente planta vi-



dere licebit. Quare nimirum si diuturne (vt quæ semper se reparant) cognoscantur esse plantæ. **¶ Tertia.** Non nihil etiam & aliis animalibus pariter & plantis commune reperitur. **¶ Nam** animalia quorum superiora grossiora sunt; permanentioris sunt vite. Hinc masculi suis foemellis (vt in pluribus) cognoscuntur diutius viuere. Habet enim corpulentiora atq; grossiora superiora, calidiora enim sunt, fertq; calidum sursum; frigidum autem deorsum possidet. Et Nanus quidem magis quidem magis q; foemelle: partes illas grossiores habet. Ita plantæ robustarum grossiarumq; summitatum. (Summitates enim & superiora plantæ: voco radicem & quæ radici vicine adiacent. Est enim radix / plantæ caput) longiore perdurant tempore. Et de his loquor plantis quæ in arbores se erigunt; & non de his quæ Epitæ sunt, annuq; durationis. Illæ enim vt quædam herbæ vnico anniculo ex semine prodeunt / in crescunt / suumq; senium nactæ intereunt. Sed de his plura dicere: ad determinationem illam quam de vegetabilibus & plantis reseruamus faciendam attinet. Et tanta de longitudine & breuitate vite quæ modo diximus: nunc dicta sufficiant, notamq; parimus determinationem de aspiratione & respiratione / iuuentute / senectute / morte & vita / sanitate & egritudine. Quæ cum determinata fuerint: finem suum assecuta erunt quæ de aia nos determinaturos pmisimus.

¶ Libri de Longitudine & Breuitate vite Aristotelis finis.

Tertij capitis prima conclusio. Quædam plantarum longioris q; animalia durationis existit. **¶ Primo.** Quia plantæ minus aquosum sed viscosum habent humidum: quod cum per poros aut rimas exudant / concreuit in gummi: & tenacis esse nature deprehenditur. Et eorū humidum non facile gelabile est: neq; facile seccabile. Sunt tamē plantæ ipsis animalibus frigidiore & secciores: quia terreæ sunt nature quemadmodum animalium ossa. Et quanto plus est terrei temperamenti in ossibus q; carne animalium: tanto plus est in plantis q; animalibus. Quis autem ex temperamento terre ipsæ plantæ sint frigide & seccæ: nihilominus calidum habent & humidum vitale / sufficientem vitæ causam. Animalia autem humidum habent magis aqueum & minus viscosum. **¶ Secundo.** Quia plantæ specialem habent viuendi modum: dissimilem modi viuendi animalium potissimum non insectorum: quia plantæ cum insectis animalibus (vt statim ostendetur) aliquam habent viuendi similitudinem. Nam plantæ singulis annis in iuuentutem redeunt / frondes & nouellos palmites produunt / & se quodammodo reparat, q; præter etatem completentem totam earum durationem (qua assimilantur animalibus in hoc q; eam non reuocant neq; sepius iterant) alteram habent etatem annuam: qua in vere putrescunt / in estate adulescunt / in autumno virilem consequuntur etatem & hyeme senescunt. Hanc annuam etatem iteratis peragunt vicibus vt tempori tempus succedit. Præterea plantæ non totæ simul senescunt vt animalia: sed cum vnus ramus exaruerit aut detruentus fuerit: statim iuxta corruptum renascitur alter. Ita cum radicis aliquid corruptum fuerit: altera in corrupti locum pars obortitur / prioris damnum reparans, vt in dentis deperditi locū alter natura dens substituitur. In animalibus autem non ita contingit: neque suam non renouant etatem / neq; vno deperdito membro consimile reparant. Merito igitur plantæ diuturnioris sunt vite. **¶ Secunda conclusio.** Plantæ insectis animalibus modum viuendi quodammodo similem habent. **¶ Nam** vt insecta animalia (quæ greci Entoma dicunt) diuise viuunt: & ex vno duo sunt / non quidem perfecta sed dissecta / vim sentiendi seruantia. Ita plantæ diuise viuunt: & ex vna sunt diuæ aut plures penitus perfectæ. Hæc tamen inter ea differentia est q; insecta animalia diuise multo tempore durare nequeunt: quia non habent organa suarum operationum / neq; virtutem noua organa reparandi. Plantæ autem diuise longo tempore durant: & ex vna particula totas & integras plantas efficiunt: quia virtutem habent reparandi organa quæ eis desiciunt: & vbiq; potentia radicem gerunt / q; omni in parte virtutem regerminandi radicem habeant. **¶ Correlatum.** Ex quo promptum est causam cognoscere quare vna parte plantæ arefacta / suoq; confecta senio pars relicta nouam regerminat: & sic longa efficiatur vite duratio. **¶ Nam** si plantæ particula detruentata / terre inferitur: radicem assumit / vegetat & in arborem crescit. A qua si rursum plantula dematur, terra inserta interum radice figetur. Et id totiens eueniet: quotiens rami demere / in alterum locum transferre / & terra inferere libuerit: quia vbiq; reuertiendi virtus & regerminandi plantæ adest. Quemadmodum igitur in plantæ discontinuatione distractione perspicitur id contingere: ita vna eademq; manente planta illud esse credendum est. Quæcumq; enim discontinuarum partium virtus est: eandem & continuatarum esse credendum est / quandoquidem per discontinuationem noua non aduenit virtus. Verum discontinuarum propria peculiarisq; natura melius perspicitur: & per eam continuatarum (vt hic facit philosophus) virtus aptissime intelligatur. Non est itaq; mirandum si diuturne durationis sint plantæ: quandoquidem se semper reparant. **¶ Tertia.** Ceteris itidem animalibus plantæ persimiles sunt. **¶ Nam** animalia quorum superiores corporis partes vt caput / humeri / pectus grossiora sunt: permanentioris sunt vite. Idcirco masculi foemellis sunt viuaciores: quia superiora corporis masculi habent corpulentiora / cum calidiores sint. Calidum autem quia vt plurimum leui contunctum / fertur sursum: frigidum autem quia vt in pluribus graue / fertur deorsum. Et Nani / exi quoq; corpore homines partes superiores habent grossiores q; foemelle. Ita plantæ robustas & grossas summitates habentes: longiori tempore perdurant. Summitates autem plantæ sunt radix & partes ipsius trunci radici adiacentes: cum radix sit plantæ caput / vt secundo de anima libro dictum est. Et hic sermo de ijs sit plantis quæ se in arborum altitudinem & proceritatem attollunt: & non de his quæ annuæ sunt durationis. Nam hæc sicut herbæ quædam vnico tantum anno ex semine prodeunt / crescunt / & suum indeptæ senium intereunt. At vero de his plura disserere: ad determinationem de vegetabilibus & plantis attinet. Et hæc de Longitudine & Breuitate vite dicta sufficiant: nunc de aspiratione & respiratione / iuuentute / senectute / morte & vita / sanitate & egritudine determinandum est, quæ cum determinata fuerint: quæ de Anima determinanda fuerant / exacte & completeq; considerata erunt. **¶ Commentarij in Librum de Longitudine & Breuitate vite Aristotelis finis.**

¶ Complete totius Philosophiæ naturalis Paraphraseos simul & familiaris commentarij ei adiecti finis.
¶ Deo & Candidissimæ virgini Mariæ gratiæ.

¶ Iacobi Fabri Stapulensis ad Germanum de Ganay consularium regium & decanum Beluacensem præfatio in commentariolos introductorios Metaphysices Aristotelis.



Rithmeticum opus consultissime Germane tuo fratri dicatum est Gallicam nam iustitiam moderant (q; vt Peripatetici probant) omnis iustitia / Geometrica ratione dispensando vtitur: aut Arithmetica cōmutando, estq; Arithmetica tanq; quoddam iustitiæ speculum ac regula, tibi vero Theologicum opus tanq; sacerdoti diuina mysteria potissimum curanti dico / offeroq;. Mors enim proditū est Aegyptios sacerdotes & Chaldeos Magos olim diuina mysteria trastrauisse / & ab ijs ad Philosophos vsq; manasse, quorum hi per Ideas: hi vero per diuinas rationes philosophati: diuina philosophiam (quam Metaphysicam / Theologiamq; nuncupant) nobis reliquerunt, qui Ideas prædicant: Platonicæ sunt, qui diuinas / æternasq; rationes sequuntur: Aristotelici, quorum Theologia Christianæ sapientiæ magna concordia /

affinitateq; cōsentit atq; coniuncta est. Libuit ergo periclitari in libris Aristotelis: & introductorios commentariolos in sex primos Metaphysices libros parare: vt ceteris detur occasio Metaphysicæ diuine intelligendi: & de p̄is Philosophis mittis cogitandi, quos suo tempore fecit deus suos sacerdotes / suos vates: & faces quæ ad tempora nostra lucent. Et licet dominus qui omnem hominem illuminat nondum in mundo visibilis apparuisset / ipsi tamen de suo caelo lucebat: qui est lux immanens atq; infinita omnibus sæculis lucens, hos ergo commentariolos tibi dico: oroq; supplex ipsum summum bonum / summum ens / atq; summe vnum quo de per totum agitur: vt omnibus legentibus illuceat / & ex parua occasione ad magna & digna ipso contemplanda feliciter rapiat ac eleuet. **Vale.**

¶ Iacobi Fabri Stapulensis in sex primos Metaphysicos libros Aristotelis Introductio.

| | | | |
|---|------------|---|-------------|
| 1 | Sapientia | 4 | Ens. |
| 2 | Causa | 5 | Distinctio. |
| 3 | Disputatio | 6 | Comparatio. |



Sapientia est quæ maxime scibilia / primas causas & prima principia contemplatur. **¶ Primum** causæ & prima principia: suprema illa entia & honorabilissima in natura. Sapientia / Metaphysica. **¶ Sapiens** est qui hanc possidet sapientiam. **¶ Sapiens** / Metaphysicus / primus / supremus / diuinus / supramundanusq; Philosophus. **¶ Sex** sapientis conditiones. Sapiens maxime scit omnia vt contingit, difficillima cognoscit, nullus enim q; cognitu facilia teneat: sapiens esse putabitur. Scientiam habet certissimam. Circa scientiam omnem / causas assignare potest. Scientiam item habet maxime propter se & sciendi gratia appetibilem, habet & principalissimam & maxime liberam.

¶ Ludouici Clichtouei Neoportiensis Commentarioli: introductionis in sex libros Metaphysicos Aristotelis ad litteram declaratorij.

Sex vocabula in principio posita: sex primorum librorum Metaphysicæ in quos præfatus paratur introductio materiam declarant. Nempe primus liber de sapientia disert / secundus de causa / tertius disputat & agit nonnullas quæstiones, quartus de ente determinat & principio, quintus nonnulla distinguit vocabula quorum in Metaphysicis frequens est vsus. Sextus autem comparat Metaphysicam ad ceteras disciplinas: de ente nonnihil interserens. Et his sex vocabulis respondent in introductione præfati sex capita præcipua / primum primo libro / secundum / tertium / tertio / & ita consequenter: **¶ Deinde** in fronte primi capituli ponitur sapientiæ definitio: in qua maxime scibilia nō tā pro conclusionibus quæ sciuntur / quæ rebus quarū in sapientia traditur scientia sumitur: tamen ratione qua per Metaphysicæ conclusiones significantur / vt apte per primam illam definitionis particulam scientia Metaphysica detur intelligi. Nempe non solum Metaphysicæ conclusiones sunt maxime scibiles: sed & res quarum sunt illæ conclusiones maxime sciuntur. Et per hoc secundum sapientiam liquido ceteris scientijs supereminet. Similiter per primas causas & prima principia non tam intelligenda sunt primæ causæ & prima principia scientiarum q; rerum quarum in sapientia traditur cognitio & intellectus: quatenus tamen illa per prima doctrinalia principia causasq; significantur. Et sic conuenienter per secundam particulam intellectus Metaphysicus (qui principiorum doctrinalium Metaphysicæ est habitus) intelligi designatur. Siquidem non solum doctrinalia sapientiæ principia sunt primæ causæ & prima principia: verum etiam res quæ considerantur. Et per hoc posterior intellectus Metaphysicus / inferiorum disciplinarum intellectibus præstantior est. Quare data definitio / ipsius sapientiæ dignitatem explicat: ex materia subiectæ rerumq; consideratarum præstantia & nobilitate. Et ex rerum determinatarum

Dignitate facile principiorum doctrinalium Metaphysice & conclusionum excellentia deprehenditur, quando quidem qualia sunt signata: talia sunt ipsa signa, & quanto res tanto principia & conclusiones de ipsis excellentiores sunt. Quod autem prima causa & prima principia hic rerum intelligenda sint: constat ex subiuncta interpretatione qua prima causa & prima principia dicuntur supra illa entia: hoc est dignissima & prestantissima honorabilissimaque in natura. At supra illa entia: minime doctrinalia sunt principia. Deinde ponitur interpretatio & sapientia & Metaphysica sunt idem. Dicitur enim Metaphysica supernaturalis disciplina. Sapiens autem est qui eo modo quo diffinita est sapientiam consecutus est. Et dicitur sapiens / Metaphysicus / supernaturalis / philosophus. Præterea dicitur & primus philosophus / supremus / diuinus / supramundanusque, prima etiam & suprema / diuina / supramundanaque consideret. Ita sapientia recte dicitur primo philosophia / suprema / diuina / supramundanaque.

¶ Sex sapientis conditiones. **¶ Prima.** Sapiens maxime scit omnia ut contingit. Nam humanas res omnes ex inferioribus disciplinis que ad sapientiam ordinantur & requiruntur cognoscit: idem & diuinas ex Metaphysicis quantum homini conceditur. **¶ Secunda.** Sapiens difficilissima cognoscit. Nam ea que sensui inaccessa & imperuia oculis corporeis. Et licet ea suapte natura maxime sint cognoscibilia: sunt tamen cognoscendi ex eius imbecillitate difficilissima. Nullus enim sapiens esse dicitur: quia facilia intellectu ut logica aut physica cognoscit. **¶ Tertia.** Sapiens habet scientiam certissimam. Nam de rebus certissimis ab omni incertitudine & instabilitate se iunctis. **¶ Quarta.** Sapiens circa omnem scientiam causas assignare potest. Principiorum enim inferiorum disciplinarum causas ex suis principijs assignat sapiens: quare tantomagis & conclusionum. Vt si quis percontetur quare impossibile est eandem propositionem simul veram & falsam esse: respondet sapiens quia impossibile est idem simul esse & non esse. Ita si quis sci sciatur: quare quæcumque verificatur de eodem tertio & de se iunctem verificatur: respondet: quia quæcumque sunt eadem vni tertio: illa sunt eadem inter se. **¶ Quinta.** Sapiens habet scientiam maxime propter se expetibilem & maxime itidem sciendi gratia expetibilem. Nam scientiam habet propter se solum expetibilem & ad aliam minime ordinatam: sicut & id quod consideratur: maxime propter se & non alterius gratia expetitur. Scientie vero inferiores & si propter se expetantur: quia & animum perficiunt & eius opus bonum reddunt: non tamen propter se tantum expetuntur sed vterius ad sapientiam ordinantur, sicut virtus moralis propter se expetitur & propter aliud: scilicet felicitatem æternam. **¶ Sexta sapientis conditio.** Sapiens habet scientiam principalissimam & maxime liberam. Nam ut is maxime liber est qui nullis subest sed omnibus præest. Ita & sapientia que ad nullas alias ordinatur disciplinas (ut neque summum quod ab eo consideratur bonum ad alia) sed ceteræ discipline ad ipsam ordinantur: & maxime libera: & principalissima: quia a ceteris moderatur sicut deus hunc mundum, & sunt illæ conditiones sapientis ut respicit scientiam: & totidem sunt eius conditiones ut intellectum principiorum habitum respicit: quia vtrumque: intellectum inquam & scientiam complectitur simul sapientia. Nempe diffinitur sapientia ab Aristotele & est intellectus simul & scientia eorum que honorabilissima sunt in natura.

¶ Quæstiones. Quid / quot / vter expertus non artifex: an artifex non expertus certius operetur, vter honorabilior, quis sapienti similior: expertus an sensum habens: artifex an expertus: architectus an manu operarius: contemplatiuus an actiuus, qualis, quem sensum maxime diligimus, quibus potentis animata reguntur, que disciplinabilia: que prudentia, nonne ab homine sapientia possideri possit. **¶ Elementa.** Experientia singularium est, & actus & operationes circa singula versantur: ars autem vniuersalium, rationem quidem habens atque vniuersale sine experimento cognoscens (quod singulare ignoret) per sepe cum ratione peccabit. **¶ Qui causas sciunt:** quos scientiores sapientioresque iure reputamus: qui docere queunt: quibus non sensum sed intellectus cognitionem sequuntur: tales profecto honorabiliores censendi sunt. **¶ Maxime scit:** qui scientiarum vniuersalissimam habet. Nam qui vniuersale cognoscit: & particulare quoquo pacto cognoscit: quod econtra minime fit. Vniuersalia que a sensibus sunt remotissima: ad cognoscendum hominibus difficilissima sunt, vniuersalia / vniuersales cause. Certior scientia est que est causarum: que intelligibilium: atque que simpliciorum. Qui maxime causas & que omnium cause sunt contemplatur: singulorum causas assignare potest. Qui scire propter se desiderat. (Est enim scire propter se) maxime scientiam maxime propter se desiderabit. Principalissima scientia & maxime libera est que cause causarum contemplationi insitit: & cuius gratia agenda sunt singula, hæc enim est vniuersalissimæ omnino bonum / aut in vniuersa natura optimum. **¶ Omnes homines natura scire desiderant, visus autem maxime sensuum nos cognoscere facit: pluresque nobis rerum differentias demonstrat. ¶ Quæ auditum & memoriam habent: disciplinabilia sunt, que vero sensum & memoriam possident: prudentia quidem sine disciplina sunt, est enim auditus / discipline sensus. Disciplinabilia sunt: quibus aliqua significare possumus per que directioni & vsui redduntur aptiora, prudentia vero, que futurorum videntur esse prouida. ¶ Bruta plurimum imaginationibus & memoriis viuunt: homo vero arte viuunt & ratione. ¶ Poeticum / fictitiumque est solius dei sapientiam (quod mortalium generi inuideat) possessionem esse, nam diuinum nomen nulli inuidum esse conuenit, sed vtrumque prouerbium est: mentium multa poetæ. ¶ Orsi sunt enim philosophi primum admiratione duce philosophari: ut admiratione conuersionum solis / in commentationis diametri, diuina autem nobis admirabiliora sunt, quare (ut prouerbio dicitur) hæc admiratio in melius confirmabitur: sapientiamque tandem nacti ipsa perfruemur.**

Quid expertus? **¶ Quæstionum prima** scilicet quid: querit: omnia que prius diffinita sunt & interpretationes que ad diffinitiones reducantur: ut quid sapientia / que prima causa & prima principia / quid sapiens: & respondendæ sunt diffinitiones prius posite. **¶ Secunda** que est: Quot sunt sapientis conditiones, Responso, sex prius itidem numerate. **¶ Tertia.** Vter expertus non artifex an artifex non expertus / certius operetur. Responso, Expertus non artifex. Vnde expertus est qui ex frequenti operatione circa singularem sensualem habet cognitionem, Artifex vero: qui vniuersale principium / causamque vniuersalem intellectu cognoscit. Et inuenitur expertus artifex: qui & circa singularem operando sensum habet cognitionem / pariter & vniuersale cognoscit. Inuenitur præterea artifex non expertus qui

Vniuersale intellectu cognoscit: circa singularem tamen operatus non est / neque eorum que non nocet sumpsit experimentum. Inuenitur & expertus non artifex qui circa singularem sepius operans sensualem affectus est experientia vniuersale tamen & causa non cognoscit. Et quod hic artifex non expertus operetur patet, quia experientia / singularium est: & actus & operationes circa singularem versantur ut huic homini hanc herbam hoc tempore dandam. Ars autem est vniuersalium, quæ omnis actio est refrigeratiua / & reubarbarum purgat choleram / circa que non est operatio, igitur expertus non artifex certius operatur artifex non expertus. Nam causa cognoscit & vniuersale sine experimento: ob id quod singulare ignorat / nec scit applicare hoc / huic / hoc tpe & hoc loco: sepe cum quæ cognoscit i operando errabit. **¶ Quarta** quæstio. Vter honorabilior an expertus non artifex an artifex non expertus. Responso. Artifex non expertus est honorabilior. Patet quattuor rationibus. Primo quia qui cognoscunt causas: honorabiliores censendi sunt non cognoscen- tibus. At artifex non expertus causas cognoscit / expertus vero non artifex minime, igitur. Secundo, quia qui scientiores & sapientiores iure reputantur: honorabiliores censendi sunt. Est enim scientia de numero bonorum honorabilior. At artifex non expertus iure scientior & sapientior reputatur: quia causas cognoscit. Est enim scire / causa rei cognoscere: igitur artifex non expertus est honorabilior. Tertio, quod docere potest scientiores sunt & honorabiliores. Est enim oino sapientis signum: posse docere. At artifex non expertus potest docere: non autem expertus non artifex, igitur. **¶ Quarto.** Qui non sensum sed intellectum cognoscit: sequuntur: sunt honorabiliores. At artifex non expertus cognitionem intellectus sequitur: & expertus non artifex cognitionem sensus, igitur. **¶ Quinta** quæstio quattuor partes complectitur. **¶ Prima.** Quis sapienti similior an sensum habens an expertus: Responso, Expertus. Vnde sensum habens est qui tantum sensu ut visu conspici ab altero operationem fieri: ut qui ad se superponenti herbam vulneri & videt ea superpositione vulnus curari. Expertus autem qui sepe sensu cognouit ex tali operatione huiusmodi effectum sequi. Patet responso, quia qui certius cognoscit: similior est sapienti certissime cognoscenti. At expertus certius cognoscit solam sensum habente. Nam potest sensum habes ignorare qualis est superposita herba: & an quotienscumque superponatur sanet / & alias circumstantias quas cognoscit expertus: igitur expertus solam sensum habente sapienti similior est. **¶ Secunda pars.** Quis sapienti similior / artifex an expertus: Responso, Artifex. Patet, quia qui causas cognoscit: sapienti similior est maxime causas cognoscenti. At artifex cognoscit causas non autem solus expertus: igitur artifex est sapienti similior & expertus. **¶ Tertia pars.** Quis sapienti similior an architectus an manu operarius: Responso, Architectus. Vnde architectus est quod aliquid artis opus præcipue dirigit: utbetque alijs ex tali materia & hoc modo opus fieri. Manu operarius autem tactus est qui architecti iussa exequitur: & ut ab eo edoctus est operatur. Est sane architectus in artificialibus ut præceptor in disciplinis: & manu operarius ut discipulus. Et i arte seruili videtur rudes apud magistrum operum habitus arte discere: ut discipuli scientias a præceptore. Patet responso, quia qui causas cognoscit: scientioresque reputantur: sapienti sunt similiores. At architectus causas cognoscit cur extali materia sit extruenda domus / cur hoc loco / hoc tempore / & hac figura: non autem manu operarius. Nempe interrogatus cur ita faciat: respondebit se id quidem nescire: verum ut ita faceret se ab architecto edoctum esse. Etiam architectus sapientior reputandus est manu operario perinde atque præceptor discipulo: igitur architectus est sapienti similior quam manu operarius. Et possent ad hanc & præcedentem partem adduci ceteræ partes quadrifidi elementi: quo præcedens quæstio terminata est & probata. Nam vtraque partium quattuor medijs in prædicto elemento tactis probari potest. **¶ Quarta pars** quinquæ quæstionum. Vter sapienti similior an contemplatiuus an actiuus: Responso, Contemplatiuus. Vnde actiuus dicitur qui partis intellectus consultatiua habitum habet: artem scientie licet aut prudentiam. Contemplatiuus vero qui partis contemplatiuae mentis habet habitum scilicet scientiam intellectum aut sapientiam, quare omnis sapiens: contemplatiuus est: & non econtra. Sed quæstio & responso potissimum intelligitur de contemplatiuo qui sapiens non est. Nam de contemplatiuo sapiente non versatur dubium ipsi maxime (si ita dicere liceat) sibi esse simile. Patet responso, quia quæ necessaria cognoscit & impossibilia aliter se habere: similior est sapienti cognoscenti maxime necessaria: per se eterna. Contemplatiuus autem cognoscit necessaria et impossibilia aliter se habere. Actiuus autem ut artifex et prudens considerat cõtingentia: igitur contemplatiuus est similior sapienti quam actiuus. **¶ Sexta** quæstio, quis est sapiens: Responsetur primo quod sapiens est maxime oia sciens ut contingit. Nam maxime scit: qui scientiarum vniuersalissimam habet. Nam quod vniuersale scit: quoquo pacto & particulare cognoscit / eductum autem non fit ut qui particulare cognoscit: protinus cognoscit & vniuersale. Vt cognoscens omnem triangulum tribus lineis contineri: etiam cognoscit æquilaterum tribus contineri lineis / sed quis æquilaterum tribus lineis contineri sciat: non idcirco omnem triangulum cognoscit tribus claudi lineis. Vnde vniuersale in disciplinis dicitur propositio ex communiorebus terminis constituta: particulare vero ex minus communiorebus. Vnde vniuersale aut in rebus & metaphysicis: est causa vniuersalis, & particulare causa particularis. Et non minus de vniuersali & particulari metaphysico veritatis habet hæc adiecta confirmatio quæ de vniuersali & particulari in disciplinis. At sapiens habet scientiarum vniuersalium: quid particularium: nam ea que de causa vniuersalissima differunt: ergo sapiens maxime scit omnia ut contingit. **¶ Secundo,** sapiens est difficilissima cognoscens. Nam vniuersalia que a sensu sunt remotissima: ad cognoscendum hominibus difficilissima sunt, quædoquid homines a sensu cum exteriori tum interiori primam intelligenda facultatem vendicant / vtrique intelligant sensus eget præsidio. Sapiens autem vniuersalia cognoscit & que a sensu sunt remotissima: nam neque per se neque per accidens a sensu sunt perceptibilia / immo ut præcipiatur: omnem affectionem sensibile ab eorum notione præcidere & se iungere oportet, quod cum difficile admodum sit homini / ea scilicet sine quocumque sensuuali phâta / mate intelligere: mirum si sapiens difficilissima cognoscit. Et non hic agitur sermo de vniuersalibus logicis: sed secundum materiam subiectam de vniuersalibus metaphysicis que sunt vniuersales cause: & iprimis illa vniuersalissima rerum oim causa. **¶ Tertio.** Sapiens scientiam habet certissimam. Nam ut ex pro posteriori libro constat: certior est scientia que causarum est quam effectuum: certior ite que intelligibili quam que sensibili / denique certior que simpliciorum quam que compositiorum. Ergo que maxime causarum est / maxime intelligibili et maxime simpliciorum: bono iure certissima est. At sapientia: maxime carum est maxime intelligibili et nullum cum sensu comertum habentem et simplicissimum: nam eorum que materia nullo pacto sunt coniuncta. Igitur sapiens sapientiam habet certissimam. **¶ Quarto.** Sapiens circa scientiam omnium causas assignare potest. Nam qui maxime causas contempletur: & eas que omnium cause sunt: singulorum causas assignare potest. At sapiens maxime causas contempletur & eas que oim cause sunt: immo ea que cum nulla habeat sui causam / oim est causa, que tamen si maxime vna sit in metaphysicis tamen apte pluraliter explicatur / non quidem ob rerum sed rationum varietatem, igitur sapiens circa scientiam omnium causas assignare potest. **¶ Quinto.** Sapiens scientiam habet maxime propter se & sciendi gratia expetibilem. Ad cuius intelligendam probationem præno-

Quis hic dicitur sensum habens.

Quis est architectus.

Quis manu operarius.

Quid actiuus.

Quid contemplatiuus.

Quid vniuersale.

Quid particulare.

Quid metaphysico.

Quid logicis.

Quid sensuuali.

Quid phâta.

Quid mate.

Quid intelligibili.

Quid sensibili.

Quid simpliciorum.

Quid compositiorum.

Quid certissima.

Quid carum.

Quid intelligibili.

Quid simplicissimum.

Quid coniuncta.

Quid apte pluraliter.

Quid varietatem.

Quid sapientiam.

Quid maxime propter se.

Quid sciendi gratia.

Quid expetibilem.

Quid probationem.

Quid præno-

Quid y

scere dignum est qd dicitur esse propter se expetibile: quod quidem expeteremus & si nullum nobis aliud bonum inde proueniret, ut scientia & virtutes vera animi bona ipsi sumus per scientiam. Sed quoddam propter se expetibile est & insuper propter aliud: & est quod quis aliud nobis non asserret bonum/ ad hoc expeteretur: nihilominus suapte natura ad aliud ordinatur, ut virtutes morales ad felicitatem actiuam: & scientie inferiores ad metaphysicam. Et tale non est maxime propter se expetibile. Aliud autem est propter se expetibile tantum & non propter aliud: & est quod alterius in eodem genere consequendi gratia/ vterius non ordinatur, ut actiua felicitas in genere agibilem; & sapientia eiusq; contemplatio in genere contemplabilem. Et tale maxime propter se est expetibile. Nunc itaq; patet responsio, quia cum scientia propter se sit expetibilis/ qui scientiam propter se desiderat: magis scientiam/ magis propter se desiderabit/ quare & maxime scientiam maxime propter se itidem desiderabit. At sapiens/ maxime scientiam habet/ igitur eam maxime propter se desiderat/ quare scientiam habet maxime propter se & sciendi gratia expetibilem. ¶ Sexto. Sapiens scientiam habet principalissimam & maxime liberam. Patet. Nam scientia principalissima & maxime libera est quae causa naturae contemplationi insit: cuiusq; gratia agenda sunt singula. Haec enim causa: est vnicuiq; omnino bonam aut in vniuersa natura optimum/ suisq; verum praecipuum. At sapiens scientiam habet quae causa naturae contemplationi insit/ & illius inq; causa se cuius gratia agenda sunt singula: cum in vita actiua ad imitationem eius & assimilationem virtutum/ tum in vita contemplatiua ad eius cognitionem, igitur sapiens habet scientiam principalissimam & maxime liberam. ¶ Septima questio. Quae sensuum maxime diligimus. Responsio. Visum. Patet. Quia omnes homines scire naturam desiderant, ut oculo corporeo videre. Visus autem/ maxime sensuum nos cognoscere & scire facit. Est enim consequenda scientiae instrumentum: per se cognoscere faciens/ auditus autem solum est instrumentum scientiae per doctrinam ab alio percipiendae, quare visus accommodatus est instrumentum. Praeterea plures rerum differentias per se visus ostendit. Nam omnia corpora colore participant. Auditus autem per se pauciorum: tamen per accidens sit plurimum, igitur sensum visum maxime diligimus. ¶ Octava questio. Quibus potentijs cognitius animalia reguntur? Responsio. Quaedam animalia reguntur solo sensu: ut quae sedi suae mixta sunt, quaedam sensu & imaginatione ut vermes. Quaedam vero sensu/ imaginatione & memoria: ut bruta perfectiora/ de quibus solis elementum huic questioni respondens intelligitur. Dicuntur enim illis potentijs animalia reguntur operationem exercendo suam seruant imitationem/ & quae maxime possunt perfectionem assequuntur. Hominum autem triplex est vita, prima factiua: quae arte viuunt vt futura/ edificatoria/ & haec infima est. Altera est actiua: quae ratione viuunt practica ad ministratiuaq;: vt qui magistratus gerunt & reipublicae habent administrationem. Et haec media est. Tertia vero contemplatiua: quae viuunt ratione theoria/ speculatiuaq; & potissimum summae/ super abundantiaq; philosophiae: ad quam omnis inferiorum contemplatio ordinatur/ & haec dignissima est. Vni itaq; homo aut arte aut ratione cum actiua tum contemplatiua. ¶ Nona questio, quae animalia sunt disciplinabilia & quae prudentia. Vt huius questionis intelligantur vocabula praecognoscere dignum est quae animalia sunt disciplinabilia & quae prudentia. Vnde animalia disciplinabilia sunt quibus aliqua significare possumus per quae vsui & directioni reducuntur aptiora: vt canis/ equus & cetera id genus animalia domestica. Prudentia autem sit quae futurorum videtur esse prouidens/ sibi contra futura nocumeta incommodaq; prospiciat, vt irido/ formica/ aranea. Et haec vestigiū habet humane prudentiae/ quae diuinae prouidentiae est imago, sicut illa humane scientiae gerit specie: quae diuinae itidem sapientiae est vestigiū. Respondendum est itaq; ad questionem: quae animalia quae auditū habet & memoriā sūt disciplinabilia, nā ipsi aliquid significare possumus quo vsui & directioni reddantur aptiora. Quia enim auditū habet: vocē percipere possunt, & quia memoriā eius specie animo seruant. Est enim auditus/ discipline sensus: potissimum ab altero percipiendae quomodo bruta dirigi solū possunt/ igitur illa sunt disciplinabilia. Praeterea animalia quae sensū & memoriā habet/ sūt futurorum prouidens: igitur per diffinitionē ipsa sunt prudentia. Et cum omnia animalia auditū & memoriā habentia etiā habeat sensū & memoriā: manifestum est omnia disciplinabilia esse prudentia: non tamen ediuerso. ¶ Decima questio. An ab homine sapientia possideri potest? Responsio. Ab homine in hac vita sapientia possideri potest: non quidem illa diuina & aeterna quae deus est/ & quae sola dei possessio est: sed illius vera & exemplaris sapientiae remotissima similitudo/ quae dei possessio minime dici debet. Vt neq; lux solis in aera diffunditur: sed semper in sole manens suam in aere diffundit imaginem scilicet lumen. Est itaq; lux solis vt sapientia summa dei/ lumen autem eius vt sapientia humana quae deum pro suo capiti homo cognoscit. Quae autem obijciunt deum mortalium generi tantum bonum quantum est sapientia invidere: non modo falsum sed & impium est. Nā summa bonitas nullā secum admittit inuidiam: vt neq; immensa lux tenebras. Sed consuetum/ vulgatumq; prouerbum est: poetas multa mentiri. Patet data responsio, nam philosophi cum rerum humanarum perspicerent effectus vt solis/ lunae defectum & eorum causas ignorarent: in admirationem ducti sunt/ quae quidem admiratio ob ignorationem causae ipsi prouenit, a qua cum se pro viribus eximere/ eripereq; tentauerint vt mentis imperfectione: philosophando causas inuestigarunt prius ignotas/ ipsorumq; admiratio in melius consummata est: scilicet in cognitionem rerum ante incognitarum. At diuinae cum humanis latentiore sunt & ignotiora: admirabiliora sunt, quare magis animos mouent ad eorum naturas/ proprietatesq; inuestigandas: & magis accenduntur homines desiderio diuinorum cognoscendorum. Vt enim ignis cum parumper sursum emicauerit: nunq; quiescit donec in locum sursum simpliciter peruenierit. Ita mens humana excitata diuinis nunq; quiescit/ quo ad diuina attigerit: quod quidem ostendit propriam animi quietem non esse cum rebus terrenis sed sempiternis. Itaq; & haec admiratio diuinorum in melius consummabitur: vt pote quae sitam diuinorum perfectionem. Et tandem sapientiam assecuti/ secundum eam contemplantes operabimur.

Ausc sunt materia/ forma/ efficiēs & finis. Et in infinitē secundū specē causē dicerentur: si ipsarum infinitē esset species, infinitē autē secundū directū: si in vnaquaq; causarū specie ab vna in aliam & alterius quidem naturae semper sine statu procederetur, vt si hęc materia ex illa fieret: quae iterum (& ita sine statu) ex alia fieret, & si hęc forma per hanc existeret formā: & illa per aliam neq; in vltimū decūbatur vnq; & si hoc sit ab illo: & illud ab alio/ nullo tandē extremo reperto, & si hoc huius grā fiat qd iterū fiat alterius grā/ nullibiq; decūbat: causē & materia/ & forma/ & efficiēs/ & finis infinitē & in infinitum procedere dicerentur. Quinq; a veritatis perceptione nos prae-



cientia, consuetudo audientia falsa: eruditioq; non recta, recte docenti assentire nolle: nisi quod dicitur vt mathematicus demonstrat, alicui fidem non praestare: nisi sensibile sit/ sensibiliue constat argumento, nulla nisi alicuius urgente auctoritate recipere, non posse nisi parua degustare.

Causa hic esse supponuntur: causa materialis/ formalis/ efficiens/ & finalis: vt & in ceteris disciplinis. Causae essent infinitae secundū species: si ipsarum infinitē secundum multitudinem essent species. Dicerentur autem in infinitum secundum directum: si in vnaquaq; causarum specie/ materia inquam / forma efficiente / & sine ab vna in alteram alterius naturae & sine statu fieret processus. In qua diffinitione tria inuuantur ad infinitum secundum reclinum processum requisita. Primum, qd is fieri deberet in eadem specie causae manendo: & non transferendo se de materia in formam/ aut forma in efficiens. Secundum, qd procedatur ab vna ad alteram diuerse naturae. Si enim ab vna in alteram eiusdem naturae procedatur: quis id sine statu fieret/ non esset huiusmodi infinitus secundum reclinum processus. Tertium, qd fiat talis progressio sine statu: nunq; ad extremam vltra quam non sit alia/ deueniendo. Sic materiae in infinitum secundum reclinum procedere dicerentur: quando vna materia ex altera & alterius quidem naturae fieret / & illa iterum ex alia/ & ita sine statu. Formae autem reclinum in infinitum procederent: quando vna forma per alteram & alterius speciei subsisteret formam/ & illa iterum per aliam/ neq; ad vltimam formam vnq; deueniretur. Efficientes vero: si vnium ab altero diuerse ab eo naturae fieret/ & illud rursum ex altero/ neq; extremum vnq; inueniretur efficiens quod a nullo fieret. Eius vero in infinitum hoc pacto progredierentur: si vnium esset alterius gratia / & illud consequenter alterius diuersam ab ipso naturam haberet gratia/ nunq; ad finem deueniendo qui amplius gratia alterius non esset. ¶ Quinq; a veritatis perceptione nos praepedientia. ¶ Primum a veritate impeditur qui consuetus est falsa audire & non recte est eruditus. Vt qui sophisticis captationibus & sophisticis imbuti sunt credentes in illis veram esse doctrinam: nunq; ad reclam disciplinarum perueniunt intelligentiam: qd animo errorem habent impediens veritatis perceptionem, perinde atq; consuetus praua agere & non recte a prima etate educatus: impeditur a virtutis consecutione. ¶ Secundum. A veritate impeditur qui non recte vult docenti assentire: nisi docens quicquid dixerit demonstrat: quemadmodum mathematicus certissime demonstrat. Nec mirum est eum a veritate impedi: quia & clarissima scientiarum principia sibi petit demonstrari/ per similesq; est ei qui nihil dicit se videre & ne ipsam quidem solem: nisi accensa candela id ei ostendatur. ¶ Tertium. A veritatis perceptione praepeditur qui nulli rei fidem/ eruditatemq; adhibet: nisi ea sensibilis sit aut sensibili indicio pateat. Et is iudicium intellectus subiecit iudicio sensus & phantasiae/ nihilq; intellectu verum esse indicat: nisi quod sensus ita se habere iudicauerit, per similesq; est ei qui nihil voluntate prosequi vult nisi quod sensus appetitus prosequendum esse suadet. Et quemadmodum is nunq; ad virtutem perueniet/ quoniam voluntas debet regere appetitum sensituum. Ita necesse ad scientiam: cum intellectus sensui supereminens debeat cum corrigere vbi deficit. ¶ Quartum. Veritati percipiendae obstaculum praebet qui nihil vult concedere nisi id alicuius auctoritate firmatum sit & corroboratum. Et is veritati credit propter solam auctoritatem: cum contra auctoritati credendum sit propter veritatem. Si enim verum non est quod dicitur: quis id auctor quispiam dixerit / recipiendum non est: & auctoritas omnis veritati cedere debet. Et per similes est illi qui non credit solent esse lucidum aut parietem alium quis id ipsum videat: nisi socius suus cui proprio iudicio relicto in omnibus est credulus / id ita esse iudicauerit. Et per hunc quartum modum quicunq; alicuius auctoris dictis adeo additi sunt vt nihil concedere velint nisi quod is asseruerit/ & nihil negare eorum quae asseruit/ a veritate percipiendae penitus impediuntur. ¶ Quintum. Qui non nisi parua intelligere possunt: percipiendae veritate impediuntur, perinde atq; infirmo oculo homines non potentes nisi debiles colores percipere ab excellentium visibilibus obtutu impediuntur. Et qui debili stomacho existunt & leuia solum degustare possunt cibariae/ solida cibi esu praepediuntur. Et qui primo modo & quinto a veritate impediuntur: minus culpandi sunt/ cum id eorum non proueniat vltio sed aut praceptorum aut ingenij. Qui vero secundo tertio & quarto: magis qd non se (vt oportet) dociles & credulos exhibent: per similes his qui oculis capti seipsos per viam dirigere non possunt neq; ab alijs duci sinunt. Et sunt de tertio genere hominum quos ex Hesiodo memorat Aristoteles.

Questiones. Quid, quot, an causae secundum speciem in infinitum prodeant, an materiae/ formae/ efficiēs/ & finis reclinum in infinitum euadant infinitae, an veritas sit facilis, a quo entia suam veritatem sumunt/ veritatem intelligere quae entium conditionem importet, a quo maxime veriora entia cognoscendi nobis adest difficultas, quae veritati percipiendae obstitunt, & quibus ad ipsam percipiendam praeparemur. ¶ Elementa. Omnes causas: quattuor causarum speciebus complectimur. ¶ Bisariam hoc fieri ex hoc dicitur. Primo cum ex imperfecto fit perfectum sine generatione, vt cum ex puero fit vir: qd post puerū fiat vir, sicut ex isthmis sunt Olympia. Isthmia enim ludī sunt olim Neptuno in Peloponneso sacra. Olympia vero in honorem Iouis. Secundo. Cum hoc ex hoc fit per generationem. In primo modo idem est ex quo fit / & quod factum est: & extrema sunt perfectum & imperfectum. In secundo autem esse & non esse, & fit ad consimilitudinem reflexio, & omnium quae ex hoc generatione prodeunt materia est eadē: qd generabilium & corruptibilium ingenta atq; incorruptibilia est (vt alias ostendimus) & primū septimum. ¶ Si formae in infinitum secundum reclinum prodirent: formam diffinitione complecti nequiremus / & prior semper magis esset. Et si prior non esset/ neq; posterior, quare si non esset prima: neq; posteriorum vlla esse videretur, & tolleretur scientia, scimus enim: cum ad indiuidua/ inseparabiliaq; deuenimus, et hoc pacto infinita intelligere impossibile est. ¶ Et ita est de efficiente. Et si vna est omnium aliarum causa: ipsam esse primam necesse est, quae enim in medio aut citra est: prima non esse potest, nā suis prioribus causa non erit. ¶ Consimili modo de fine, si est aliqua quae aliarum gratia non sit sed aliae ipsius sint gratia: aliqua prima est/ & non potest in infinitum, & nihil optimū/ imo neq; bonū esset, & si esset: nullus conaretur ad ipsum/ vt pote ad quod peruenire impossibile foret, neq; intellectus esset actiuus, nam seipsum in talibus hoc esset alterius gratia: intellectus autē practicus finē & terminū habet vbi sistat & quiescat.

Veritatem nullus sincere & omnino digne apprehendere potest: & nullus etiam omnino eius est exors, in foribus enim (vt proverbio dicit consuetum est) quis delinquet totum profecto facile est: pars autem captu difficultatem nobis affert. Totum/principium, pars autem/ex principio cognitum est. **C**Vnum quodq; ex vniuocis maxime omnium dicitur: quod aliis vt talia sint causa existit, vt ignis maxime est calidus: qui causa est ceteris sensibilibus vt sint calida. Ita maxime vera sunt: quae aliis causa sunt vt vera sint, et maxime omnium verum est: quod verorum omnium vt vera sint causa est. Et hec principia verissima non aliquando sunt & aliquando non sunt: sed semper sunt/nec ipsorum causa est vlla: sed ipsa aliorum sunt causa etiam horum caducorum atq; mortalium. Hinc cognoscere promptu est sicut vnum quodq; se habet vt sit: ita ad veritatem se habere. **S**icut oculi nycticoracum sese habent ad lucem dicit: ita intellectus nostri ad manifestissima/optima & verissima naturę entia. **Q**uę audire constituimus: hec eadem dici dignamur/admittimusq; & consueta nobis notiora: in consueta vero ignotiora, & consuetudinem maximam vim habere/ipse leges ostendunt. Singula vt materia requirit recipienda sunt: neq; omnium mathematica certitudo querenda est. Nulli fidem prestare nisi sensu sensuualium exemplo vincamur: parui impotentisq; ingenii iudicium est. Et nihil recipere pelle nisi alterius firmatum fuerit auctoritate: quędã iudicandi impotentia est. Qui autem sola parua degustare valent: naturę patiuntur defectu/intellectusq; paucitatem. **E**x oppositis ad percipiendam veritatem instrui apparariq; licebit: vt consuetudine vera audiendi eruditioneq; recta, oportet item recte docenti acquiescere/non omnium mathematicam certitudinē expetere: sed vnum quodq; vt eius natura atq; materia requirit recipere. Profundę mentis esse/potentis iudiciū/sanę atq; integre mentis & naturę.

Questio. **P**rima. Quid est causas in infinitu secundu specie pcedere/quid eas secundu reclinudine pcedere in infinitu/quid est materia forma/efficiente/sine reclinudine in infinitu euadere? Respondend. sunt diffinitiones prius posite. **S**ecunda quot nos a veritate perceptione impediunt? **R**esponso. Quinq; superius enumerata. **T**ertia questio. An cause secundum speciem in infinitum procedunt? **R**esponso. No. Quia oēs causas/quatuor causarū speciebus cōplectimur: materia/forma/efficiente & sine, igitur cause nō procedunt in infinitu secundu specie: quod quidē ipsarū nō sunt infinitę species. **Q**uarta questio. quadripartita est. Prima pars. An materiae secundu reclinudine in infinitu procedunt? **R**esponso. No. Quia cū dupliciter vnu fiat ex altero: primo cū ex imperfecto fit perfectius sicut Olympha. Isthmia enim ludu sūt. Neptuno in Peloponeso celebrati: sortiti id nominis ab Isthmo/terra mari adiacente & gemino equore intercepta. Olympha vero sūt ludu olim in honorē Iouis celebrati apud Olympha mōie Macedonię: a quo & nomē habet. At quia Neptunū minus apud gentes erat numē: Iouis autē maius primū sēbāt ludu Neptuno sacri: deinde Iouis: vt in ordine illorū feret quodammodo successio pfectioris post imperfectius. Secūdo. Vnu fit ex altero p generatione: vt ex ligno fit ignis/ & ex semine oliuę fit oliua. **I**n his quidē q̄ primo modo sūt ex altero: nō fit processus in materijs in infinitu. Primo, quia in ea trāsmutatio idē est ex quo fit & quod fit: vt idē prius puer & deinde vir/ idē prius catellus & deinde canis: nō mō specie sed & numero, igitur in eis nō pceditur ab vna materia in alterā & alterius nature: quare secundu directū nō pceditur in infinitu. Secundo, quia huiusce trāsmutatiois determinata sūt extremas: sicut imperfectū ex quo fit & pfectū in quo p̄ficiat. At determinatis extremis: media esse infinita impossibile est. Igitur in his nō fit pgressio ab vna materia in alterā sine statu: neq; huiusmodi igitur processus secundu directū in infinitu est. **I**n his vero q̄ secūdo mō & generatioe sūt ex altero: etiā materiae in infinitu nō procedunt. Primo, quia in huiusmodi pmutatioe determinata sūt extremas: sicut in quā & nō esse. Igitur media nō erūt infinita: quare in materia nō sine statu proceditur. Secūdo, quia in his q̄ generatioe sūt ad cōsimiles species fit reflexio: & eiusdē nature gignuntur res cuius prius genita fuerit: vt ex hōie fit hō/ ex equo equus, ergo & ad cōsimilē materiā fit regressus, igitur nō procedit ab vna in alterā alterius nature. **T**ertio, Omniu rerū naturaliu q̄ ex altero p generatione sūt/ materia eiusdē ratiois est & nature/ vt primū de Generatione ostēdit: & illa ingenta & incorruptibilis esse mōstrata est/ generabili & corruptibili omniu principiu, ergo nō pceditur ab vna in alteram alterius nature: quare nec in infinitu. **S**ecūda pars. An forme secundu reclinudine in infinitu procedunt? **R**esponso. No. Primo, quia si forme in infinitu secundu reclinudine prodirent: forma diffinitioe cōplecti nō possemus. No enim recte diffiniremus eā esse/ q̄ dat esse reicū nihil daret quod oibus posset dare esse/ prioribus enim dare esse nō posset: neq; infinita daretur q̄ vni et eidē daret esse. At manifestū est formā diffiniri posse: igitur in formis nō proceditur in infinitu secundu directū. Secūdo, Cū forme illę equiuocę esset & diuersę adimitte nature: prior magis pfectusq; esset q̄ posterior/ vt priorū posteriorūq; recte ordinatorū est cōditio. Et si nō esset prior forma: neq; posterior/ vt q̄ eā habeat esse, quare si nō esset prima (cū & ipsa esset prior) neq; posteriorū esset vlla. At si forme in infinitu pcederēt: nō esset prima forma q̄ p nullā aliā existeret. Igitur neq; vlla posteriorū: quare nullę esset forme aut saltē inter eas tollerēt ordo. **T**ertio, Si forme secundu reclinudine in infinitu pcederēt: carū tolleretur sciētia. **T**ūc enim scimus: cū ad species indiuiduas/ insecabileq; deuenimus: ad quas posito processu in infinitu deueniremus nūq; . Et insup intelligēt/ infinita p̄trāfire impossibile est: igitē & infinitarū huiusmodi formarū sciētia habere. **T**ertia quartę q̄stiois pars. An cause efficientes secundu reclinudine in infinitu procedunt? **R**esponso. Minime. Et id tribus rationibus cōsimiliter pbari posset q̄bus probatū est de formis, p̄ter quas & hec quarta adiicitur. Si vna est omniu aliarū efficiēs causa: ipsa esse primā efficientē necesse est. At vna est omniu aliarū efficiēs causa/ optimus rerū auctor/ opifexq; mundi, ipsa igitur esse primā necesse est: quare nō fit in infinitu pgressio. **Q**uę enim in medio est: cā efficiēs aut citra primā: prima esse negt. Nā illa cū sit posterior: suis prioribus causa nō erit. Alioqui eiusdē et i eodē gnre cause idē esset causa vt effectus. Vt sint date cause a b c d e/ ter quas c cā est i medio & citra. (Dicit enim causa esse citra: q̄ aliā habet causā priorē) dico eā nō esse primā. Nā si sit prima oim aliarū erit cā/ q̄ erit causa a & b. Et cū p hypothesim in medio & citra existat, habet causas priores a & b/ quarū est effectus: idē igitē eiusdē erit causa & effectus: imo aliqd vt a esset prius primo/ & esset prima simul & nō esset prima/ p̄terea c sui ipsius esset causa: que sunt inconuenientia. **Q**uarta eiusdē q̄stiois pars. Vtrum in

quid Isthmia
Quid olympha
pi.

finibus fiat secundum directum sine statu pgressio? **R**esponso. Nequa. Ad quod probandum tres eadem que de forma adductę sunt: adduci possunt rationes/ ex parte inq; diffinitionis/ conditionis priorum & posteriorum/ & scientie tollendę. **P**riores & tres alię ad idem comprobandum adiunguntur. **P**rima. Si est aliqua causa que aliarum gratia non sit/ sed alia ipsius sint gratia: aliqua est prima & nō proceditur in infinitum. Sed aliqua est causa que aliarum causa non est/ sed omnes alię ipsius sunt gratia: igitur deuenitur ad vnam primam causam finalem & nō in infinitum proceditur. **S**ecunda. Si fines in infinitum sine statu prodirent: nihil esset optimum/ quando quidem dato quocumq; fine: dabilis esset alter eo prior & p̄stantior. Finis enim p̄stantior est his que sunt in finem. Imo neq; vllum esset in natura bonum, quia nihil bonum esse posset/ nisi ab optimo suam accipiat bonitatem: quemadmodum nihil luminoso est/ nisi a lucido suscipiat lumen/ a seipso enim suscipere nō posset. At ab optimo nihil suam bonitatem accipere posset/ cum nō esset optimum: igitur nullum esset bonum. Et quamuis esset aliquod natura optimum/ nullus conaretur ad ipsum, quia cum infiniti essent fines & infinita pertransire impossibile sit: impossibile esset ad ipsum peruenire, quemadmodum si summus esset gradus infra quem essent infiniti gradus pertransire: namq; quisq; ad summum illum gradū ascendere posset/ cum nō possit infinitos illos gradus permeare. **T**ertia ratio. Si fines in infinitum secundum rectum procederent: nullus esset intellectus actiuus. Nam intellectus actiuus finem habet & terminum in quo stat: vt pote felicitatem actiuam/ summam agibilem bonum. Si autem in finibus sine statu fieret pgressio: vnusq; finis esset alterius gratia/ & ille rursum alterius & ita sine termino: nō esset assignandus finis optimus in quo vltimate quiesceret intellectus/ cum dato quocumq; vt felicitate: semper esset dandus vltior/ quare nullus esset intellectus actiuus. Et cum is ad contemplatiuum ordinetur qui in optimi finis contemplatione suum constituit terminum: pari ratione neq; contemplatiuus esset intellectus. Si enim nō sunt media ordinata in finem: neq; finis erit, quare omnis auferretur cum recta actio tum contemplatio. Id autem inconueniens. **Q**uinta questio. An veritas sit facilis? **R**esponso. Veritas quodammodo captu difficilis est/ & quodammodo facilis. Et id intellige de veritate in disciplinis tractata: per quam Aristoteles mentem erigit ad veritatem rerum. Patet primo. Quia veritatem nullus sincere & omnino digne apprehendere potest: vt neq; claritatem solis perfecte intremulaq; oculi acie contueri: igitur veritas quodammodo (vt sol ad videndum) intellectu difficilis est. Nullus etiam omnino est veritatis exors: hoc est a perceptione veritatis penitus exclusus & alienus. Vt nulli natura negata est facultas quoquo pacto solem intuenti. Siquidem cuiq; mentis est oculus ad veritatem percipiendam: vt corporis oculus ad colores & lucem. In foribus enim (vt trito proverbio dicitur) quis delinquet: hoc est quis in scientiarum principijs oberrabit que disciplinarum sunt fores/ & hostia: igitur veritas quodammodo captu facilis est. **S**ecundo. Totum sine principium captu facile est: quia per se & sine alterius demonstratione notum est/ sicut lux videri facilis est, pars autem sine ex principio cognitum difficultatem nobis (vt capiatur) afferit: nam ex alio suam debet cognitionem recipere/ quemadmodum color per lumen videtur: igitur veritas quodammodo facilis est & quodammodo difficilis. Et principium discipline hic totum dicitur: q̄ equiualeter omnes contineat conclusiones & complicit que per ipsum demonstrantur, perinde atq; lux sine lumine in se diceretur colores complecti: quos explicat reddidit visibiles. Et propositio ex principio cognita dicitur pars: q̄ quędam videatur esse principij quo demonstratur particula/ minor quidem principij: q̄ per ipsum & alię ostendantur conclusiones, vt albedo diceretur pars luminis: q̄ particularis sit color lumine conspicuus/ quo quidem lumine alij iidem colores produntur/ sicut visibiles. **S**exta questio. A quo entia suam veritatem sumunt? **R**esponso. A maxime vero cetera entia suam veritatem sumunt: nō capiendo veritatem pro veritate propositionum/ sed rerum. Patet. Quia sicut ex vniuocis/ eiusdemq; nature entibus id maxime omnium tale dicitur: quod alijs vt talia sint causa existit. Si enim id propter quod alterum est tale/ est magis tale: id propter quod omnia sunt talia est maxime tale. Vt ignis maxime est calidus/ qui causa est ceteris sensibilibus vt sint calida. Ita in equiuocis imo potius id dicitur maxime omnium tale: quod ceteris omnibus vt talia sint causa est, vt si sol omnium clarorum causa sit equiuocis/ ceterisq; vt clara sint principij merito sol omnium clarissimus dicitur, sic & maxime verum est/ quod verorum omnium vt vera sint causa est. Tunc sic formatur ratio. A deo quod omnibus alijs vt vera sint causa est: omnia entia suam accipiunt veritatem. At maxime verum omnibus alijs vt vera sint causa est: ergo a maxime vero omnia suam accipiunt veritatem. Et eodem modo ostendendum est a summo ente omnia suam accipere entitatem/ a summe bono suam bonitatem/ a maxime potente suam potestatem. Quare sicut primum ens/ omnium entium principium est: ita ipsum quia maxime verum/ omnium verorum est principium: & vt summe bonum/ omnium bonorum, quare & fidem sit reipsa maximeq; vnum: tamen est diuersa ratione/ ob quam quidem diuersitatem plurimiliter appellantur principia. Et hec principia non aliquando sunt & aliquando non sunt sed semper: quemadmodum scientiarum principia (que huiusmodi principiorum rerum remotissima sunt vestigia) non aliquando sunt vera & aliquando falsa: sed semper vera & necessaria. Nec ipsorum principiorum rerum causa est vlla (vt neq; principiorum in disciplinis) cum sint primę cause: sed ipsa aliorum omnium sunt causa etiā horū caducorū atq; mortalium, vt sol omnium suo lumine illustratorū causa est vt sint illuminata: nō modo orbium cęlestiu/ sed & aeris & aquę/ rerūq; sensibilibū. Nō tamē oia eę veritate ab ipso maxime vero suscipiūt: sed q̄ ei imediata sūt & p̄pinquiora/ p̄fectiusq; vero mediata & remotiora/ minus. Vnūquodq; enim quāto suę p̄pinquiat originē: tāto quoq; puriorem suā retinet naturā atq; seruat. Vt lumē quāto soli vicinius est: tāto splendet illustrius/ vniq; mortalium trāscendit oculorū. perinde atq; dispositis p distātiarū aliquāta iterualla speculis collateraliter: q̄ p̄pinquius est cęplari/ p̄fectiorē eius habet imaginē: minus autē p̄fectā, quod remotius: & euanescentē p̄p̄modū/ vmbraūq; habet: quod a speculā in speculis est distātiissimū. Vt etiā propositioes in disciplinis propinquiore principijs/ p̄fectius illis cognoscuntur & imediatius: remotiores autē/ minus. Quare vt vnūquodq; se habet vt sit ita & ad veritatem. Aequaliter enim vnūquodq; distat a primo ente & maxime vero/ cū sit idē: quare quod magis p̄fectiusq; est: magis est verū/ vt entia supramūdana ipsi imediata & propinquiora. Et quod minus est/ imperfectiusq; subsistit: minus itidem est verum/ vt hec sensibilia & fontē omnis entitatis/ veritatisq; distātiora. **S**eptima questio. A quo veriora nature entia cognoscendi nobis adeq; difficultas? **R**esponso. A nostri intellectus imbecillitate, vt difficultas percipiendi maxime visibile: non ex defectu visibilis/ sed debilitate visus provenit. Patet. Quia sicut oculi Nycticoracum se habent ad lumen diei, ita intellectus nostri ad manifestissima/ optima & verissima nature entia. At q̄ oculi Nycticoracū sine coruorum nocturnis

Quid hic dicitur totum.
Quid parte

¶ Quartus. Entium quoddam neq; est ab altero/neq; in altero/neq; sub altero/neq; ex altero/neq; per alterum/neq; alterius gratia: ut supremum est precipuum ens maxime omnium & plenissime subsistens. **¶ Tres primi & firmissimi principij conditiones.** **¶ Prima.** Ipsum notissimum esse debet: ut primum omnium lucidorum debet esse clarissimum. Quia debet esse per se manifestissimum / & cui intellectus naturali lumine clarior & ceteris dignitatibus assentiat; perinde atq; oculus suapte natura clarior iudicat de maximo visibili q̄ minus visibili. **¶ Secunda.** Huiusmodi principium non debet esse conditionale. Vnde conditionale principium est quod solum ex conditione verum est: sublata conditione nihil prorsus habet veritatis, ut fesset lux infinita: nihil haberet te nebrarū. Siquidē sublata cōditōe falsū est lucē infinitā nullas habere tenebras: cū nulla sit lux infinita. Sic si mūd⁹ esset infinitus: a nullo cōtinere. Si calor esset infinit⁹ infinita esset virtutis & cetera oīa corrūperet. Et talia magnū nōn q̄ habet momentū ad discipli nas & analogias impossibiles. Nonnulla autem principia conditionalia videntur ob coniunctionem conditionalem eis adiunctam: non tamen sunt quia in predicatūam (quam Categoricam dicunt) & omnino assertivam facile servata eadem sententia com mutatur: sublataq; conditione nihilominus sunt vera, ut si ab equalibus demas equalia: residua sunt equalia in hanc resolutur: ab equalibus depta equalia/residua relinquūt equalia. **¶ Tertia.** Necessē est quilibet cognoscere & emicq; disciplinā accedēte ipsū primū principij habere: hoc est eius cognitio terminis illi naturali lumine intellectus assentire. Vñ specialij scientiarū dignitates hīc debet is qui tales scientias vult cōsequi, nō tñ necesse est eas hīc ad alias scientias consequendas. At primū principij hāc debet tam qui alias a Metaphysica scientias vult assequi q̄ qui Metaphysicam. Et qui ipsū negaverit: hāc minus impeditur a Geometria consequens dāq; si Geometria negasset principia. Nam sicut qui magis lucidum videre non potest neq; minus quidē videbit vñq; ut qui non videt solem/neq; candēlam. Ita qui primum principium quod est notissimum non receperit; neq; speciales scientiarum dignitates suscipiet. At qui speciales scientiarum dignitates non admittit: nō potest specialem illam scientiam consequi. Ergo qui primum prin cipium non concedit: non potest specialem scientiam aliquam consequi. **¶ Quatuor circa primum principium errores.** **¶ Primus** est ipsum demonstrare volentium. Et hi imbecilli sunt animo: non potentes iudicare inter per se notum & per aliud. **¶ Secundus** est ipsum negantium: sed ore tamē/nam mente negare non possunt. Sicut quis solem intuentē & si ore neget se solem videre: nihil omnis tamen videt. **¶ Tertius** est contradictoria concedentium/ponentiumq; duo contradictoria simul esse vera: ad quem errorem sequitur oppositum primi principij q̄ idem simul est & non est. **¶ Quartus** est contradictoria negantium/ponentiumq; duo con tradictoria simul esse falsa: ad quem sequitur etiam oppositum primi principij q̄ idem neq; est neq; non est / quod repugnant huic primo principio: quodlibet est vel non est.

¶ Quæstiones. Quid/quot/nonne entis ut ens est huius scientiæ sit consideratio, nonne potius sit sub stantia, nonne accidentia etiam consideret, unum/multa/vnius privationem & negationem: imo & om nia/substantias omnes/omniaq; accidentia, an unum ab ente diversam nominet naturam, vtrum com munes dignitates/huius sint disciplinæ, vtrum principium hoc/impossibile est idem simul esse & non esse: firmissimum sit & primum. **¶ Elementa.** Entis quatenus ens est: consideratio eius est disciplinæ quæ supremas causas & suprema principia rimatur. **¶ Potior consideratio eius entis merito censenda est: a quo ut principio cetera pendunt & propter quod cetera sunt.** **¶ Accidentia enim ad substantiam sese ha bent ut salubria ad sanitatem.** Vnum & ens eadem sunt natura & sese ut principij & causa consequuntur: ratione tamen diversa sunt, vnum/multa/vnius negatio/privatio opposita sunt: oppositorum autem ead em est disciplina. Quilibet sensus vnus: omnium sui sensibilis generis specierum atq; privationum est / & quilibet scientia vna: sui generis specierum, entis autem ut ens est species sunt hęc quæ substantiæ & quæ accidentium. **¶ Idem est ens & vnum ens: ut ens homo & vnus homo, nec vnum alicuius generatione abesse potest/neq; cuiuspiam corruptione: sed simul sunt & simul nō sunt / sicut vnum quodq; per suam substantiam ens est: ita est & vnum.** **¶ Communes dignitates communissima principia sunt: & quæ vnus cuiq; communiter vtenia sunt attribuuntur / & quibus inferiores disciplinæ ad suam materiam con tractis vtuntur.**

¶ Quæstiones. **¶ Prima.** Quid est ens? Respondetur diffinitio prius data. **¶ Secunda.** Quot sunt modi entis / quot primi principij conditiones / quot circa ipsum sunt errores? Respondetur divisiones prius datae. **¶ Tertia.** Nonne entis ut ens est huius scientiæ sit consideratio? Respondetur. Est. Nam entis quatenus ens est: consideratio eius est disciplina / quæ supremas causas & suprema principia rimatur. At hæc disciplina & suprema causas & suprema principia rimatur: igitur entis quatenus ens est: huius disciplinæ conside ratio est. **¶ Quarta.** Nonne consideratio huius disciplinæ potius est substantiæ? Respondetur. Est. Nam potior consideratio eius entis merito censenda est: a quo ut principio cetera pendunt / & propter quod cetera sunt. Principalior enim entis/principalior est con sideratio. At a substantia ut principio cetera ut pote accidentia pendunt: quorum substantia est productiva, & propter substantiā sunt accidentia: ut caliditas/leuitas/raritas ignis ad conseruationem propriamq; operationem ignis, igitur consideratio potior hu ius disciplinæ est substantiæ. **¶ Quinta.** Nonne hæc disciplina etiam accidentia considerat? Respondetur. Etiam / sed minus principaliter & quatenus perducunt nos ad cognitionem substantiarum. Patet, nam accidentia ad substantiam se habent ut salubria ad sanitatem. Sunt enim accidentia effectiua / conseruatiuaq; substantiarum / & media ad substantiam ordinata: sicut salubria sanitatis. At scientia considerans sanitatem etiam considerat salubria/sanitatemq; conseruentia: scilicet medicina. Ergo & hæc disciplina conside rans substantias/etiam considerat accidentia. **¶ Sexta quæstio.** Vtrum hæc disciplina vnum consideret? Respondetur. Considerat. Nam vnum & ens eadem sunt natura / & sese ut principium & causa consequuntur: quamuis ratione diversa sunt. Sicut enim om ne principium est causa / & omnis causa principium: ita omne ens est vnum & omne vnum est ens / ergo sicut istius disciplinæ est considerare ens: ita & vnum. Quæ enim disciplina vnum eorum quæ sunt eadem natura / & se conseruabiliter consequuntur considerat: & alterum considerabit. **¶ Septima quæstio.** Nonne hæc disciplina etiam multa / vnius negationem vniusq; privatio nem considerat? Respondetur. Considerat. Nam vni: hæc tria scilicet multa/vnius negatio / & vnius privatio: opposita sunt. Summe

enim vnum/omnino multitudinis est expertus: & citra ipsum omnia ad multitudinem labuntur (ut numeri omnes a prima numero rum origine procedentes) hæc quidem minus ut quæ summe vni propinquiora sunt: & hæc magis ut quæ ab eo sunt remotiora: quod in numeris cernere q̄ facillimum est. Et quamuis omnia citra summe vnum etiam vnitatis naturam retinent & nomen: non tamen eo modo vnum dicuntur quo primum ens, hoc enim primo & excellentissime est vnum/alia vero: quia ipsius vestigia sunt & imagines illiusq; vnitatem participant. Sicut vnitatis numeralis non solum vna est / sed ab ea etiam omnis numerus vnus est: & ipsa omnem format numerum / ut vnus quaternarius / quinarium. Alio tamen modo numerus est vnus & vnitatis est vna. Ita prima vnitatis est vnitatis simplex: rerum vero inferiorum est vnitatis multiplex aut multitudo vna. In summe vno similitudine nulla est vnius negatio sicut nec imperfectio: est enim ipsum eminenter omnia / & rerum omnium vnitatis in se perfectissime & exem plariter tenet: sicut vnitatis numeralis æquiualeter est omnes numeri & omnes in se numeros intime complicat. At primum post ipsum aliquantum ad vnius negationem labitur: quia alterius extremi scilicet non vnius aliquid participat / quandoquidem non est ipsum summe vnum. Et sic ad inferiora descendendo / quanto plus descenditur & magis ad imum acceditur extremum: tanto plus de negatione vnius & minus de natura vnius habetur / donec ad infimum ex oppositōq; collocatum cum non erit extre mum (scilicet non vnum deueniat, quanto enim medium eadē extremo propius est: tanto plus illius / & minus alterius partici pat. Et ita de privatione vnius dicendum, At hic negatio & privatio non logicam dicibilem aut propositionum conditionem im portant sed Metaphysicam & rerum/secundum materiam subiectam. Igitur sicut hæc disciplina est vniuersa & multorum/ine gationis vnius & privationis. **¶ Oportet quæstio.** Vtrum hæc disciplina omnia considerat? Respondetur. Considerat. **¶ Primo.** Quia sicut se habet sensus ad sua sensibilia & eorum privationes: ita hæc disciplina ad ens & entis species. Ut enim sensibilia obiecta sunt sensus: ita ens & eius species/huius disciplinæ. At quilibet sensus vnus/omnium sui generis sensibilis specierum & privationum est: quod ex singulorum inductio ne facile cognoscitur. Nam visus est omnium specierum coloris (quod suum est sensibile genus) & tenebrarum / & auditus om nium specierum soni sui quidem generis sensibilis: & silentij eius privationis. Ita olfactus omnium specierum odoris / gustus saporis: & tactus / tangibilem, igitur & hæc disciplina omnium est sui generis sensibilis & subiecti scilicet entis specierum. At species en tis sunt eadem quæ ipsius substantiæ & accidentium sunt species: igitur hæc disciplina omnia accidentia considerat. **¶ Secundo.** Quælibet scientia vna est omnium sui generis subiecti specierum: ut logica omnium specierum argumentationis / geometria magni tudinis & arithmetica numeri. Metaphysica autem est scientia vna: ergo est omnium sui generis subiecti (quod est ens) specierum. At species entis sunt eadem quæ ipsius substantiæ & accidentium. Intelligentiæ enim cœli & animalia: species sunt substantiæ / & substantia species entis, quare intelligentiæ / cœli & animalia sunt species entis: non quidem logicæ sed Metaphysicæ / & ratione spe cialiori ens nominent. Similiter quantitas / qualitas / latitudo sunt species accidentis: & accidens species entis / igitur quantitas / qualitas & latitudo sunt species entis. Quicquid enim est species specierum: etiam est species generis, quare hæc disciplina omnia considerat: om nes scilicet substantias & omnia accidentia. **¶ Nona quæstio.** An vnum ab ente diversam nominet naturam? Respondetur. Non. Vnde ea diversam nominant naturam quæ significant res diuersæ nature: ut homo & medicus, homo enim substantiam nominat medicus autem medendi artem. Et eorum quædam sunt reipsa & ratione diuersa ut homo & lapis / quædam vero eadem reipsa & ratione diuersa ut homo & medicus. Eandem autem nominant ea: quæ eadem penitus rem / eiusdemq; nature designant, ut ens / vnum / verum. Et illorum quædam reipsa sunt eadem & ratione diuersa ut ens & vnum, quædam vero & reipsa & ratio ne eadem: ut ens & gladius. Quare quæ diuersa inuenitur entium ratio. Quædam enim diuersam nominant naturam & sunt tam re & ratione diuersa: ut homo & lapis. Quædam vero diuersam nominant naturam / & sunt re quidem eadem sed ratione diuersa, ut homo & pictor. Quædam eadem nominant naturam & sunt eadem re / diuersa tamen ratione: ut ens & vnum. Quædam eandem nominant naturam & sunt tam re & ratione eadem: ut synonyma. **¶ Patet responsio.** Quia quæcumq; ita se habent ut idem sint / nec vnum alteri cuiuspiam generatione abesse potest neq; alicuius corruptione: diuersa non nominant naturam, quandoquid em ea quæ diuersam nominant naturam hanc seruant conditionem: q̄ vnum sine altero per alicuius acquisitionem deperditio nem esse possit, ut potest esse homo non existente medicandi arte: & cum ea parta fuerit potest / vrsus oblivione deperditio manente homine. At qui idem est ens & vnum / ut ens homo & vnus homo: nec vnum alteri alicuius generatione abesse potest aut cuiuspiam corruptione / sed simul sunt & non sunt: ut cum primum aliquid est ens / protinus est vnum: & cum est vnum / itidem est ens. Ita cum quid ens esse desinit: & vnum. Et quemadmodum vnum quodq; per suam substantiam ens est: ita & per suam sub stantiam est vnum, non enim quicq; vnum est per affectionem quandam / dispositionemue ei existentem. Igitur vnum & ens diuersam non nominant naturam. **¶ Decima quæstio.** An communes dignitates huius sunt disciplinæ? Respondetur. Sunt. Communes autem dignitates hic dicuntur non quæ diuersis accommodantur scientijs / ut quæcumq; sunt equalia vni & eidem ea inter se sunt equalia: sed quæ communissimam vniuersalissimamq; entis rationem habent & explicant, quæ quidem propter latissimum rerū quas complectuntur ambitum / vniuersalemq; significantiam communes dignitates dicuntur: & non quia in sua communitate ma nentia (ut Mathematica principia) diuersis scientijs applicantur / communes inq; ob rationem generalissimam entis quam exprimit: speciales vero q̄ proprie & peculiariter huic disciplinæ asciscuntur, qualia sunt hæc: quodlibet est vel non est. Impossibile est idem simul esse & non esse. Quæcumq; sunt eadem vni & eidem: ea inter se sunt eadem. Et hæc tanto specialium scientiarum principijs di gniores sunt & perfectiores: quanto summum ipsum ens & optimum entibus inferioribus ab eo proficentibus antestat. Et sicut a primo ente emanant omnia entia inferiora: ita ab his primis principijs inferiorum disciplinarum principia nascuntur. **¶ Patet responsio / quia communes dignitates / communissima principia sunt & quæ vni cuiq; communiter ut entia sunt attribuuntur: & quibus inferiores disciplinae ad suam materiam contractis vtuntur, ut quæcumq; sunt eadem vni & eidem: ita inter se sunt eadem. Illud enim ad suam materiam ita contrahit Geometria. Quæcumq; magnitudines vni & eidem sunt eadem: ita inter se sunt eadem. Et hoc pacto Arithmetica. Quicunq; numeri vni & eidem sunt vdem: illi inter se sunt vdem. Idem æquale. Et sic logica. Quæcumq; dicibilia vni & eidem tertio sunt eadem / & inter se sunt eadem. Esse idem / verificari. Ita & hoc principium Metaphysicum. **¶ To****

Quo vnum quodq; ens dicitur vni.

Quæ diuersa nominant naturam.

Quæ eadem.

Quæ sunt hic communes dignitates.

1
2
3
4
5
6
7

um est idem suis partibus simul sumptis ita a Geometria contrahitur. Totam magnitudinem suis partibus simul sumptis est eadem. Et ab Arithmetica. Totus numerus suis partibus simul sumptis est idem. Idem aequalis. Et a Physica. Totam rem naturalem suis partibus una coniunctis est eadem. Et communissima principia & quae vnicuique communiter ut entia sunt attribuuntur / quibusque in inferiores discipline ad suam materiam contrahitis vtuntur: sunt huius discipline, ergo communes dignitates sunt huius discipline.

Table with 4 columns: Term, Count, Term, Count. Rows include Principium (7), Causa (4), Elementum (4), Natura (6), Necessarium (5), Vnum (8), Multa (8), Ens (14), Ens per accidens (3), Substantia (4), Idem (8), Diuersum (8), Differens (2), Simile (5), Dissimile (5), Oppositum (5), Contrarium (5), Prius (8), Posterius (8), Potestas (4), Possibile (4), Impotentia (4), Impossibile (4), Quantum (4), Quale (4), Adaliquid (8), Terminus (9), Secundum quod (5), Secundum se (5), Habitus (4), Passio (4), Priuatio (8), Habere (4), Ex quo (6), Pars (5), Totum (3), Colobus (7), Genus (4), Diuersa genere (2), Falsum (4), Accidens (4).

Principium. Septem modi principii, primo terminus est: unde motus incipit. Secundo unde vnum quodque fit optime. Tertio quod in aliquo primum generatur. Quarto a quo primo non inexistente aliquid fit. Quinto ad cuius electionem & arbitrium mutabilia mutantur. Sexto unde res primum fit nota. Septimo causa. Causa. Quattuor modi cause. Primo est ex quo inexistente aliquid fit. Secundo species. Tertio primum mutationis effectuum. Quarto finis & cuius gratia. Sunt & modi qui ad longum in Physicis deducti sunt. Elementum. Quattuor modi elementi. Primo est ex quo inexistente in diuisibili specie in aliam speciem: aliquid fit. Secundo in quo dicunt corpora resolui vt in vltimum: quod quidem in alterum specie irreversibile est. Tertio demonstrationis principium. Quarto quod vnum & simplex ad multa commune atque vtile est: vt vniuersale. Sex modi nature. Primo generatio est: & primo nascentis naturitas. Secundo principium primum inexistens ex quo aliquid generatur. Tertio primum principium motus & quietis eius in quo est. Quarto ex quo prius informi aliquid fit / quodque in natura format. Quinto. Forma & compositio. Sexto substantia. Quinque modi necessarij. Primo sine quo res esse aut saluari nequit. Secundo sine quo bonum aliquid assequi: vel malum vitari nequit. Tertio preter voluntatem violentiam inferens, est enim vis (quemadmodum dixit Empedocles) necessitas quedam. Quarto quod aliter sese habereque non contingit. Quinto propositio necessaria. Octo modi vnius quod diducitur in vnum secundum se & vnum secundum accidens. Primo quod continuum est. Secundo quod consimile subiectum habet atque potentiam. Tertio quae eiusdem sunt generis. Quarto quae eiusdem sunt speciei. Quinto quae apud mentem eandem habent intelligentiam. Sexto quae diuisionem non admittunt: aut secundum quod huiusmodi capiuntur. Septimo quae vni attribuuntur. Octavo quod vnam habet speciem. Sunt & modi vnius genere / specie / numero: & quae ad vnum genere & specie / proportione quadam dicuntur. Octo modi multorum ex precedentibus opposito modo sumuntur. Quattuordecim entis: quod diducitur in ens secundum se & secundum accidens, decem primi modi secundum decem predicamenta sumuntur. Undecimo verum. Duodecimo cum accidens de subiecto dicitur. Decimotertio cum subiectum de accidente. Decimoquarto cum accidens de accidente. Tres modi entis per accidens: si sunt qui vltimo adducti sunt. Quattuor modi substantie. Primo ens per se subsistens aut eius pars. Secundo forma. Tertio quo destructo destruitur & totum. Quarto diffinitio. Et hi modi ad substantias vniuersales & particulares reducuntur. Octo modi eiusdem: quod in idem secundum se & secundum accidens fecatur / quicquidem modi vt vnius modi sumendi, vnum enim & idem sola ratione differunt. Octo modi diuersi ex opposito vt multorum sumuntur. Duo modi differentis. Primo quae eidem diuersa inter se aliquo modo eadem sunt. Secundo quicquid est diuersum. Quinque modi similis. Primo quae consimili passione aliqua sunt passa. Secundo quae pluribus consimilibus. Tertio quae diuersis. Quarto quae eandem secundum speciem habent qualitatem. Quinto quae vnam pluresue earum habeant: secundum quas propria fiat alteratio. Quinque modi dissimilis ex opposito sumuntur. Quinque modi oppositorum. Primo relativa. Secundo priuatiua. Tertio contraria. Quarto contradictoria: vt quae sunt inter esse & non esse generationis extrema. Quinto quaeque de eodem verificari nequeunt. Quinque modi contrariorum. Primo quae eidem inesse non possunt genere differentia. Secundo quae sub eodem genere maxime distant. Tertio quae maxime distant in subiecto. Quarto differentie oppositae quas genus potestate retinet: & quae sub illis continentur. Quinto quae maxime aut genere aut specie differunt, & haec quaedam sunt actu / quaedam habitu / quaedam agentia / quaedam passiva / quaedam habitus atque priuatiua. Octo modi prioris. Primo quod loco est propinquius. Secundo Prius. do quod secundum tempus. Tertio quod secundum motum vt quod est primo mouenti propinquius. Quarto quod ordine. Quinto quod potestate. Sexto quod cognitione. Septimo passione. Octavo natura. Octo modi posterioris ex opposito sumuntur. Quattuor modi potestatis. Primo potentia actiua. Secundo potentia passiva. Tertio quod secundum voluntatem alterum perficit. Quarto naturalis potentia habitus: quo ne in deterius labamur / defedimur. Quattuor modi possibilis ex praedictis quattuor sumuntur. Quattuor modi impotentiae ex modis potestatis opposito modo. Quattuor modi impossibilis ex possibilis opposito, capiuntur ite possibile & impossibile vt propositionum sunt passiones. Impossibile.

Primum. Hae duo & quagraginta distinguit. Principium 7, Causa 4, Elementum 4, Natura 6, Necessarium 5, Vnum 8, Multa 8, Ens 14, Ens per accidens 3, Substantia 4, Idem 8, Diuersum 8, Differens 2, Simile 5, Secundum quod 5, Secundum se 5, Habitus 4, Passio 4, Priuatio 8, Habere 4, Ex quo 6, Pars 5, Totum 3, Colobus 7, Genus 4, Diuersa genere 2, Falsum 4, Accidens 4.

Hae duo & quagraginta a philosopho in quinto Metaphysice libro distinguuntur: diuersaque habere acceptiones declarantur. Quibus praepositus numerus / quo distinguuntur ordinem naturali serie indicat. Postpositus autem / quot acceptiones habeat vnumquodque distinctorum designat.

Table with 4 columns: Term, Count, Term, Count. Rows include Principium (7), Causa (4), Elementum (4), Natura (6), Necessarium (5), Vnum (8), Multa (8), Ens (14), Ens per accidens (3), Substantia (4), Idem (8), Diuersum (8), Differens (2), Simile (5), Dissimile (5), Oppositum (5), Contrarium (5), Prius (8), Posterius (8), Potestas (4), Possibile (4), Impotentia (4), Impossibile (4), Quantum (4), Quale (4), Adaliquid (8), Terminus (9), Secundum quod (5), Secundum se (5), Habitus (4), Passio (4), Priuatio (8), Habere (4), Ex quo (6), Pars (5), Totum (3), Colobus (7), Genus (4), Diuersa genere (2), Falsum (4), Accidens (4).

Septem modi acceptionesque principij. Primo est terminus unde motus proficiscitur: vt locus sursum est principium casus lapidis deorsum. Secundo. id est unde vnumquodque fit optime, quo modo medium in finem ordinatum quo optime finem assequitur: principium est talis finis. Vt sanitatis aut pacis. Tertio. Est quod in aliquo primum generatur: vt forma substantialis quae primum in materia vt subiecto generatur. Quarto. A quo primo non inexistente aliquid fit, vt homo proyiciens lapidem: nam ab ipso vt primo efficiente non existente in proiecto / fit ipsa proiectio. Quinto. Secundum cuius voluntatem & nutum mutabilia mutantur: vt rex hoc modo principium est subditorum / q. pro regis arbitrio subditi mutantur / & praceptor discipulorum. Sexto. Vnde res primum fit nota: vt dignitates in disciplinis & suppositiones ex quibus demonstrantur propositiones. Septimo. Principium est causa: quo modo dictum est principium & causam se vniuersaliter & conuersim consequi. Quattuor modi cause. Primo est ex quo inexistente aliquid fit, vt materia rerum naturalium / & aurum annuli aurei. Secundo est species siue forma: siue substantialis vt anima viuentium / siue accidentalis vt magnitudo albedo. Tertio. Causa est primum mutationis effectuum: vt res naturalis efficiens aut artifex. Quarto. Est finis & gratia cuius fit aliquid, vt conseruatio rei causa est loci naturalis: habitatio causa domus. Sunt & alij modi cause vt causa vniuersalis / particularis / per se / per accidens / actualis / potentialis: qui ad longum in physicis sunt declarati. Quattuor modi elementi. Primo. Est quod cum fit in diuisibile in aliam speciem: ex ipso inexistente aliquid fit, vt materia & forma rerum naturalium. Non enim in partes essentielles alterius speciei diuiduntur: & ex ipsis inexistens fit res naturalis. Secundo elementum est in quod corpora resolui dicuntur vt in vltimum: & quod in alterum specie est irresolubile, vt ignis / aer / aqua / terra. Nam corpora mixta ignea / aerea / aqua / terrea in ipsa resoluntur: & ipsa amplius in alterius speciei corpora composita minime resoluntur. Tertio. Est demonstrationis principium: vt dignitas aut suppositio in disciplinis. Quarto. Elementum est quod vnum & simplex ad multa commune atque vtile est, vt vniuersale: siue in praedicando vt animal / siue causando vt prima causa. Sex modi nature. Primo. Est generatio & primo nascentis naturitas: & hoc modo inesse a natura est a principio naturitatis inesse. Secundo est principium primum inexistens ex quo aliquid generatur: vt materia est a natura rerum naturalium. Tertio est primum principium motus & quietis eius in quo est: vt forma substantialis rerum naturalium. Quarto. Est id ex quo prius informi aliquid fit: quodque in naturam formatur, vt es est natura statuae & aurum annuli. Quinto. Est forma & compositio: vt vnio partium domus per colligantiam artificialem est natura domus. Sexto. Natura est substantia: vt in tota natura coordinatione est vnum supremum / id est in coordinatione substantiarum. Quinque modi necessarij. Primo: siue quo res esse aut saluari nequit: vt deus respectu mundi / & forma respectu totius compositi. Secundo siue quo aliquid bonum assequi aut malum vitari nequit: vt studium ad scientiam / & operatio ad virtutem necessaria est. Sic proyicere merces in mari ad euasionem periculi & rescare membrum ad euitationem contagij est necessarium. Tertio est preter voluntatem violentiam inferens. Est enim violentia (vt dixit Empedocles) quedam necessitas: vt si quis vinculus ab hostibus ducretur ad carcerem: necessitate cogetur / & lapis cum a proyiciente sursum propellitur: necessitate quadam mouetur. Quarto necessarium est quod aliter se habere non potest / siue quod non potest non esse: vt supramundana. Quinto est propositio necessaria: quae scilicet vera est & falsa esse non potest. Octo modi vnius quod diuiditur in vnum secundum se & vnum secundum accidens. Vnum secundum se / vna substantia idem. Vnum secundum accidens / vnum accidens idem. Primo vnum est quod continuum est: vt quantitas / qualitas / motus localis. Secundo quod consimile subiectum habet / potentiamque subiectiuam: vt res naturales omnes.

Tertio. Quae sunt eiusdem generis: ut homo & equus sunt eiusdem generis scilicet animalis. Et haec dicuntur unum genere. **Quarto.** Quae sunt eiusdem speciei: ut sortes & plato huius speciei homo. Et haec dicuntur unum specie. **Quinto.** Quae apud mentem eadem habent intelligentiam: ut synonimae: ensis gladius/merum vinum. **Sexto.** Unum est quod diuisionem non admit- tit/aut secundum q. huiusmodi capitur: hoc est aut quod ut indiuisibile concipitur intelligitur/ue, ut intelligentia/coelum quod na- tura distrabi diuisibile non potest. **Septimo.** Quae vni attribuuntur: ut scientiae partiales dicuntur vna scientia quia vni generi sub- iecto attribuuntur/ & totus exercitus vnus quia vni attribuitur duci. **Octauo.** Quod vnam habet speciem formamq. substano- tialem: ut res naturalis omnis/vna dicitur a forma substantiali. Sunt praeterea modi vnus genere/scilicet unum genere generalis- simo: & unum genere subalterno. Et vnus speciei: quod aliquid est vnus specie specialissima/aliud specie sub alterna/ & vnus nume- ro q. aliquid sunt vnus nomine/alia diffinitione/alia proprio/ & alia accidente: sicut idem diuersis dicitur modis. Sed modi vnus genere/ ad vnu genere proportioe quadam reducuntur. Et modi vnus speciei etiam ad vnu specie reducuntur. **Decimo.** Modi multorum ex praedictis modis vnus per analogia oppositi dicitur. **Quattuordecim** modi entis: quod diuiditur in ens secundum se et ens secun- dum accidens. Ens secundum se/ substantia idem. Ens secundum accidens/ & accidens idem. Itaq. decem primi modi entis secundum decem praedicamenta sumuntur: substantiam/quantitatem/ad aliquid/ qualitatem. Primo enim substantia est/ secundo quantitas/ tertio ad aliquid/ quarto qualitas: & ita de alijs. **Vndecimo.** Ens significat verum: quo modo dicimus/ non enim hoc est falso- rum non esse scientiam. **Duodecimo.** Ens dicitur cum accidens de subiecto dicitur: ut homo est albus. **Decimoterio.** Cum subie- ctum de accidente dicitur: ut album est homo. **Decimoquarto.** Cum accidens de accidente predicatur: ut album est dulce. **Tres** modi entis per accidens sunt duodecim: decimus tertius/ & decimus quartus modi entis vltimo adducti. **Quattuor** modi substao- tie. **Primo.** Ens per se subsistens aut eius pars: ut homo/animam/corpus/caput/pes. **Secundo.** Forma: ut anima est substantia rei viuens. **Tertio.** Quo destructo destruitur totum: ut forma substantialis & pars integralis praecipua. **Quarto.** Diffinitio: ut genus & differentia sunt de substantia speciei. Et hi modi reducuntur ad substantiam vniuersalem: & quae vniuersali generali q. ratio- ne explicantur/ & ad particulares particulari q. notione designatas: ut corpus homo. **Octo** modi eiusdem quod diuiditur in idem secundum se & idem secundum accidens. Idem secundum se/ substantia. Idem secundum accidens: accidens sumendi sunt ut modi vnus. Nam vnus & idem sola ratione differunt. Nempe ens & vnus sola ratione differunt: idem ens & idem sola discrepat ratione/ idemq. subiecto sunt: ergo vnus & idem vni tertio scilicet enti subiecto eadem: inter se sunt eadem. Quaeq. enim vni & eidem sunt eadem: illa inter se sunt eadem. **Octo** modi diuersi ex opposito modorum eiusdem sumuntur: sicut modi multorum ex opposito modorum vnus. Sicut enim vnus & idem subiecto idem sunt: ita multa & diuersa. Si enim aliqua duo inter se sunt eadem: & eorum opposita erunt eadem. **Duo** modi differents. **Primo.** Quae eadem tertio diuersa/ inter se aliquo modo sunt eadem: ut sortes & plato diuersi specie ab equo inter se sunt vna specie. **Secundo.** Differens est quicquid ab aliquo est diuersum, quare tot sunt modi differents secundum quot sunt modi diuersorum. **Quing.** modi similis. **Primo.** quae consimili aliqua passione sunt passa, ut duo calida aut duo alba. **Secundo.** quae pluribus consimilibus passionibus sunt passa: ut duo quorum vtrumq. album est & calidum. **Tertio.** quae diuersis specie passionibus sunt affecta videri tamen genere: ut duo quorum vnus album est & alterum dulce. **Quarto.** quae eadem secundum speciem habent qualitatem ut duo habentes logicam. **Quinto.** quae vnam plu- resue habent qualitates secundum quas propria fiat alteratio: ut ignis & aer similem habent caliditatem secundum quam fit pro- pria & proprie dicta alteratio. Maxime enim propria alteratio fit secundum has qualitates: calidum/ frigidum/ humidum/ & sic- cum. **Quing.** modi dissimilis ex opposito sumendi sunt. **Quing.** modi oppositorum. **Primo** relatiua: ut pater & filius. **Se- cundo** priuatiua: ut videns & caecum. **Tertio** contraria: ut album & nigrum. **Quarto** contradictoria: ut quae sunt inter esse & non esse generationis extrema, hoc est/ quae sunt inter terminum finitum & infinitum: quibus terminus a quo incipit genera- tio & in quod tendit/ exprimitur. Nam ex igne fit non ignis: aut contra ex non igne fit ignis. **Quinto.** Quaeq. de eodem ve- rificari nequeunt: ut disparata/ homo/ equus. Nam per diffinitionem de seipsis verificari non possunt/ quandoquidem vniuersaliter de seinuicem negantur: ergo neq. de eodem tertio possunt verificari. Nam quaeq. de eodem tertio verificantur: & de seinuicem verificabuntur. **Quing.** modi contrariorum. **Primo.** quae eadem in se non possunt/ genere differentia: ut linea & scientia, li- nea enim in corporeo est subiecto: scientia autem in subiecto incorporeo / & linea de genere quantitatis est: scientia autem de gene- re qualitatis. **Secundo.** quae sub eodem genere maxime distant: ut albisimum & nigerrimum. **Tertio.** quae maxime distant in subiecto: ut album quing. graduum & nigrum totidem graduum: eadem inexistencia. **Quarto.** differentia opposita quae ge- nus potestate retinet/ & quae sub illis continentur: ut rationale & irrationale. Eas enim genus animal potestate retinet: nam eas ha- bet de se particulariter verificabiles, ut animal est rationale / animal est irrationale. Et species sub illis differentijs contentae ut homo & equus itidem sunt contrariae. **Quinto.** quae maxime genere aut specie differunt: ut virtus viciu/ temperantia intemperantia. **Sunt** enim haec diuersae species: illa vero diuersa genera. Et contrariorum quaedam actu sunt scilicet quae actum important: ut calefaciens & refrigerans, quaedam habitu/ quae habitum denotant/ ut virtus vitium. Quaedam agentia: quae rationem habent ac- tionis/ ut calefactiuum refrigeratiuum. Quaedam patientia: quae passionis habent rationem/ ut calefactum refrigeratum. Quaedam vt habitus & priuatio: cum vnus in affirmatione est/ alterum vero in negatione, ut calidum frigidum/ album nigrum/ lumen tenebrae. **Octo** modi prius. **Primo.** quod loco est propinquius, ut ignis est prior caelo q. aer: & secundus est prior ad primum q. tertius. **Secundo.** quod secundum tempus est alteri vicinior: ut octogenarius est prior centenario q. vigenarius. **Tertio.** quod secundum motum/ ut quod est primo mouenti propinquius: ut si quis moueat baculum/ & baculus lapidem/ qui deinde pellat ae- rem: baculus est prius mouens q. lapis/ quia primo mouenti propinquius. **Quarto.** quod ordine: ut ordine naturae qui est ab im- perfectis ad perfecta. elementa sunt priora mineralibus/ & haec vegetabilibus/ haec vero animalibus. Sic ordine doctrinae/ litterae sunt priores syllabis. **Quinto.** potestate: ut rex est prior milite/ & magistratus homine priuato: q. maiorem habeat auctoritatem. **Sexto.** quod cognitione alterum praecedat/ hoc est sine quo aliud cognosci non potest: ipsum tamen sine alio bene potest cognosci/ ut principia scientiarum. **Septimo.** passione: ut generatio est prior corruptione/ & augmentatio diminutione. **Octauo.** quod na-

Multa. Ens.

Ens per acci- dens. Substantia.

Idem.

Diuersum.

Differens.

Simile.

Dissimile. Oppositum.

Contrarium.

Prius.

tura: & est quod ad alterum in subsistenti consequentia sequitur quae non conuertitur, ut animal est prius homine. **Octo** modi posterioris ex opposito sumuntur. **Quattuor** modi potestatis. **Primo.** Potentia actiua: ut virtus motiua aut calefactiua. **Secundo.** Potestas. **Potentia passiuua:** ut materia susceptiua transmutationum. **Tertio.** Quod secundum voluntatem alterum perficit: ut qui alijs praesunt eorum opera & iudicio ad vite honestatem dirigendis/ qui & magistratus & optimates dicuntur. **Quarto.** Est naturalis potentia vel habitus/ quo ne in deterius labamur defendamur, ut naturales potentiae ad virtutem scientiamq. inclinantes: similiter & habitus virtutum/ scientiarumq. **Quattuor** modi possibilis: ex praedictis quattuor modis sumuntur. Nam possi- bile est denominatiuum potentiae: & id dicitur possibile quod habet potentiam. Modo quot modis dicitur principale: tot modis dicitur & denominatiuum. **Quattuor** modi impotentiae ex modis potestatis opposito modo sumuntur. Nam quot modis dicitur vnus oppositorum: tot modis & reliquum. **Quattuor** modi impossibilis ex opposito modorum possibilis sumuntur. Capiuntur praeterea possibile & impossibile vt passionis sunt propositionum. **Esq.** possibile/ propositio quae potest esse vera: ut homo est sedens. Et impossibile/ propositio falsa quae vera esse non potest, vt homo est lapis. **Quattuor** modi quanti. Primo per se quantum. Secundo per accidens secundum alia praedicamenta sumptum. Tertio pluralitas. Quarto magnitudo vt linea/ superficies/ corpus. **Quattuor** modi qualita- tis. Primo substantialis differentia. Secundo formae & figurae: vt abstracta mathematica. Tertio sensibiles les passionis. Quarto affectio quaecumq. ad bonum aut malum. **Octo** modi ad aliquid. Primo secun- dum rei essentiam/ vt idem diuersum. Secundo secundum numerum & magnitudinem: ut duplum & tri- plum/ & inaequale. Tertio secundum mensurans & mensuratum: ut scientia scibile. Quarto secun- dum potentias: ut calefactiuum & calefactibile. Quinto secundum qualitatem: ut simile & dissimile. Sunt enim eadem quorum vna substantia est. Aequalitas: quorum q. titas est vna. Similitudo: quorum vna est qua- litas. Sexto quorum genera dicuntur ad aliquid: vt grammatica. Septimo quorum concreta: vt equalitas & similitudo. Octauo quod aliquid praedictorum denominare contingit: ut homo/ & ei accedat posse esse se duplum. **Quattuor** modi perfecti. Primo extra quod nihil est deficientes accipere quod suae sit attinens essentiae. Secundo cui nihil deest secundum suum genus atq. naturam. Tertio cui nulla perfectio deest quae ipsum perficere nata sit. Quarto quod ad finem ordinatur honestum. **Novem** modi termini. Primo est q. titas vltimum. Secundo extra quod nihil est accipere rei. Tertio infra quod omnia sunt rei. Quarto to forma sensibilis. Quinto ad quod tendit motus. Sexto vnde proficiscitur motus: aut ad quod euadit completus. Septimo finis. Octauo vniuersusq. actus & forma. Nono diffinitio. **Quing.** modi secun- dum q. Primo speciem importat. Secundo prioritatem. Tertio finem. Quarto causam. Quinto locum & positionem. **Quing.** modi secundum se. Primo speciem nominat. Secundo esse in aliquo. Tertio esse primo: Quarto non esse alteram causam. Quinto soli inesse. **Quattuor** modi habitus. Primo quidam est partium ordo & ad se & ad locum. Secundo habere in dumentum. Tertio quaedam permauens affectio ad bonum vel malum. Quarto talis affectionis pars. **Quattuor** modi passionis. Primo est qualitas se- cundum quam est alteratio. Secundo talium qualitatum alteratio. Tertio eiusmodi qualitatum nocum en- tum atq. detrimentum afferentes alterationes. Quarto vehementes aut gaudiorum aut tristitiarum appe- titus. **Octo** modi priuationis. Primo si quod natum est haberi quipiam non habet: & si ipsum natum habere non sit. Secundo quod non habet quod secundum se aut suum propinquum genus habere natum est. Tertio quod quid non habet quando natum est ipsum habere. Quarto per vim ablatio. Quinto quod omnino aliquid non habet. Sexto quod praeue habet. Septimo quod parum habet. Octauo quod facile aut non bene habet. **Quattuor** modi habere. Primo est aliquid secundum suam naturam ad suum im- petum quicq. deducere. Secundo est habere dispositionem. Tertio continens habere contentum. Quarto alterius impetum cohibere. **Sex** modi ex aliquo. Primo ex materia aut secundum genus aut indiu- duam speciem. Secundo ex primo mouente. Tertio ex coposito & toto. Quarto ex parte. Quinto ex alijs quo mouente secundum partem. Sexto ex priore tempore. **Quing.** modi partis. Primo quod in toto est. Secundo quod aliquotiens sumptum totum commensurat. Tertio partes subiectiue aut essentiales. Quarto in quo resoluitur totum/ & ex quo totum componitur. Quinto quod in alicuius diffinitione po- nitur. **Tres** modi totius. Primo cui nulla partium ex quibus natum est consistere deficit abestq. Secun- do natura multa continens vt genus & vt integrale totum. Tertio quod aliunde q. natura multa comple- ctitur & quicquid totum dicitur, quicquid autem transpositione facta non manet idem: omne & non totum dicitur, vt omnis aqua. **Septem** proprietates colobi. Est enim colobum atq. mutillum cui aliqua se- cundum quantitatem abest particula. Prima proprietas, continuum esse debet. Secunda, quod ablatum fuerit: remanente minus esse debet. Tertia, manere debet specie consimile. Quarta, dissimiliu denomi- nationum partium esse debet. Quinta, partes ille diuersae non essentiales sed secundum quantitatem sumptae esse debent. Sexta, pars propria & substantie praecipua ablata esse non debet. Septima, non debet item in- terior & latens esse: neq. noua generatione reparari posse. **Quattuor** modi generis. Primo collectio ge- neratorum consimilem speciem habentium. Secundo talium generatorum primum principium. Tertio passionum subiectum. Quarto quod in diffinitionibus primum obtinet locum. **Duo** modi diuersorum genere. Primo quae idem subiectum primum non habent. Secundo quae diuersorum sunt praedicamento rum. **Quattuor** modi falsi. Primo eorum quae componi non possunt metis affirmatio: & quae dissolui ne- queunt negatio. Secundo quae videri nata sunt non qualia sunt. Tertio qui intentione fallendi rationes

Posterioris. Potestas. Possibile. Impotentia. Impossibile. Quantum. Qualitas. Ad aliquid. Perfectum. Terminus. Secundum q. Secundum se. Habitus. Passio. Priuatio. Habere. Ex aliquo. Pars. Totum. Colobus. Genus. Diuersa gñre. Falsum.

Accidens. adducit falsas. Quarto qui rationes apparentes facit & non intentione fallendi. Quattuor modi accidens. Primo quod alicui inheret. Secundo quod extra semper & frequenter: & non ex intentione euenit. Tertio quod accidentaliter predicatur. Quarto quod de alicuius substantiali diffinitione non est.

Quantum. Quattuor modi quanti. Primo, per se quantum/quodq; in se quantitatem habet: vt ignis/arbore. Secundo, per accidens secundum alia predicamenta sumptum: quod non per se sed per alterum scilicet illud cui inest quantitatem habet, vt forma substantialis caliditas/motus localis. Tertio pluralitas: vt numerus & tempus. Quarto magnitudo: vt linea/superficies/corpus.

Qualitas. Quattuor modi qualitatibus. Primo substantialis differentia: vt rationale sensibile. Secundo forma & figura: vt abstracta Mathematica/secunda rem quidem materie sensibili coniuncta: ratione vero separata, vt circulus/triangulus/pars/imper. Tertio sensibiles passiones: vt albedo dulcedo. Quarto affectio quaecumq; ad bonum aut malum sine innata vt naturalis potentia vel impotentia/sive acquisita vt habitus virtutis aut vitij. Et hic quartus modus duas primas qualitates species complectitur tertius: tertiam & secundam: quartam. Et hoc modo ad aliquid. Primo, secundum rei essentiam/substantiamq; vt idem & diuersum. Secundo dicitur ad aliquid secundum numerum & magnitudinem: vt duplum/dimidium/eguale/inequale. Tertio, secundum mensuram & mensuratum: vt locus locatum/contines contentum/scientia scibile. Est enim habitus omnis & potentia vt mensuratum obiectum vero vt mensuratum. Quarto, secundum potentias: vt cum vnum est actiuum & alterum passiuum/vt calefactiuum & calefactibile. Quinto, secundum qualitatem: vt simile & dissimile. Dissimilatur enim eadem q; ea sunt quorum substantia est vna. Aequalia vero quorum quantitas est vna, et similia quorum qualitas est vna. Sexto, quorum genera sunt ad aliquid: vt gramatica cuius genus scientia sive disciplina ad aliquid dicitur. Septimo, ad aliquid dicitur quorum concreta sunt ad aliquid: vt equalitas similitudo. Eorum enim denominatiua aequalis & simile proprie sunt ad aliquid. Denominatiuum autem & principale eiusdem sunt generis predicamentalis. Et octavo, ad aliquid dicitur quod ab aliquo predictorum denominatur: vt homo dicitur ad aliquid quia dicitur idem/egualis/aut similis: quo modo res omnis ad aliquid est/nam sibi eadem est & alteri diuersa. Quattuor modi perfecti. Primo, extra quod nihil deficiens potest accipi/quod sive sit pertinens essentia: vt homo omnia habens organa corporis. Secundo, cui nihil deest secundum suum genus atq; naturam: vt equus cui nihil deest ad equi naturam requisitum. Tertio, cui nulla perfectio deest quae ipsum perficere nata sit: vt felis & animalia in perfectissima etate integra. Quarto, quod ad finem ordinatur honestum/vt operatio studiosa ad virtutem consequendam / & discipline studium ad rectam cognitionem. Nouem modi terminum. Primo, est quantitatis vltimum sive extremum vt punctus sive inchoans sive continuans/sive finiens. Secundo, est extra quod nihil rei illis terminis conclusae accipi potest: vt punctus inchoans & finiens primum pedale ligni & vltimum. Tertio, id est terminus intra quod omnia sunt rei: vt circumferentia est circuli terminus & conuexum rei sphaerica. Quarto, forma sensibilibis sive actus substantialis rei naturalis: vt anima corporis animati. Quinto, ad quod tendit motus: vt terminus ad quem motus proficitur. Sexto, terminus est vnde proficitur motus: aut ad quod euadit completus, vt terminus a quo motus aut terminus ad quem procedit. Septimo, est finis: sive desitionis vt mors/sive gratia cuius aliquid fit: vt sanitas est terminus medicationis/ & ambulatiouis. Et octavo, vniuscuiusq; actus & forma: sive substantialis vt forma essentialis ignis/sive accidentalis vt caliditas ignis. Nono, diffinitio: quo modo dicit Porphyrius/ quorum termini sunt differentes & ipsa esse differentia. Quing; modi secundum q. Primo speciem importat, vt res visibilis immutat visum secundum q. colorata: hoc est secundum speciem coloris. Secundo importat prioritatem sive loci sive temporis/ordinis/potestatis/cognitionis/ & ita de ceteris modis prioris, vt lux lumine est prior secundum q. causa eius: & ignis calore. Tertio finem importat, vt homo perfectissime viuunt secundum q. deum cognoscit/amatur & memoratur. Quarto causam: vt ignis calefacit secundum q. est calidus. Terra mouetur deorsum secundum q. grauis. Quinto importat locum & positionem, vt homo in pedes erectus est secundum q. stat: & humi fusus est secundum q. iacet. Quing; modi secundum se. Primo speciem nominat, vt id secundum se est album/quod habet albedinem: & secundum se mouetur q. habet motum. Secundo esse in aliquo, vt id secundum se magnum est: quod est magnum magnitudine quae est in ipso. Tertio importat esse primo, vt exterum sensibile secundum se videtur: hoc est primo, et sonus secundum se auditur: hoc est primo/praeipue / & principaliter. Quarto significat non esse alteram causam: vt illud est secundum se bonum cuius non est altera causa bonitatis. Quinto significat soli inesse, vt homo secundum se grammaticus est: q. soli ei conueniat esse grammaticum. Quattuor modi habitus. Primo est quidam partium ordo & ad se & ad locum: vt situs/positio/rei. Secundo est quod corpori ad munimentum aut ornamentum adiacet: vt tunica/calceus. Tertio est quaedam permanens affectio ad bonum vel malum: vt virtus aut vitium. Quarto est talis affectio ad bonum vel malum pars: vt dispositio facile transiens ad bonum vel malum acquisita. Ea enim pars est habitus tertio modo: vt albedo vnius gradus pars est albedinis decem graduum. Quattuor modi passionis. Primo est qualitas secundum quam est alteratio: vt albedo caliditas. Secundo est talium qualitatum sensibilibus alteratio: vt calefactio/si refrigeratio. Tertio eiusmodi qualitatum nocumentum atq; detrimentum afferentes alterationes: vt calefactio in aqua affert nocumentum aquae: & febricitatio homini febre laborant. Quarto, vehementes aut gaudiorum aut tristitiarum appetitus: vt voluptas/dolor/amor/odium/cupiditas/spes/timor. Et octo modi priuationis. Primo si quippiam non habet id quod natum est ab aliquo haberi: quis id ipsum illud habere natum non sit, vt canis est priuatus intellectu. Secundo, id priuatum est quod non habet id quod secundum se aut suum propinquum genus habere natum est: vt homo captus oculis/aut talpa carens visu/quem secundum propinquum suum genus, quod est animal, nata est habere. Tertio, quod quid non habet quando natum est habere ipsum: vt caecus aut surdus tempore determinato a natura. Quarto per vim ablatio: vt priuatio bonorum externorum/ liberorum aut membrorum. Quinto, quod omnino aliquid non habet: vt sonus est inuisibilis & color inaudibilis. Sexto, quod prae habet/vt umbra est priuata lumine q. modicum admodum lumen habeat: & quae debilem habent sonum dicuntur sono priuari. Et octavo quod non facile aut non bene habet: vt dura priuantur sectione q. non facile secantur. Quattuor modi habere. Primo, est aliquid secundum suam naturam ad suum impetum quicq; deducere: vt febris habet patientem & tyrannus urbem. Secundo est habere dispositionem: vt quantitatem aut qualitatem. Tertio est continens habere contentum: vt lagena vinum &

fluvius piscem. Quarto est alterius impetum cohibere: vt magistratus habet multitudinem & praecipos scholasticum. Sex ex aliquo modi ex aliquo. Primo ex materia secundum genus aut individuum speciem: vt statua est ex aere aut ex metallo. Secundo est aliquid esse ex primo mouente: vt pugna est ex conuictis q. conuicia sunt primum mouens pugnae. Tertio ex composito & toto. Vt carmen Virgilianum. Quid non mortalia pectora cogis auri sacra fames: est ex tercio Eneidos Virgilij. Quarto est esse ex parte: vt homo ex capite. Quinto est esse ex aliquo mouente secundum partem: vt alitio est ex animali mouente secundum partem vt pote animam. Sexto est priori tempore: vt ex nocte fit dies/ & ex tempore diei matutino fit meridies. Quing; modi partis. Primo quod in toto est: vt anima in homine similiter caput & cor. Secundo quod aliquoties sumptum totum comensurat: vt duo sunt partes duodenarij/ita & tria & quattuor. Tertio partes subiectiue aut essentielles: vt homo & equus/animalis partes sunt: similiter anima & corpus sunt partes hominis. Quarto in quo resoluitur totum & ex quo totum constituitur: quo pacto materia & forma partes sunt compositi & elementa mixtorum. Quinto quod in alicuius diffinitione ponitur pars diffinitio dicitur: vt genus & differentia sunt hoc modo partes speciei. Tres modi totius. Primo cui nulla partium ex quibus natum est constare deficit & abest: vt homo omnibus organis corporeis integre praeditus. Secundo est natura multa sub se continens vt genus & totum integrale: vt color totum est hoc modo/nam multas continet species: totum inquam vniuersale. Et arbor ad suas partes est totum integrale. Tertio quod aliunde q. natura multa complectitur & continet: vt totum arte compositum multas continet partes suas aliunde q. natura/nam ab arte. Et quicquid totum dicitur: transpositione artis facta manet idem/ vt totum es totum aurum/ totum metallum. Quicquid autem transpositione facta non manet idem: omne & non totum dicitur / vt omnis aqua. Nam cum transponitur aqua & farina commiscetur pro pane conficiendo: non manet eadem secundum substantiam ante & post. Septem proprietates colobi. Est enim colobum sive mutulum illud cui aliqua secundum quantitatem deest pars: vt coluber cui abscissa est cauda pars est mutulus / pars autem decisa minime mutula dicitur. Prima, Mutulum debet esse continuum per magnitudinem: quare numerus mutulus non est. Secunda, Quod ablatum fuerit remanente minus esse debet, quare cauda colubri abscissa non est mutulus: sed totus colubri residuum mutuli dicitur & colobum. Tertia, Manere debet specie consimile: quare amoto capite animalis residuum non dicitur colobum/ quia non manet eiusdem speciei ante ablationem & post. Prius enim dicebatur animal: & postea cadaver. Quarta, Dissimilium denominationum partium esse debet & hetero generum: quare elementa non sunt dicenda mutula. Quinta, Partes illae diuersae non essentielles sed secundum quantitatem sumptae esse debent: vt manus / caput / brachium. Sexta, Pars propria & substantiae praecipua (sine qua scilicet totum esse non potest) ablata esse non debet: vt cor/caput. Alioquin non maneret ablatione facta specie consimile. Septima, Non debet item pars ablata interior esse neq; noua generatione reparari posse: hinc per ablationem epatis aut pulmonis non dicitur homo colobus neq; per ablationem carnis. Nam reparatur consimilis caro in specie. Quattuor modi generis. Primo est collectio generatorum consimilem speciem habentium: vt collectio Romanorum a Romulo. Et haec est prima Porphyrij acceptio. Secundo est talium generatorum primum principium: vt Romulus Romanorum. Et haec est secunda acceptio Porphyrij. Tertio est passionum subiectum: vt genus subiectum sive genus scibile in disciplinis. Quarto quod in diffinitionibus primum praecipuumq; habet locum. Et est magis commune diffinitio: aut genus tertio modo Porphyrij/aut illius loco positum. Duo modi diuersorum genere. Primo, quae idem subiectum primum non habent, sive disciplinae vt logica & naturalis philosophia / sive compositionis vt res naturalis & corpus caeleste. Secundo, quae diuersorum sunt praedicamentorum: vt homo & albedo. Quattuor modi falsi. Primo est eorum quae compari non possunt mentis affirmatio: & quae dissolui vereq; negari nequeunt negatio, vt ista mentalis homo est lapis/homo non est animal. Secundo quae videntur esse talia qualia non sunt: vt cuprum selle tinctum videtur aurum / & argumentatio philosophica videtur bona. Tertio qui intentione fallendi rationes adducit falsas: vt sophistae & fallaces homines. Quarto qui rationes apparentes facit & non intentione fallendi: vt multi philosophorum veritatem inquirentes. Quattuor modi accidens. Primo, quod alicui inheret: vt ipsa albedo. Secundo, quod extra semper & frequenter & non ex intentione euenit: vt effectus casualis & fortuitus/qualis est inuentio thesauri inter fodendum. Tertio, quod accidentaliter predicatur: vt album nigrum. Quarto, quod de alicuius substantiali diffinitione non est: vt propriae passiones sunt hoc modo accidentia suorum subiectuum.



Vt istos. Quo a ceteris haec disciplina differat quo a naturali philosophia, quo a mathematica, an entis per accidens sit scientia/scientiae autem nomine artem & prudentiam complectimur, qui modi entis. Elementa, haec disciplina principia & causas entium vt entia sunt: considerat, alij autem non, haec simpliciter quid & substantiam contemplatur: non autem aliarum villa, sed vnaqueq; circa aliquid vnum spectale intra ens aut substantiam versatur, haec disciplina quodammodo vniuersalis est: alij vero particulares, hinc vt ille suu genus esse non demonstrant q. earu finis existat/ita hic neq; ens aut substantiam esse demonstrandum est. Naturalis philosophia circa quoddam genus entis versatur, id enim substantia est principium motus et quietis in se habens: & solum circa mobilia & inseparata eius consideratio existit: omniscq; eius consideratio vt consideratio simi est, prima autem philosophia circa ens ipsum/immobilia / & separata: & eius consideratio vt consideratio eant existit. Conuenit tamen naturalis philosophia cum hac supra mundana: q. contemplatiua sit, etenim omnis scientia omniscq; disciplina: aut contemplatiua est/quam Theoricam vocant/aut actiua/quam practicam: aut factiua / quam dicunt poeticam. At vero non actiua est: nam haec secundum electionem est / & earum quae intra nos sunt actionum, neq; factiua: nam & haec secundum electionem est & earum effectio quae in opus extrinsecum transeunt, relinquunt itaq; ipsam contemplatiuam esse. Mathematica circa vnum genus itidem entis versatur: neq; vt entia sunt co-

siderat/sed potius vt comensurabilia atq; incommensurabilia aut aliquid huiusmodi. Conuenit tamen cum prima philosophia q; ipsa idem idemdem contemplatiua sit: & immobilia & tanq; separata consideret, non tamen re ipsa separabilia sunt/quemadmodum diuina illa quæ sapientia ideo iure Theologia nominata/contemplatur. Ex his itaq; liquet tres Theoricas esse disciplinas: Physicam/Mathematicam/ & sapientiam quam Theologiam nominauimus, quæ alias disciplinas & actiuas & passiuas longe antecedunt desiderabiliores: & longe sapientia ipsa omnes antecellit/vt quæ sit circa diuinum & honorabilissimum genus. De his quæ accidunt nulla scientia aut contemplatiua aut actiua aut effectiua: studium curamq; adhibet. Quæ accidunt / infinita esse possunt: neq; causam determinatam habent. Ea siquidem philosophi curant qui nulla disciplinis accommoda tractant. Et cum entium quædam semper sint/quædam plurimum/quædam neq; semper neq; plurimum: sola ea quæ semper sunt aut plurimum/discipline curant, accidentia autem neq; semper neq; plurimum existunt. Entium quoddam quod quid est & substantia est, quoddam quæ tum/ad aliquid/ quale/agens/patiens/quando/vbi situm/ & habitum / quoddam secundum se, quoddam secundum accidens, quoddam actus, & quoddam potentia. Item ens vno modo verum/ & non ens falsum dicitur: quo pacto semper contradictoriorum alterum ens est/alterum vero non ens, suntq; ens & non ens hoc pacto circa intellectus complexiones: & non in rebus exteris & quæ sint extra mentem & intellectum sitæ. Sed hæc amplius determinare alter exigitur locus, nunc autem ad ens quod quid est & substantia: aperiendum nos conuertamus.

In sex primos Metaphysicos Aristotelis libros introductionis finis.

In sexti libri introductione a questionibus inspicatur exordium. Quarta prima est. Quo a ceteris disciplinis hæc disciplina differt. Responsio. Differt primo, quia hæc disciplina principia & causas entium vt entia sunt/ & sub eorum ratione considerat. Non autem alie considerat res quatenus entia sunt/ sed vt transmutabilia/ commensurabilia/ proportionabilia/ aut alia quibus speciali ratione. Secundo, hæc disciplina simpliciter quid & substantiam contemplatur. Non autem aliarum vlla: sed vnaqueq; circa aliquod vnum speciale intra ens aut substantiam versatur, vt logica circa verum & falsum/ Geometria circa magnitudinem/ Arithmetica numerum/ Astronomia corpora cælestia. Tertio, quia hæc disciplina quodammodo vniuersalis est ob vniuersalem generis subiecti rationem: a quo vt scientia omnis suam sumit vniuersalitatem vniuersalitatem aut particularitatem. Alie vero discipline ad hanc collatae quodammodo particulares sunt: q; particularem habent eorum genera subiecta rationem & ratione entis inferiorum. Conuenit tamen ista disciplina cum alijs, quia sicut alie suum genus subiectum esse non demonstrant sed supponunt: ex eo q; genus subiectum est finis ipsarum disciplinarum/ & cuius cognoscendi gratia ipse discipline ordinantur. Finis autem non probatur demonstratione nec inquiritur/ sed supponitur: ita hic neq; ens neq; substantiam esse demonstrandum est sed supponendum/ q; ens huius discipline genus sit subiectum. Secunda questio. Quo hæc disciplina a naturali philosophia differt. Responsio. Prima mo differt quia naturalis philosophia circa quoddam genus entis versatur: quod quidem est substantia principium sui motus & quietis in se habens. Metaphysica vero circa ens ipsum. Secundo, quia solum circa mobilia & inseparabilia id est tum re tum ratione materie coniuncta insus philosophia naturalis consideratio existit. Prima autem philosophia circa omnino immobilia & per se & per accidens omninoq; separata & re & ratione existit. Tertio, Omnis philosophia naturalis consideratio est vt consideratio simi: quod materiam dicit scilicet naturam/ & formam scilicet causam: q; philosophia naturalis de formis considerat quatenus materia coniuncte sunt. Prima autem philosophia consideratio est vt consideratio causi: quod formam importat ratione a materia sensibili abstractam. Nempe metaphysica consideratio de abstractis est non modo ratione sola vt causam: verum etiam re ipsa. Conuenit tamen naturalis philosophia cum hac supramundana: quia vt supramundana philosophia contemplatiua est: ita & naturalis philosophia. Quod hæc ratione consistit. Omnis scientia/ omnisq; disciplina (nomen scientie ad omnem virtutem intellectuales tum contemplatiua/ tum actiuam/ tum factiuam extendendo) est contemplatiua: quam graeci Theoricam uocant/ aut actiuam: quam dicunt Practicam/ aut factiuam: quam dicunt Poeticam/ vt sextus Aethicorum liber planius ostendit. At vero philosophia naturalis/ actiua non est. Nam scientia omnis actiua secundum electionem est: & earum quæ intra nos sunt actionum. Naturalis autem philosophia secundum electionem non est/ neq; earum actionum quæ sunt intra nos: non est igitur naturalis philosophia/ actiua. Neq; ita dem est factiua. Nam omnis scientia factiua etiam secundum electionem est & earum effectuum quæ in opus extrinsecum transeunt. Atqui naturalis philosophia neq; secundum electionem est/ neq; earum est effectuum quæ in opus extrinsecum transeunt: non est igitur factiua. Et manifestum est philosophiam naturalem/ scientiam esse & disciplinam. Relinquitur igitur a sufficienti diuisione ipsam esse contemplatiuam. Tertia questio. Quo hæc disciplina a Mathematica differt. Responsio. Differt primo. Quia Mathematica circa vnum genus entis versatur quod est quantitas. Metaphysica vero circa ens ipsum. Secundo, Quia Mathematica ea quæ determinat non vt entia sunt considerat: sed potius vt commensurabilia atq; incommensurabilia aut aliquid huiusmodi. Metaphysica vero entia vt entia sunt considerat. Conuenit tamen primo Mathematica cum sapientia: q; sicut ipsa Metaphysica contemplatiua est: ita & Mathematica/ quod eadem ratione vt de philosophia naturali modo deductum est ostendi posset. Secundo, Quia vt Metaphysica immobilia & separata considerat: ita & Mathematica, hæc quidem ratione sola separata/ illa vero & re & ratione coniuncta. Siquidem ea quæ considerat Mathematica/ re ipsa separabilia non sunt: sed materie sensibili addicta. Ea vero quæ diuina sapientia & idcirco graeco nomine recte Theologia nominata considerat re ipsa prorsus separata sunt & penitus immobilia. Magnitudines enim vt a Mathematico considerantur/ ratione quidem a motu abstrahuntur: circa eas tamen motus / augmentatio/ diminutio/ rarefactio & condensatio fieri possunt. Ex his itaq; constat tres Theoricas/ contemplatiuasq; de rebus esse disciplinas: Physicam/ Mathematicam/ & Metaphysicam/ quam & sapientiam & Theologiam ante nominauimus. Quæ quidem tres ceteris multo desiderabiliores & magis expecti dignæ: alias disciplinas & actiuas & factiuas longe dignitate antecedunt. Et longe sapientia ipsa omnes etiam contemplatiuas antecellit: vt quæ circa primum & honorabilissimum genus scibile. Nempe a primum

primum supremumq; ens/ superexcellens & superperfectum considerat. Scientia autem ob materie subiecta prestantiam & nobilitatem/ vna q; altera honorabiliores sunt. Quarta questio. An ens per accidens sit scientia: scientie nomine artem simul & presentiam intelligendo? Responsio. Non. Primo. Quia de his quæ accidunt/ quæq; raro sed neq; a natura neq; intentione determinata eueniunt: nulla scientia contemplatiua studium curamq; adhibet/ neq; actiua/ nec deniq; factiua: ergo de eis nulla scientia studium curamq; adhibet. Entia igitur per accidens non est scientia. Secundo, Quæ accidunt/ infinita/ numeroq; indeterminata esse possunt. Nam ex vna causa per accidens infiniti & incerti numero effectus possunt euenire, vt ex ambulatione ad forum inuentio debitoris/ inuentio pecunie perditæ/ inuentio patris / vulneratio a lapide decidente/ & ita de alijs. Neq; causas habent determinatas: nam vnus casualis aut fortuitus effectus ex infinitis & numero quidem indeterminatis causis accidere potest: vt inuentio debitoris ex profectione ad locum comparandi victus gratia/ ex deambulatione animi laxandi gratia / & fuga. aduersarij persequentis/ ex persecutione inimici fugientis / ex motu ad videnda spectacula. Infinitorum autem & quæ causas indeterminatas habent non est scientia: igitur ens per accidens non est scientia. Tertio, Entia per accidens philosophi curant: qui propria & quæ per se sunt reiciunt. At philosophi nulla disciplinis accommoda / conuenientiaq; tractant: sed ea solum quæ a disciplinis reiecta sunt/ nullumq; ad doctrinam habent momentum. Igitur ens per accidens non est scientia. Quarto, Entium quædam semper sunt: vt supramundana & orbium cælestium lationes. Quædam plurimum sunt & frequenter eueniunt: vt pluuia in hyeme/ tonitruum in estate. Quædam vero neq; semper neq; frequenter eueniunt/ sed raro admodum: vt quæ a casu aut fortuna contingunt, hac supposita diuisione sic formatur ratio: Sola ea quæ semper sunt aut plurimum/ discipline curant. Accidentia autem (capiendo secundo modo superius posito accidens) neq; semper neq; plurimum existunt sed raro. Igitur eorum non est scientia. Quinta questio. Qui modi entis? Responsio. Entium quoddam quod quid est & substantia: vt homo/ quoddam quantum vt bicubitum / quoddam ad aliquid vt duplum/ quoddam qualitas vt albedo/ quoddam actio vt calefacere / quoddam passio vt calefieri / aliquid est quando vt esse in die / aliquid vbi vt esse in aere/ quoddam situm vt sedens iacens / quoddam habitum vt tunicatum calceatum. Preterea quoddam ens est secundum se sine substantia. Quoddam secundum accidens siue accidens, quoddam actus vt equus nunc viuens/ quoddam potentia vt equus cras nasciturus. Preterea ens vno modo verum est & propositio vera/ & non ens falsum siue propositio falsa/ quo pacto dicitur vnum contradictoriorum semper ens & alterum non ens/ hoc est vna contradictoriarum vera est altera falsa. Et ens & non ens hoc modo circa intellectus complexiones/ affirmationem scilicet & negationem consistunt. Siquidem circa compositionem & diuisionem intellectus consistit veritas & falsitas. Neq; ponendum est hoc modo verum & falsum in rebus exteris & quæ sunt extra mentem. Vera quidem propositio mentis dicitur: quæ in re habet respondentiam / & ita enunciat sicut se res habet.

Et falsa: quæ non habet respondentiam in re / & secus ac res est enunciat. perinde atq; imago vera dicitur quæ suo respondet extero exemplari: & falsa quæ non respondet. Vocalis autem & scripta propositio vera dicitur ex eo q; exprimit mentalem veram: & falsa q; explicat exteriusq; profert mentalem falsam. Perinde atq; vrina sana dicitur quæ sanitatis signa prestat: & egra quæ indicat egritudinem. Sed ad hæc amplius determinanda alter exigitur locus: nunc ad substantie naturam aperiendam nos conuertamus oportet. Commentarij in sex primorum librorum Metaphysice Aristotelis introductionem finis. (ooo cccccc ooooo)

IN DIALOGOS INTRODUCTIONIS Metaphysicę declaratorios Iacobi Fabri Stapulensis præfatio.



Interrogasti me doctissime Germane: cur per Dialogos & non potius oratione perpetuo discurrente commentarios tibi dicatos composuerim. Hanc rationem accipe. Ad hoc faciendum honestus adolescens Guillelmus Gontertus qui me per Italicam oram comitatus multa officia prestitit: facile induxit. Si ita feceris inquit: admonebis qui docturi erunt quo pacto interrogare debeant / interrogataq; docere: & simul vtiliter discipulo consulere & docenti. Admonuit me preterea legentes monere fronti prefixam Isagogen quo facile memorię mandetur in artificio esse constitutam, & quæstiones/ ordinem/ seriemq; predicamentorum sequi: & affirmatiuas quæstiones per an & nunquid / responsonem exigere negatiuas: & contra negatiuas/ affirmatiuas, & earum dilutiones propriis elementis suo ordine paragraphis distinctis esse querendas. Atq; vos ita estote moniti, & quicumq; docendi munus prouinciamq; assumet: se putet Theoreticum, quicumq; vero probus adolescens docebitur: se Neantiam putet aut putet Eutycherum.

Dialogorum Metaphysicę introductionis notæ.

Acroamatica / auscultatoria: q; non passim omnes sed selecti pauci ad Metaphysicorum auditionem admittuntur. Antichthona/ terra terræ contraposta. Singula singularia. Archaicæ/ qui edificandi scientiam habet: quæ ceteros ad artis opera dirigit. Nos scientie nomen ad habitum tum actiuos/ tum factiuos (qui sunt prudentia & ars) hoc in loco extendimus. Archetypus / exemplaris. (ooo)

D
IACOBI FABRI STAPV
LENSIS IN INTRODVCTIONEM METAPHYSICORVM ARI-

stotelis commentarii per Dialogos digesti: Quorum primi interlocutores sunt.
Theoreticus Metaphysicus. Neania adolescens.



Vid libri o dulcis Neania nūc in manib⁹ tenes? Ne. Est nescio quid o Theo-
retice forte (vt aiunt) minus minimo, tolle hunc ipsum si placet atq; introspece, hunc mihi nūc
vnus meorum equalium e litterarum ludo reuertenti obuiam factus obtulit: neq; satis senten-
tia teneo. The. Introductio quaedam esse videtur in Acroamaticam Aristotelis philosophi (sapi-
entiam. Ne. Ita certe (recordor) qui mihi ipsum obtulit: titulum pronuntiabat. The. Sed o praecla-
re in nobis Neania: iam praeclarum nomen (dico sapientiam) minime abs te excidere debuisset. Sed
quid etiam: si ipseus aliquid intelligeres? O pateres ne. Ne. Maxime: et oportune nunc quidem. Na
hac ipsa hora ludus vacat, caeteriq; mei coequales alicui nunc honesto ocio indulgent. Si autem
minus tibi molestum esset O sapientissime Theoretice (talem enim te fama autumat) ruditatem
meam informare: me dedo ad quaecumq; voles paratissimum. The. Probe adolescens qui possim illo
bellum haud quaerens euolui. Ego vero si vel in cursu transgessim et me id posse sentirem: mihi
tecum gratissimus suscipiendus esset ille labor. Ne. Equidem credo / et si nondum totum euolueris: id vel q; maxime posse. The.
Quia igitur te sic affectum video / teq; id vehementer exoptare, quid possim experiemur. Attende igitur aliquando praeclarus a tuo
praecceptore auditurus, et quae minus in ocio et pro hac nostra (cum alterius negocij vacui sumus) communi recreatione expedie-
uerimus: haec omnia plenius qui te curant sapientes tui praecceptores te alias informabunt. Nunc abs te scilicet: quod exillimas haec
vocalia sex: Sapientia / Causa / Disputatio / Eius / Distinctio / Comparatio: fronti adiecta sibi praetendere velle. Ne. Etiam id ad te doce-
ri cupio. Theoreticus. Nihil o Neania nisi materiam qua sex primos suae auscultatoriae sapientiae libros Aristoteles digesti. Primus
siquidem est de sapientia. Secundus de causis q; in infinitum non procedant: sed ipsarum omnium vna sit prima. Tertius disputat.
Quartus entis naturam edocet / q; omnia ad vnum maxime ens: perinde atq; omnes causas ad vnam primam et maxime causam
sunt reducenda. Quintus quotiens complura illic contenta vocalia dicantur: distinguit. Sextus sapientiam ad inferiores disciplinas
tam naturalem philosophiam tum mathematicam comparat. Ne. Satis mihi videor sex praepositorum vocabulorum rationem te-
nere. The. Mox sapientiam ipsam finit q; sit quae maxime scibilia / primas causas / et prima principia contemplatur, cuius hunc
intellectum esse putes. Sapientia est eorum quae in natura sunt honorabilissima entia: intellectus pariter et scientia. Ne. Hanc ego de-
gnissime vir quam subiungis interpretationem me audiuisse recordor ab Agatho et Aristo viris admodum bonis et in morum
disciplina cruditis. Arbitror ergo in hac finitione: maxime scibilia propter scientiam metaphysicam appositum fuisse: et deinde
subiunctum primas causas et prima principia propter intellectum metaphysicum. The. Recte sentis, deinde finit vt vides quae pri-
ma principia et primas causas hic vocet, quid sapiens, et sapientiam et sapiens interpretatur: sexq; sapientis adiungit conditiones.
Ne. Sed cum dicis qui hanc sapientiam possidet: an aliquid singulare denotes / in diuinae demones quicq; The. Parua sunt
quae petis o dulcis Neania, audisti ne quae in definitionibus vniuersalia signa videntur: non esse vniuersalia, et quae singularia vi-
dentur: itidem neq; esse singularia, quandoquidem omnis definitio sit vniuersalis: maximaq; circa definitiones curae sanaq; in-
telligentia adhibenda sit. Ne. Audieram equidem: sed ita sum fluxa / labiliq; memoria: vt iam e mente lapsus excidisset. The. Hanc
itaq; possidere sapientiam esse possidere sapientiam in ea ipsa significatione qua nuper definiuimus: tam audiuisti, alias quas cumq; signifi-
cationes ne curas: nec te deturbent. Deinde quaestiones format quarum quidem quarundam praecedunt elementa: quarundam etiam
subsequuntur. Elementa voco principia, sed te iam interrogo. Quid? Ne. Nescio quid huic tuae quaestioni respondere debeam. The.
Non iniuria profecto, nam quaestio quaerit quaecumq; prius definita fuerunt, definitionesq; praemissae hanc absoluunt quaestione:
suntq; nobis elementa. Sed nunc serio te percontor. Quid sapientia? Ne. Haud dubito esse respondendum eam ipsam esse quae maxi-
me scibilia / primas causas / et prima principia contempletur. Quod si mihi peteres hanc explicare: protinus subiungerem sapientiam
intellectum esse et scientiam eorum quae in natura sunt honorabilissima. The. Docte quidem. Quae primae causae et prima prin-
cipia? Ne. Suprema illa et honorabilissima in natura entia. The. Probe iterum. Sunt enim illa venerabilissima mundi intelligibi-
lis entia et illius felicissimae lucidae regionis: cuius terram oculis mortalium intueri concessum est. Eorum enim terra / celum ip-
sum est hominum eorum quae ipsum inhabitant infimum, et ita ad illa beatissima et optima entia sese habent: vt terra haec nostra
et nostris pedibus subdita ad nos sese habet. Ad quam diuinam Antichthonam cum mortales oculos conuertimus: nos in suspi-
ria trahit huius tam lucidae tamq; felicitatis regionis desiderio, quae aliquando o amice Neania si recte in hac turbulenta et inferiori
regione viuimus: nostra regio futura est. Cuius si terra tam lucida miriq; decoris inspicitur: quales arbitraris o amice illius regio-
nis incolae? Ne. Arbitror mirae haud dicibilis / incogitabilisq; pulchritudinis. The. Et bonitatis quidem et sapientiae. Sed tu modo
dic quomodo sapientiam ipsam interpretare. Ne. Metaphysicam / primam / supremam / diuinam / supramundanamq; philo-
sophiam. Theore. Potius metaphysicam interpretare supranaturalem supramundanamq; philosophiam. Quid sapiens?
Ne. Is est qui vt paulo ante definita est possidet sapientiam. The. Sane. Sed quo pacto interpretaris sapiens? Ne. Metaphysicum /
primum / supremum / diuinum / supramundanumq; philosophum: aut potius vt tibi placet metaphysicum interpretor supranat-
uralem / supramundanumq; philosophum. The. Erudite quidem, eorum quodlibet sapiens interpretatur. Sed vultis aliquid eorum quae diximus
mihi demonstrare. Ne. Non audeo dicere te me fallere velle / cum id opus officiumq; minime sapientis sit, sed me potius probas an
cum male tenaci sum memoria vt dicebam: id a me iam exciderit quod a te dictum audiui haec esse principia. The. Non ab re

Quaestio est co-
lestis regiois
pulchritudo.

respondes. Nam cum principiorum alia non sunt principia: videtur nihil eorum quae tractauimus demonstrari posse: et interpra-
tationes ipse ad definitiones quae principia sunt reduci videntur. Tibi ne ita esse videtur. Ne. Videtur omnino. The. Dic quos sapi-
entis conditiones? Ne. Ita ne respondendum esse censet: sex esse. Sapientem scilicet maxime omnia scire vt contingit, difficillima cognos-
cere. Scientiam nactum esse certissimam. Circa scientiam omnem: causas assignare posse. Scientiam maxime propter scientiamq; gra-
tia expectabilem habere. Habere item et scientiam principalissimam et maxime liberam. The. Ita respondendum. Ne. Certe.
Sed mihi complures reliqua esse videntur: vt caeteris praesse et principari ad commune bonum dirigere leges condere, et cons-
datis exequi curare, tales ergo audiui maxime sapientes vocare. The. Haud satis attendisti dictum fuisse eam solam sapientiae signifi-
cantiam nos curare oportere: quae definita est intellectum et scientiam earum rerum esse quae honorabilissima sunt in natura, imo
vero nihil aliud iterum esse dico nisi summorum rerum principiorum et aeternarum rerum omnium rationum cognitionem, et
illius sapientiae / aut potius hac sapientiae praediti sapientis: conditiones sex adduxisti. Et quas vltimus assignasti non ipsius verae sapi-
entis sed civilis facultatis periti existit. Qui si dicitur sapiens / et statuarius Polycretus sapiens: nihil hic talem sapientiam curamus.
Sed forte tibi non ab re obrepat difficultas, si haec ipsa non sunt sapientis officia: et fortiter et temperate et magnifice / et ma-
gnanime agere / atq; ad ita viuendum dirigere, dubitas forte an ergo malus sapiens esse possit? Ne. Dubito plane. The. Haec pro-
fecto officia non a sapientia: sed fortitudine / temperantia / magnificencia / magnanimitate atq; iustitia proficiuntur, verumtamen non
immerito dubitas, de ea parte corpus et gram optimas eius operationes habere: ipsaq; efficere posse. Ne. Non puto. The. Putas
malitiam omnem vt timiditatem / intemperantiam / pusillitatem / pusillanimitatem, et iniustitiam: quandam esse animi aegritudi-
nem? Puto. The. Si itaq; ita mentis aegritudo ad mentem / vt corporis aegritudo ad corpus sese habeat: malus vt timidus / intemper-
tus / paruos / pusillanimitas / et iniustus: minime optimam mentis operationem faciet / nam mente aegrotat. Ne. Ita est. The. Si te
percontor quis optimus oculi sit habitus: quid respondebis? Ne. Optima oculi sanitas. The. Quid si te rogo quae eius optima sit ope-
ratio? Ne. Visio optimi visibilis arbitror id esse. The. Verum dicit / vt solis. Sed quem dices optimum mentis habitum? Ne. Sapientia-
m. The. Quam optimam mentis operationem? Ne. Contemplationem. The. Verum dicit optimum contemplabilem. Malus igitur haud
quaerit contemplari poterit optimum maximumq; contemplabile: vt neq; oculus aeger optimum maximumq; visibile sustinere. Ne.
ita videtur. The. Vide igitur quo me tua quaestione pduxeris: quoniam a proposito sum digressus. Et hac tamen digressionem vilitatem
sibi cape. Enitere igitur quantacumq; potes mentis validitatem tibi parare: vt sapiens efficiaris. Omnes certe circa sapientiam ipsa
bonae mentis affectiones / vt caeterae scientiae caeteraq; virtutes omnes: ad ipsam quaedam praeparamenta / dispositionesq; esse debent. ad virtutem
Et haud secus ad ipsam tenderet atq; omnis corporis harmonia temperamentumq; in sanitatem / optimumq; corporis habitum: Sed
caetera eo quo ceptimus modo: discutiamus. Vt expertus non artifex an artifex non expertus certius operetur. Ne. Expertus non
artifex artificem non experto certius operatur. The. Id pando. Ne. Verum id mihi potius pando: sic forte promptiorem ad reliquorum
perquirenda applicandaq; elementa me reddideris. The. Haud male sentis, huius rei elementa sunt haec: experientiam singularium
esse, et operationes circa singula versari. Artem vero esse vniuersalium. Responde ergo nunc? Experientia singularium est.
Ne. Concedo. The. Et actus / operationesq; circa singularia sunt. Ne. Et id concedo. The. Ars autem est vniuersalium. Ne. Est. The.
Rursus expertus non artifex experientiam habentium expertus est. Ne. Habet. The. Artifex autem non expertus minime habet expe-
rimentum (nam esset expertus) sed solum circa vniuersalia cognitionem. Ne. Ita est. The. Expertus igitur non artifex experientiam
habens quae est ad operandum circa singularia: certius operabitur ipso artifice non experto non habente huiusmodi praesidium ad
operandum circa singularia. Ne. Ita esse oportet. The. Percipisne hinc fieri vt qui rationem habent / vniuersalesq; sine experimento
cognoscunt: circa opus saepius oberrare contingere / cum singularia ignorent? Ne. Ego quidem non satis. The. Quomodo? Ne. Nam
didici ex singularibus sensus: nobis memoriam a generari experientiam: experimentum autem / mentis vniuersale
sequi: quod artis futurum sit principium. Qui igitur fiet vt quis artem habeat: et si artem / vniuersale eius principium: et tamen
non habeat experientiam: itaq; modo non mihi videtur quispiam vniuersale cognoscens sine experimento: imo neq; artem omnino
sine experimento haberi posse. The. Falsum ergo arbitraris praesuppositum: aliquid scilicet artificem esse et non expertum. Ne. Id
ipsum. The. O amice Neania bifariam artem aliquam nos acquirere contingit. Vno modo per propriam inuentionem, vt si quem
aspis peruenierit qui protinus epoto aceto se inde affectum sanum cognouerit: deinde compluribus alijs simili periculo detentis / sema-
per et saepius eodem medicamine succurrerit: talis profecto vniuersalis cognitionem habet q; omnis aspide percussus aceto sum-
pto leuetur. Et qui hoc pacto in vniuersalis artibusq; cognitionem deuenit: ipsum experimentum habere necesse est. Altero autem mo-
do vniuersalis et artis cognitionem alio docente nanciscimur, quem admodum tu modo si meis verbis fidem praebueris quae nuper
dixi: vniuersalis habes cognitionem q; omnem aspide percussus: acutum bibulum leuet / cuius tamen tu minime experimentum has
bes. Ita fit amice vt qui sola doctrina artem sibi comparant: primum artifices sunt et vniuersale sine experimento cognoscant / igno-
rentq; artis et vniuersalis illius singularia: quod tu ignorare videbare. Ne. Non aduertebam profecto: sed iam intelligo, id to-
tū quod tractauimus de arte et artis cognitione quae doctrina alteroq; docente paratur intelligere debemus. The. Sapis modo, vlti-
mus pergamus, vtrum ipsorum honorabiliorem putas? Ne. Artificem non expertum, sine id ego ostendam. Qui causas cognoscit
ij profecto nescientibus causas honorabiliores sunt, artifices autem et si non experti / causas non vniuersales autem non artifices / mi-
nime, erit itaq; artifex non expertus experto non artifice honorabilior. The. Recte putas, nam cuius solum expertus quia cognoscit:
artifex cognoscit propter quid, intelligo solum expertum qui expertus sit et non artifex. Et hinc euenit vt ipso architecto magno
pendamus / plurisq; faciamus / et magis honoremus manu operarijs, nam scientiores / sapientioresq; reputamus. Ne. Ita est, sed sine
perfidiam. Quos ergo (vt dicis) merito scientiores / sapientioresq; reputamus: honorabiliores sunt, faciunt enim scientia et sapientia
(vt saepius me audiuisse memini) suos possessores honorabilissimos. At solum artifices / scientiores sapientioresq; non merito repu-
tamus ipsi solum experti, intelligo tamen scientiores / sapientioresq; scienti atq; sapienti similiore, fit igitur iterum vt artifex non
expertus experto non artifice honorabilior euadat. Rursum nonne qui docere possunt circa aliquid: honorabiliores censentur
ijs qui circa id ipsum docere nequeunt? Theore. Vt ais, est enim omnino scientis signum posse docere. Ne. At solus
z ii

Duplex artis
acquirere ra-
tio.

artifex docere potest: non autē solū expertus, sit igitur ut artifex non expertus experto non artifice honorabilior habeatur. Præterea honorabiliores sunt qui intellectum sequuntur vs qui sequuntur sensum. At qui solum artifices intellectum sequuntur: qui & causas solus cognoscere facit, solum autē expertus sensū, nō imerito ergo dicitur: artifices non experti experto non artifice honorabilior esse. The. Satis ostendisti, sed cur tot rationibus hanc argumentationem desecasti? quatuor enim efficijisti: cum vnicum habeas elementum. Ne. O b id ipsum, nam elementum hoc qui causas sciunt: quos scientiores / sapientioresq; iure reputamus: qui docere queunt: quare non sensus sed intellectus cognitionem sequuntur: honorabiliores censendi sunt / mihi quadrifidum esse visum est, & a qualibet eius quatuor particularum: particulare sumi posse elementum. The. Nec imperite quidem ita perpendisse videre. Sed perge semper, quis sapienti similior: expertus an sensū habens / artifex an expertus / architectus an manu operarius / contemplatiuus an actiuus? Ne. Questio hæc tota multas mihi partiales implicare videtur: quæ suo sunt ordine digerendæ hoc modo, expertus sapienti similior est solum sensum habente, & artifex experto, & architectus manu operario, & contemplatiuus deniq; actiuo. Expertus siquidē sensum habente sapienti similior esse videtur propter hoc: q; artifice propinquior / similioreq; euadit. Artifex autem ut diximus scienti sapientiq; similis habetur, ut si me cernente expertus aliquis cancerum / superposito medicamine sanet / medicamenq; illud diligentius obseruem: id ipsum cognoscens ego sensum habeo non experimentum, ipse vero & sensum & experimentum habet, estq; artifice & scienti similior: qui ob experimentum / sanandi habet certitudinem. Ego vero solum sensū habens: minus similis minusq; certus euado. Et q; artifex experto sapienti similior sit & architectus manu operario: causam iam tetigimus: quia quos iure scientiores sapientioresq; reputamus sapienti sunt similiores. At concessum est artifices expertis / & architectos manu operarijs iure scientiores / sapientioresq; reputari, sit igitur ut artifex experto / & architectus manu operario sapienti similior sit. Sunt & aliæ causæ quas ad ostendendū artificem non expertū experto non artifice honorabiliorē esse adduximus. Verum q; contemplatiuus actiuo sapienti sit similior: non vsq; adeo mihi constat / nisi forte dixeris contemplatiuū & ipsū sapientē idem esse. The. Idem certe sed non omnino. Nam omnis sapiens / contemplatiuus est: imo maxime contemplatiuus, sed contra non procedit omnem contemplatiuum esse sapientem. Quod quo modo fiat intellige, intellectus diuæ sunt vires: scilicet vis contemplatiua / cuius habitus sunt scientia / intellectus / & sapientia, & vis consultatiua: cuius habitus sunt ars & prudentia. Ars quidem ad faciendum; & prudentia ad agendum. Et hæc & quo pacto scientia / intellectus / sapientia / ars / & prudentia ad invicem differant: hoc loco intelligere non possis sed morali philosophia. Ne. Hæc ego omnia superiore anno vna cum Didacto & Eutychemo meis coequalibus ab Eudemone aliqua etiā ab Aristoteli audiui. The. Tanto promptius quæ dicere statui deprehendes. Omnem scientem ergo & intelligentem dicere possumus contemplatiuū: ut pote qui partis contemplatiuæ habitum habeat. Ne. Apparet. The. Non autem omnem scientem aut intelligentem dicere possumus sapientem. Ne. Ita est. The. Non igitur omnis contemplatiuus est sapiens. Ne. Necessè est. The. Sed nunc agamus: an talis contemplatiuus qui idem sapiens non est / & actiuo & factiuo hoc est prudente & artifice: sapienti sit similior? Ne. Mihi respondendum est ita esse: sed tu causas adhibe. The. Qui magis causas cognoscit / arbitrarijs sapienti similiores? Ne. Imo. The. Et qui causas necessarias & ut aliter sese habeant impossibiles / & necessariorum & aliter sese habere impossibilium cognoscunt: an causas magis vs cognoscant qui causas contingentes & aliter sese habere possibiles / & contingentium & aliter sese habere possibilium cognoscunt? Ne. Magis cognoscant causas: qui necessarias & necessariorum cognoscunt. The. Et omnis sciens quemlibet & consensu contemplatiuum esse facti sumus: necessarias causas & necessariorum cognoscit, est enim scientia necessariorum & impossibilium aliter se habere. Et actiuus & factiuus causas contingentes & contingentium cognoscunt. Quippe cum ars & prudentia circa contingentia & aliter sese habere possibilia sint habitus. Ne. Ita est. The. Omnis igitur contemplatiuus qui & idem sapiens non sit: & actiuo & factiuo sapienti similior est. Ne. Rectè sequitur. The. Doctè adolescens si totum elementum percurrere vis: videre potes quo ad singula contemplatiuum ipsum quid etiā sapiens non fuerit: & actiuo & factiuo omnino sapienti similiorem. Nam ut diximus magis causas cognoscit, sapientior iure reputari debet: verus autem circa æternam ut & ipse sapiens, magis docet: nam per causas certissimas / impossibilesq; aliter ut sese habeant, magisq; intellectum sequens: sequitur enim primam sanctam & supremam intellectus portionem in qua ipsa Pallas & ipsa sapientia arcem suam locauit: qua ut ex altissima specula cœlestia contemplatur, ars vero & prudentia sequuntur inferiores: quæ oculos a mortalibus nunq; descedunt. Ne. Mirum in modum hæc audiens oblector / & clarissime intueri videor quæ loqueris: trabisq; me desiderio illius altissimorum contemplatiuis sapientie. The. Iterum iter sapienti similior est qui magis propter se habitum habet: an qui minus propter se. Ne. Qui habitum habet qui magis sit propter se, nam ex quinta sapientis conditione admittimus: q; sapientia habitus sit maxime propter se. The. Reo ete indicas. At scientie ipse omnes magis propter se sunt arte & prudentia: quæ immediate ad vitam / vsuū & necessitatem ordinatæ sunt humanam, inuentis enim olim omnibus quæ vsui sunt & necessitati succurrunt humane: ægyptij sacerdotes perquirendis disciplinis vacare ceperunt / omni vitæ sermota sollicitudine, primūq; serunt tunc mathematicas disciplinas inuentas fuisse, oportet igitur contemplatiuum eum qui inferiores habet scientias: & actiuo & factiuo ipsi sapienti similiores esse. Ne. O portet. The. Dic age rursum qualem dicis sapientem? Ne. Maxime omnia scientem ut contingit. Et tamen si elementum percipere videar quo id efficere possim: tamen o theoretice monstratè videor quoquo pacto mihi clarius intelligere. The. Cum tibi ita persuadear ego id libens efficiam. Qui scientiam habet vniuersalissimam: omnia maxime scit ut contingit. Nam qui vniuersale cognoscit / quoquo pacto cognoscit & particulare: quod contra non oportet. Ne. Ita est. The. Sapiens autem scientiam possidet vniuersalissimam. Nam quid vniuersalius ipso maxime ente a quo vniuersa pendunt entia: quæ deniq; notione entis vniuersalior: cuius appellationem nulla effugiunt. Ne. Nihil certe maxime ente vniuersalius mihi esse videtur: ut pote quod existimē vniuersalē causā esse entisq; notioē nihil iterū mihi occurrit communis. The. Sapiēs igitur eā ipsa scientiā habes q; maxime entis atq; entis notioē est: scientiā habebit vniuersalissimā. Ne. Liquido constat. The. Constat igitur etiā ipsū maxime oīa scire ut contingit. Ne. Constat ex vsq; diximus. The. Scit certe maxime oīa in applicatiōe ad eā ipsa & ratioēs ipsas quibus cōsiderat: ut ad ens / vni / verū / bonū / potēs / necessariū & similia. Cōquæ iterū eū dicis? Ne. Difficillima cognoscētē, nullus enim q; scitu facilia cognoscit: sapiēs esse censebit. The. Verū, sed ad propostū adduco, vniuersalia & q; a sensu sūt remotissima: nobis cognitū difficillima sūt. Ne. Nemirū. The. At sapiēs talia vniuersa

Scientia præstantiores sunt arte sermili & prudentia.

14

15

16

lia contemplatur: nam suprema illa atq; honorabilissima nature entia / quæ sola mente adenda sunt. Ne. Ea ipsa contemplatur. The. Ut enim naturalis philosophia mundum sensibilem contemplatur / & a rebus variabilibus nunq; oculum detorquet: ita hæc diuina sapientia mundum intellectualem & archetypum nunq; admirari desinit. Putas ergo nos vane dixisse sapientem difficillima cognoscere? Ne. Non temere sed bona ratione id effectum est. The. Qualem iterum ipsum putas? Ne. Scientiam habere certissimam. The. Habet proculdubio: quod hac ratione cognoscimus. Tres peripatetici modos ponunt quibus scientiarum altera alteram certiora Tres certiora rem esse contingit, ut quæ causarum est: certior ea est quam præbet effectus, & quæ intelligibilium: ea quam sensibilia ministrant, rum se entia & quæ simpliciorum: ea iterum quæ compositorum existit. Ne. Ita certum est. The. Quid igitur de ea sentis scientia vbi hæc tria rum modi conueniunt: ut quæ est causarum / intelligibilium / & simpliciorum. Ne. Certa est admodum. The. Et ea quæ maxime causarum / maxime intelligibilium / & simpliciorum omnium est. Ne. Hæc ceteras certitudine antecedit omniumq; certissima est. The. Age nunc. Sapientia maxime causarum est. Nam carum quæ causæ causarum sunt: & quibus nullæ vltius sunt causæ, & maxime intelligibilium & quæ solo intellectus in se recepti acimine vix tenuiter adenda sunt, & simpliciorum omnium ut quæ prorsus compositionis omnis & actus & potentie sint expertia. Sapiens itaq; hanc sapientiam obtinens: scientiam habet (ut diximus) certissimam. Ne. Habet ut diximus. The. Dic quæso bone fili Neania si quis te adeat sapientiam traditurus: & opiniones narret / hanc consulet ut vnam quamcumq; alteram defendat: hanc & hanc quomodocumq; concordet / arbitrarijs talem idoneum sapiens opiniones a tie preceptorem. Ne. Indignum hoc o theoretice mihi esse videtur: quando quidem facti sumus hanc omnium esse certissimam. Metaphysica opinio maxime sit incerta: quæ animum huc atq; illuc euagatum impellit, a qua se suapte natura explicare cupit: ut oculus lucem rejciendas quærens a tenebris & puppis naufragiū timens a turbine. The. Non est dissona tua hæc de oculo comparatio, vis ergo q; hæc sciens esse. tiam sit certissima: hinc fieri ut minime omnium opiniones admittat: hæc summo opere vitet tenebras. Ne. Ita volo. The. Nec in iuria ita sentis. Sed talem offendere preceptorem: haud facillimum est. Rara avis in terra est: ni groq; simillima cygno: Rara avis: & fuluo longe præciōsior auro. Longo tempore a Socrate quæstia: sed nunq; inuenta. Quæ nos pertractamus o amice non sunt nisi quædam tenuia præludia ad ipsam sapientiam: & quæ speciem tenebrarum ad ipsam lucem referunt. Sed proficiscamur, qualis iterum est sapiens? Ne. Maxime singulorum causas assignare potens, nam vniuersalissimas causas & quæ omnium sunt causæ: & ipsum considerare iam concessimus. The. Verum quidem concessum est, & quis hac ratione contentus esse possit: addere etiam possumus sapientem omnia scire ut contingit concessum esse. Ne. Concessum. The. Ex quo iterum efficiat ut sapiens maxime singulorum causas cognoscat, Maxime enim scire arbitrariū: causas ipsas cognoscimus. Ne. Verum. The. Sic maxime singulorum sapiens causas assignabit. Ne. Ita est. The. Qualis item sapiens. Ne. Scientiam habens maxime propter se / sciendiq; gratia expetibilem. The. Nec immerito si scire propter se esse putas. Ne. Puto. The. Et magis scire magis propter se. Ne. Magis. The. Maxime itaq; scire / maxime erit propter se: & maxime scientia / maxime propter se scientia. Ne. Sequitur. The. Sapientem autem concessimus maxime omnium habere scientiam: nam maxime scit. Ne. Concessimus. The. Habet igitur sapiens maxime propter se scientiam / sciendiq; gratia expetibilem. Ne. Habet haud dubie. The. Deniq; qualem dicis esse sapientem? Ne. Scientiam habere principalissimam & omnium maxime liberam. The. An ne putas maxime scientiam / diuiniusimam / certissimam / maxime omnium causas adducere potentem: & quæ causæ causarum contemplationi insitit cuius gratia agenda sunt singula (hæc enim est vniuersa: omnino bonum: imo vero in vniuersa natura optimum) principalissimam esse? Ne. Quid ergo ni putem? The. Et hanc eandem & quæ maxime omnium propter se sit maxime liberam? Quæ admodum eum hominem liberum diximus: qui suimet & non alterius causa sit. Ne. Ita sentio. The. Sapiens autem talem habet scientiam quæ scilicet maxime scientia est / diuiniusima illorum diuiniusimorum cognitūq; difficillimorum (ut diximus) entium centem patrix / certissima / maxime singulorum causas assignare sufficiens / causæ causarum contemplationi insitens / & maxime omnium propter se. Ne. Hæc omnia vera: modo sit aliquis sapiens / sed raram auem esse dicis. The. Nihil ad rem / sit an non sit: modo esse possit, sit itaq; ex vsq; concessimus sapientem scientiam habere principalissimam & maxime liberam. Ne. Fit certe. The. Quem sensuum maxime diligimus? Ne. Visum. Quod satis cognitū promptum esse put o, nam omnes homines natura scrite desiderant, visus autem maxime sensuum plura nos cognoscere facit: pluresq; rerum differencias ostendit, nam omnia corpora quodammodo colore participant / nosq; maxime sensuum: sensibilibus communium is sensus ceteros efficit. Et reuera quotiens ad lucidam illam beatissimorum entium regionem visum attollo: oculos ipsos diligo / agoq; gratias optimo nature parenti / q; me lumimbus ad illam felicem regionem intueudam ornauerit. The. Hæc profecto pietas pro Gratia in deū banda est: verū etiā tu cū cœli ipsū intuebare / potius dicere debuisses. O vos beatissimi & optimi huius lucidissime regionis ciues pietas, & incolæ: qui his moribundis oculis adiri non potestis: gratias ago vestro / totiusq; nature / omniumq; supra cogitatū omnem optimo parenti vobisq; ipsis: qui mihi alterum oculum impartiti estis quo vos cœcū ad eo: ad quos aspiro, hinc mihi (tensis brachijs mambusq; complois vos oro) illuminat: quo vos feliciter videam / contempler / laudem / & amem. Ne. Verum certe prius ad illū internū oculum cogitare debuissim / obq; illum esse piū: a quo etiā ipsa nascitur pietas. Sed dico ut mihi parū prudētī euenit: minus bonū cognoscētī & melioris ignaro. Ex quo cōiecto nō ab re nos maxime sensū visū deligere: cognoscendū scilicet gratia & per se. The. Rectè aperis, nā propter essētiā necessitatē forte putas tædū magis diligendū pariter & gustū: & ad plura tū maxime per accidens cognoscendū / audirum. Ne. Ita ex Aristotelica philosophia sentio. The. Sed tu assūpsisti oēs homines natura scire desiderare: vbi mihi aliquātīper insidētū esse videtur / an visus faciat scire: nisi forte visionē scientiā esse putas. Ne. Neq; visionē / neq; auditionē / neq; omnino sensū vllū scientiā esse puto, visus tamē sicut & auditus sacere scire cōcedi potest ut instrumentū machinamentūq; quoddā ab nostro intellectu cōditiois infirmitatē requisitū: q; nihil intelligim? vñq; nisi mēs nra sensibilib? sit excita: visus autē inuētioi q; cōmodatissimus est: audit? vero / ut ab altero suscipiat doctrina. Ad hoc tamē illud assūperāq; vniūquodq; ad op. Pulcherrimā simā eius opationē suapte natura inclināt. ut fertillīs artor ad optimū quē efficere possit fruclū: & suavis / redolēsq; plātula ad sua nature conuissimā redolētissimāq; quæ sua sfferat natura / slosculū. et si suauiorē pulchriorēq; efficere posset: nō impedita arbitror efficeret. The. tus.

Efficeret indubie nec iniuria. Nisi enim unumquodque ipsi sum pulchro/ipsiq; bono optimo ut quum fieri potest similis euadat. Ne scire autem & intelligere optimam existimari hominum operationem; homines igitur natura & scire & intelligere inclinantur quare & ea natura desiderant. Nihil enim aliud mihi coniecto natura desiderare; ad aliquam naturam inclinari, modo homo illas optimas sue nature operationes nisi sensus adminiculo consequi non potest; & maxime visus; nihil mirum igitur sillum mihi propositionem (quemadmodum etiam in bello notatam videram) assumpserim. The. Scite loqui videris. Nam scire & intelligere secundam sapientiam (quae utrumque complectitur) optimae sunt hominis operationes/optimae eius officia. Et unumquodque natura suam perfectionem desiderare videtur: non modo summam / sed & eas omnes quae inferiores infraque summam existunt, meliores magis; & optimam maxime. Ne. Maxime igitur omnis homo desiderat esse sapientem. The. Natura videlicet: & omnis homo ad hoc nascitur ut sapiens fiat: suumque contempletur imo omnium factorem; sicut vna quaeque arbor & suo tempore optimam quem natura potest afferat fructum, sed neque omnis homo id assequitur; neque omnis arbor optimum suae naturae semper affert fructum. Ne. Gratia Theoretice optimo rerum omnium parenti; qui omnem hominem ad ad altam/bonamque finem creaverit: ad ipsam scilicet contemplandum & amandum; cum ego de numero hominum eius pietate sum vnus; me ad eundem finem creauit. The. Creauit Neamia & te & me; & gratia sunt illi. Stude igitur ne similis has infructiferas virgules; quae ad optimam fructum insita se felicit otolantur, fructum quem tu & ego totius naturae otolano debemus; sapientia est; eiusque secundum sapientiam cognitio. Sed adhuc o Neamia in actum relinquitur cum nos vnai ipsi conueniamus te & me ceterosque hominum ea quae nos perficiant natura desiderare: tale desiderium talisque naturae appetitus ad concupiscibile/irascibile aut rationale parte atineat; haec enim tria concupiscibilibus/irascibilibus voluntas appetit: quod forte indagine dignum reputas. Ne. Dignum equidem. The. Quid ergo ais cum tu natura scire desideres; an id desideres parte concupiscibili/an irascibili/an voluntate ipsa & rationali? Ne. Non certe mihi videtur, nam tale desiderium affectionem apprehensione aliquam sequuntur: ut apprehensio delectabili cupimus/apprehensio parvipendit irascimur, & voluntas ipsa consilio deliberationeque freta: vult aut remouit. The. Bene sentis de his accidentariis appetitibus qui in nobis sensum appetitionem sequuntur, sed de his quaero qui nobis natura affert: quo pacto etiam res inanimatae appetere coeantur? (quemadmodum dicebas) qui sit quaedam in bonum natura inclinatio, natura enim semper ad optimum tendit; ad bonumque eius omni conatus. Et ea quae nos ad imperfecta trahunt: propter naturam sunt; quae ad naturam in sua genitura impedit inualitudines impeditque, quemadmodum si morbidus homo filium generet ad paternam corporis inualitudinem pronus: talis pronitas inclinatioque; haud desiderium naturae est; sed ex naturae impedimento proficiscitur; proterque naturam euenire videtur. Ne. Ita videtur, & sic forte concupiscibilis/irascibilis & voluntas in eo appetitus significatio: vsu: natura scire desiderat & appetit. The. Cupiditas cupiedumque facultas desiderat ea quae ipsa perficere nata sunt, ad illamque inclinatur. Ne. Sane. The. Non etiam appetit ea quae nullo pacto profici possunt. Ne. Minime. The. Nam talis naturae conatus irascibilis/vacuosque esset. Ne. Proferus. The. Nam scientia/intellectus/sapientia/cupiedumque profici potest. Ne. Non videtur. The. Neque, ut aiosa/irascibilisque virtus. Ne. Neque, aiosa. The. Non igitur concupiscibilis/irascibilisque aut scire aut intelligere natura desiderat; ut aiebas. Ne. Dubitavi. The. Age videamus nunc an ad rationale appetitum & voluntatem ipsa forte atineat. Ne. Ita esse opinor. The. Hoc consideremus: cuius scire/intelligere & sapere; scientia/intellectus & sapientia perfectiones sunt. Ne. Intellectus indubie. The. Sicut in voluntate. Ne. Minime; ut mihi videtur. The. Sicut ergo intellectus perfectiones. Ne. Sicut, The. Et modo concessimus vnusquodque suam perfectionem natura desiderare; ad eamque naturam inclinari. Ne. Coeessimus. The. Est igitur natura tale desiderium/pulchritudinemque ad bonum conamem: ipsi intellectus. Ne. O portet. The. An scientia/intellectus & sapientia in intellectu agente an possibilibus perfectiones sunt? Ne. Possibilibus certe. The. Appetit igitur natura intellectus possibilis & scientia & intellectus & sapientia: quae ad quod vnusquodque suam perfectionem natura appetat. Ne. Necessesse est. The. Intellectus autem agens quid? Ne. Inscius sicut quid dicitur. The. Oculi ne suapte natura ad videndum inclinatur: & intellectus ad intelligendum? Ne. Sic est. The. Vbi & ipsa est visio: quod oculi perfectio est? Ne. In oculi potentia. The. Perite. Appetit ne ergo oculi potentia visio est ipsa proficere? Ne. Appetit. The. Et proficere ab ipsa visio ut potentia. Ne. Vt potentia. The. Et aia quae ad oculum est: appetit ne etiam visio est ipsa proficere? Ne. Vt potentia? an potius appetit esse vacua/oculosque? Ne. Minime appetet se esse oculum; sed appetit visio est proficere. The. Et visio est proficere in quid non ipsi illic existet aia perfectio est? Ne. Est. The. Et magis quidem quod visio est in se ut potentia recipere: quandoquidem aliquid magis agendo assimilatur bono optimo summo rerum omnium auctori: quod patienti, magis igitur animae oculi visio est appetit quod eius potentia, quia visio ipsa magis sit ipsius animae perfectio: si vera sunt quae supra concessimus. Ne. O portet. The. An intellectus possibilis scientia/intellectus/aut sapientia efficiat? Ne. Non. Sed recipit ut potentia oculi visio est. The. Quid ergo efficit? Ne. Intellectus agens. The. Vt anima in oculi potentia efficit visio est? Ne. Idem. The. Appetit ne intellectus agens in possibili esse vacuus/oculosque? Ne. Minime ut mihi videtur: quod bono optimo summo pleno longe similior euadit. The. Rationem habens, appetit igitur scientiam/intellectum & sapientiam in sua potentia efficiere; talesque sibi pulchras parare perfectiones. Ne. Profecto. The. Talesque admodum pulchras & bonas operationes facere, est in sua perfectio: quandoquidem similior est per id ipsum summo ex se semper summam gignentem sapientiam; & magis quidem quod pati. Ne. Proculdubio. The. Cum itaque scire/intelligere & sapere intellectus agens sint perfectiones: & magis (ut mecum concorditer sentis) quod ipsi passibilis/intellectus agens etiam illa appetit & vel magis quod ipse passibilis. Ne. Ita certe est. The. Appetit igitur scientiam/intellectum & sapientiam intellectus possibilis ut potentia; & intellectus agens ut efficiens. Sed quando ita loquar gressi sumus: paululum adhuc longius progredieremur est. Si quis percontetur cupide litterarum adolescentis: cum omnes homines & scire & intelligere & sapere natura cupiant; & tale naturae pulchrum desiderium ipsius intellectus sit & agens & potentia: an appetitus talis intellectus potentia; sit ipsemet potentia intellectus: an affectio quaedam illi natura inherens: quod responderes? Ne. Me huius quae huius euadit inepit/meque huius rei incium esse. The. Age dic quidam oculus ad videndum natus sit: aia quae in oculo est natura visio est appetit? Ne. Concessit. The. An seipsa/an affectione quadam quae ipsi insit? Ne. Seipsa ut mihi videtur. The. Et intellectus agens scire/intelligere & sapere appetens? Ne. Seipsa etiam, nam actus sunt: quorum non est pati & recipere sed agere. The. Proterbe. Paterentur enim, non igitur ad naturam appetendum affectio quaedam requirit. Ne. Non in actibus. The. Et potentia seipsa se habet ad patiendum & recipiendum; ut actus ipsi seipsa ad agendum. The. Apparet. The. Sicut igitur actus ad naturalem agendi appetitionem affectionem non requirit: sed anima in oculo & suus natura videndi appetitus subiecto sumi vnus/solam vero ratione duo & intellectus agens & suus sciendi/intelligendi & sapiendi naturalis appetitus consimiliter. Ita potentia ad naturalem patiendum desideria

Quomodo animata & quomodo inanimata appetunt.

23

24

25

26

27

rum haud affectionem requirit quae quidem ille ipse sit appetitus: sed potentia taleque desiderium subiecto sumi vnus & sola ratione dyffusa. Ne. Bona ratione videtur ita esse sentiendum. Sic enim suapte natura & non per alterum: suam perfectionem appetere cognoscetur. The. Sed modo an appetitus ille sciendi/rationalis appetitus existat, nondum discussum est, dixisti tamen scientiam/intellectum & sapientiam non esse in voluntate: ex quo non conficitur voluntatem illam/naturam non appetere, cum etiam illa/eadem in intellectu non sint agente: quem tamen probauimus illa natura appetere. Ne. Non plane sentio quo se sit vertendum. The. An voluntas scientiam amat/intellectum & sapientiam? Ne. Amat. The. Nomen natura illa amat & magis forte virtutibus ipsis; quae in ipsa existentes ipsam perficiant? Ne. Videtur; Nam magis bonum magis natura amat. The. Et illa natura amare est ne ipsius voluntatis perfectio? Ne. Est. The. Quando similior hoc ipse euadit ipsi summo bono; quod est infinitus amor/infiniteque amanda ratio. Ne. Certe. The. Appetit igitur voluntas rationalisque appetitus natura scientiam/intellectum & sapientiam/scire/intelligere & sapere: imo voluntatem ea natura amare est illa eadem natura appetere. Ne. Mihi certe videtur. The. Vt scilicet amice sunt amabilia/voluntateque affectabilia. Ne. Haec ita sese habere mihi pulchre videre videor. Sed O Theoretice cum haec quae diximus: intellectus agens/intellectus possibilis/ & voluntas natura desideret: an tria sunt reipsa distincta desideria/an reuera subiecto essentialique sint vnus: cuius esse & rationes diuersae sunt vel quomodo aliter? The. Chare Neamia an intelligis animam (quae ut separetur facta est/separataque operetur) proprium actum propriamque potentiam habere? potentiam dico ab hac sensibili corporea & defectibili potentia alteram: quae quidem vere in se consistit non fluxa/non marcescibilis/dyffrabilibilisque; virtutibus scientia/ipsaque denique sapientia adornabilis. & illum actum: illum non esse potentiam? Ne. Ex philosophia didici. The. Intellectum agentem dicimus illum actum esse? Ne. Dico. The. Et appetit dicere suam appetitum? Ne. Probatum est. The. Et intellectum possibilem dicis etiam esse potentiam illam: quae in se vere consistit/indeflexa semper/semperque substantia eadem? Ne. Dico. Et cum appetat: dictum ne esse appetitum? Ne. Dico. The. Etiam consensisti animae non esse actum propriam non esse potentiam. Ne. Consensisti. The. Non est igitur ipse intellectus agens desiderium ipsi scilicet actui idem/intellectus potentiae desiderium quod quidem potentiae idem est. Ne. Certe. Sunt igitur subiecto/essentia/reque ipsa intellectus agens & intellectus potentiae: duo distincta diuersaque desideria. Ne. O portet. The. An putas animae nostrae vnus eum vere actum vnicaque vere esse potentiam? qui quidem animae actus in propria potentia rationales intelligendi/memorandi & volendi facit operationes: quas potentia ipsa recipit, & actum illum vna/simulque cum potentia constituere intellectum/memoriam/rationalem & voluntatem: vultum scilicet diuini luminis supra nos dei pietate signatum: quemadmodum anima simul cum oculi potentia constituit oculum/ & illa eadem cum simili potentia auditum & odoratum. Ne. Audiuisti. Sed haec eadem a te repetita sunt se mihi quae gratissimum est. The. Intellectus igitur memoria & voluntas hac ratione: subiecto essentialique sunt vnus & ratione tria/ quemadmodum gustus/tactus & appetitus in lingua. Ne. Ita ita. The. Non igitur appetitus voluntatis & appetitus intellectus subiecto essentialique discrepant sed ratione sola: sed omnibus subiecto essentialique est eadem ut agens agens/ & potentia possibilis/ & totius totum. Ne. Apparet. The. Et ut de voluntate prelocaui sumus: ita de illa rationali fecundaque memoria sentiendum est. Ne. Sed tu non ponis plures intellectus/voluntates & rationales memorias: cum ipsorum cuiuslibet ponas agens/possibile & totum? The. Non sili, sed cum dico intellectum agentem: perinde est ac si vocem animam in oculo oculum agentem, & cum voco intellectum possibilem: perinde est atque si vocarem oculi potentiam oculum possibilem, non tamen dico simpliciter animam quae in oculo est esse oculum, neque potentiam oculi esse oculum; sed oculum nomen totius est: & actus & potentia, ita neque simpliciter dico intellectum agentem esse intellectum; sed intellectum agentem, neque intellectum potentiam esse intellectum; sed intellectum possibilem. Et ita de memoria agente & possibilis voluntate agente & possibilis. Sed intellectus nomen totius & actus & potentia simul est: & rationalis memoria & voluntas. Ne. Sicer go intellectus agens & actus intellectus idem sunt/ & intellectus possibilis & potentia ipsius intellectus idem: & voluntas agens & actus voluntatis. The. Proferus ut ais omnino in his & reliquis consimiliter. Ne. Quae pulchre mihi confirmare videris: quae cumque de anima maxime scitu digna putavi. Sed O Theoretice non sum tibi molestus si de hac re vnus quiddam scire scieris. The. Scitare. Ne. An sicut intellectus agens & possibilis pariter vnus constituunt intellectum: ita appetitus agens & appetitus potentiae vnus constituent appetitum? The. Proferus. Ne. Totus ergo animae actus vna cum tota animae potentia vnus constituit appetitum. The. Vt ais qui vnus est pariter & trinus. Ne. Re tamen puto: actus scilicet & potentia & totus. Sed quae existimas perfectionem & magis vnus: an actus/potentia an totus? The. Quod existimas perfectius/magisque vnus: lineam/superficiem/an corpus? Ne. Corpus profecto quod pulchro ternario perfectum est. Id ipsum ut qui longe videre sum ineptus haud percipiebam: totum totiusque appetitum suo pulchro ternario consurgere perfectum: itaque naturam imo vero ipsum naturae opificem perfectum omnes suo ternario completere. Et adhuc ternarium intellectus/memoriae & voluntatis perfectiorem esse: quandoquidem sit magis vnus. The. Diuinum ingenium mihi habere videris; ipsum excole ut ipsum in suo (quod vides) per pulchrum perfectum ternario & tribus perfectis sine quacumque ipsorum ad inuicem compositione subsistente (cum omnino substantia sit idem) ad illud perfectissime vnus & trinum sese erigat & digno contemplationis officio videri memoria/pius/perfectoque amore prosequatur, superant ne tibi alia quae queras? Ne. Nulla. The. Vis ergo ea quae diximus pauca recolligamus: ut firmiori memoriae mades? Ne. Maxime. The. Quasi a proposito per oium ludentes longius euagati diximus.

- 1 Ommem hominem maxime natura desiderare esse sapientem.
- 2 Id naturae desiderium non esse concupiscibile/irascibile/aut rationale/particulae/sensum/cognitionem sequens.
- 3 Quod non sit concupiscibile partis aut animosae: ut & quaedam naturae inclinatio est.
- 4 Quae talis naturae appetitus quo scire/intelligere & sapere natura desiderat: ipsius sit intellectus.
- 5 Intellectum possibilem ut potentiam scire/intelligere & sapere natura desiderat: agentem vero magis & ut efficientem.
- 6 Tale pulchrum naturae desiderium non esse affectionem quandam: intellectui aut agenti aut possibili natura inherentem.
- 7 Quod voluntas/rationalisque appetitus/scientiam/intellectum & sapientiam natura desideret: ut scilicet amabilia/voluntateque affectabilia sunt: & rationalis memoria eadem ut memorabilia sunt appetat.

Erunt eorum quae dicta sunt Epilogus.

In intellectu agentis appetitum reipsa ab intellectu possibili appetitu esse distinctum.
Naturalem voluntatis appetitum & intellectus: omnibus conformibus modis subiecto idem esse sola ratione plura: ut agens idem est agens, & patiens possibilis, & totus totus.
Quod non plures sunt intellectus: non plures rationales fecundaeq; memoriae aut voluntates, & si in vno quoq; eorum agens possibile, & ex his totum subsistens reperitur.
Quod appetitus agens & potentiae vnum constituunt appetitum.
Item totum nostrae animae actum cum tota eius potentia: vnum constituere appetitum qui vnus est pariter & trinus. Ne. subiecto scilicet vnus & ratione trinus. The. scilicet.
Denique quemlibet illorum trium vnum esse & re ipsa esse trinum.
Haec omnia breuiter perstrinximus. Cuiusmodi modo vt reliqua absoluamus. Ne. Cuiusmodi. **The.** Quibus potentijs reguntur animalia? Ne. Senfus plurimum imaginationibus & memoria viuunt: homo vero prudentia & arte. The. imo vero o Neania bruta bis tribus sensu: sensu naturali memoria / & appetitu viuunt in suaq; diriguntur vita: homo intellectus / naturali memoria / & voluntate. Nam vnumquodq; natura viuunt: vt q; optimas sua affert natura operationes efficiat. Si enim illi maxime bono ad quod omnia respiciunt / & ad quod omnia tendunt: similibus euadit. Optime autem operationes ab optimis proficiuntur potentijs: vni iugitur vnumquodq; secundum optimas eius potentias, atqui meliores potentias sensu / sensu naturali memoria / sensu aliq; appetitu bruta nullas habent, & homo diuiniore sorte potitus: intellectu / naturali fecundaeq; memoria & voluntate. Ne. Verum. The. viuunt iugitur bruta sensu / sensu aliq; memoria & appetitu. Et homo diuiniorem suae naturae sortem sequens: intellectu / naturali memoria, & voluntate. Ne. Nempse enim vt itaq; in suo ternario pulcherrime illam summam q; optime possunt imitari vitam. The. Ita est amice. solus homo est qui suae diuiniore naturae conditione ne glecta: sponte deuiat / quinq; mauiit bruto viuere similitor: sensum / sensualesq; memoriae & appetitus sequens perturbaciones / q; in diuina vultus diuini sorte suo perfectissimo assimilari principio, vt hinc intelligas bonum pendere & malum / premium atq; poenam. Sed vide ne te feceris bruto inferiorem quod nunq; sponte deuiat a sui principij qtu moueaz; potest assimilacione: itidem & ceterae res sensu rationisq; immunes. Ne. Ipsum oro omnium principiu vt me semper ex me quidem fragilem & infirmum erigat ad ipsum: & ad ei sapientis fecunditate & amore (qtu moueaz; ipse me ca pacem fecerit) assimilandum. The. Pium suum desiderium. Sed procedamus. **Q**uae animalia disciplinabilia sunt? Ne. **Q**uae auditiu & memoriam habent, nam talibus aliqua significare possuntur: per quae vsui directioniq; reddantur aptiora. The. Et maxime omnium homo: cui non modo terrena / caduca / ad horamq; labentia significantur: sed coelestia & aeterna. Ne. Ita est. **The.** **Q**uae prudentia? Ne. Sensum & memoriam habentia, nam haec futurorum videntur esse prouida. The. **Q**uae etiam parum memoriae participant vt apes sibi hexangulas domos fabricantes / pbalangius in cibi venationem subtiliter telam texent: & formice quae sibi cibum in estate aggerant: ne hyemis asperitate aduentante dementur / deficientq; ad quarum prudentiam contemplandam sapiens imprudentem & pigrum mittit. Ne. Ita est. The. Et si auditum non participant sed quemlibet sensum alterum, quid tunc? Ne. Prudentia quidem erunt sed non discip: linabilia: nam sensu discipline carent. The. Cognoscunt ne talia rationis expertia futurum: cuius tamen gratia agere videntur? Ne. Minime. Nam ipsorum virtus cognoscendi suprema: imaginatio est / quae solum praesens & praeteritum attingit. The. Probe admodum, non igitur prudentia sunt quia praeterita futuris connectant ac comparant. Ne. Ita dicendum, nam ipsa vtrumq; extremum & praeteritum & futurum cognoscere oporteret. Iam autem ea concessimus non cognoscere futurum. The. Memoria igitur in ipsis parum facit ad prudentiam. Ne. scilicet. The. Imo etiam & sensus & memoriae expertia vestigiur prudentiae in se gerere videntur: vt arborum cum folia in cooperimentum fructus & pulpam & durioram testam in seminis defensionem proferunt. **S**ed quae si quodnam animalium praesentia praeterita & futura discernat: adiuuicem conferat / & ex praesentibus & praeteritis futurorum facile sibi coniecturam sumat: ipsum ne prudentius ceteris tibi esse videretur? Ne. Videretur. Et suspicor te velle hominem dicere. The. Sine. Nonne tibi videtur illud (quo cuq; fuerit) propriam habere posse prudentiam: modo rationem haberet ad consultandum de prouidentia futurorum quae prudentia ipsa respicit. Nea. Imo etiam eius sola prudentia propria esset: vt quae esset actiua reela cum ratione circa eius totius vite bona / quae non sine futurorum consilio est. Et aliorum inferiorum prudentiae omnes / impropriae sunt: & quae longo interstitio & tenui quadam similitudine illius imitantur imaginem. The. Nonne tibi mirum videtur si haec similitudinariam habentia prudentiam: in suo ipso tenui admodum prudentiae vestigio semper imitantur summam prudentiam / nec vnq; nec vsq; deueniant: hoc vero in propria & (vt ita dixerim) aliorum comparatione veraminus ipsam imitatur. Ne. Id monstrum est: praeterq; naturam contingere videtur. The. Ita tamen amice est. O nostram miserandam sortem, haud male suspicaberis me hominem intelligere voluisse. Constat enim ipsum omnium mortalium disciplinabilissimum / prudentissimum & optimum: qui solus omnium suam naturam non sequitur / suaeq; naturae benignitatem negligens ea abutitur, cuius mali causam esse reor q; seipsum non cognoscit, magna profecto sapientia est (vt vel id oraculo concedamus) se ipsum cognoscere. Tu te ipsum o filij Neania cognoscere stude: & te animalium natura mansuetissimum & prudentissimum esse memento. Talis enim natura qui libet homo est, & tuae naturae benignitatem semper sequere: admodumq; ceteros aequales tuos vt seipso cognoscant: & quales sunt natura videant / ad sapientiaq; pariter (vt tu) aspirant. **S**ed videamus an ipsum summe sapiens quod omnia largitur abunde: nobis etiam ipsam concesserit possidendam. Nea. Supra concessimus in eius operatione hominis fine consistere. The. Dictum quidem est & verum. Quod non omnibus tamen ita esse visum est, tum quia maxime sapientia libera est: hominis autem natura multis modis / ipsis serua visa est. Ne. Si hominis naturam respiciamus (ita ex vs; quae modo docuisti coniecto) omnium mortalium vel maxime liber est & suimet causa, ita vt totius naturae opifex opus suum inter mortalia in homine perfectissimum consummasse videatur. Si autem ex accidenti seruus fiat: parum firmum est argumentum. Nam & talem natura existimamus sapientiam & non ex accidenti. The. Aiunt praeterca deum solum hunc sibi vendicasse honorem. Et re vera deus summe sapiens est, sed de illa summe sapientia qua deus solus vt est seipsum cognoscit / sermonem non agitamus: sed de illius summae & verissimae / sapientiae remotissima similitudine: qua ipsum qtu nobis concessit esse felices / mente adimus. Ne. De similitudine scilio

Solum hominem inter animalia a suae conditionis sorte aberrare.

Quod homo animalium prudentissimum est.

8
9
10
11
12
13
33
34
35
36
37

et agimus cuius deum solum non possint dicere possessorem: qui eam ipsam omnis sapientiae possidet veritatem / vt modo dicebas. The. Mitto q; nonnulli dicant deum invidere tantum bonum a mortalibus possideri: quandoquidem omnium rerum optimo parenti ipsiq; summe benignitatis inuidia scribere maximam sit nephas. Estq; id poetae dictu, clementiq; hoc in loco vt vetus proverbium docet q; multa mentiantur poete, dicebant praeterca sapientiam q; maxime diuina / maximeq; honoranda fit: soli maxime diuino & honorando (qualis solus deus est) conuenire / ipsamq; summe diuinum & honorandum deum esse: & ipsam summe diuinam & honorandam sapientiam esse deam, quae de ipsa summe sapientiae imo omnis sapientiae veritate & aeterno exemplari verissime dicuntur: non autem de nostra hac similitudinaria: quae nos in ipsius vere contemplationem rapit & aduocat, quam solum ceterarum scientiarum a nobis in hac caduca vita possideri possibilium probauimus diuinissimam / maximeq; venerandam, sed tu dicitur nomine homines auspicati sunt philosophari quando apparuerunt aliqua quae ipsorum animos in admirationem traxerunt: vt solis ad nos conuersio & diuersi / nunc solis & lunae terrifici defectus / ostenta in aere visae. Ne. Ita inceptum vt opinor. The. Et admiratio nunquid sine ignorantia est? Ne. Non. The. Et naturaliter cupiunt illo ignorantiae vinculo solui. Ne. Scilicet. The. Quando vnumquodq; natura suum bonum appetat: illo autem solui bonum sit, & non minus diuina admirari ceperunt vt an haec sensibilis machina temeritate quadam facta sit / sempiternosq; ea ipsa periciat motus: an intelligentia / sapientiaq; aliqua gubernetur, & an huius pulchri rerum ordinis vnus auctor / vnus gubernator an plures, arbitraris ne ipsos haec & similia cognoscere fuisse accensos? Ne. Longe magis q; sensibilia ipsa imo vero maxime vt mihi videtur, nam ego (quem ipsorum comparatio cecurientem taliam reputo) horum sempiternorum desiderio magis q; dici queat accendor. The. Sic accenduntur amice qui mentem puriorem habent / minusq; corpore / corporeq; perturbationibus occupatam, haec autem sine sapientia cognosci non possunt. Ne. Haud aliter. The. Putas appetitum illum & naturale illud desiderium irritum vacuumq; esse posse? Ne. Minime. The. Nam summa illa plenitudo omnibus in rebus ocio sitatem vitat: vt in rebus sensibilibus corporum / magnitudinumq; vacuum, possessores igitur sapientiae esse possumus: & hic nobis ad nostrum principium / ad vniuersorum omnino bonum relictus est aditus. Ne. Haec procul dubio admiratio / admirationeq; suscitatus appetitus in melius discurrat: gratiae sunt illius largitori. The. Gratiae nosq; naturam (quam nobis vsq; adeo bonam munificus concessit) omni ex parte perficere iubet. Ne. Iubet. The. Sed sunt ne alia quae nunc tibi occurrant expedienda? Ne. Nulla. The. **Q**uae super sunt reliquorum sunt librorum & quae maius oculum requirunt, tibi autem nunc forte paruum est: & mihi itidem, sol (non longa mora futura est) a nobis suum subtrahet aspectum. Ne. Verum ais O Theoretice. Sed aliquando alias cum setemporis oportunitas ultro dabit: non te mihi difficilem praestabis, quo minus ea quae superant mihi non manifestes. The. Me semper / modo sit temporis occasio / non modo facilem sed q; facillimum habebis. Vale. Ne. Et tu O optime Theoretice nunc vale: in futurumq; rursus tu semper optime valeto. **P**rimi dialogi finis.

Secundus dialogus Metaphysicae introductionis.

Theoreticus Neania.

Ertus aduenis O Neania. Ne. Serus O Theoretice, nam pater meus hac ex vrbis modo rus concessit: qui me etiam plusq; velim remoratus detinuit, attamen si quid oculi tibi suppetat (codicem attuli) a quaehonibus ordine & qua velocitate voles transige. The. Ita optime fili & decet & oportet, nam nos temporis angustia premit, ne ergo multa praelocatione tempus vane absumamus. **D**ic age quid est causa esse secundum speciem infinitas? Ne. Si petas quid reuocabile est, at si quid nominis in finitae secundum speciem dicerentur vt ipsarum infinitae essent species. The. Quo pacto? Ne. Vt si species materia / formae efficiens / finis / exemplar species a praedictis alterata b c d e f semper noua a prioribus & sine statu cause species. The. Probe. **Q**uid est eas ipsas infinitas esse secundum directum? Ne. Quid reuocabile est: nam neq; sunt neq; esse possunt, at quid nominis respondeo infinitas esse secundum directum: si in vnaquaq; causarum specie ab vna in aliam alterius naturae: semper sine statu procederetur. The. Quo pacto intelligis in vnaquaq; causarum specie? Ne. In quolibet quattuor causarum genere: vt in materia / in forma in efficiente / atq; in fine. The. Id ergo in materia pade. Ne. Materie secundum directum infinitas dicerentur: si vna fieret ex alia / quae iterum fieret ex alia: neq; vnq; vllum assequi valeremus terminum, vt si hoc vt terra fiat ex aere vt materia / & aer ex igne / & ignis ex aere vt ex materia varie / diuerseq; naturae: & a ex b / & b ex c / & ita sine statu: materiae illae secundum directum abirent infinitae. The. Pande in forma. Ne. Formae secundum directum in infinitum prodirent: si aliqua forma per aliam & alterius naturae formam subsisteret / quae iterum esset per aliam: neq; vnq; in vltimam decumberetur. The. Id in efficiente. Ne. Causae efficientes secundum directum infinitae dicerentur: si effectus fieret / ena sereturq; ab aliquo / quod iterum ab alio: nullo tandem termino reperto. The. In fine. Ne. In fine conformiter, vt si hoc gratia huius fiat: quod iterum alterius fiat gratia usq; decumbat / series finium secundum directum probaretur infinita, esset enim fines secundum directum infiniti: si effectus alicuius gratia fieret / quod iterum alterius gratia fieret: neq; vnq; vbi stemus terminum finemq; habeamus: qui alterius no sit gratia. The. Facis O Neania vt ingenui iuuenes facere solent: qui nuq; nisi praemeditati praecceptorem aduent, hinc fit vt ad singula quaeq; quae sita egregie / sciteq; respondeant: in graues tandem & scientificos viros euasuri, ita ne esse? Ne. Ita. Praemeditatus aliquantulum me tibi obtuli. The. Tanto expeditius singula transigemus. **D**ic ergo quot nos a veritatis perceptione disturbant & praepediunt? Ne. Quinq;. Consuetudo audiendi falsa / eruditioq; non recta, recte docenti assentire nollemus quod dixerit vt mathematicus monstrat. Nulli fidem praestare nisi sensibile sit / sensibile conflat argumentum: nulla recipere nisi alienius vt gente auctoritate: non posse nisi parua degustare. **T**he. h. ge nunc an cause secundum speciem infinitae esse possint? Ne. Non / possunt. Nam omnes causas quattuor causarum speciebus materia / formae / efficiente & fine complectimur: non itaq; hoc pacto sunt infinitae. The. Satis de specie diuidua respondisti: de indiuidua autem non satis. Ne. Nondum teneo quid respondendum sit. **T**he. Proficiscamur igitur & cedo an materiae reuelatione prodeant infinitae? Ne. Minime. Nam bisariam dicimus ex aliquo aliquid fieri. Primo sicut ex imperfecto fit perfectum quemadmodum ex puero dicimus fieri virum: & ex isthmis olim ludis Neptuno dedicatis fiebant O lympha, & est & post: hoc in loco eandem significantiā retinere videntur. Secundo ex



1
2
3
4
5

aliquo sit aliquid per generationem. At neutro dictorum modorum proceditur rectitudine in infinitum, in primo quidem cum ex imperfecto sit perfectum: ut cum ex puero sit vir, nam idem est ex quo fit & quod postea perfectum est, non itaq; hoc modo proceditur in infinitum, nam ad semper aliud / alterius / diversiq; naturae procedere oporteret, & si quod sit & ex quo sit eadem non sint: extrema determinata habent imperfectum & perfectum, at determinatis extremis media quibus ab uno in aliud proceditur infinita esse impossibile est: quippe quae nunq; transiri possent, cum igitur fiat hoc ex hoc primo: seriei processus non abit in finem. The. Recte ais. Ne. Neq; quidem cum hoc fiat ex hoc generatione & secundo. Primo. Quia illic extrema esse & non esse determinata sunt, ubi autem extrema determinata sunt: media in infinitum prodire nequeunt. Secundo. Quia cum hoc ex hoc generatione procedat: ad consimilita tandem sit reflexio, atqui si hoc pacto materiae procederent in finem: semper ad alterius naturae materiam sine resilitione aliqua proficerentur & irent, non itaq; materiae secundum directum procedunt in finem. Tertio. Quia cum hoc ex hoc generatione surgit: materia eadem numero est, & quod in vnius generatione sumitur: ab altero in corruptione dimittitur. The. Naturalis infinitio huius rei fidem fecit. Ne. Et materia ingenita est atq; incorruptibilis: & primum rerum sensibilem semper primum, non igitur possunt materiae in infinitum secundum directum procedere. The. Hoc pacto de forma an rectitudine in infinitum prodire queat expedi. Ne. Haec mihi haecenus facilia visa sunt: sed timeo sequentia me maiore difficultate praemere, sentio tamen respondendum esse: formas secundum directum haud quaquam infinitas euadere posse, primo quia si hoc pacto infinitae euaderet formae: diffinitione completi non possent, hoc autem irrationabile est, non igitur hoc pacto euadunt infinitae, at tamen haud plane in teor quo pacto formae propterea diffinitione completi nequeat. The. Nec hoc quidem facile, sed an putas aliam deberi formae applicari diffinitionem: praeter eam qua significamus formam dare esse rei / remq; conseruare in esse. Ne. Nullam aliam. The. Albedo quae eadem forma est quale dat esse: Ne. Album: & ipsa praesens / album conseruat. The. Nunquid dat aliud esse: Ne. Nullum. The. Et dulcedo dat esse. Ne. Accidentale scilicet esse dulce. The. Et nullum aliud: Ne. Nullum quod norim. The. Si albedo esse per dulcedinem & per nullum aliud quid ais tum: nunquid possit albedo dare esse quod non haberet: Ne. Non mihi videtur. The. Et habet solum esse dulce: nam est per dulcedinem. Ne. Est. The. Non dabit igitur esse nisi dulce. Ne. Mihi quidem ita esse videtur. The. A ge nunc forma substantialis qua de nunc agimus / dat esse & verius quidem: veriusq; conseruat. Ne. Verum id est. The. Sed id & quae haecenus dicta sunt intelligo ubi formae finitae sunt, nunc autem ponamus earum seriem in infinitum excedere, ut sit a per b / b per c / c per d / & ita sine termino. Ne. Admitto. The. A non habet esse nisi per b: sicut album non habet esse nisi per albedinem: atqui b non habet esse nisi per c, non igitur b dabit ipsi a aut alicui aliorum esse b, nam nihil dat alicui esse quod non habet: neq; dabit esse c, nam c non habet esse nisi per d, d enim ipsi dare esse admittendo processum formarum infinitum / concessum est, & nihil dat ipsum esse quod non est, cum igitur c non potest alicui dare esse: c tanto minus b dare esse c potest: & ita de d & quolibet aliorum argumetabor. Ne. Ita omnino. Sed quid tum inuenimus? The. Nullam dare esse, q; si non dant esse: neq; rem saluant / conseruant in esse. Ne. Indubie. The. Si igitur formae infinitae euadant: diffinitione haud complectentur, quandoquidem illa quae maxime omnium ipsis conuenire videtur: ipis nullo pacto aptari / applicariq; queant. Ne. Mihi sic esse oportere iam ratione satis factum esse videtur. The. Et eodem pacto intellige rationes quibus diffinitio compleitur: infinitas euadere non posse, est enim ratio / forma quaedam. Ne. Perpendo hoc modo intelligenti infinitam transire non posse. The. Perge igitur reliquas rationes absolvere. Ne. Ut vis, secundo formae infinitae / interminatae, serie non procedunt. Nam in illis formis semper magis esse deberet quae prior esset, & q; ante: ea q; deinceps, & prior posteriori dare esse, at ubi non est primum: neq; hoc pacto prius & posterius est. The. Et in rationibus. Ne. Consimiliter. Nam prior: ea quae subsequitur magis est, ut quae sit vniuersalior & ex qua pendere debeat posterioris cognitio. Atqui si infinitae essent: cum primum & vltimum non darentur: neq; medium itidem neq; priores & posteriores atq; deinceps. Tertio quia si in infinitum prodiret: rerum scientia tolleretur, nam res ipsas contemplando: formae per quas conlarent sciri non possent. Nam infinita essent, infinitae autem hoc pacto transigere intelligentem impossibile est: quare neq; res ipsae compositae sciuntur. The. Proba. Nam totum suis ignotis partibus cognosci non potest, sed tunc ipsum cognoscimus: quando ex quot & qualibus compositum sit cognoscimus. Et si rationes ipsas respicimus. Ne. Idem tollitur scientia: nam scire impossibile est nunq; ad indiuiduas species venire potentes, at si huiusmodi rationes formae in infinitum prodirent: nunq; ad indiuiduas species decumberetur, nam in infinito vltimum: locum non habet, si autem velle darentur: essent vltimae. Tollitur igitur itidem scientia. The. Et efficientes causas infinitum secundum directum progressum non suslinere: pene consimilibus constare potest rationibus. Item & haec, si sunt causae efficientes mediae: & postremas esse necesse est. At efficientium causarum sunt mediae ut q; sint ab alijs & a quibus aliae sunt: sunt igitur extremae, non enim aliqua mediarum extrema esse potest. The. Quid hoc? Ne. Nam esset ab alia superioriq; efficiente: quae ideo potius / valentiorq; iure extrema & suprema dici mereretur. Quod si datur prima in ipsis non euaditur in infinitum: itidem si datur vltima. The. Indubie nam si essent infinitae: omnes mediae essent / si mediae vocare liceret (ut tu) quae ab alijs efficientibus sunt & a quibus aliae efficientes ortum sumunt. The. Sed quomodo. O Neania si temporu sempiternus ordo infinitus, processerit series vt plane sensisset Aristoteles: efficientes causae secundum rectitudinem non exeant in finem: nam tu ab Homophrone genitus es. Ne. Sum. The. Homophron autem a tuo auro / auro ab abano / qui iterum ab atano / & atanus a tritano: & ita sine fine vilo proceditur: vt nunq; sit dabile efficiens primum a quo tu ipse processeris. Ne. Verum ais O Theoretice, at tamen propter hoc efficientes causae non procedant rectitudine in finem, nam non procedis ad eas efficientes quae euariantis / dissimilisque sunt naturae: cum a me ad patrem / a patre ad auum / ab auum / a tatum & tritatum procedis. Si tamen infinitae secundum directum prodire deberent: semper ab vna ad alterius naturae alteram (vt dissimulimus) progressio euaderet. O bid etia quod de infinitis efficientibus actum: mihi superior sermo haberi visus est. The. Et recte quidem. Ne. Nunc autem non de infinitis efficientibus actu sed potentia obiectio procedit, non enim sunt aut fuerunt infiniti homines actu: a quibus ego processerim sed potestate & appositione sola: quemadmodum posteriora tempora prioribus sed non manentibus quidem adduntur. The. Non obtuse dictum O Neania, & reuera infinita hoc modo esse efficientia: est infinitas esse lineae partes & infinitas partiales & in potentia materias sub dimensione secundum directum procedant in finem. Ne. Ita plane O nepopolis cuius ego discipulus & auditor sum / diceret. The. Adde fili bypoo

Obiectio dilutio.

thesim mundum perpetua serie (vt ne vnq; quidem inceperit) perdurasse: falsam esse, quare & id quoq; falsum in finem processissim se ex quibus tu pendas homines. Nunc autem expedi, fines ne infiniti secundum directum excedant an aliter? Ne. Minime profecto excedunt: nam cause iam adductae inbibent. Primo. Nam finem diffinire difficillimum esset. The. Difficillimum fili, nam quo pacto illius gratia esset: quae ab ipsa infiniti? interuallo / infinitisq; medijs distaret: vt quam per ea procedendo nunq; assequi valeat. Et si non est illius gratia (quam tamen solum putare oportet optimam) certe nullius alterius gratia esse videbitur, in vs enim quae rectitudinis seriem seruant quod gratia prioris / meliorisq; non fuerit: neq; profecto posterioris minusq; boni gratia erit, sed perge. Ne. Secundo. Quia neq; prioris & posterioris integra seruetur conditio: vt pote quae in infinitis locum non habeant vllum. Tertio. Tolleretur scientia finis. Quarto. Quia si vnus finium est gratia cuius omnes alijs fines sunt: & non sit alterius gratia: vnus est omnium vltimus finis & non extrahuntur fines in infinitum. Atqui vnus finium est qui omnium aliorum finis est: & qui amplius non est alterius gratia, alioquin in rerum vniuersitate nihil optimum, non igitur fines rectitudine extrahuntur in infinitum. Quinto. Quia nihil esset optimum imo neq; bonum, Et si quicq; optimum esset: nihil conaretur ad ipsum: quippe ad quod peruenire impossibile esset. The. Sic fili ipsius boni optimi natura tolleretur, nam ipsius natura esse videtur ab ipso omnium pendere bonitate: ad ipsum omnia tendere & ipsius gratia esse omnia, modo nihil tenderet / conareturq; ad ipsum vt quod attingi (quemadmodum aiebas) haud quaquam valerit vnq;. Conatusq; ad id rei vacuus / irritusq; haberetur. Nihil itaq; esset optimum eiusq; sublata esset natura: quo quidem non existente optimo / omnis alterius bonitatis fonte & principio: vt nullum alterum & posterius bonum sit vllum necesse est. Tibi ne ita videatur an secus? Ne. Ita plane. The. Absolue igitur. Ne. Sexto neq; intellectus vllus esset actiuus: quandoquidem intellectum actiuum finem habere vbi quiescat necesse est, nullum autem haberet. The. Nam in infinitum prodiret, neq; immensum est intellectum actiuum / administratumq; ipsius contemplatiui gratia esset: & ipsam actionem & prudentiae administrationem / contemplationem & sapientiae gratia. Contemplationem autem & sapientiam / optimorum iam posuimus. Tolle igitur optimum: contemplationem tollis & contemplantem intellectum / quare & actionem actiuamq; intellectum. Et certe intellectus noster: oculus quidem suo solem carens (modo aliunde impeditus non sit) non cessat in pulchrorum sensibilibus pulchritudine summam cogitare pulchritudinem / in ipsorum bonitate summam bonitatem / in ipsorum duratione aeternitatem immensitatem, quae nobis specula sint illa summa pulchritudine / bonitate / & aeternitatis immensitate effigiata / impresaq; & nobis in speculo & enigmatate immensa dei pietate relicta est (qd in crasso hoc corpore tanq; carcercingimur) ita beatissima adire entia, illis vero superioribus mentibus secus: sine velamine scilicet illam rerum summam pulchritudinem / bonitatem / immensitatemq; contueri: vt oculis semper vigilibus / quibus sol maximumq; visibile vsq; adeo illuceat. The. Si te perconter dulcis Neania quas naturalis philosophus causas potissimum inuenire gessit: protinus subdes naturales, vt materiam / vt rerum sensibilibus formas / vt naturales efficientes atq; naturales fines, quas igitur metaphysicus / diuinusq; philosophus potissimum desideret: protinus quid respondendum sit in promptu obuiumq; est: primas & supramundanas causas & maxime omnium primam / rerum exemplar & formam / omnium effectricem causam / & omnium felicissimum atq; optimu finem, quae hoc ipso q; cause in infinitum non proruant iam sua bonitate exploratam / competentemq; habemus: nunc quod reliquum est absolute re tentemus. An veritas sit facilis an difficilis? Ne. Quod ammodo facilis & quod ammodo ardua atq; difficilis, nam nullus vnq; finire & omnino digne veritatem apprehendere valuit: & hinc ipsius difficultatis sumitur indicium, nullus etiam vnq; veritatis omnino exors: quod rursum aliquid ipsius facilitatis arguit, Quis enim (vt vetere proverbio consuetudine dici tractum est) in foribus delinquet? Totum profecto facile est: pars autem captu nobis difficultatem affert. The. Sane ita est, fores scientiarumq; valuae: proloquia / diuinitatesq; sunt (quae hic tota nuncupamus) & quae talia sunt vt ea vnusquisq; coprober audiat quibus neq; reuili neq; mente dissentire queat. Et ea in disciplinis capere facillimum est. Contra vero quae ex ipsis pendunt & quae hic partium nomine conseruato cognoscere difficile, & quanto a principiorum luce distantiore sunt: tanto captu / cognitumq; imperuosa, & certe veritas videtur ad nostrum ita se habere intellectum / vt illius solis in bar ad oculum: cuius extimiam claritatem nunq; perfecte & digne satis noster apprehendere valet oculus, Nullus etiam oculus tanti in baris expert omnino euadet. Cedo in super a quo entia suam veritatem sumant? Ne. A maxime vero. Nam in vniuersis vniuersisq; maxime omnium tale dicitur: quod alijs vt talia sint causa existit, vt ignis maxime calidus existit: qui ceteris sensibilibus vt calida sint causa esse dignatur, ita & maxime vera sunt: quae alijs vt vera sint causa existunt. Et maxime omnium id verum est: quod omnium verorum vt vera sint causa est, omnia itaq; entia a maxime vero suam veritatem sumunt. The. Et id recte quidem, si enim in vniuersis conformis / assimilisque naturae: omnia a maxime tali suam veritatem exordium / vt omnia calida ab igne maxime natura calida / calida esse dicantur: multo igitur fortius in homonymis, in quibus semper quod prius fuerit: natura praeslantius & perfectius euadit, & conditionem illam quam ceteris tribuit (& quam cetera ab eo sibi vendicant & assumunt) altiore natura retinens. Nimirum igitur posterius & quod imbecillioris / inferiorisq; naturae est: a maxime perfectissimeq; vero suam veritatem vendicare / atq; tale dici. Sicut si sol omnium clarorum homonymia causa esset: & omnia clara alia sole posteriora essent: illorumq; claritates solis claritudine inferiores / imperfectioresq; sol omnium iure diceretur clarissimus, quippe qui perfectissimam omnium claritatem haberet: & quae omnibus claris vt clara essent causa esset, & quanto vicinius quicq; a sole suam claritatem sibi vendicaret: & illius maxime magis emularet: tanto ipsum clarius non ab re certerendum esset, & quanto eminentius / distantiore atq; remotius & minus illius emularet: tanto minus clarum bono iure censeretur, ita fili quae a maxime vero vicinius suam sortuntur veritatem: & magis illius verissime imitricem (vt supramundane beatae mentes) veriora sunt. Quae vero & longinquo & minus illius verissime affinem & emulam: minus vera. Et vt de veritate dictum audisti: ita quoq; & de veritate / vnitatis / bonitatis / plenitudinis / potestate / necessitate / sapientiae / vita & ceteris transcendens intelligendum puta. Entia siquidem a maxime ente suam sumunt entitatem: vt dictum est a maxime vero suam sumere veritatem, & a maxime vno suam sibi vendicant vnitatem / a maxime bono suam bonitatem / a plenissimo suam plenitudinem / a maxime potente suam potentiam / a maxime necessario suamq; essendi necessitatem: suam sumunt necessitatem, ab omnium sapientissimo suam sapientiam / & a maxime viuentis suam vitam, ita vt vniuersa quantum vniuersisq; concessum est sua entitate summam imitentur

Quod perfectio est modo superiora q; hominibus intelligat.

Quod non omnia aequae suae veritatem a maxime vero sortuntur.

entitatem/sua unitate summam unitatem/sua plenitudine maximam plenitudinem/sua bonitate summam bonitatem/sua veritate summam & per se veritatem/sua potentia agendiq; facultate ipsam quoad potest omnipotentiam/sua necessitate summam necessitatem & suo qualicunq; sapientia & providentia vestigio summam sapientiam/omnibus rebus suaverit providentem/et sua vita viteque vestigio illam supremam vitam & immortalitatem. Et re vera vnaqueque res est ipsius summe entis/summe vnius/summi boni/summe veri/summe pleni/summe potentis/summe necessarij/summe sapientis & immortalis/speculum & scriptura ab illo summo & maximo rerum omnium opifice nobis ante oculos obiecta/strata; quo ipsum in illo nature libro ab ipso quia

13 Quomodo ipdem efformato signatoq; legamus/cognoscamus/cognitum amemus/cognitum & amatum frequenter meditemur. Attamen sum maxime non in omnibus eque inuestigandus est: sed ipsum pulcherrimum rerum potius in pulchris/perfectissimum in perfectis/optimum ens/digne est in melioribus & omnino nature dignioribus entibus a nobis cognitum ipsa summa maiestas & dignitas peruestiganda est. In his inuestigandis enim verius dilucet ipsa summa entitas/vnitas/bonitas/veritas/ipsa summa plenitudo/perfectio/summa maiestas/summa dignitas: que tantoperenostra hanc transmittenda philo/sophia desiderat. Sed age dic o Neania, nome omnium existentium principia (deco summa entitatem/summam unitatem/summam bonitatem/veritatem/entium/vnorum/bonorum & verorum) maxime vera sunt principia? Ne. Maxime o Theoretice, hoc non modo opinor: sed sine aliqua hesitatione credo. The. Nec iniuria, nam quoadq; sunt vera & quoadq; non: sed sempiterna sempiternaq; veritati semper coniuncta, quibus nullum principium & nulla causa est: sed omnibus ipsa cause sunt & principia. Et certe has o Neania felix qui potuit rerum cognoscere causas, Ne. Has scilicet, sed o Theoretice aut non sane satis concipio: aut allucinor. Existimavi enim oia ad vnum principium reuocanda atq; reducenda esse: tu vero mihi videris plura ponere & quidem simpliciter prima/vt quibus nullum principium & causa sit. The. Maxime prima o fili: plura quidem non vt concipis re atq; substantia: sed ratione sola: cum ea ipsa essentia & subiecto sint vnum imo maxime vnum, sintq; illa summa vnitas qua nihil aut esse aut cogitari potest magis vnum, & cognoscere quo pacto res subiecto sit vnitate vero multatad sapientiam pandit introitum. Et tu meministi ne prius a nobis dictum fuisse: sapientiam nihil aliud esse q; eternarum rationum intellectum & scientiam? Ne. In memoriam reuocas. The. Attamen non est nisi vnum primum ens entium: & in omni re in celo sursum/in terra & in abyfso deorsum signatum: si nobis sanus legendi relictus esset oculus. Sit ipsius pietas nobis o Neania oculum recludere: quo ipsum cognoscamus. Ne. Sit oro. The. Huic (vt ferunt) entium se Aristoteles commendare, solebat eius miseriam recordari implorabat: quod confitebatur, quod predicabat, pro quo tadem exul/damnatusq; inter gentes exteras degebat: tandem in Chalcide peregrinus/hoc munere mortalis vite functus traditur. Quid nos o Neania: nosne debemus ipsi supplices commendare? Ne. Debemus supplices. The. Et ex nunc commendamus. O ens entium/vnum/optimum/verissimum/plenissimum/potentissimum/summe necessarium/sapientissimum/immortale/atq; sempiternum: pande nobis ad te viam & accessum: & adiuua quod nobis indidisti naturale desiderium. Sed proficiscamur, percipis ne hinc fieri vt sicut res ad esse se habeant: ita quoq; ad veritatem? Ne. Mihi percipere videor, nam que presentius sunt vt natura entia beata/vicinius ab ipso maximo ente produnt & manant: quare & vicinius/indistantiusq; ab ipso maxime vero, non enim aliud & aliud maxime ens & maxime verum ipsum est. The. Et illa eadem consimilitudine magis vna sunt/magis bona/pleniora/potentiora/necessariora / sapientiora/magisq; immortalitatis sorte participantia ipsius inferioribus & caducis: quanto ipsa ad horam labentibus presentiora sunt entia. Ne. Certe. The. Quod igitur in sensibilibus est motus: & entitatis instabilitas: est illic in gissima/stabilissimaq; entitas. Et quod in sensibilibus quaedam est pluralitas: est in celestibus vnitas, quod in sensibilibus bonitatis & veritatis exile vestigium: illic nostrae bonitatis & veritatis exemplar & veritas. Attamen & in celo & in terra non est nisi vna summa veritas. Ne. Et vna entitas vt puto. The. Vna summa entitas & ita in reliquis, & pro liber a illic plenitudine: nos hic locum & plenitudinem fortimur occupantem, & pro vniuersali potentia partialem potentiam/resistentiam & reluctamen, pro necessitate contingentiam, pro sapientia ignorantiam/& pro immortalitate deficientem vitam. Vide fili quid est procul esse a maximo ente, hanc mala a natura imbecillamq; omni ex parte nature conditionem ideo patimur: q; longe a primo ente distamus / longeq; ab eius veritatis imitatione. Hinc cognoscere promptum est felicitatem & summum bonum ipsius rebus (que huius sint capacia) ex ipsius summi boni quoad fieri potest assimilatione pendere. Et contra: summam miseriam ex ipsius quoad fieri potest dissimilitudine & ab eo discessione. Et item vt vnum solum sit absolutum ens / vnum bsum/verum/plenum/potens/necessarium/sapiens & absolutum viuens & sempiternum: quod ab alio non habeat suam entitatem/bonitatem/vnitatem/veritatem/plenitudinem/potentiam/necessitatem/sapientiam & vitam, sed per se sit ens & vnum: & ita in ceteris. Cetera autem omnia non absolute entia/vna/bona/aut vera dicuntur: sed ab altero & ad alterum talia, quia ab ipso sint vero & per se ente vno: & ipsius absoluti entis/vnius/boni/veri/imagines/similitudines & simulachra quaedam. Et certe o amice Neania si nobis illius summi/absolutiq; entis/summe vnius/summi boni / & veri vnum punctum attingere concessum esset: illa ipsa contemplatione quum corpus trabentibus caducum & mortale fas est / felices essemus. Et certe illa dei entitas/vnitas/bonitas & veritas linea est infinita, & quicquid aliud in celo & in terra felix est: oculus est finitus/punctum solum illius summe & absolutae bonitatis apprehendens: aut quod perinde se habet ad apprehensum/vt ad infinitam indimensibilemque lineam sese habet punctum. Et deus ipse solus seipsum vt est plenissime apprehendit: & seipso solus maxime felix est. Quo fit iterum vt sicut omnia vera a maxime vero suam trahunt veritatem: ita felicia a felicissimo suam felicitatem: qui proinde felicissimus est q; seipsum maxime possidet & seipsum maxime cognoscit/diligit, & sibi ipsi maxime complacet, sunt igitur cetera felicia q; ipsum quoad fieri potest possident/contemplantur/amant, & ea sola voluptate trahuntur: q; in hoc ipso ipsi summe felici assimilantur. Ne. Recte igitur audierim Aristotelem asseruisse nostrum summum bonum & nostram felicitatem in veritatis contemplatione consistere. The. Recte admodum & maxime veritatis: sed nos ad propositum reuocemus. Vnde nobis veriora hanc nature & entia cognoscendi adortur difficultas? Ne. A nostri intellectus imbecillitate. Nam sicut oculi Nyctioracum sese habent ad lucem diei: ita & nosler intellectus ad manifestissima/optima & verissima nature & entia. Atqui q; Nyctioracum oculi difficultate diurna lucis habetescunt ac obtunduntur maxime quidem visibilibus: hoc ex Nyctioracum oculorum infirmitate/debilitateq; paritur, igitur q; nosler intellex

Aristotelis commendatio.

Quomodo inferiora a superiorum perfectione desciunt.

Cy homo in puncto diuinae cognitionis est felix.

17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100

17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100

17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100

17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100

17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100

17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100

17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100

17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100

17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100

17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100

17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100

17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100

17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100

17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100

17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100

17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100

17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100

17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100

17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100

17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100

17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100

17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100

17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100

17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100

17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100

17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100

17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100

17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100

17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100

17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100

17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100

17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100

17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100

17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100

17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100

17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100

17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43 44 45 46 47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100

17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32 33 34 35 36 37 38 39 40 41 42 43

D

si paterno/haerari/bac vicinorum locorum & vernantium locorum amenitatibus. Ne. Pretuli equidem. The. Vis ergo quibus
 decim illas (quas tertio libro respondere diximus) quaestiones discutiamus? Ne. Nostri quid expedit. The. Noui equidem, & ideo
 illas nos consilio nunc reliquamus ipsas aliquando oportunitus vtriusq; disputaturi. Et nunc satissit illarum quaestionum formatio-
 nem memoria teneret; & hoc ex loco meminisse quaestiones illas vtriusq; Aristotelem disputasse. Ne. Nuper suo ordine ipsas mecum
 ipse didici. The. Oportune. Transcramus igitur ad naturam entis dignoscendam. Ne. Transcramus. ¶ The. Et nos a quaestionibus
 aspiciamur sumamus. Et primū si tenes quid sit ens esset in mediū. Ne. Ens est qd subsistit. The. Sane. ¶ Quot sunt subsistendi modi?
 Ne. Arbitror me respondere debere quibus. Primus est cū qd subsistit ab altero. Scd? cū subsistit sub altero. Tertius. Cū i altero. Quar-
 tus. Cum per alterū & alterius gratia. Quintus. Cū subsistit quidem sed neq; ab altero/sub altero/in altero/per alterum/alterius/ue
 gratia. Sed reliqua omnia ab ipso subsistunt & ipsius gratia. The. Id ipsum debebas o fili. Sed multa se offerret hic diligentius pensa-
 culanda. Et quia tempestive aduenisti nec nos temporis indigentia praemittimus fidentius (& si longiusculi futuri sumus) aliqua ex-
 sequemur: hinc orsi, omnia alia a primo & maxime ente/ab altero subsistunt. Et rerum substantiales potentia subsistunt sub altero:
 substantiales actus & accidentarie affectiones passioneq; omnes in altero: referent tamen, nam substantiales actus in altero/supe-
 riori praestantiorq; modo subsistit: vt scilicet consubstantialis in consubstantiali quo / cum simpliciter vnum vnamq; completam
 substantiam constituit. Accidentaria autem affectio in altero est: sed non vt consubstantialis in consubstantiali: cum quo aliquid vni
 simpliciter consistere possit. Et complete ipse substantia per alterum & alterius gratia subsistit: & non modo hoc: sed ab altero
 & ex altero. Ab altero quidem: nam omnia praeter primum ab ipso subsistunt. Ex altero: nam ex potentia, per alterum: quia per
 actum / qui nunq; sub primo sine potentia neq; potentia sine ipso subsistit, & alterius quidem gratiam omnia summi boni gra-
 tia sunt. Et subsistere sub altero/in altero/ex altero/per alterum/nunq; sine subsistentia ab altero & alterius gratia reperias. ¶ Ipsū
 autem primum quod summe ens/summe vnam optimum & verissimum dudum nuncupauimus: ens ipsum est quod subsistit
 non ab altero quidem/sub altero/in altero/per alterum aut alterius gratia: maxime ens/maxime omnium & vere subsistens/ens en-
 tium/ & omnium entium entitas/ quiditas & veritas omnium maxime subsistens, et ad quod omnes entium modi reducendi sunt:
 vt omnes salubrium modi ad sanitatem/ & longe profecto verius, quod vt paulo planius tibi conseruamus salubrium mo-
 dos. Salubrium enim haec sunt sanitatis effectus/haec conseruantia/haec in sanitatem ordinata, quo pacto ergo salubria parantia sa-
 nitate/in ipsam reducuntur? Ne. Vt cause/ nisi ego ipse fallor/ in suum effectum. The. Haud falleris, & quomodo omnia entia ad
 maxime ens & omnium primum? Ne. Potius vt effectus in suam causam. The. Et omnium maxime causam, vtra ergo harum re-
 ductionum tibi verior videtur? Ne. Ea certe qua effectus in suam causam restituitur. The. Et eo verior quo in omnium verissimū
 & maximam causam, dic tunc quo pacto salubria quae sanitatem retinent & saluant in ipsam reducuntur? Ne. Vt conseruans
 in ipsum suum conseruatum. Theore. Id ipsum, quomodo omnia entia ad maxime ens & omnium primum? Ne. Vt conseruata
 ipse conseruans ipsum. The. Et omnium maxime conseruans: vt quod omnia saluet/ conseruetq; vter ergo horum tibi reductionis
 modus verior apparet? The. Quo conseruata in suum conseruans restituitur. The. Et tanto verior: quanto in suum summum &
 maximum. Ne. Tāto verior. The. Rursum ordinata in sanitatem quo pacto in ipsam reducuntur? Ne. Vt in finem. The. Sed an ipsius
 sint maxime gratia? Ne. Minime, nam sanitas summum bonum non est. The. Et nonne omnia entia eodem modo in primum reducun-
 tur? Ne. Vt in finem scilicet. The. Sed an sic vt in finem? & illius maxime gratia sunt? Ne. Maxime o Theoretice/ nam id ipsū sum-
 mum bonum est. The. Probe coniectasti: ipsum summe ens/summum bonum est/ omnium vltimus & optimus finis: & qui in
 alium finem minime vnq; est ordinatus, apprehendit igitur omnes modos entis verius & longe quidem in primum & maxime ens
 restituit/ salubrium modos in sanitatem. Ne. Apprehendit & id quidem mihi indubium est. ¶ The. Sed age vtrum sanum quod
 multifariam dicitur nunc in se suscipiens sanitatem, nunc sanitatem efficit/ nunc saluare/ nunc designare/ atq; representare: vni-
 uocum sit vnicaq; ratione dictum necne? Ne. Haud vnica ratione dictum est. The. Aequiuocum igitur atq; homonymum est. Ne.
 Est. Et salubre? Ne. Idem vt sanum. The. Et ens cum dicitur nunc de vs que ab ipso sunt/ propter
 ipsum/ & quae vtrumq; possunt ipsum monstrant/representantq; vtrum vniuocum sit & eadem ratione dictum. Ne. Minime vt
 mihi videtur: quin potius homonymum. The. Et recte quidem, sic enim hoc in loco eo vtimur, & certe ipsum primum ens & ea
 quae ab ipso/ & propter ipsum sunt nunc substantiae/ nunc accidentia: nulla etiam proportione magis adiuuicem naturae affinitate
 recedunt: q; quae vnq; inter se salubria aut sana, quae enim primi/ maxime entis & infiniti: & ceterorum entium finitorum propor-
 tio. Ne. Nulla prorsus videtur. The. Quae substantiae & accidentis naturae vicinitas: vt ipsis eadem ratio apta tribuatur? Ne. Nullam
 video. The. Nunquid cum praesens fueris speculo & ipsi tuam similitudinem afformas: tibi & tuae similitudini idem nomen &
 nominis eadem ratio est: quis illa tua imago tibi q; simillima videtur. Ne. Nomen idem sed non ratio eadem: nomen quidem Neanias
 aut homo. The. Homonymum igitur nomen Neanias ad te & tuam similitudinem. Ne. Homonymum. The. Et omnia primi simi-
 litudines & simulacra sunt: magis quidem a suo afformante exemplari distantia: q; tu a tua similitudine, & accidentia substan-
 tiarum quaedam sunt vestigia & velut quaedam vmbrae: videtur ergo tibi iure si omnium primum & cetera post ipsum sub-
 stantias & accidentia eodem entis nomine complectimur: id nos equiuoce faceret. Ne. Iure equiuoce. The. At tamen omnia ad vnam
 naturam & vniuocam reuocamus atq; reducimus. Ne. Quam? The. Es iam praecedentium immemor factus: ad ipsum omnium pri-
 mum & maxime ens, quod fit vt nomine entis & homonymo analogo tamen (perinde ac medicis salubri & sano) nobis vtendum
 sit, & cum vocabuli significatio ad praenotionem (quam quid est nuncupant) attineat/ & equiuocatio/ homonymitasq; significa-
 tionis positionem sequatur: id potius nobis vel sine probatione recipiendum est q; per suaderi admitendum, dictum satis hoc in loco
 sic esse vtendum, & vtrum aliquis talis significatus quo eadem ratione omnia significet ipsi comode aptari queat: nunc missum
 faciamus, qui si quidem vbi effingit apte valeret: nobis ad hoc quod conamur minime necessarius esset, & vs reliquamus exquiren-
 dum: qui sibi aptum fore putant, sed de hoc abundantius q; par sit nunc autem nos ad alia conuertamus. ¶ Nostri ne o Neania in re-
 bus caducis & in hoc nostro inferiori mundo rerum esse ordinem? Ne. Noni equidem. The. Quem? Ne. Hominem primum locum
 obtinere: post quem animalia rationis immunia/ post quae arbuta & plantas & cetera id genus vegetum/ post vegetatā lapides

Diversi entium modi.

Quis equi uoce dicit de primo ente et ceteris item de substantia & acciden- te.

Pulcherrimorum rerum inferiorum ordo.

E 2

3

4

5

metalla & ea quae ex terra profunditate eruntur: post quae vapores/halitus/pluuiam/niuem/grandinem/spiritum & caetera
 quae imperfecta coposita nuncupant, vltima autem natura loca: elementa/ignis/aer/aqua/terra sibi vendicant, & in hac pulchra
 natura serie semper in perfectiora praestantiora respiciunt/ & illorum sunt gratia. The. Apts nobis est iste inferiorum ordo: sed
 longe inuelligit in superioribus entibus veriore: quem iste rerum inferiorum ortu occasusq; laborantium: exiliter admodum &
 6 quasi vmbra/iter imitatur. ¶ Sed habent ne res sensibile actum & potentiam? Ne. Habent. The. Oportune, & potentia multum: ideo
 multarum passionum obnoxiae sunt/ possuntq; multa pati; & parum actus: ideo parū agere sufficiunt: & hinc particulae agen-
 tes diuinae sunt, & hi nostri actus & nostrae potentiae: vera actus & verae potentiae non sunt, sed veterum actuum & potentiarum
 vestigia/ simulacra & vmbrae. Tū ne plane ita esse consentis? The. Consentio plane, sed o Theoretice/ si se paulisper audis foris Eu-
 tycherum loquentem, vis ipsum intro accersamus: totus enim gaudio soluitur: quotiens de deo p̄uidentur sermones, sin impy/ in-
 digniq; tristis morerit & lamentatur, & vidi ipsum pra concepto gaudio (Eudemone patre meo nonnulla religione nostra di-
 gna loquente) plorantem. The. Aduoca igitur ipsum. Ne. Eutychere potes intro venire Theoretice/ cum auditurus vna mecum: non
 nulla tibi gratia (vt arbitrator) differenter. Eu. Ego vero libens. The. h̄side nobis o Eutychere & te nobiscum exerce. Eu. Ecclim me
 hac vestra colloquutione reputabo. The. Ego vt aliquid deprehendas ceptam materiam vna cum Neania prosequar, & cum quicq;
 7 deprehenderit aut minus examinatum/ aut perperam assertum: nobiscum disputationis particeps agita. ¶ Dic age o fili Neania: Primi & ab
 nome quae plus potentiae habent minus agunt? Ne. Minus. The. Et quae plus actuum actus: magis? Ne. Magis. The. Et quae iterū plus
 actus & minus potentiae? Ne. Iterum magis. The. Potentia igitur agendi impedit facultatem. Ne. Impedit. The. Quid igitur actus
 ille qui in infinitum a potentia semotus euaadet: quae agendi reluctamentum/ impedimentumq; praestat. Ne. In infinitū ageteritq; in
 8 finitū a gēdi virtus & potentia. The. Recte coniectasti, fili actus ille primus/ purissimus & absolutus actus: est summe ens/ summe
 vnus/ simplicissimus/ summe bonus/ verus/ plenus & potens. ¶ Sed an aliquid post ipsum sit summe potens? Ne. Nihil vt arbitrator,
 nam vnum solum est maxime ens/ summe vnum & bonum vt diximus. The. Probe, videtur ergo tibi nullus aliter actus esse omo-
 nino purus: & omnino a potentiae consortio seu gatus. Ne. Mihi quidem id rationabile nimium. The. At tamen in rebus sensibilibus
 potentia peculiare nomen materiam sibi vendicat: & actus formam. Ne. Vendicant. The. At in supramundanis potentiae & actus
 9 nomen retinemus: quae nos Platonicū & Peripateticū more interdum essentiam & esse vocemus potentiam: scilicet essentia: atq; actū
 ipsum esse. Ne. Vocemus, & his nominibus promiscue vtriusq; voles vtare. ¶ The. Proficiscamur igitur, rerum inferiorum ordo
 vt vestigium quoddam superiorum celestium ordinem nobis inuiguet. Ne. Dictum est. The. Nos ergo in eorum numero quae sub
 primo subsistunt: quae ab ipso primum emanandi locum obtinet/ primum mentē & primi ordinis nuncupemus. Ne. Nuncupemus.
 The. Et quae secundum emanandi locum: secundam & secundam ordinis, quem admodum homo/ mortalium primum locum sibi
 vendicat: & animantes rationis expertes secundam. Ne. Esto. The. Et hunc in modum di gere si tibi placet nomen ordinibus ipsas sua
 periores beatasq; mentes: quem admodum nonnulli olim non sine dignitatis multo praesidio discreuerunt diuissime, quere ergo
 id vnum: an ipse supernae mentes magis sint vna/ an potius sua essentia magis sit vna/ an suum esse, non enim ipsas solos actus esse
 pones, nam vnicus solus & purus actus: & vnicum purum/ imo purissimum esse, & tanto minus solas essentias atq; potentias:
 cum maxime post primum actum sint, vt non ab re contra q; nos vnum saluum efficientium nomina sint sortitae: quod potius ipsi es-
 se & non esse essentiae competit, nihil vicariae responsionis alternae. Ne. Quid nihil habeam. The. Eutycherus forte habet quid potissi-
 mus pro te respondeat: qui diuinae lectionis aliorum sua consuetudine studiosus est auditor. Eu. Nihil omnino o Theoretice, forte
 quicq; haberem si affuissem ab ipso disputationis initio, porro cum Neanias respondendo viciniam alternat/ haud minus ipse me
 atq; tu edocet. The. Sermonem igitur ad ipsum rursus conuerto, dic o Neania an nostro ordine mentes ille di gestae suis potentis &
 suis actibus magis sint vna/ praestantiores/ atq; meliores. Ne. Quandoquidem vis vt respondendo aliquid afferam: ipse potentiae ma-
 10 gis vna & ipsi actus magis vni mihi esse videntur. The. Tibi videntur, sit a prima mentium: sub primo primum locum sortita.
 Ne. Sit. The. Et b essentiae vero eius esse. Ne. Esto. The. A se essentiam esse magis vnam ipsa mente a iudem & ipsum esse esse
 a magis vnum. Ne. Aio. The. Sed nonne quanto quicq; (vt subsistat) pluribus eget: minus est tibi esse videtur: nam indigentia ex di-
 scessu ab ipso primo & per se sufficientissimo ente est. Ne. Videtur certe. The. At essentia b plurium vt subsistat q; a egena est. Ne. Quo
 pacto? The. Nam primo eget esse ab altero: a se enim nequaquā subsistere potest, secundo sub altero/ nam sub esse: sine quo & vacua &
 ociosa & sine vsu aliquo subsisteret, tertio ipse esse gratiam melius esse vt quod absoluto esse & simplicissimo omnium res-
 rum auctori: q; sua essentia similis euadat, quarto est totius mentis atq; gratia, quinto est optimi summisq; boni gratia, tibi ne hac ve-
 ra esse videntur? Ne. Videntur omnino. The. Quinq; igitur vt subsistat essentia b indigentias sustinet. Ne. Quinq; scilicet. The. Nunc
 a: totum scilicet ipsum rimemur/ exploremusq; primo ipsum ab altero est: a quo eget vt subsistat, secundo ex altero est: nam ex sua
 essentia, tertio est per alterum: nam per suum esse, quarto est alterius optimi scilicet sumisq; boni gratia: & ipsius quidem solius gra-
 tia, assentis haecita se habere. Ne. h̄sentior. The. Neq; enim a sua essentia aut sui esse gratia est: vt neq; in rebus caducis elementum
 aut plantam suae materiae aut suae formae gratia esse dinoscis. Ne. Simile. The. Sustinet igitur a vt subsistat: solum dependentias in-
 dependentiasq; quattuor. Ne. Solum quattuor. The. Et essentia b quinq; sustinet. Ne. Concessum iam est. The. A igitur mens tota paucio-
 rum q; b sua essentia vt subsistat egeat: magis ens est/ magis q; subsistit. Ne. Mihi concedendum est. The. Et si magis ens est: & magis
 vna/ bona/ vera & potēs, quādoquidē primo & maxime ens/ maxime vni bono/ vero & potēti similio est. Ne. Oportet. The. Di-
 ximus enim vt vnum quodq; sese habet ad esse: & ad vnum/ bonum/ verum & reliqua sese habere. Ne. Dictum. The. Et factus es es-
 sentiam b: totius esse gratia. Ne. Verum certe, sicut materia in sensibilibus: ipsorum sensibilibus gratia est. The. Et esse etiam totius
 a esse gratia forte fateberis. Ne. Fatebor equidem sicut sensibilibus formae ipsorum sensibilibus & totorum & si caducorum gra-
 tia sunt, nec mihi videbor errare. The. Ingenue, & tanto verius illorum esse sunt gratia: q; ita illa tota bona sunt aeterna & omni-
 um optimo q; simillima, haec vero tota: bona sunt caduca & verorum bonorum vmbrae, & sub primo imperfectiora/ & perfectiorum
 & meliorum sunt gratia: non autem contra perfectiora gratia imperfectiorum. Ne. Semper natura. The. Recte addidisti natura,
 de vs siquidem quae nostra in ordinatione peruerteremus non loquor. Natura enim tenor ab optimo & ordinatissimo rerum opifi-

Primi & ab soluti actus inuestigatio.

Quis totū sit verius ens & magis vnum q; sua potētia.

Q totū suo ce tributus / pulcherrime ordinatus perseverat dum aliunde inordinatio non pendeat. Est igitur iterum intelligentia a non modo suo actu perfectus esse a bis et suo esse et perfectior et melior, quare et magis ens/magis vna et magis vera. Ne. Ita consentaneum videtur. The. Vides ergo quo pacto mentes ille superiores suis ordinibus digeste suis potentis et actibus magis sunt vna / presentiores et meliores. Ne. Video, et me prius perperam respondendo conieclasse. The. Et eque facile vnumquodq. totum sua potentia et suo actu prestare et magis vnum esse ostendere potes. Ne. eque. C Sed an e esset et actus: suo toto ad subsistendum plurium egerat. The. Quodammodo, nam eget esse ab altero in altero ut in subiecto ut in essentia / et in altero ut in toto ut in intelligentia / et totius a gratia / et optimi supremiq. boni gratia: et ipsum magis egere ut subsistat a totum: manifestum est. Nam a fine que causa causarum est: magis vnumquodq. pendet. Est autem esse ab ipso toto a ut sine dependet: et non contra a ab ipso c ut sine. Ne. Percipio certe, et vnumquodq. totum suo actu eadem ratione minus dependere atq. egere: et vniuscuiusq. actum magis. C The. Et pene superiore argumento constat ipsum esse perfectius esse essentia / magis ens / magis vnum / bonum et verum, nam essentia est ipsius esse gratia / et ab ipso ut sine pendet: et non contra, adde mobile magis pendere a motore: ut qui sit summo enti a quo omnia pendent similior, vnicuiusq. autem rei esse ut motor esse essentia vero ut mobile. C Quo fit ut substantiarum maxime materia: minus ens / et minus vna censenda sit, ut que in consilio non esse et prope nihil existat, Ne. Quo pacto: The. Quia si constitutus primus et summus ens et non ens extrema: et omnes substantias tum completas tum incompletas materiam / formam / essentias omnes et esse ut media: et harum omnium substantiarum dependentias / indigentiasq. numeraveris: nullam prorsum eorum remotiorem a primo et maximo ente et plurimum indigentiore ipsa materia videbis, quare nulla non est vicinior / et que et rite dicla videatur in consilio non esse constituta / et admodum prope nihil. C Hinc fit iterum ut quecumq. materiam sortita sunt: magis non esse que esse videantur omnium inconstante / instabilitati et variabilitati obnoxia et magis ad non esse que ad esse prona, et que a materia et materie conditione que esse impedit recedant: verius subsistunt / ut quorum esse semper et stabile solum appareat. Ne. O mino. The. Et omnis essentia que ad materia est, est enim omnino: ipsius esse et actus subtermiculum quoddam. Ne. In proportione scilicet. The. Mens igitur a sub primo / mentium prima merito plus esse que non esse dicenda est / et ad semper esse procliva / constantissima et stabilissima. Ne. Merito. The. C Vis ergo nunc ut secundae seriei mentium subsistendi dependentias pernefligemus: Ne. Sequor te quocumq. voles trahentem. The. Concipe igitur ipsum primum quod est super omnia fons et origo rerum omnium: ut solem, et primam mentium sub illo: ut lucem, secundam: ut lumen, et tertiam ut splendorem. Ne. Ita lucetor concipere. The. Sol ille O Neania eternus et inuisibilis: nostri visibilis solis veritas et exemplar sub se veram lucem non quidem accidentariam (qualis lux est sensibilis solis) sed substantialem producit: primam scilicet creatarum mentium et perfectissimam et maxime omnium infra ipsum primum: efficacem, cui statim coagendi comunicatur facultas / ut sol sensibilis sensibilis luci pro suo modulo communicat, et sol ille supremus coagente luce lumen producit veram et substantialem lucis similitudinem / et secundam intelligentiam, neq. hoc mireris de illa sub primo efficacissima luce: quandoquidem vides non modo sensibilem lucem minus esse efficacem sed et omnem rei naturalis vel infimam naturam suam similitudinem progrediente audiam, et hinc multa naturae miracula quamvis vulgo ignora pendere conieclat, et primum vna comproducentibus luce et lumine caelestes progignit splendes et tertie dignitatis mentes: proceclitq. in tantū ista diuinorum splendorum series dum in aliquam vmbra decumbat que non sit omnino diuini luminis ex parte: quod in deum suam originem verum rerum omnium solem reflectitur / recurrit / resiliatq. sed tenuiter admodum: ut sensibilis vmbrae flacidum et pene deficiens lumen / insensibilem solem resiliare solet. Eu. O Theoretice hanc vmbra etiam vocas mentem: The. Etiam, infimam scilicet et nostram animam que illo quoad potest vmbrae radii radio (modo impedita non sit) in summam resiliat / recurritq. contemplandam entitatem / vnitatem / summam veritatem / bonitatem / plenitudinem et omnium potentissimum auctorem. Eu. Concipio, tu ergo nostram animam intelligebas. The. Et post nostram animam sunt brutorum animae: que etiam diuinorum luminum omnino sunt exortes / et ut tenebrae sola lucis illius priuatione et absentia in corporum opacitate mere / nunq. recurrant / resiliantq. se in deum. Eu. Non indubie, et ideo iure diuino lumine et spiritali capite caecae et tenebrae censentur, non tamen sensibile et corporeo lumine priuantur. et nunc tecum o Theoretice (si tibi gratum est) aliquantisper Neaniae ptes agat, neq. Neaniae molestū sit qui me vobiscū vna adesse voluit: me etiam secū nōnihil impartiri laboris et studij, et vbi propter precedentia minus audita insufficientes videbor: supponat manū et psidium ferat amico. Idq. mihi prestet quod Hercules quōdam Atlantī prestasse fertur: cum ei assidua (ut aiunt) celi sustentatione defesso suppetias tulit / caeloq. subiecit humeros. Ita mihi recte respondentem Neaniae auxilio erit. Interea aliquantisper a continuo quem perulit disputationis labore respicit. The. Ut vis o Eutyche, interm Neaniae attentione proficiet / poteritq. interdum si necessarium videbitur tibi ut requiris suppetias ferre, vis ergo ut recertamur et secundae mentis dependentias recludamus. Eu. Id cupio. The. Quot prima mentium sub primo dependentias suslinere cognita est: Eu. Quattuor, nam ab alio est / ex alio / per aliud et alterius gratia. The. Et secunda mentium etiam ne a primo est: Eu. est, nam ab ipso sunt omnia. The. Et etiam a prima assignata mente. Eu. Dicitur est: quem admodum lumen a luce. The. Duas ergo ut ab altero subsistat / suslinent indigentias. Eu. Duas, ut que a duobus pendeat. The. Et quamq. a primo absq. prima mente manare potest: nunq. tamen (ut neq. lumen a sole sine lucis medio emanabit, et est ex altero. Eu. Est. The. Et per alterū. Eu. Et hoc. The. Et bruta luminis diuini experita et tenebrae hominis sunt gratia / qui nonnihil diuine illuminationis ut in vmbra participat. Eu. Sunt. Theore. Et que infra brutales tenebras sunt: ipsius hominis gratia sunt omnia / et imperfecta perfectiorum / presentiorumq. gratia. Eu. Ordo naturae est. The. Et beatissima illa entia: nostrae sensibilis et continuo labentis machine ordinis continent veritatem. Eu. Indubie. The. Erit ne ergo secunda mentium prime superioris mentis et perfectissime gratia: quandoquidem in his cadentis et ad horam labentibus tenebrae (ut ita dicam) ipsius vmbrae sunt gratia. Eu. Est certe: et multo quidem magis. The. Est etiam et primi gratia. Eu. Nimirum, nam eius ipsius gratia sunt omnia. The. Collige ergo nunc o Eutyche dependentias / indigentiasq. numerat. Eu. Sex suslinet, ab altero duas / ex altero et per alterum singulas: et alterius gratia suslinet in eadem duas. The. Et suo modo de eius esse et essentia diceremus. Eu. Penitus. The. Et ita mentium tertie dignitatis dependentias inuestigaremus: et quartae et quintae et esse et essentias vsq. ad infimum rerum gradum. Eu. Scilicet. The. Et in hac inuestigatione semper posterius plurimum

Hercules.
Atlas.

15 pluriū egere suo priori cōperimus. Eu. Semp pluriū. C The. Quo fit ut supmā diuine sortis mentes magis etiā sunt / magis vna / bonae / et vere / magis plene / efficaces / necessariae / sapientes / magisq. vite sempiternae compotes: mox secundae / deinde tertiae / et ita
16 deinceps vsq. ad infimum entium gradum. Eu. O mino. C The. Est etiam ut secundarum esse et essentiae imperfectiores sunt esse et In superioribus
essentis primarum / plusq. essentiae secundae habeant q. primae / et tertiae q. secundae, et contra: primae plus esse q. secundae / et secun-
dae q. tertiae, attamen quaeq. sunt in regione lucis: plus esse q. essentiae participant, alioquin ad multitudinem, diuisibilitatem / et
17 motū conditiones potētiē laberentur. C Sed age quid vnus et indiuisibilis oppositū censet: Eu. Multa et diuisibile. The. Nos vnū
et indiuisibile idem esse volumus: itidem diuisibile et multa, quid eiusdem oppositum: Eu. Alterum. The. Quid oppositum similia
lis. Eu. Dissimile. The. Quid status oppositum: Eu. Motus. The. Tu ad singula scite et expedite respondisti. Eu. Haec ex diuinis dis-
putationibus quibus nonnunq. inter sui ita accepi. The. Perge igitur, cui maxime vnus natura competit: Eu. Primo et maxime en-
ti: et quod est ipsa rerum omnium summa vnitatis. The. Quare et maxime eidem competit indiuisibilis natura / eritq. summa re-
rum indiuisibilitas, cui maxime eiusdem natura: Eu. Primo enti, quod semper vnum et idem manens: sibi semper maxime omni-
um et omnino idem est / et rerum idem titas. The. Cui maxime: similis natura: Eu. Maxime enti: quod omnium est exemplar et om-
nis similitudinis veritas. The. Cui maxime status: Eu. Itidem primo enti, nam ipsum est aeternitas et rerum omnium summa sta-
18 bilitas. C The. An cuiq. a primo haec sincere competere queant: Eu. Nulli prorsum. The. Deficiunt igitur caetera omnia a sincerā vni-
tate / simplicitate / identitate / exemplari et stabilitate. Eu. O portet. The. Quapropter ad illorum opposita aliquotulum deiergunt. Eu.
Consentaneum est. The. Mentis igitur lucidissima regionis que magis esse / actumq. sequuntur: que et magis sunt q. non sunt / ma-
gis vnus et simplicitatis participes sunt: multitudinis autem et diuisibilitatis minus. Item identitatis / similitudinis / et status na-
19 turam magis participant: et diuersi / dissimilis et mobilitatis minus, et homo qui est omnis naturae vinculum / superiorum et
inferiorum medium: his elementis vno / multis / indiuisibili / diuisibili / eodem / altero / statu et motu medio modo cōtēperatus: equa-
litas q. fieri potest consonat harmonia, caetera vero infra ipsum hominem multitudinis / diuisibilitatis / alteritatis / dissimilitatis
diuis / et motus tenent excessum: vnitatis autem / indiuisibilitatis / identitatis / similitudinis et status defectum: et omnium maxime
substantiarum sensibilibus potentia / ut que iam quaedam infinitudo sit: omnis diuisibilitatis obnoxia / omnino altera ut nihil ipsius
capi iam possit quod sibi ipsi omnino sit idem: maxime informis et formae formarum et rerum exemplari dissimilissima: maxime
20 motū / inconstante et instabilitati subiecta: ita ut iam nullum omnino subterfugiat motum. Et ita dicendum esse puta de esse et nō
esse / bono et malo / vero et falso / pleno et inani / potente et impotente / necessario et contingente / sapiente et ignaro / viuente et
caduco. Eu. Affecisti me gaudio O Theoretice: cū de vno et multis / indiuisibili et diuisibili / eodem et altero / simili / dissimili / sta-
tu et motū ita disseruisti. The. Sublimis et ardua que ex illis pendet o Eutyche: contemplantio: sed quā octa nostra et cū Nea-
21 nia susceptū introductorie disputationis officij impresentiarū pertrahere non sinunt. C Proderit tamen Neaniae sepius haec elemen-
ta ens / vnum / bonum / verum / plenum / potens / necessarium / sapiens / viuens: insuper vnum / multa / indiuisibile / diuisibile / eodem / al-
terū simile / dissimile / statum et motum mente reuoluere: et eam (quam diuina requirunt) solerti indagare queritare intelligen-
22 tiā, nos ergo (si vobis gratum est) ad aperendam litteram conuertamus. C Eu. Venia tua dixerim O Theoretice: nonnulla ex dictis
mibi surreperunt dubia / quae si placet attendas. The. Quae illa sunt: Eu. Primum dixisti potentiam egere subsistere sub altero / et actū
egere subsistere in altero. Sed hoc mihi ingerit difficultatē q. nostra anima destituta corpore subsistit: vbiominus actus est, sed vbi
nam tunc in altero subsistit: Secundum, quo pacto euenit primam mentium proxime sub primo constitutam quattuor indigentias
23 suslinere: et cum sit vicine post primum non suslinere pauciores. Tertium, cum dicas primam mentium vicine sub rerum principia
pe constitutam plus esse q. non esse: an illud non esse intelligamus maxime enti oppositum: The. Graues sunt o Eutyche haec tuae dif-
24 ficultates: et que propensum laborem requirunt. Sed quia iam diu euagati sumus: vt conq. poterimus q. paucissimis tui gratia ip-
sas absoluerē amitemur. C Prima igitur hunc in modum satisfacimus, nā et si nostra anima nostri corporis actus est: ipsa tamen
simplex pura / q. actus non est, nam in se proprium esse / propriamq. essentiam retinet. Sed an non meministi tantopere Aristotelem
conatum fuisse ostendere: nostrae animae intellectum esse agentē pariter et intellectum potentiae et capacem: Eu. Memini: tanq. nunc
primum legissem. The. Hoc amice est nostrae animae proprium esse actum: et propriam peculiaremq. essentiam ostendere. Et non
25 modo id ex Aristotele require: sed ex variorum tum Philosophorum tum Magorum auctoritate, leguntur enim Zoroaster et
Mercurius ter maximus sensisse infimam mentium supremo corpori adherere et infundi: quo tanq. medio crassioribus et dimen-
sis corporibus copularetur. Spiritus enim simplex (ut sentiunt) immortalisq. non aliter composito mortaliq. corpori q. per corpus
simplex et immortale coalescit / coniungiturq. Et Plato animae attribuit nunc vehiculum nunc currum: quo essentiam ipsam et
potentiam fixam / manentem indeficientemq. semper actui asseclam et comitem intelligit, neq. debemus per supremum corpus et
immortale / dimensionem caeleste corpus intelligere (non enim vsq. adeo pingui fuerant ingenio: quos natura litterarum primates no-
bis tribuisse videtur) sed essentiam potentiamq. immortalem: qualem suprema entia immortaliaq. sub primo possident, quam et
in Analogia Magi vocat supremum corpusq. perinde ad superiorum mentium esse se habeat / ut inferiorum crassiuscula haec cor-
pora ad formas. Quae enim inferiorum crasse / molis sunt corpora / fluxa / multiplicia et caduca: illic essentiae sunt stabiles simplices /
immortalesq. Et rationalis anima / qua vtriq. natura et superior et inferior conciliatur / et que est vtriusq. mediaturae vtramq.
potentiam et stabilem et defluxam sibi vendicat, ut hac mortalibus coniungatur et a qua deficere et solui queat: illa vero im-
mortalibus et aeternis et quae immortalis / sempiternaq. perseveret et in giter permaneat, sic etenim in ipsa medio modo et propor-
26 tionie equalissima consonabunt vnum et multa / diuisibile et indiuisibile / idem et alterum / simile et dissimile / status atq. motus.
Sed prolixior sum q. voto conceperam. Eu. Satis dictum O Theoretice: et hac tua gratia satis ambiguitate soluo. C The. Secunda
ad altiorē speculationem nos vocat. Attamen quicquid ad alteritatem vergit: non paucioribus quattuor egere necesse est. Est autē
essentia alteritatis principium que a se nequaquam subsistat: quin potius ad non esse vergit alteritatem respiciens. Eu. Indubie. The. Neq.
sine actu esse potest. Nam nullam prorsum agendi facultatem retineret: quam tamen proximum primo / post primum maximam ha-

A supremo ad
infimum per
rerum condi-
tiones descen-
sus.

Quod anima
rationalis ha-
bet propriam
actū propriamq.
potentiam.
Aristoteles.
Zoroaster.
Mercurius.
Trimegistus
Plato.

Quod prima
mentium non
pauciores q.
quattuor sus-
linet indigen-
tias.

bre necessesse est. Eu. Necessse. The. Et finitum quidem, nam si infinitum haberetiam immunitatis potentie esset purissimum actus atq; ipsa sum maxime ens. Eu. Certe. The. Neq; is actus a seipso est, finitum enim est nullum autem finitum a seipso est. Eu. Sic est omnino. The. At prima sub primo constituta intelligentia ad alteritatem labitur. Eu. Labitur. The. Est igitur ex essentia alteritatis principio & eius esse atq; actu: quorum neutrum a seipso subsistit. Eu. Est. The. Neq; igitur ipsa tota intelligentia a seipso subsistit, quo pacto enim totum a se subsistit: cuius nulla partium a se subsistit. Eu. Impossibile. The. Subsistit igitur ab altero, nam omne aut a se aut ab altero subsistere necesse est. Eu. Confitetur. The. Et melius est quicquid propter finem q̄ temere fieri. Eu. Melius scire. The. Et melius propter meliorem & optime propter optimum. Eu. Optime. The. Et primum ens maxime bonum & potens / vnum quodq; q̄ optime fieri potest efficit. Eu. Indubie. The. Primam igitur mentium / summum bonum ab ipso quidem vicine manantem q̄ optime fieri potest efficit. Eutyche. Etiam. Theoreti. Eam igitur propter finem efficit: imo propter optimum, vides ergo quo pacto quicquid ad alteritatem labitur: paucioribus quattuor egerere non valeat. Eutyche. Videre videor. Sed an altiore contemplationem inde etiam contendebas. Theore. Longe o Eutyche, sed nos diutius immorari oporteret. Eutyche. Minime profecto, nam desiderantibus & cum gaudio & gestione mentis auscultantibus: nihil diuturnum esse videtur. Quid nam ergo aliud? Theore. Quid o Eutyche si prima mentium a nobis constituta quattuor indigentias passa: etiam a primo quartam sit. Eutyche. Quo pacto id? Theore. Nam supra ipsam mentem est unitas / equalitas & conexio. Euty. Quid hoc o Theoreti? Theore. Hic magi / hic prophet & desudant: Philosophi autem citra quiescunt. Age dic que sit natura boni. Euty. Se diffundere ut arbitror & communicare. Theore. Satis apte respondisti. Nonne ergo maius bonum se magis diffundit / propagat & communicat? Eu. Magis. The. Quod quidem si minime faceret? Euty. Eius esset quedam ociositas. Theore. Et si adhuc maius bonum. Eu. Adhuc magis. Theore. Quid igitur si infinitum bonum? Euty. Infinitum se communicabit. Theore. Alioquin esset quedam ociositas. Torporum autem omnem & ociositatem: infinita plenitudo vitat. Sed nonne summa unitas eadem est & summa bonitas? Euty. Est. Theore. Se igitur in infinitum fundit / propagat & communicat. Euty. Ita oportet. Theore. Sed an extra se se in infinitum fundat: an extra se se cuius infinite communicat? Euty. Non mihi videtur, nam extra ipsam omnia sunt finita / capacitatisq; finite. Theore. Ita est, illa igitur summa bonitas: intra se se ipsam infinite diffundit & propagat, & quia cui se infinite communicat finitum esse non potest capacitatisq; finite: ipsum infinitum esse necesse est, quod & ideo vocant equalitatem. Euty. Et merito. The. At in quocunq; vno est unitas & equalitas: vtriusq; connexionem esse oportet. Eutyche. Oportet. Theore. At in primo est unitas & equalitas: unitas quidem infinita immensitate & infinite equalitati se infinite diffundens & propagans: alioquin illa summa bonitas quodammodo vacua / ociosaq; esset. Euty. Est. The. Est igitur vtriusq; conexio. Eu. Est. The. At ex maxima unitate & maxima equalitate non subsistit maxime vnum: sine maxima conexione. Euty. Non videtur. Theore. Est igitur illa vtriusq; conexio / maxima: quare & infinita. Euty. Oportet. Theore. Sed nonne summa unitas etiam summum ens est / summe bona / vera / plena / potens / necessaria / summe sapientis / immortalis & eterna? Eu. Est indubie. Theoreti. Nunquid ergo se equalitati infinite diffundit / communicat / propagat: non diffundendo / communicando / & propagando suam infinitam entitatem / sapientiam / veritatem / plenitudinem / potentiam / necessitatem / sapientiam & vitam? Euty. Minime profecto. Theore. Aequalitas igitur est maxime ens / maxime bona / maxime vera / plenissima / omnipotens / maxime necessaria / summe sapientis / immortalis & eterna. Eu. Ita est. The. Et maxima vtriusq; conexio nunquid maxima est: si maxime ens / bona / vera / plena & potens non est? Eutyche. Minime ita esse potest. Theore. Est igitur maxima vtriusq; conexio / maxime ens / bona / vera / plena / summe potens / summe necessaria & sapientis / vita viuens immortalis & sempiterna. Euty. Necessse est. Theore. Quare sicut summa unitas omnium est principium: eque & summa equalitas omnium principium & ipsa summa conexio / omnium, & unitas / equalitas & conexio non sunt nisi vnum summum ens / summe vnum / summe bonum / verum / plenum & potens. Eu. Vnum certe & maxime vnum. The. Et nonnulli magorum (qui diuine sapientie radio eorum mentibus illapso viderunt illam summam unitatem suam equalitatem se latissime diffundentem / & totam propagantem) diuina ora solerunt dixeruntq; deum gignere deum, nam summam unitatem viderunt gignentem: & summam genitam equalitatem. Eu. Altissima viderunt o Theoreti. The. Vides ergo iterum primam mentium quattuor egerant: tria hanc unitatem / equalitatem & connexionem supra se habere. Eu. Aperiat mihi mentem o Theoreti: ipsa beatissima unitas infinite sapientie pelagus & ad id credendum / & ad quantum mortalibus fas est intelligendum. The. Et mihi o Eutyche ipsa summa equalitas. Ne. Et mihi ipsa summa & beatissima vtriusq; conexio. The. Imo vero nobis & omnibus illam pie querentibus summa unitas / summa equalitas & summa conexio: vnum, idemq; principium / summa entitas / summaq; bonitas. Sed pergamus o Eutyche, in primo unitas est in intelligentia quoddam unitatis vestigium. Et quod illic est equalitas: hic iam est quedam alteritas. Et quod rursum illic maxima & simplicissima unitatis & equalitatis absq; quacunq; compositione conexio (vbi enim maxima unitas: nulla prorsus compositio esse potest) hic iam unitatis & alteritatis quedam compositioni adueniens conexio. Et vbi in primo est summa unitatis / equalitatis & nexus sine pluralitate unitas: hic iam quedam vna multitudo & multitudinis unitas. Sed age o Eutyche an in intelligentia unitatis & alteritatis compositio: magis sit ab eius unitate an magis ab eius alteritate? Euty. Aequae ab vtraq; ut mihi videtur. Theore. Neq; cur potius sit huius q̄ illius esse videtur. Euty. Non. Et ab vtraq; simul quicquid est accipit. Euty. Accipit. Theore. Et in intelligentia / unitatis & alteritatis compositio: in ipso summo vno conexio est. Euty. Est. Theore. Non igitur summa conexio ab unitate solum / aut equalitate solum: sed aequae ab vtraq; & simul enascitur & procedit. Euty. Sic mihi certe prima intelligentia insinuare videtur. Theoreti. Nimirum, nam ipsa & vnumquodq; ad ipsius summe vnius / summe unitatis / equalitatis & connexionis similitudinem factum relucet: hoc ut propinquius simulachrum / illud vero remotius. Ex his Eutyche coniecta: re posses cur nonnulli philosophantium (qui citra unitatis / equalitatis & connexionis mysterium defecerunt) ut Anaxarchus Abderites infinitos mundos esse statuerint. Eutyche. Cur hoc? Theoreti. Ut illa infinita bonitatis plenitudo se infinite communicaret / propagaretq;: & ne vlla ex parte vacuum ociosamq; confiteri coegerentur. At mundus q̄ optime fieri potuit factus est: melius autem ipsum vnum esse ut qui sic suo diuino opifice euadat similior, ille enim sua unitate sui opificis summe unitatis emulus

Altissima summe modis / Triadisq; contemplatio.

Altissimum Magorum dictum.

Anaxarchus. Cur aliqui Philosophi mundos infinitos esse statuerint. Eutyche. Cur hoc? Theoreti. Ut illa infinita bonitatis plenitudo se infinite communicaret / propagaretq;: & ne vlla ex parte vacuum ociosamq; confiteri coegerentur. At mundus q̄ optime fieri potuit factus est: melius autem ipsum vnum esse ut qui sic suo diuino opifice euadat similior, ille enim sua unitate sui opificis summe unitatis emulus

est: & sua bonitate summe bonitatis. Est itaq; mundus hic ens & vnius / bonus / verus / & plenus: quod eius natura entitatis / unitatis / bonitatis / veritatis & plenitudinis capax esse potuit, propterea ergo tibi ne vident nonnulli plures mundos esse assenserunt. Eu. Perperam. The. Et longe dissonantius qui infinitos a se seruerunt. Eu. Dissonantius certe, nam id summe unitatis dissimilium atq; infimae potentie quedam infinitudo est affinium. The. Nec defuerunt alij qui hunc corporeum mundum vnum tamen sed infinitum esse defendere conati sunt. Eu. Eadem ut opinor de causa. The. Eadem, ut scilicet ipsa summa bonitas se infinite diffunderet atq; propagaret. At id absone quidem. Nam cum ista corporea moles plenitudinem impediatur: non vident se eam summe plenitudinem equam facere / imo & totam infiniti mundi entitatem infinite entitati equam: & unitatem unitati, alioquin summa entitas / unitas / bonitas & veritas non se (ut volunt) infinite diffunderet & communicabunt, & horum & priorum positionibus allata ab Aristotele accidit incommoda. Et nunquam inter philosophos pax firma habita est / ipsam licet querentes veritatem: donec ipsa semper benedicta omnibus saeculis quiesca veritas / & summa summe unitatis equalitas: virginis visceribus illapso mortalibus innotuit, haec si quidem tanti erroris caligine ductos philosophos reconciliauit & cum hominibus conuersata se viam / vitam & veritatem patefecit: & se omnia a summa parente unitate plenissime accepisse, sed te bis arbitror contentum. Eu. Maxime o Theoretice, video ut postea q̄ vel tenuiter deprenum sit summe unitatis / equalitatis & connexionis mysterium: protinus vane sciant omnes de huius mundi finitate & infinitate & unitate & multitudine ambiguitates. The. Ita de huius mundialis machinae nouitate & sempiternitate. Sicut enim dimensa plenitudo sese habet ad summam & infinitam plenitudinem: ita quoq; nouitas & tempus ad summam infinitamq; sempiternitatis immensitatem. Tertiam autem quaestionem discutiendam postea aliquando oportunitur dabitur locus. Et satis nunc digredi visis sumus ad Neaniam (cuius gratia disputatione hanc suscepimus) familiariora declarando nunc nos conuertimus. Dic ergo o Neania nostro resumpto proposito quot primi & firmissimi principij conditiones assignas. Ne. Tres, notissimum esse debet non conditionale / & quod quemlibet docendum & se alicui discipline mancipantem habere necesse est. The. Et haec conditiones de principio doctrinae / & non de primo ente & maximo subsistendi principio intelligenda sunt. Primum enim rerum principium non est notissimum non est: necesse est quilibet suscipienda disciplina idoneum ipsum habere. Adde q̄ conditionale esse aut non conditionale: principia doctrinae non rerum comitant. Quot errores circa ipsum comitant? Ne. Quattuor. Primum est ipsum demonstrare comitantia. Secundum est ipsum negantia. Tertium est contradictoria concedentia, & Quartum ipsum negantia. Qui ipsum demonstrare moliti sunt similes euaserunt q̄ accessa face in serena diei medio / ad saeculae lumen ceteros ad contemplantum solem accerserent. Ne. Hi ridiculi nimirum. The. Et illi magis tamen reliquos venia digni sunt / ut qui ex intelligentiae paucitate discernere non norunt inter propter se notum & notum propter alterum, sicut oculus eger impotens iudicare an albedo an nigredo magis visibilis: imo an color an lumen magis visibile, qui vero ipsum negant & qui contradictoria concedunt: ut olim Heraclitus & Protagoras eorumq; aspiplatores / quique Heraclytus. Protagoras. eas negant: mera infania laborare videntur. Sed haec omittamus, nullus enim nostrum huius morbi suspicionem tenetur. Eu. Atta men o Theoretice haec nostra tempestate vidi qui in aliquorum sophismatum curioso observatione contradictoria negarent: nec credo defuerunt tanti erroris duces qui & scripto vestigia reliquerunt. The. Sophistae erant o amice. Eu. Haud dubium certe est: & quos malus absulit error. The. O Neania ad scientiarum principia nunq; pertinax esto: eorum maiorem intelligentiam quantum fieri potest capessere iudeto, magisq; ipsis vel sine ratione credito q̄ persuasionibus: quas ad infirmam mentis velamen / nubemq; depellendam adducere solemus. Sunt enim in vnaquaq; disciplina propter se & non propter alia nota: & maxime omnium si dignitates existant. Sed proficiamus, vtrum entis vi eius est huius discipline consideratio sit? Ne. Est indubie, nam entis quatenus ens est eius discipline consideratio esse debet: quae supremae causas / supremaq; principia rimatur & considerat, hanc autem disciplinam supremae causas & suprema principia rimari atq; inquirere cognitum iam est, ad hanc igitur disciplinam nimirum haec contemplatio accommodata est. The. Vtrum ergo haec disciplina potius sit substantiae? Ne. Potius. Nam huius discipline potior eius entis consideratio est: a quo ut principio cetera pendet / & cuius gratia cetera subsistunt, tale autem ens substantia est. Pendit enim cetera ab ipsa / & ipsius gratia cetera sunt. The. Et maxime omnium a suprema illa substantia / quae eadem supremum & primum ens est / omnia pendunt: & eius ipsius gratia sunt omnia, quae propter maxime eius solius substantiae quae & maxime ens est: huius discipline contemplatio suscipienda est. Ne. Oportet. The. An haec etiam disciplina accidentia consideret? Ne. Accidentia etiam, nam accidentia ad substantiam sese habent: ut salubria ad sanitatem. At qui eiusdem discipline est sanitatem & salubria considerare: igitur & eiusdem considerare substantiam & accidens. At huius discipline (ut modo cognitum est) est substantiam considerare, considerat igitur eadem & accidentia. The. Certe ut entia quaedam sunt, quo fit ut huic discipline omnium substantiarum pariter & accidentium incumbat determinatio, quandoquidem substantiae omnes & omnia accidentia in primam & maxime subsistentem substantiam / imo in ipsum maxime ens: & omnino quidem verius reducuntur / restitunturq; q̄ salubria in sanitatem. Ne. Consentaneum videtur. The. Scilicet ut entia quaedam sunt. Vtrum consideret vnum, multa / idem / alterum / simile / dissimile / equale / inaequale / statum / motum / vnius negationem atq; priuationem & cetera talia quae prius pertractauimus. Ne. Mihi quidem sic oportere videtur, nam vnum & ens eadem sunt natura / & sese mutuo sequuntur: ut duo haec principium & causa, attamen ratione diuersa sunt, entis autem naturam haec disciplina contemplantur: contemplantur igitur & vnius. Quod si vnius naturam: igitur & multa, sunt enim vnum & multa opposita: & oppositorum eadem disciplina est. The. Imo maxime ens de quo huius discipline principalissima cura est / maxime vnum est: & a quo cetera ut vna sunt suae veritatis sumunt exordia, & de eodem & altero / simili & dissimili / equali / inaequali / statu & motu eodem constret argumento, nam dictum iam est ipsum maxime ens maxime idem esse / ipsum item esse omnis similitudinis veritatem atq; exemplar: & summam equalitatem & stabilitatem, idem autem & alterum / simile / dissimile / equale / inaequale / stabilitas & motus opposita sunt, & non minus haec disciplina nonentis mali / falsi / inanis / impotentis / contingentis / ignorantis, & caduci contemplatrix existit. Quo fit iterum ut non modo de vnius sed & entis / & boni / & verinegatione & priuatione: suum munus & officium sit considerare. Negatio enim in quadam absentia / defectuq; ab ipsa prima entitate / unitate & bonitate concipitur, & priuatio quandam subiectam naturam respicit: quae non habeat quod habere nata sit. Ne. Haec igitur omnia: ut affirmatio & negatio / & habitus & priuatio & ii

vet disputatione/non reufo huius rei nonnihil paucis pertinere. Ne. Non arebit, paucissimis nempe quod superest absoluiam, & par: iam explese videor / & dimissa resumo, hęc disciplina cum ceteris conspirat atq; conuenit, nam relique discipline suum genus esse non cōmonstrant: ita quoq; neq; hęc quę est ipsius quod quid est: hoc est substantie immo maxime entis/ maximeq; sub-

Metaphysicę stantie gratia que primum in hac disciplina contemplatur. Et specialius sermone deducendo hęc disciplina a naturali philo- ad Physicę cōsophia altera est. Primo q; naturalis philosophia circa quoddam genus entis versatur: id enim est substantia intra se sui motus & paratio. quietis principium tenens, prima autem philosophia circa ens ipsum totum negotiatur. Secundo, quia naturalis philosophię consi- deratio solum circa mobilia & inseparata & a materia & a corporea mole existit. Prima autem philosophia potissimum circa immobilia/absoluta/ & abstractissima non modo omni materia & molis crassitie expedita: sed & potentia omni/omniq; essentia. Tertio, tota Physicę contemplatio vt contemplatio simi est: neq; materiam sine forma / neq; formam sine materia considerat, sicut qui simum considerat: nam quidem qui vt materia est / & cavitatem quę est vt forma consideret/ necesse est, esse enim simus/ natus/ canus. At primę philosophię p̄cipua cōtemplatio vt canis est, nā illas puras & simplices formas: imo illam simplicissimā formā & esse contemplatur. At tamē naturalis philosophia cū hac prima & supramundana philosophia cōmēciū aliquod obtinet: q; vtraq; cōtemplatiua est. Est enim scientia omnis omnisq; disciplina aut cōtemplatiua quā Theoricā vocāt: aut actiua/ administratiuaq; quā vocāt Practicā/ aut factiua: quā dicunt Poeticā. At naturalis philosophia primū actiua non est, nā actiua disciplina secundū electio- nē est & earū actionū quas intra nos moderatē prudētia gerimus: quarum quidē naturalis philosophia non est, neq; quidē factiua est, nā effectiua peritiā itidē secundū electio- nē est: & earū effectio- nū quę in seruire opus & extrinsecū demigrāt/ strāseūq; hanc autē naturalis philosophia non est: quippe quę neq; cōsultat neq; quicq; electio- nē astringit, relinquitur igitur ipsa naturalē philosophiā cōtemplatiua esse: quāle & primā philosophiā esse iādudū cōmonstratū est, & nos cū omnē scientiā disciplināq; omnē in contem- platiua actiua aut factiua partiti sumus: scientiā & disciplinē nominib; artē & prudētia cōplectimur. Hęc itidē disciplina a

Metaphysicę mathematica d̄sidiū patitur atq; differētia mathematica solū circa vñū genus entis versatur vt quātitatē, neq; ipsa quāta vt ens ad Mathema- ticam compa- ratio. tia sunt cōtemplatur: quin potius vt cōmensurabilia/ in cōmensurabilia aut aliquid huiusmodi, hęc autē disciplina omnino circa ens est: & omnia vt entia quę adā sunt explorat ac rimatur/ differt igitur hęc disciplina a Mathematica. At tamē cū ea cōmēcium tenet. Primo, q; earū vtraq; cōtemplatiua est: & id superiore ratiōe de Mathematica deducere p̄optū est. Secūdo q; vtraq; & Metaphysi- ca a Mathematica immobilia & tanq; separata cōtemplatur. Refert tamē q; hęc non re ipsa separata: quę admodū diuina illa sapien- tia & ideo iure theologia nominata/ cōtemplatur, & ex his p̄cipuū satis esse potest tres ipsarū rerū cōtemplatiues esse/ disciplinas: physicā/ mathematicā & sapiētiā quā Theologiā nominamus: quę ceteras disciplinas in actiua in effectiua lōgo intervallo de- siderabiliore: antecedit, & lōge oim ipsa sapiētiā oēs antecellit/ oēsq; lōgo interstitio post terga relinquit: vt quę sit circa diuinū & honorabilissimū genus, & certe ex hac disputatione collegisse videor solā sapiētiā cōlestiū domesticā esse: & cū deo ipso domiciliū quo ipsū liberius semp contemplatur/ admireturq; & amet/ p̄cipuus quęritare, ceterę autē inferiorū caltrices mihi esse videntur. Sed ne longior sim: procedendum est, accidētis non est scientia, accidētis enim id dicimus quod neq; semper neq; vt plurimum ve- rum est sed raro: cuius quidem non esse scientiam constat. Primo, quia talium neq; disciplina contemplatiua vlla est, nam omnis ta- lis necessarius est/ impossibilitūq; aliter se habere, neq; quidem accidētium: actiua & effectiua studium: curāq; adhibet, sunt enim eorū quę semper aut frequenter sunt/ veraq; sunt, nulla igitur accidētium scientia est. Secundo, quę accidētis: infinita esse pos- sunt neq; p̄spectam causam determinatā habent, omnis autem scientia & finitorum est: & certam/ exploratam/ determinatamq; causam habere necesse est. Tertio, de accidētibus sōphistice iurgia atq; inter se altercationes suscitant: qui siquidem suo more nulla di- scipulū accōmoda sollicitat, igitur accidētium non est disciplina. Quarto, entium quę adā semper sunt/ quę adā plurimum / quę adā neg; semper neq; plurimum sed rareriter admodum. At discipline sola ea curant quę semper sunt aut plurimum: accidētia au- tem & si sunt/ neq; semper neq; plurimum sunt, merito igitur discipline (vt & eorū quę temere eueniunt) accidētium curā de- spiciunt. Modi entium sunt quid & substantia/ quantum/ ad aliquid/ quale/ agens/ patiens/ quando/ vbi situm/ & habitum/ ens per se/ ens per alterum/ ens cōtinuū/ ens potentia/ ens pro vero acceptum & non ens pro falso: quę entis significantia vtiuntur cum dis- cere solemus contradietiorum alterum ens esse & alterum esse non ens. The. Et quo pacto forte prius vtebaris cum adducebas en- tium quędam semper esse/ quędam plurimum & quędam neq; semper neq; plurimum sed raro: volens intelligere verorum quę- dam semper vera esse quę nos necessaria vocamus/ quędam vt plurimum vera/ & quędam raro vera quę accidētia nuncupasti. Ne. Id ipsum, & ens & non ens hoc pacto circa mentis complexiones fieri habent: in qua quidem subsistunt & non in rebus ipsis. Et ita videor exegisse quod p̄sentis introductio- nis superat laboris: nisi in aliquo me sentis oberrasse aut minus p̄videntē omisisse. The. Certe exegisti o Neania, & tuam ingeniū in dolem patentem fecisti: & tuos institutores non futiliter in te litterarum fundamen- ta iecisse, neq; omisisti quicq; sed iam huius diculę laborem (vt bene inquis) superasti. Ne. Dum modo nobis nonnihil de Ideis aper- ueris, id etiam te facturum pollicitus fuisti: dummodo diei declinitas nostram disputationem non supprimeret. The. Hoc te fugisse putabam. Ne. Me nunq; The. Cogis ergo me non iam subire palęstram: tibi tamen in futurum conducere potest. Dixi tibi & reliquis se communicantium naturam ex Platonicis ideis opinionem irrepisse: quę forte se communicantes naturas in rebus ipsis locabas. Ne. Ego vero vbi locare non intelligebam. The. Et quis ex Platonicarum Idearum introductione talis opinio mentibus postero- rum illapsa sit: non tamen perinde ac Plato sensere. Ne. Quo pacto, nobis apperi. The. Jam aperio. Platonicę triplex vnum ponunt: vnum supra esse/ vnum in esse/ vnum post esse. Vnum supra esse deum ipsum ineffabilem / inintelligibilem; ponunt: & patrē deorum, & vnum in esse varia apud ipsos nomina sortitur, nominant enim ipsum ens/ creatorem/ imaginem patris/ mundum in- telligibilem/ intelligentiam/ rationem/ verbum/ filium dei/ mentem diuinam/ exemplar & Ideam, vnum post esse spiritum & ani- mam mundi nuncupant/ se per omnia late fundentem & viuificantem omnia: cui illud poete alludere puta.

Principio cælum/ terram/ camposq; liquentes: Spiritus intus alit, totamq; insusa per artus.
Lucemq; globum lune/ Titaniasq; astras: Mens agit molem: & magno se corpore miscet.

Et vnum inesse ipsum ens/ bonum/ pulchrum/ omnipotens/ sapientissimum/ & eternum ponunt, ipsum autem vnum supra esse:

Virgilius:

ponunt supra ens omne & omne bonum & pulchrum/ supra omnipotentiam/ sapientiam & eternitatem, tertium vero vnum: post & infra ipsum ens bonum & pulchrum/ infra omnipotentiam/ sapientiam ipsam & eternitatem: vt iam in confinio eterne- tatis existat & vt eternitatis horizon. Cetera autem omnia infra ipsum: & ipsum immense sempiternitatis horizonā subio- stant. Et hęc tria putant maximos rerum principes, & de primo nihil affirmant, nam si ipsum ens vocastimus dicis q; ipsum est, est enim supra ens omne, si vocas bonum: itidē vt eorum fert opinio, nam est supra omne bonum. Et ita si ipsum vocas verum/ pulchrum/ plenum/ potens/ necessarium/ sapiens aut eternum. De secundo omnia affirmant, est enim ipsum ens imo ipsum maxi- me ens/ bonum/ verum/ pulchrum/ & potens & cuiuslibet rei exemplar & Idea. Et quo melius diuinę mentis hoc est ipsum vni- us in esse & entis: Ideas (eo quo ponunt modo) concipias / hęc pacto accipe, omnia entia a maxima entitate suam sibi vendicant & assumunt entitatem: & hanc summam entitatem vocant entium Ideam, & a maxima bonitate procedunt omnia bona: quam & vocant boni Ideam, & a maxima veritate (quam & veri Ideam ponunt) procedunt omnia vera: omniaq; in vnum / (summuq; reducunt. Vt omnes homines in vnum primum & summum hominem: quem exemplarem & Idealem hominem nuncupant, & omnes leones in exemplarem leonem: & omnes equos in exemplarem/ Idealem/ & intelligibilem equum, & hunc in modum quę- cunq; nature affinitate inter se conspirant & conueniunt: in suam specialem Ideam, & has diuinas & diuinę mentis Ideas d̄s- tinas/ inconfusq; & sincerę esse putant, & hinc exemplaris & Idealis homo solum est homo neq; vnus neq; plures, nam si vnus esset: hoc Idea vnus participatione haberet, & si plures: Idea multitudine participatione, & proinde non plura & sincera ho- minis Idea esset, & ita de exemplari leone & equo & reliquis. Aiunt enim quicquid est in genere aliquo primum tale: nihil aliud est q; tale, & si cupis concipere qualis sit mundus intelligibilis: sensibiles oculos aperi / & totam sensibilem machinam hanc ocu- lis perlustrat: omnes sonorum concentus & harmonias auribus hauri/ omnia odorum spiramina naribus, mox te ad intellectum reuo- ca: & concipe quęcunq; oculis iustrasti corporeis: & quęcunq; vna alijs sensibus hauristi mundum esse sensibilem: & intelli- gibilis mundi huius quidem corporei mundi exemplaris & Ideę imaginem, quem quidem intelligibilem & exemplarem mundum si intellectuāli oculo circūlustrare posses: hanc totam machinam & omnes rerum species in veritate & sua mirifica / & hanc di- cibili pulchritudine conspiceres: itidē, verum hominem/ verum leonem/ veram plantam / verum cælum deprehenderes, quę au- tem corporeis oculis circūlustrando attingisti: vera non sunt/ q̄q; vera videntur & talia esse iudicamus, vt neq; tua in speculo ima- go vere est quod apparet. Videtur enim homo aut Neania: cum tamen non sit, sed tu ad tuam imaginē vere es: quod ipsa tua ima- go in simulat atq; esse videtur, & stellantis cœli in torrente fluente effigies non vere ipsum cælum est/ non sydera quę esse videntur: sed cælum ipsum stelliferum septem errantium syderum orbes ambiens & sua fixa sydera vera sunt: vera quidem ad torrentis es- figiem, ita fili quę nos moribundis oculis contuemur & nobis esse apparēt: ignis/ aer/ aqua/ terra/ homo/ leo/ equus/ planta: nos ad- moment ea non esse/ sed illorū simulachra & effigies, imo vt placet Heraclito & Pythagoricis: illa sunt fluentis torrentis & continuo- labentis effigies: quę (q̄q; non sentimus) semp nullo remorante fugiunt/ voluntq; nimirū vera esse postea a Nasone cantata.

Nihil est quod toto pre-est in orbe: Cuncta fluunt/ omnisq; vagans formatur imago.

Ad hęc prima rerum genera/ species / exemplaria & Ideas de supramundanis & rerum quiditatibus Pythagorici & Platonicę locuturi se conuertunt: quem admodum Aristotelico more ad entis imo maxime entis/ vnus/ boni/ veri & ceterorum diuinas ratio- nes contemplandas & primordia rerum optima: nos ab his sensibilibus traducimus, voluntq; Platonicę semina quędam & om- nium Idearum sigilla nostris animis esse ingentia quibus quidem a rebus sensibilibus excitat notionēs specierum & generum (quę- rum obiecta sunt diuinę mentis species & Ideę) effingimus. Ex his O fili de Platonicis Ideis & consimilibus d̄sctis quę mira & alta sunt & Philosophicę contemplatione dignissima/ an ita sint an secus/ posteri mille modos naturarum se communicantiū com- mentari sunt, & postremi in inanes quasdam ineptias & in voluntaria Democriti somnia (vt multis visū est) tandem decubuerunt, ita vt quęcunq; quisq; noctu puluino mixus somniasset: opere p̄cipuum duceret afferre in mediū. Et quibus Aristoteles in Platonem agat argumentis: nostrum impresentiarum recensere non est officium, & si procedere per quo pacto eorum sententiā: singula en- tia sui generis Ideam participant: mox atra quę vicina est nos intercipiet/ & vos inaudite discipline sermones fastidient. Eū Sat no- bis o Theoretice pro hac disputatione impendisti: neq; nunc vltra quicq; desideramus. Ne. Nihil vltra, & de tantis gratias habemus, & nunc pater meus (vt arbitror) perire redijt oblectamentis corporeis exsaturatus: nos autem o Theoretice abs te abibimus oblecta- minibus animi referri. The. Cum voletis redire: faciam vobis semper mei promptam copiam. Eū. Gratias habemus o Theoretice: redimūq; & benigne & liberaliter acceptamus.

Quod mundus est sensibilis est species et ima- go mundi in- telligibilis.

Heraclitus. Pythagorici. Ouidius.

Quod natura- rum comuni- um positio ex- Ideis platonis- cis irrepserit.

Commentariorum Metaphysicę introductionis in Metaphysicos libros Aristotelis finis.

Iudoci Clichtouei Neoportitensis ad lectores exhortatoriuū carmen.

Quos celestis amor: quos optima numina tangūt
Huc vigili cura sollicitate animos.
Ecceq; Stragrites cecis oclusa latebris:
Abdiderat: clarum sunt hab' tura diem.
Perpete cum vitis animo & cœlestis origo:

Vos patriam / & vestrum querite principium.
Huc huc assitis/ mundi melioris adite:
Mente deos: illic vita beata sita est.
Si quid opis petitis: perparua hic mole libellus.
Suppetias vobis/ p̄sidiūq; feret.



Excudebat Ioannes Brocarius in alma Complutensi academia. Anno Chri- sti p̄ssimi Saluatoris/ entis entium/ sumiq; boni. M.D.XL. Mense Iulio.



A
B

